UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani, Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis, Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non Problematicae Disquisitiones ... Volumen ...

Ivstitia Et, Ivs. Sex Libris totidem Tractatus appono, nempe de rerum Dominio, de Restitutione, de Contractibus Gratuitis, de Contractibus Onerosis, de Contractibus Fortunæ, de Contractibus Adminicularis, de Quasi-Contractibus, & nonnullis Innominatis

Escobar y Mendoza, Antonio de

Lugduni, 1663

urn:nbn:de:hbz:466:1-80681

Visual Library



Th. 862 a.

G VIII
15.

E. SCOBAR
Theol: Mor.
Tom: XVI. XVII.
E. IV
6

Th. 862a.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

E. SCOBAR
Theol. Mor.
Tom. V. VI. VII.
E. IV
6

R. P. ANTONII

DE ESCOBAR ET MENDOZA,

VALLISOLETANI,

Societatis IESV Theologi,

VNIVERSÆ THEOLOGIÆ MORALIS, RECEPTIORES ABSQVE Lite Sententiæ nec-non Controuersæ Disquisitiones,

TOMI QVINTI PARS PRIMA.

IVSITIA ET IVS.

Sex Libris totidem Tractatus appono, nempe de rerum Dominio, de Restitutione, de Contractibus Gratuitis, de Contractibus Oneroſis, de Contractibus Fortunæ, de Contractibus Adminicularius, de Quaſi-Contractibus, & nonnullis Innominatis.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.



Collegii societatis Jesu Paderbornæ 1692

LVGDVNI,

Sumptib. PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD, PETRI BORDE, ET GVILL. BARBIER.

M. DC. LXIII.

CVM APPROB. ET PERMISSV.

ESCOBAR
Theol: Mor.
Tom: V. VI. VII.
E. IV
6



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ILLVST.mo D. D. FRANCISCO

DE FELOAGA

REGIO SENATORI,

ET IN REGIO VALLISTANI

Consilio Præsidi, ac Visitatori.

ANTONIVS DE ESCOBAR

& Mendoza Societatis IESV,

perpetuam felicitatem.

OPPORTVNE cecinit Græcus ille Menander, *Felix domus, vbi ex sapiente plurimorum natorum patre vel vnus filius prodit, ad patris fratrumque reliquorum ornamentum.* Hac felicitate potita est Patriarchæ Iacobi domus, siquidem plurium filiorum parens de vno sapiente gloriatur. Dilexit enim specialissimè Ioseph̃, *eo quod in seruitu te genuisset eum.* Alij transferunt ex Hebræo, *Eo quod filius esset sapiens sibi.* Si vnus filios sapiens felicem reddidit Iacobi familiam: quanta fecilitatẽ tui sapientissimi Parentes toto orbe celeberrimi domus fruetur, in

E. SCOBAR
Theol. Mor.
Tom. V. VI. VII.
E. IV
6

qua tres filij de ſapientiæ maioratu decertant? Clariſſimi fratres tui D.D. Antonius, & D.D. Hieronymus de Feloaga gemelli ex vtero prodiere: in quo neceſſarium non fuit, inſtar Iacob & Eſau pro ſapientiæ maioratu decertare: ambo enim æque ſapientiſſimi futuri ad lucem properarunt. Antonius Regium Valliſoletanum Tribunal perſpicuitatis ingenij fulgore complens, Matritum remeauit, vbi Regium Conſilium *De Hacienda & de Indias* magna omnium commendatione iniuit: æquo (heu) dolore tanta lux breui læti tenebris obnubilatur: attamen, quia lux ſapientiæ non moritur, poſt nonnullas tanti viri lucubrationes, queis potimur, citò egregio de variis quæſtionibus integro eruditiſſimo Volumine potiemur. Profecto ad D.D. Hieronymi de Feloaga ſapientiam commendandam, mea debilis vox erit inutilis, quando totius Regni Nauarræ, in cuius Regio Tribunali egregium admodum agit ſenatorem, plauſu percelebri audienda non erit.

Iam verò ad Te, ILLVSTRISSIME PRÆSES, Mecænatem meum tota redeat oratio. Vix tuam paucis fulgentiſſimã, vberrimámque ſapientiam deſcribam? Polycletus Libro illi, quo ſculpendi præcepta omnia accuratè tradidit, Effigiem ſimulachri numeris omnibus abſoluti ſcientiſſimè præfigendam curauit: nimirum vt exemplo doceret, oculiſque ſubticeret, quidquid eſſet longiore ſermone

sermone traditurus. Tui ipsius imaginem Tu Tibi exprimendam proposuisti, & talem Te ostentas, vt non iam sapiens, sed sapientia ipsa esse videaris. Perfectum Ministrum Rex Theodoricus gestiebat inuenire: qualis autem is deberet esse Cassiodorus exponit lib. 5. Epist. 40. *Diu trutinandus est, cui traduntur examina: talisque debet à principio eligi, qualis ab ipsa lege potest dictari.* Si lex ipsa dictare velit Regium Ministrum, qui sit *Pax populorum* (verbis vtor D. Cypriani) *tutamen Regni, immunitas plebis, munimentum gentis, prauorum supplicium, cura languorum, gaudium bonorum, diuitum frænum, pauperum solatium*, &c. certum est ad Te alacrem esse venturum. Multa in Te fortunæ, multa naturæ ornamenta suspicio; naturæ tamen, fortunæque amplitudo generis ab auis atauísque deriuata, sapientiæ (matri virtutis & integritatis) qua ad ingentia munera obeunda proueheris, summè omnia promeritus, ancillantur. Testis mihi, & luculentus, Matritum, vbi supremum Regium Tribunal semper de tanto Ministro gloriabitur. Testis Vallisoletum, vbi Regij Senatus clarissimi Præsidem, & Visitatorem agis, quanto omnium plausu, quanta bonorum exultatione ac prauorum formidine, quanta Iustitiæ gloria munus exeris. Profectò Tua nobilitas, sapienria Tuâ agnato rutilabat in fonte, non egebat Officiis, vt eius pretium commendabile ostenderetur. At-

F. SCOBAR
Theol. Mor.
Tom. V. VI. VII.
E. IV
6

tamen bellè Cassiodorus citatus aiebat: *Gemmarum diuites venæ auri fulgore pretiantur, & gloriam pulchritudinis capiunt. Sic bona merita* Nobilitatis, & sapientiæ *si splendidis Dignitatibus socientur, alterius adiuuantur præconiis, & vnius facies rei, de addita sibi venustate pulchre scit.*

Enimverò sicut Tibi vt sapientissimus euaderes sapientiam ipsam exemplar obiecisti, & in ipsam quodammodo conuersus es sapientiam: haud alter ego scripturum Moralia ex materia de Iustitia ex iure Problemata, ne aberrem, Polycletum imitatus, Te sapientissimum, Te ipsum Ius Ciuile & Canonicum monti proposui. Vtinam consecutus sim exemplar in aliquo æmulari. Attamen illud saltem consequar, vt de obligatione Magistri Discipuli errata dissimules, & à calumniantium ore pro Tua benignate Opusculum consecratum Tibi defendas. Vale, & æternum viue.

Facultas

Facultas P. Prouincialis Societatis IESV Prouinciæ Castellanæ.

PETRVS Pimentel in Prouincia Castellana Societatis IESV Præpositus Prouincialis, potestate ad id mihi facta à R. admodum P. Nostro Gosuinio Nichel Generali Præposito, facultatem facio vt *Tomi* 4. 5. 6. & 7. *Theologiæ Moralis à P. Antonio de Escobar Theologo eiusdem Societatis* compositi, grauium Doctorumque hominum iudicio approbati typis mandentur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas & sigillo munitas dedimus Vallisoleti die 1. Octobris anno 1653.

PETRVS PIMENTEL.

APPROBATIO.

R*P. Antonij de Escobar Societatis IESV Tomos Tertium, Quartum, Quintum, Sextũ & Septimum vniuersæ Theologiæ Moralis* attente perlegimus nos infra scripti facultatis Parisiensis Doctores Theologi nihilque in illis occurrit, quod non sit planè consentaneum tum fidei Catholicæ, tum probis moribus; adeoque luce publica dignos. Actum Lugduni die 9. Februarij 1663.

Fr. CYRILLVS MOREL *Carmeli Lugd. Prior.*

Fr. STEPH. MOLIN *Carmelita.*

Approbatio

E. SCOBAR
Theol. Mor.
Tom. V. VI. VII.
E. IV
6

Approbatio Ordinarij.

CVM hos quinque Tomos, nempe *Tertium*, *Quartum*, *Quintum*, *Sextum & Septimum Vniuerſæ Theologiæ Moralis*, quorum Author eſt *R. P. Antonius de Eſcobar Societatis IESV*, ſe attentè perlegiſſe ſuprà nominati Facultatis Pariſienſis Doctores Theologi teſtentur, nihilque in illis deprehendiſſe, quod non ſit planè conſentaneum tum fidei Catholicæ tum probis moribus. Idcircò quinque præfatos Tomos typis mandari & in lucem prodire non abnuimus Lugduni die 15. Februarij 1663.

DE-NEVF-VILLE *Abbas S. Iuſti Vic. Gen.*

Conſenſus Procuratoris Regij.

LIbrum inſcriptum R. P. Antonij de Eſcobar, & Mendoza Societatis IESV Theologi, *Theologia Moralis*, typis mandari & in Lucem edi, Sumptibus PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD, PETRI BORDE, GVILLELMI BARBIER, Bibliopolarum Lugdunenſium, Ego Regis Conſiliarius & Procurator in Lugdunenſi Præfectura, non impedio. Datum Lugduni die 16. Februarij 1663.

VIDAVD.

PERMISSIO.

VIſo Procuratoris Regis Conſenſu, Librum huncce typis mandari à prædictis Bibliopolis Lugdunenſibus, concedimus, & ne quis vltra conceſſam facultatem denuo excudat inhibemus. Datum Lugduni. Die 20. Februarij 1663.

DE SEVE.

INDEX

INDEX
CAPITVM ET DVBIORVM,
Quæ in hoc quinto Tomo continentur.

LIBER XXXVI.

Dominium.

SECTIO I.

De Dominio receptiores absque pugna Sententiæ. pag.1.

Cap. 1. DE subiecto Dominij. p.1
2. De Dominij Obiecto. p.3
3. De modo acquirendi Dominium. p.4
4. De vsu, & vsufructu. p.7
5. De Præscriptione. p.8

SECTIO II.

De Dominio Dubia pag.10.

Cap.6. CIrca Dominium. ibid.
Dub.1. An in iis rebus, quæ vsu consumuntur vsus distinguatur à Dominio. ibid.
2. An Fa&æ & honoris sit, penes hominem Dominium. ibid.
3. An in aliquibus casibus seruus habeat Dominium à Domino independens. p.11
4. An Clerici non Religiosi habeant Dominium decimarum, primitiarum, aliorumque Beneficij Ecclesiastici reddituum. ibid.
5. Redimit quis alium, pretio oblato, ab imminenti morte, vel mutilatione; potestne eum perpetuæ seruituti subijcere. p.12
6. An sint licita columbaria? ibid.
7. An inuentor thesauri in agro alieno absque Domini facultate: teneatur ante Iudicis sententiam Domino restituere. ibid.
8. An Thesaurus inuentus non casu, sed ex intentione totus cedat domino fundi si cum licentia eius quęratur. p.13
9. An Metallorum venæ cedant primo inuentori, cum in alieno fundo reperiuntur. ibid.
10. An si post factam debitam diligentiam rei inuentæ dominus omnino ignotus sit, ea cedat inuentori. ibid.
11. An serui iure belli capti possint, licitè fugere. p.14
12. An venatio animalium iure naturali communium possit à Principibus prohiberi. ibid.
13. An Animal pertineat ad illum qui id ex laqueo extraxit, & apprehendit. p.15
14. An licitum sit columbariorum venari columbas extra leucam. ibid.
15. An Domini particulares agrorum possint, conciuibus prohibere, ne collectis iam frugibus suis in agris animalia pascant ex herba sponte nascente. ibid.
16. An

E. SCOBAR
Theol. Mor.
Tom. V. VI. VII.
E. IV
6

Index Capitum,

16. An Thesaurus in loco sacro, nempe in templo, vel cæmeterio inuentus semper pertineat ex parte ad loci Sacri Prælatum, vel Ecclesiam. p.16

17 An Thesaurus inuentus in loco publico profano; vt in platea, in flumine, in via publica, diuidendus sit inter inuentorem, & fiscum, vel ciuitatem. ibid.

18. An Thesaurus inuentus in fundo accepto in feudum, vel emphyteusim, quoad partem pertinentem ad Dominum diuidendus sit inter proprietarium fundi, & inter feudatarium vel emphyteutam. ibidem.

19. An sciens in fundo latere Thesaurm, possit licitè eum emere pretio communi, nihil ob Thesaurum latentem adiiciens. p.17

20. An consuetudine, vel decreto Principis possit statui, quòd Thesauri ad Principem omninò pertineant? ibid.

21. An debita incerta possit quis, licitè sibi retinere. ibid.

Caput. 7. Circa Præscriptionem. p.18.

22. An dubium circa proprietatem rei post possessionem illius bona fide inchoatam, interrumpat, eam bonam fidem ad præscriptionem requisitam. ibid.

23. An iguorantia inuincibilis, seu inculpabilis iuris efficiat fidem esse malam? ibid.

24. An mala fides illius, à quo quis rem accepit, noceat ad præscribendum ei, qui accepit illam. p.19.

25. An possit quis, Beneficium retinere in foro conscientiæ, si postea constet, illud vero titulo non habuisse. ibid.

26. An res legitimè præscripta sit, quando post legitimam præscriptionem constat fuisse alienam. ibid.

27. An præscriptioni possit renunciari. p.20

28. An circa præscriptionem rerum mobilium Romana Ecclesia gaudeat aliquo priuilegio. ibid.

29. An probata immemoriali præscriptione, censeatur probata centenaria præscriptio. p.21

30. An ex causa probabilis ignorantiæ, maioribus concedenda sit in integrum aduersus præscriptionem restitutio. ibid.

31. An si præscriptione peracta, quis Domino repetenti rem restituat, putans se ad id esse obligatum, possit eam ab illo vendicare: tanquam indebitè datam. p.22

Cap. 8. Circa Vsumfructum. ibidem.

32. An vsufructuarius adstringatur ad inuentarium conficiendum rei in vsumfructum sibi concessæ, vel etiam cùm testator remittit huiusmodi obligationem. ibid.

33. An ei, qui non potest fideiussores inuenire eo quod inops sit, vel forensis, debeat vsusfructus concedi ex sola iuratoria cautione. p.23.

Cap. 9. Circa Possessionem. ibidem.

34. An ex eo, quod cohæres tibi cedat partem hæreditatis, censearis, illius habere possessionem. ibidem.

35. Possessio sufficienter probatur, vnico teste. p.24

36. An fructus tum pure naturales, tum mixtos antequam præscribantur, & bona fides desit, sic acquiras, vt si iterum consumas, debeas, Domino reddere. ibid.

37. An possessor bonæ fidei teneatur, fructus mixtos consumptos ante tempus præscriptionis Domino restituere si agnoscat, rem à qua prouenere alienam esse. p.25

38. An possessor, qui à principio fuit bonæ fidei, postmodum mala superueniente possit licitè, rem alienam: ac eius fructus retinere. ibid.

39. An cum incrementum rei prouenit ab extrinseco possessor malæ fidei satisfaciat, rem similem reddens, si eo tempore Dominus consumpturus non esset. p.26

40. An qui rem mala fide possessam in dies crescentem peremit, satisfaciat restituens, quanti tempore absumptionis æstimatur. ibid.

LIBER

LIBER XXXVII.

Restitutio.

SECTIO I.

De Restitutione receptiores sine pugna Sententiæ. pag.28.

CAP. 1. VID restitutio, & quot eius radices. ibid.
2. Quis restituere teneatur. p 29
3. De cooperante ad alterius damnum. p.30
4. Quid sit restituendum. p 31
5. Quid restituendum ob consecutionem alicuius boni impeditam. p 32
6. Quid debeat pro iniuria facta corpori restitui. p.33
7. Quid pro illato stupro restituendum. ibid.
8. Quid restitui debeat pro adulterio. p.34
9. Quid restituendum pro fama, & bonis spiritualibus, vt inductione ad peccatum, à Regulari statu auocatione. ibid.
10. Cui facienda restitutio. ibidem.
11. De restitutionis circumstantiis nempe, *Vbi*, *quando quomodo*, & *quo ordine* sit restituendum. p.35
12. De causis excusantibus à restitutione ad tempus, vel omninò. p.37.

SECTIO II.

Dubia De Restitutione. pag 39.

Cap. 13. CIrca Restitutionis essentiam. ibid.
Dub. 1. AN Restitutio damni illati contra iustitiam distributiuam sit actus iustitiæ distributiuæ, & non commutatiuæ. ibid.
2. An præceptum restitutionis sit affirmatiuum, & non negatiuum. ibid.
Cap. 14. Circa obligationem restituendi ex delicto, & damnificatione. p.40
3. An obligatio restituendi oriatur, ex qualibet culpa etiam leui, & leuissima. ibid.
4. An consurgat obligatio restituendi in conscientia ob damnum ex culpa veniali Theologica obueniens. ibid.
5. An in sententia asserente ex culpa veniali oriri restituendi obligationem, talis obligatio sit restituendi totum damnum. pagin.41.
6. An qui ignorantia comitante inuincibili damnum intulit, teneatur, ad restitutionem. ibid.
7. An inferens damnum alicui, quod alteri tertio imputatur, teneatur ad restitutionem damni ipsi tertio euenientis. pagina 42.
8. An qui accipit rem ex contractu cedente in vtilitatem sui ipsius, verb. grat. commodati nudi, teneatur ad restitutionem damni secuti ex culpa minori, quam lata, & etiam qui accipit rem ex contractu cedente in vtilitatem ipsius, & in vtilitatem dantis, vt ex contractu locationis, & conductionis. ibid,
9. An habens ex contractu rem alienam debeat, eam præferre proprię, quando vtramque non potest saluare. p.43
10. Mittit Antonius Ioanni pecuniam in solutionem debiti, quod debet: Possumne illam accipere in compensationem eiusdem quantitatis quam mihi debet Antonius. p.44
11. An res per compensationem occultam accepta, transeat statim in accipientis Dominium. ibid.
Cap. 15. Circa Restitutionem ratione rei acceptæ. p.45.
12. An qui rem furtiuam vel mala fide emit teneatur eam proprio Domino restituere, vel possit eam furi reddere, vt ab illo pretium recuperet. ibid.
13. An possidens mala fide rem alienam, si apud ipsum pereat, teneatur, eam restituere, quando alias apud Dominum erat peritura. ibid

E. SCOBAR
Theol. Mor.
Tom. V. VI. VII.
E. IV
C

Index Capitum,

14. An possessor malæ fidei teneatur tem alienam restituere iuxta maiorem valorem, quem à tempore iniustæ aceeptionis habuit, si fortè pereat aut deterior fiat? p.46.

15. An possessor malę fidei teneatur rei alienæ restituere fructus, quos percepit; sed iam non habet, quia mala fide consumpsit, quos tamen dominus non erat percepturus? p.47

16. An possessor bonæ fidei teneatur ad restituendam domino rem alienam extantem vel quantum eius causa factus est locupletior, quando fur non est factus impotens ad restituendum. ibid.

17. Emit quis rem alienam pretio iusto, & adhuc durante bona fide, iterum vendidit alteri æquali vel minori pretio: obligaturne solum ad restituendum id, in quo factus est ditior. p.48

18. Quis rem alienam pretio iusto bona fide emit, & postea eandem bona fide durante carius vendidit sine speciali diligentia, sine transmutatione vnius loci in alium, tũcne debet excessum pretij vero domino. ibid.

19. Antonius rem furtiuam bona fide à fure emit, & postea bona etiam fide Petro donauit, Petrus autem bona etiam fide vendit: debetne Petrus, postea Domino vero reddere pretium, quod ex venditione est lucratus. ibid.

20. Qui bona fide rem alienam emerat, an possit, vt se indemnem conseruet, cognitâ veritate rescindere contractum, & recepto pretio eam furi reddere? p.49

21. Qui rem alienam scienter emit a fure, si posteà pœniteat, potestne eam reddere furi pretio recepto. pag.50

22. Malæ fidei possessor rem suis expensis meliorem fecit, ex qua meliori facta Dominus maiores fructus percepisset, quos ipse vel negligẽtia, vel alia de causa non percipit: Tenebiturne eos etiam fructus ex melioratione perceptibiles restituere? ibid.

23. Possessor malæ fidei teneturne in cõscientia reddere domino fructus omnes: quos ipse percepit, etiãsi Dominus non eosset percepturus. 51.

24. A principio possessori fuit bona fides circa alterius rem, postea vero mala fides aduenit, an debeat fructus rei restituere, spectandũ sit solũ illud bonæ fidei initium. ibid.

25. Possessor bonæ fidei, qui post dubium postea de bona fide exortum examinauit, quantum potuit, & tamen adhuc manet in dubio potestne prædium v.g. alienare. p.52

26. Qui dubitans, adhuc post diligens examen prædium esse suum, alienauit debet habere animum, dum alienat restituendi domino totum pretium, si compareat fundum fuisse alienum. ibid.

27. Bonæ fidei possessor incipit postea dubitare, an res sit aliena, & facta diligentia, dubium perseuerat, magisque inclinat, quod res aliena sit: Hoc in casu debetne aliquid restituere propter illam maiorem propensionem. ibid.

28. Quando aliquis emit domum vel fundũ ad debita hypothecatũ, vel obligatum, teneturne in foro conscientię, ea debita soluere ante sententiam? p.53

29. Ille, ad cuius manus res aliena peruenit, atque adeo illam restituere tenetur, potestne sine consensu Domini aliquid aliud æquiualens pro eo restituere, & rem sibi retinere in conscientiæ foro? ibid.

30 Bona fide quis rem emit alienam, & vendit, postea autem nouit, rem illam esse alienam: teneturne pretium emptori, cui ipse vendiderat, reddere, & rem receptã domino vero restituere an satisfaciat, cedẽdo ei actionem contra venditorem, à quo ipse rem emerat, postquam ab emptore res per Dominum vendita fuerit? P.54

Cap. 16. Circa Restitutionem ex iniusta Acceptione. ibid.

31. Qui rem habuit ab illo, de quo dubitabat an dare posset, manente dubio, debetne necessario partem rei domino reddere. ibid.

32. Debitor dubitat, vtrum soluerit debitum: Teneturne illud soluere, cùm creditor eandem habet dubitationem? P.55

33. Debitor dubitans, an soluerit, debetne integrè soluere, sed sufficiat ei soluere partem secundum dubij proportionem? ibid.

34. Quando

34. Quando commodatarius, vel depositarius dubitant, an sua culpa res commodata, vel deposita perierit teneturne ad integram restitutionem? 56

35. Si debitor sit in mora culpabili soluendi, & ideo creditor cogatur accipere pecuniam, & interesse soluere, debetne in conscientia, id totum à debitore solui, si non fuit prius admonitus à creditore suo, quod ipso non soluente, debebat pecuniam cum interesse accipere? ibid.

36 Quando mora debitoris circa solutionem culpabilis non fuit, teneturne tamen, lucri cessantis, vel emergentis damni incommoda resarcire; quæ creditor ob dilatam solutionem incurrit. 57

37. An Meretrix debeat turpitudinis lucrum restituere. ibid.

38. Pretium à fœmina acceptum ante vsum corporis concessum, debetne & non debet restitui. ibid.

39. Quemadmodum meretrices possint pretium turpitudinis suæ, aliæ quæuis fœminæ retinere? 58

40 Accepta ob quodlibet aliud peccatum, verb. grat. ob homicidium, ob Sacrilegium, ob maleficium, seu incantationem, ob peccatum contra naturam, &c. suntne restituenda? ibid.

41. Qui promisit prodigè ob peccatũ patrandum teneturne postea totum implere, præsertim si cum iuramente promisit. p 59

42. Quæ alicui dantur, vt faciat, vel omittat id, ad quod faciendum ex iustitia tenebatur, debetne, restitui. ibid.

43. Qui accipit, vt faciat quod debet ex aliis præceptis, extra materiam iustitiæ facere; debetne id restituere ex iustitia. p. 60

44. Tradis alicui vinum tuo nomine vendendum, quem scis venditurum minuendo mensuram, vel aquam admiscendo, peccasne contra iustitiam, teneirisne ad restitutionem. ibid.

45. Iniustè Ioannes litteras alienas aperuit, quibus Antonius in Cura existens de Beneficio vacante admonebatur, iterum causas Antonio reddit, illum tamen præuenit, & Beneficium impetrat. Teneturne Ioannes Antonio restituere Beneficium. ibid.

46. Quis mendaciis, ac fraudibus impedit, ne confiscentur sua, vel alterius bona, quæ in commissi criminis pœnam fisco addicenda erant: Teneturne ad restitutionem. p. 61.

47. Furatus est quis modium tritici, qui valebat duos aureos, sed postea creuit pretium vsque ad tres, postea ille restituere debet, & non debet tres aureos, si Dominus venditurus esset id quando duos valebat. ibid.

48. An quando dubitatur, an dominus rei seruaturus esset triticum, verb. g. ad tempus quo plus vel minus valet; in dubio iudicandum sit contra furem secundum id quod vtilius est domino? p 62

Cap. 18. Circa obligationem restituendi ex cooperatione ad damnum iniustum. ibid.

49. Vt cooperantes ad damnum iniustum ad restitutionem obligentur estne necesse, eos ita influere, & concurrere ad damnificationem, vt sine illis damnificatio iniusta non fieret. ibid.

50. Quando volenti furari post duodecim dies: consuluisti furari cras, teneirisne ad totum damnum restituendum. ibid.

51. Quando adest perseuerans dubium, an ex tuo consilio, vel cooperatione secutum re vera fuerit damnum, teneturne partem aliquam restituere? p. 63

52. Mandat quis homicidium, vel furtum patrari, sed voluntate mutata reuocat mandatum, & hoc mandatario intimat: qui tamen putat id à mandante non seriò dici, & ex vi primæ iussionis occidit, aut furatur mandans teneturne restituere damna. ibid.

53. Quis mãdauit fieri Antonio damnum, & nõ potest iam tempestiuè admonere mandatarium, vt ab inflictione damni desistat: Debetne Antonium admonere, vt rebus suis consulat? p. 64

54 Qui non mandauit, damnum alteri inferri, sed ratõ postea habuit, teneturne ad restitutionem, sicut si mandasset? ibid.

55. Qui consilio aliquem ad damnum inferendum mouet, & postea re integra consilium reuocat, & constat

E. SCOBAR
Theol. Mor.
Tom. V. VI. VII.
FL IV
6

fiat illi cui consilium dedit, cum serio, & ex animo non coactum, vel propter aliquem extrinsecum respectum id agere: Damno secuto, hic liberne est à restituendi obligatione. p.65

56. Quando consuluisti alicui duellú, vel homicidium, & is, cui consilium dedisti ea occasione occisus fuit ésne irregularis teneriśne restituere. ibid.

57. Consulens furtum minus ex bonis Antonij, vt aduertat aliquem à furto maioris ex bonis Ioannis, teneturne illud minus damnum Antonio restituere. p.66

58. In eo casu, quo licet minus furtum consulere sine restituendi obligatione, potestne etiam absque eiusmodi obligatione consuli æquale malum parato iam ad alterum faciendum. ibid.

59. Scholasticus, cui desunt requisita accidentalia ad suffragium, peccatne, suffragium ferendo. p.67

60. Si Scholasticus interrogatus an aliquod ex statutis vniuersitatis accidentalibus violauerit, neget, & ita absoluatur, & suffragium ferat, teneturne postea ad restitutionem, si causa fuit, quòd qui dignus erat, cathedram non fuerit assecutus ibid.

61. An scholastici, qui in cathedræ collatione nolunt ferre suffragium, peccent contra iustitiam: teneantur, quoad restitutionem. p 68

62. Aduocatus, vel alius qui furem adiuuat, in iudicio, vt à pœna capitali euadat, teneturne ex iustitia procurare: vt ablata restituat. ibid.

63. Qui in domo sua recipit ad ludendum filios familias, vel alios de quibus constat aut suspicio est res esse alienas, si cooperetur dans chartas, aui aleas ad ludendum, lumen, mensam, sedilia, &c. teneturne ad restitutionem? pagina 69.

64. Cooperans positiuè ad damnum, teneturne restituere partem non totum. ibid.

65. Concurrens per suum suffragium ad damnum iniustum, quod solo suo suffragio inferri non poterat: teneturne ad totum damnum. p.70

66. Miles gregarius, qui adiuuit in bello iniusto, teneturne in solidum ad totum damnum, aliis sociis non restituentibus. ibid.

67. Quando ex officio, vel ex contractu non obligatur quis ad damnum impediendum, sed ex charitate solum: teneturne ad restitutionem. p.71.

68. Quis ex iustitia non tenebatur impedire damnum alterius, sed ex charitate tantum, attamen ex odio & affectu, vt damnum sequeretur, non impediuit, is teneturne restituere. p.72

69. Quis sine vi ac fraude suadet alicui, ne furtum Petro inferendum impediat, qui tamen non tenebatur ex iustitia impedire, sed solum ex charitate, vel fortasse absque vlla obligatione illud impedire volebat, teneturne ad restitutionem. ibid.

70 Fur dat tibi aliquid, ne eius furtum impedias, quod non tenebaris ex iustitia impedire: Teneturne ad restituendum. ibid.

71. Qui à fure accipit pretium, ne eius furtum impediat, vel nunquam nó taceat, teneturne semper restituere, quod ab eo accepit. p.73

72. Famulus, cui peculiariter custodia aut cura domus demandata non est, videt non à domestico, sed ab extraneo furtum de rebus Domini fieri, non impediat, aut manifestet teneturne ad restitutionem ibid.

Cap 19. Circa ordinem restitutionis. p.74.

73. An debita certa præferenda sint, debitis incertis. ibid.

74. Quando venditio facta est, Dominio rei venditæ vere in emptorem transeunte, sed nondum soluto pretio; venditor debetne, circa rem illam aliis creditoribus, donec pretium soluatur, præferri? ibid.

75. An debita ex delicto soluenda prius sint quam debita ex contractu 75

76. An Dos præferatur hypothecis anterioribus etiam expressis. ibid.

77. An in foro interno præualeat, scriptura priuata prior, si eius veritatem secundus creditor fateatur. p.76.

78. Qui rem accipit siue titulo lucratiuo, siue oneroso conscius impotentiæ debitoris ad soluendum suis credito-

creditoribus in foro conſcientiæ teneatur reſtituere, ſi debitorem ad ita alienandam rem, in damnũ creditorum non incitauit. ibid.
79. An Peccet, & contra iuſtitiam, qui aliquid petit ab vſurario habente firmum propoſitum non reſtituendi, ſi animum habeat qui accipit ille reddendi, quoties vſurarius, mutata voluntate, ſoluere voluerit creditoribus, vel eius bona ad eum effectum auctoritate publica occupentur, p. 77
80. An Debita ex contractu oneroſo debeant præferri debitis gratuitis cæteris paribus. ibid.
81. An inter debita perſonalia paria, & eiuſdem generis prius debitum ſit ei, quod tempore eſt poſterius. ibid.
82. An creditor pauper debeat, creditori non pauperi præferri. p. 78
83. An primò petens poſſit præferri aliis creditoribus eiuſdem qualitatis, hoc eſt, non hypothecarijs, nec habentibus priuilegium prælationis. ibid.
Cap. 20. Circa alias Reſtitutionis circumſtantias. p. 79
84. Reſtitutio debita ex delicto, faciendane eſt, expenſis debitoris, quando creditor ad alium locum abiit. ibid.
85. Si dominus plus expendiſſet rem ſecum deferendo, niſi furto ablata fuiſſet, quam nunc expendit fur ad illam tranſmittendam, debitorne poteſt, illum exceſſum ex re ipſa extrahere, & ſibi retinere, nolente Domino illum ſoluere. ibid.
86. Si faciendæ ſint magnæ expenſæ ad reſtituendam rem in loco, vbi creditor commoratur, gerendane eſt reſtitutio debitoris ex delicto expenſis. p. 80
87. Quod ex contractu licito debetur reſtituendumne eſt, debitoris expenſis ipſo longius recedente. ibid.
88. An debeat abſolui pœnitens, qui admonitus aliàs Confeſſario reſtitutionem promiſit, & non obſeruauit. p. 81
89. Quando pœnitens petit indulgeri ſibi aliquod tempus, vt paulatim reſtituat, & iudicatur id melius eſſe creditori, & pœnitenti, poteſtne id tempus indulgeri, ſi mox ſoluere valet. ibid.
90. Qui non habet opportunitatem, aut potentiam reſtituendi, tenetur ne tamen habere propoſitum reſtituendi, quando poterit. ibid.
91. Qui multo tempore reſtituere omittit, committitne plura peccata. p. 82
Cap. 21. Circa cauſas à Reſtitutione excuſantes. ibid.
92. Licitè quis clam accepit decem aureos à quodam, vt ſuæ extremæ neceſſitati ſubueniret, ſed ſine aureorum illorum inſumptione extrema illa neceſſitas abſceſſit: Teneturne reſtituere aureos huiuſmodi. ibid.
93. Pecuniam vel rem quis ex delicto habebat, & in neceſſitate extrema conſumpſit, manetne obligatio poſtea pecuniam, aut rei valorem reſtituendi. p. 83
94. Qui preſſus neceſſitate rem aſſumpſit alienam, teneturne reſtituere, quando creditor in æquali neceſſitate verſatur. ibid.
95. Ob extremam neceſſitatem non ſolùm tuam, ſed tuorum parentum liberorum, vxoris, fratrum, poteriſne reſtitutionem omittere, vel differre. ibid.
96. An ob graue detrimentum, quod quis ex reſtitutione in bonis fortunæ incurret, poſſit eam differre. 84
97. An quando debitor iuſte excuſatur à reſtitutione ſtatim facienda ob notabile detrimentum; debeat poſtea vltra debitum ipſum reſtituere etiam damnum lucri ceſſantis, quod creditor ob eam dilationem eſt paſſus. ibid.
98. An detrimentum graue debitoris ſufficiat, non ſolum ad differendam ſolutionem, ſed etiam ad omittendam, quando non eſt ſpes, quod cum minori detrimento poterit poſtea reſtitui p. 85
99. An debitor excuſetur, à reſtitutione facienda creditori nocitura. ibid.
100. An peccet contra iuſtitiam, qui reſtituit creditori debitum, quo ipſe abuſurus eſt, debitore ſciente, in alterius iniuriam. ibid.
101. An ſicut fas eſt, ſolutionem differre propter creditoris detrimentum, ſic liceat ei vſurpare res ſuas, & ad tempus retinere ob eandem rationem. p. 86

F. SCOBAR
Theol. Mor.
Tom. VI. VII.
FLV
6

102. An aliquando liceat priuato cuique per vim auferre volenti peccare, quod suum est, vt peccatum impediatur. ibid.
103. Quando cessio bonorum fit in loco publico cum certis cæremoniis ignominiosis à lege statutis, extinguiturne, omnino vlterius integre debita soluendi obligatio in conscientia. ibid.
104. An qui bonis cedit, possit de bonis antea habitis licite occultare aliqua ad viuendum iuxta suum statum. p.87
105. An cessio bonorum cum priuilegiis consequentibus concedatur non solum pro debitis ex contractu, sed etiam pro debitis ex delicto ortis. ibid.
106. Priuilegium clericis concessum *Cap. Odoardus* ne indigeant cessione bonorum, vt pro debitis non incarcerentur, intelligiturne, de omnibus clericis sacro ordine non initiatis. p.88
107. An contrahens possit se ad debita obligare, renunciando ius ad bonorum cessionem faciendam. ibid.
108. An remissio creditoris sit libera, quando ei solutio non offertur. ibid.
109. An sic graue furtum, quando aliquis accipit rem non petitam, quam si petiisset Dominus impertiret. p.89
110. Debitor ex delicto mittit debitum creditori per confessarium, nuncius autem vel confessarius id retinuit: Debitor liberaturne, ab onere restituendi. ibid.
111. Qui soluere non potest debita, sperat autem, quod postea manens in sæculo, poterit, potestne, omissa restitutione, Religionem ingredi. p.90.
112. An religiosus debeat laborare in Monasterio, vt ita possit suis soluere creditoribus. ibid.
113. Qui in sæculo operam determinatam alicui promisit, Religionem ingressus, teneturne ex bonis suis soluere damna sequuta promissario ex eo, quod fides ei seruata non fuerit. p.91
114. Debitor, qui compositione accepta, soluit partem illam à Pontifice designatam pro debitis incertis, manetne ita liber, vt etiam comparente postea vero Domino, aut creditore, cui restitui facile possit, non debeat amplius ei restituere. ibid.
115. Pauperes quæ ex compositione hac in eleemosynam accepere, si apud ipsos extent, cum verus Dominus compareret, debetne si ipse velit, ei restituere. ibid.
116. Cum non adest causa sufficiens compositionis cum Pontifice, estne valida compositio. p.92
117. An Episcopus possit huiusmodi compositionem pro debitis incertis in sua Diœcesi suis subditis concedere. ibid.
118. Princeps sæcularis potestne huiusmodi compositionem concedere subditis. p.93
119. Nouit quis creditorem, sed propter eius absentiam, & distantiam à restitutione ei mittenda excusatur, & concurrunt circumstantiæ, in quibus posset ex præsumpta creditoris voluntate in vsus pios restitutionem agere: Hoc in casu poteritne se per Bullam componere. ibid.
120. An debitor excommunicatus excusetur à restitutione agenda p.94
121. An excommunicatio creditoris excuset à restitutione facienda debitorem. ibid.

LIBER XXXVIII.

Contractus Gratuiti.

SECTIO I.

De Contractibus gratuitis receptiores sine lite sententia. pag.95.

CAP. 1. DE Deposito ibid.
C. 2. De Donatione. p.96
C. 3. De Commodato. p.98
4. De Precario. p.99
5. De Testamento. ibid.
6. De Codicillo. p.101
7. De Mutuo. p.102
8. De Vsura. p.103
9. De Monte Pietatis. p.105

SECTIO

SECTIO II.

De Contractibus gratuitis Dubia. pag.107.

Cap.10. Circa Depositum, Commodatum, Precarium. ibid.

Dub.1. An quoties res, quæ in numero, pondere, ac mensura consistunt ponderatæ, numeratæ, seu mensuratæ depositario traduntur, sufficiens coniectura sit, depositum id in mutuum transire. ibid.

2. Pecuniam æream in depositum accepisti, & consumpsisti, post consumptionem autem Regio decreto valor eius est imminutus, tenerisne reddere quantum in valore accepisti, ac si diminuta non esset. ibid.

3. Cum graue detrimentum commodati, quàm commodatario inopinato sequitur, si ante tempus commodatum non reuocet, illudne potest reuocare. p.108

4. Statim ac Precarium concessum est, potestne à concedente repeti. ibid.

5. An recipiens commodatum sit obligandus ex sola culpa lethali. p.109.

6. Cum Depositum, vel commodatum receptum est æstimatum, Depositarius, & commodatarius teneturne, de culpa leuissima. ibid.

7. Cum quis rem commodatam aut depositam viliorem proprijs rebus negligit iustè, vt suas res protegat: tenetúrne ęstimationem rei cómodatæ aut depositæ in eius solummodo commodum expensare. ibid

8. An commodatarius possit in foro conscientiæ occultè compensare sibi ex re commodata pro debito alio, quod à commodante recuperare non valet. p.110

Cap.11. Circa Promissionem. ibid.

9. An promissio consistat, & in solis vocibus, ac signis externis. ibid.

10. An licet promissio externa sine interna voluntate non obliget ex iustitia possit tamen dici promissio. ibid.

11. An Promissio facta cum semiplena libertate sufficienti ad peccatum veniale, non autem ad mortale, sufficiat ad obligandum etiam de re leui. p.111

12. An ad valorem promissionis requiratur, quod non fiat ex vehementi passione iracundiæ, vel alterius effectus. ibid.

13. An Promissio vel donatio mere interna inducat obligationem in foro conscientiæ. p.112

14. An promissio ante acceptationem, de iure Canonico obliget, promittentem. ibid.

15. An necessitas acceptationis ad promissionis obligationem, sit etiã de iure naturali. p.113

16. An de facto sint aliqui casus, in quibus, lege ita disponente, non requiritur acceptatio ad obligationem, & irreuocabilitatem promissionis producendam. ibid.

17. An Remissio debiti sit valida ante acceptationem. p. 114

18. An ad obligationem promissionis reuocabilis requiratur acceptatio sensibilis, & externa promissarij. ibid.

19. An ad acceptationem validam requiratur, quod promissio intimetur promissario per nuncium, vel Epistolam Missam à promittente. p.115

20. An ad irreuocabilitatem promissionis requiratur, quod acceptatio ad notitiam promittentis veniat. ibid.

21. An mortuo promittente, possit promissarius postea validè promissionem illam acceptare. ibid.

22. An ad valorem donationis vel promissionis sufficiat, si donatarius, vel promissarius taceat, vt ita se acceptasse videatur. p.116

23. Promittit Antonius Ioanni fundum hac lege, vt post Ioannis obitum transeat ad Petrum acceptante Ioanne. Antonius potestne hanc conditionem in fauorem Petri appositam reuocare, antequam ipse Petrus acceptet. ibid.

24. An promissio simplex acceptata in re graui, obliget sub mortali. p.117

25. Si Antonio fundum promisisti, & postea eundem fundum, addito iuramento promisisti Francisco, præponderatne posterior promissio propter iusjurandum. ibid.

26. Qui contra primam promissionẽ secundo promisit iterum eandem rem

ESCOBAR
Theol: Mor.
Tom: V. VI. VII.
E. IV
6

rem siue cum iuramento, siue sine illo, si postea primus promissarius suo iuri cedat, teneaturne primam implere promissionem? p.118.
27. An promissio dubia obliget promittentem. ibid.
29. An si factum alienum promisisti, adiecta pœna, liber sis à pœnę obligatione, si bona fide sufficiente diligentia adhibita, id procurasti, nec assequi potuisti. ibid.
30. Quælibet materia, quæ in furto censetur grauis, censeturne etiam grauis in promissione, vt eius violatio sit mortalis, quando promissor intendit se non solùm ex fidelitate, sed etiam ex iustitia obligare. p.119
Cap.12 Circa Donationem. ibid.
31. Quando alicui prohibetur donare, prohibeturne etiam ei remuneratoria donatio. ibid.
32. An tutor possit de bonis pupilli donatione remuneratoria sine termino præfixo donare. p.120
33 Cum aliquis simul pluribus donat itavt licet singuli non capiant vltra 500. solidos, omnes tamen simul plus accipiunt, estne necessaria insinuatio Iudici facta. ibid.
34. An donationem excedentem 500. solidos sine insinuatione factam donatarius possit tuta conscientia retinere excessum. p.121
35. Si donator, vel eius hæredes sciãt probabiliter, donationem absque vꝰ, & fraude factam fuisse possuntne licite repetere à donatario ob defectum insinuationis? ibid.
36. An donatio ad causam piam excedens 500. Solidos excipiatur à gerendæ insinuationis necessitate? p.122.
37. Donatio, qua filius, tempore quo emancipatur à patre, donat ipsum, excedens si quantitatem præscriptam sit, indigetne insinuatione. ibid.
38. An donatio omnium bonorum, si iuramento firmetur possit reuocari. ibid.
39. In aliis casibus præter quinque à lege præscriptos circa ingratitudinem donatarij, si grauiores, vel æque graues sint potestne etiam donatio reuocari. p.123
40. An ob ingratitudinem possit reuocari donatio, si donator dixisset in donatione, se huic facultati reuocandi eam ob ingratitudinem subsequutam, renunciare? ibid.
41. An donatio remuneratoria, & ob causam, possit propter ingratitudinem reuocari. ibid.
42. Donauit quis non cogitans de filijs, qui quidem nascuntur postea, & patre viuente omnes moriuntur, potestne ab eo talis donatio reuocari. p.124
43. An filius illegitimus natus post donationem factam ab eo, qui prole carebat, sufficiat ad reuocandam donationem. ibid.
44. An si filij illegitimi postea legitimentur vel à Principe, vel per subsequens matrimonium cum eorum matre, habeat locum dispositio *l. si vnquam* ad reuocandam donationem. ibid
45. Pater habens vnicum filium, ei copiosè donat, postea vero alij filij nascuntur: donatio estne reuocanda solum vsque ad legitimas alijs filijs debitas. p.125
Cap.13. Circa Mutuum. ibid.
46. Bonitas & similitudo pecuniæ soluendæ, quæ mutuo accepta est, debet esse extrinseca. ibid.
47. Accepit quis mutuo centum aureos: potestne, satisfacere, reddendo in pecunia ærea æstimationem. p.126
48. An probetur plenè, mutuum ex eo, quod vnus testis numerationem pecuniæ testetur, alter mutui concessionem. ibid.
49. An filiusfamilias obligetur, exmutuo exceptione Macedoniana apposita, si iuramento confirmetur solutio. ibid.
50. An filijfamilias obligentur, iuramento de non apponenda exceptione Macedoniani. p.127
51. An filijfamilias exceptione Macedoniani apposita, deobligentur à mutui solutione in foro externo tantum. ibid.
52. Mutuat quis Ecclesiæ pecunias. Porrò si ad huius mutui solutionẽ necessaria sit bonorum mobilium, vel immobilium pretiosorum alienatio, mutuans obligaturne probate, pecuniam mutuatam versam esse in Ecclesiæ vtilitatem. p.128

53. Exceptio non numeratæ pecuniæ omnibus mutuatarijs concessa, impediturne, ex confessione mutui, & obligatione soluendi facta in instrumento quarentigio ? ibidem.
54. Si confessio facta sit ex causa de præterito, vti si chirographo fateatur se pecuniam ante annum recepisse, estne locus exceptioni intra biennium à die confessionis numerandum? p. 129
55. An elapso biennio possit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, vt mutuatario permittatur probare, se nullam pecuniam accepisse, spectato iure ciuili, aut Canonico? ibidem.
Cap. 14 Circa Vsuram. p. 130
56. Quoties ob mutuum conceditur alicui pecunia, vel aliquid pretio æstimabile ob timorem, ne iterum deneget mutuum eidem mutuatori petenti: constituiturne Vsura, si principaliter id fiat mutui occasione? ibid.
57. An sit materia vsuræ, si vi mutui exigas à mutuatario amicitiam, familiaritatem, vel laudem. pag. 131.
58. An sit Vsuræ materia, vi mutui exigere remissionem iniuriæ, seu famæ restitutionem. ibid.
59. An sit Vsura, si quis exigat à mutuatario, vt officium, vel Beneficium sibi concedat, remutuit, eius frequentet Scholas, ex eius officina emat, in eius molat molendino, domum iusta mercede conducat, &c. ibid.
60. An sit vsura, mutuare cum pacto, vt eadem pecunia in specie, vel eadem quantitas mercium soluatur, quando creduntur plus esse valitura, si rem in illud tempus solutioni designatum non decreuisti obseruare, & liberum mutuatarium relinquis, vt ante illud tempus mutuum soluat? ibid.
61. An sit Vsura obligare mutuarium ad aliquam actionem præstandam, ad quam ipse obligatus erat ex charitate? p. 132
62. Excusaturne ab vsura, qui mutuatarium obligat ad obligationem antidoralem, seu quæ ex gratitudine denegatur exequendam. ibidem.
63. In ratione damni emergentis possit aliquid vltra sortem recipi. p. 133.
64. An lucri cessantis titulo possit aliquid vltra sortem ex mutuo recipi? ibid.
65. Cum alia via lucrum quod tibi ex mutuo cessat, vel damnum, quod emergit, compensare vales, eo quod habeas aliam pecuniam, poterisne aliquid ex mutuo exigere, si ex auaritia, aut pusillanimitate eam pecuniam reseruare curares, nec eam negotiationis periculo exponere. ibid.
66. Quis absque morali culpa solutionem debiti, termino præfixo gerendam amittit, obligaturne in foro conscientiæ lucrum cessans, aut damnum emergens mutuanti compensare. p. 134
67. In pœnam Conuentionalem debiti congruo tempore non soluti, potestne aliquid vltrà sortem exigi, quod propriè pœna sit? ibidem.
68. An ratione periculi in recuperando mutuo possit aliquid vltra sortem exigi. p. 135
69. Ob assecurandam sortem potestne mutuator pretium à mutuatario exigere. ibid.
70. Gener non recipiendo in dotem fructus ex pignore dotali perceptos, excusaturne ab vsura, quia conceduntur fructus in partem dotis ad matrimonij onera. pag. 136.
71. Vxor, defuncto viro potestne fructus pignoris, quod fuit à dotante, durante matrimonio concessum, percipere, non computandos in sortem dotis expectatæ, nisi ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, aut ratione pœnæ conuentionalis, vel donationis. ibidem.
72. An vxor possit, post viduitatis annum, non computandos in sortem dotis pignoris recipere fructus, nisi forte ratione lucri cessantis. p. 137
73. An validum sit statutum, quo caueretur, viduæ ex bonis mariti soluendam esse pensionem singulis annis ad rationem octo vel decem pro centum interim, dum dos ei non fuerit soluta, possit-

F. SCOBAR
Theol. Mor.
Tom. V. VI. VII.
F. IV
C

possitque vidua præfatam pensionem accipere, etiamsi habeat aliunde ex quo sustentetur, nullumque ei damnum immineat, aut lucrum cesset ex dote non soluta. ibid.

74. An proprietarius laicus possit absque vsura recipere fructus pignoris feudalis non computandos in sortem. ibid.

75. An hæc decisio non solum in pignore feudali locum habeat, sed etiam in pignore emphyteutico, vsufructuario, vsuario, & conductitio. p.138

76. An excusentur ab vsura pietatis Montes. ibid.

77. Si pecunia Montis pietatis negotiationi exposita sit, potestne, exigi aliquid vltra sortem, & vltra id, quod exigitur ad Montis conseruationem. p.139

78. An vsurarius acquirat, dominium eorum, quæ per vsuras comparat. ibid.

79. An si quis concurrens ad vsuram, partes mutuantis gerat peccet contra iustitiam: teneaturque restituere. ibid.

80. An Famuli, alijque nudum ministerium exercentes in re vsuraria, excusentur ab iniustitia, ac restitutione? p.140

81 An petere mutuum sub vsuris à fœneratore parato, absque necessitate seu vtilitate sit mortale. ibid.

82. An sufficiat, vt quis vsurarius manifestus valeat appellari, vt semel, vel iterum vsuras publicè exercuerit? p.141

83. An debeat Iudicis sententia accedere, vt vsurarius pœnis à iure impositis afficiatur. ibid.

84. An solui ille, qui vsuras palam exercuisse constiterit comprehendatur in omnibus pœnis à iure vsurario indictis. ibid.

85. An semel vel iterum exigens vsuras, aut exigens occulte possit, tum ab Ecclesiastico, tum à sæculari iudice puniri arbitrariis. pag. 142

Cap. 15. Circa Testamentum, ac Codicillum. ibid.

86. Si adiectum est iuramentum testamenti reuocandi, potestne adhuc licite reuocari. ibid.

87. Esto testamentum iuramento confirmatum licite reuocari non valeat; validene potest reuocari. p.143.

88. Testator sibi imponit pœnam, si prius testamentum reuocauerit adiiciens solutioni huius pœnæ iuramentum: Debeturne, talis pœna iuramenti ratione? ibid.

89. Si testator voto se Deo obligauit, relinquendi mille aureos pro pauperibus, & illos relinquat: potestne hoc legatum reuocare? ibidem.

90. Ex Facultate Regis, vel Principis supremi potestne testator irreuocabile testamentum condere, ita vt nec valide quidem reuocare valeat. p.144

91. Quando conditum est testamentum à non habente filios, qui tamen postea habuit, id testamentum reuocatumne censetur quoad hæredis institutionem, & quoad legata. ibid.

92. Pater, qui non habens filios testamentum condidit, & post natos filios diu superuixit, nec prius testamentum reuocauit: Testamentumne illud ad legata censetur, esse reuocatum. ibid.

93. Quis in morbo testamentum gessit hac verborum forma: *Si hoc morbo è vita discessero &c.* at postea conualuit, & nullum aliud testamentum condidit: Valetne adhuc prius testamentum. pag. 145.

94. An testari valide possit ille, de quo constat, habuisse dilucida interualla, & non constat, num actus gestus fuerit tempore sanæ mentis. ibid.

95. An valida sint vsurarij ad causas pias legata. ibid.

96. Cum quis testatorem occidit eoque ipso ab occisi excluditur hæreditate, hæreditas illa applicaturne fisco. p.146

97. An filius spurius possit aliquid accipere in substitutione fideicommissaria. ibid.

98. An hæres siue fidem dederit patri spurij siue non dederit, possit si velit licite ea bona sibi retinere, & spurio non dare. p.147

99. An spurius substitutus pupillariter filio legitimo obeunti, possit succedere

succedere pupillo in bonis paternis talis substitutionis virtute. ibid.
100. Pater spurij dicit alteri habenti filium spurium, ego instituam hæredem tuum filium, & tu instituas meum, huiusmodi institutio validane esset, nisi obstaret Bulla Pij. V. p. 148
101. An possit pater filium spurium instituere hæredem sub conditione, si à Principe legitimetur. ibid.
102. An filius spurius possit, de iure communi, à matre vel à matris adscendentibus per testamentum accipere. ibid.
103 An spurio etiam non indigenti, sed aliunde potenti se alere, possit pater alimenta præbere testamento. pag. 149
104. Alimenta spurijs dandane sunt solummodo ad necessaria naturæ sustinendæ, non ad status decentiam. ibid.
105. An iudicandum sit spurium indigere, quando habet aliqua bona immobilia, ex quorum redditibus non potest, sufficienter viuere, posset tamen, si ea venderet, ex pretio viueret. ibid?
106. Si aliquis sic instjtutus sit hæres in re certa, vt testator expresse dixerit, se nolle quod in his bonis ille succedat, debetne adhuc in illis succedere. 150
107. An successio filij in bonis paternis sit ex iure diuino. ibid.
108. An Pœnitentia filij post culpam sequuta ante mortem patris sufficiat, ad abolendam exhæredationis causam, ita vt postea contra eius valorem possit agere. 151
109 An pars illa, quæ danda esset filio exhæredato, debeat alijs filijs accrescere. ibid.
110. Ecclesia, vel quæuis alia causa pia quando est hæres, & non conficit inuentarium, teneturne sicut aliis hæredes, omnibus creditoribus etiam supra vires hæreditatis. 152
111. Excusaturne, in cõscientiæ foro hæres à soluendis debitis ob inuentarij omissionem. ibid.
112. Quando duo homines sunt eiusdẽ nominis, si ex coniecturis, & circunstantijs constare non potest, cuinam eorum legatum relictum sit, valetne legatum. ibid.
113. Quando duo sunt Antonij, & non constat cuinam ex hisce legatum relictum fuerit, hæréne potest, ex illis, quem maluerit, eligere. 153
114 Antonius legatum reliquit, cuius annui redditus in pauperes expenderentur iuxta suorum testamentariorum placitum: An possint ipsi totam illam quantitatem semel applicare alicui hospitali, vt ex ijs redditibus inibi pauperes curentur. ibidem.
115. Si quis generatim legatum pauperibus relinquit, potestne pauperibus extra testatoris locum existentibus dari. 154
116. In electione pauperum, quibus generatim legatum relinquitur, preferendine sunt pauperes consanguinei testatoris. ibid.
117. Elector pauperum, quibus legata eleemosyna est distribuenda, potestne eam proprijs consanguineis si sint pauperes, elargiri? ibid.
118. Distributor pecuniæ pauperibus legatæ, potestne partem sibi applicare, quando re vera ipse inopia afficitur? ibid.
119. Ille cui committitur distributio inter pauperes facienda, debetne semper pauperiores præferre? p. 155
120. Quando testator præcipit vt summa quædam pauperioribus detur si id non fiat, distributores tenenturne ad restitutionem? ibid.
121. Si legatum sit, vt summa quædam pauperibus distribuatur potestne totum vni pauperi? ibid.
122. Legatum relictum virginibus pauperibus ad nuptias, potestne iis dari, quæ nubere nolunt, vt Religiosæ fiant. ibid.
123. An in foro conscientiæ hæres, vel executor possit differre per annum legatorum exequutionem? p. 156
124. Quando legatum relictum est pro puellis orphanis: potestne illud admitti quæ patrem quidem habet sed ad puellæ succurrendum omnino inutilem? ibid.
125. Legatum pro liberandis incarceratis potestne impendi pro alicuius incarceratione impedienda? p. 157
126. An legata, quæ impleri non valent possit Episcopus in quemlibet pium vsum commutare? ibid.
127. An exequutori testamenti debeatur sui officij ratione salarium? ibid.

E. SCOBAR
Theol. Mor.
Tom. V. VI. VII.
Ex. Lv
C

LIBER XXXIX.

Contractus Oneroſi.

SECTIO I.

De Contractibus Oneroſis receptiores ſine lite ſententiæ. p.158.

CAP. 1 DE Emptione. ibid.
2. De Venditione. 160
3. De Cenſibus. 163
4. De Cambiis. p.165
5. De Locatione, & conductione. 167
6. De Emphyteuſi. 169
7. De Feudo. 170

SECTIO II.

Dubia de Contractibus oneroſis. pag.171.

Cap.8. CIrca emptionem, & venditionem. ibid.
Dub.1. An res, quæ nec pretium legitimum, nec vulgare habent, poſſunt vendi, quanti contrahentes inter ſe conuenerint. ibid.
2. Cum exteri triticum per mare aſportatum vltra taxam legitime vendunt, poſſuntne naturale triticum ex ſuis agris collectum vel aliunde adductum, æque bonum, imò melius, eodem pretio vendere. ibid.
3. Si tritico ex malitia admiſceas grana inutilia aut vino optimo deterius, vel aquam, aut veteri nouum, ita vt ex admixtione huiuſmodi deterius non fiat, poteſne pretio taxato vendere. p.172
4. An ſit contractus iniquus, quo triticum vel aliam mercem quis vendit pretio à lege taxato ſub conditione quod emptor in moneta aurea aut argentea ſoluerit. ibid.
5. Emit quis triticum vltra taxam ab eo qui licitè vendit ratione aſportationis: Poteritne id eodem pretio alteri reuendere. p.173
6. An iura aſportationis exigere poſſit qui tempore abundantiæ, quando neceſſum non eſt triticum aſportari, id geſſerit. ibid.
7. An peccet lethaliter Clericus, aut diues, qui frumentum in farina aut pane cocto pretio à lege Regia præſcripto vendiderit. ibid.
8. An emptio tritici, vt creditoribus deſolutum ſit legibus non reuendendi prohibita. p.174
9. An qui pluries emit triticum ad reuendendum, nunquam tamen punitus fuit, debeat puniri pœna, quæ tertio ementi eſt impoſita. ibid.
10. An res vendi poſſint carius, quam per ſe valent ratione ſolutionis creditæ. p.175
11. An merces pretioſę in magna quantitate ad nundinas, ſiue ad portum adiectæ poſſint credito carius vendi, quam ſit ſummum pretium illarum, ſi præſenti numerata pecunia venderentur. ibid.
12. An poſſit anticipata ſolutione minoris emi centum debita Antonio poſt annum ſoluenda pręciſe, ſine alio incommodo. p.176
13. Cum ex cauſa extrinſeca, nempe ex decreto Principis, ex abundantia, vel ſterilitate repente ſuperuentura valor mercium augendus, vel imminuendus eſt: qui hoc ſciat priuatim, poteritne vendere, vel emere pretio currenti. ibid.
14. An poſſis pecuniam, quam priuatim ſcis breui tempore imminuendam, vel deponendam, mutuari cum obligatione eandem quantitatem reddendi. p.177
15. Sciens ex Conſiliarij Regij (v.g.) monitu tritici valorem cito lege promulganda imminuendum, poteſtne licitè id pretio currenti vendere, vel emere. ibid.
16. An cenſeatur deceptor iniuſtus qui interrogatur an pretium mercis imminuendus ſit, obſurdeſcit, vel reſpondet, ſe neſcire, vel aſſerit, diminuendum non eſſe. ibid.
17. An vt emptor dicatur læſus vltra dimidium iuſti pretij debeat, rem valentem centum, emere pluſquam ducentis (verbi gratia) regalibus. p.178.
18. Lædens emendo, vel vendendo intra dimidium, an peccet, & teneatur ad reſtitutionem. ibidem.
19. Quoad forum Eccleſiaſticum lædens intra dimidium teneturne lęſionem reparare. 179
20 An

10 An ex contractu per procuratorem inito concedatur actio, vt contractus in quo quis læsus fuit intra dimidium rescindatur vel inæqualitas reparetur. ibid.
21 Si læsio intra dimidium in dotis æstimatione contingat, concedatur actio. ibid.
22. An ius accrescendi transeat, in emptorem hæreditatis. p. 180
23. Res vendita cum expressione quantitatis est, at postea maioris, vel minoris quantitatis esse reperitur: Pretium sine, augendum, aut diminuendum, si venditio sit corporis. ibid.
24. An teneatur venditor, vitium occultum mercis nec notabiliter noxiæ, vel inutilis emptori manifestare, si credat non empturum vel non empturum tanto pretio. p. 181
25. Facto emptionis, ac venditionis contractu teneturne venditor, rem venditam tradere emptori, cum primum possit, an satisfaciat, inter esse soluendo. ibid.
26. Si venditio completa non sit, eo quod neque pretium non sit solutum, nec fides de ipso accepta, an fructus competant venditori. pagina 182.
27. An possit absque vsuræ labe venditor cum emptore conuenire, vt interim, dum pretium non soluerit, vel res alia frugifera emenda non affertur, aliquam pensionem annuatim soluat. ibid.
28. Donatio incipiens à promissione si rei singularis, & determinatæ facta sit, obligatne donatarium ad euictionem. p. 183
29. An cùm emptor de euictione agit, venditor etsi priuilegiatus, debeat sequi in hac causa forum emptoris. ibid.
30. An Mobilia pretiosa, nempe arma, gemmæ, lapidesve pretiosi, aliaque similia sint, retractui subiecta in venditione, & emptione. p. 184
31. An ex emptione sub pacto reuendendi interueniente modicissimo pretio, præsumatur vsura. ibid.
32. An facto reuendendi pacto in fauorem venditoris, emptor possit compelli ad reuendendum. ibid.
33. An si quis promittat, se contracturum obligationem reuendendi possit ad reuendendum compelli. p. 185
34. An minor emens cum pacto reuendendi possit obligari ad reuendendum absque Iudicis decreto, bona immobilia. ibid.
35. An si de facto emptor rem venditam sub pacto redimendi vendat alteri, primus venditor ex vi prædicti pacti possit aduersus secundum emptorem agere ad rei vindicationem. ibid.
36. An Gabella debeatur ex venditione sub pacto legis commissoriæ, & adiectionis in diem, aut ex pacto reuendendi, adiecta clausula, quod res inempta sit. p. 186
37. An versuræ, quas vulgo Moatras vocitamus, sint licitæ, & validæ. ibid.
38. An sit contra iustitiam Monopolium, cum mercatores conspirant, ne merces vendantur nisi intra summi pretij latitudinem. p. 187
39. An Monopolium sit illicitum, si quis vel alij cum illo omnes merces alicuius generis tempore abundantiæ vili pretio emant, carius postmodum diuendendas. 188
40. Falsas litteras quis ex industria apponit legendas, quibus emptores inducuntur ad carius emendum: perpetratne iniustitiam. ibid.
41. Qui veras litteras conscissas legit, quarum occasione lucrum alteri præripuit: teneturne ad restitutionem. 189
Cap. 9. Circa censum, seu annuum redditum. ibid.
42. An census, qui de facto constitui solent, sint mere reales, & non mixti. ibid.
43. Cum dubitatur, an aliquis census sit redimibilis, vel irredimibilis: præsumendusne est, esse redimibilis. 190
44. An census redimibilis pertineat ad immobilia bona, si sit ad modicum tempus. ibid.
45. Attento solo iure naturæ licitumne est censum realem emere, aut vendere. 191
46. Census merè personalis, cuius pretium non adæquat cumulum, liciténe emitur de iure naturæ, quando lucrum cessans vel periculum aut simile quid non intercedit. ibid.
47. An census personalis temporalis licitus sit. 192
48. An licitus sit census temporalis ad indeterminatum tempus & incertum, scilicet ad vitam emptoris, qui

F. SCOBAR
Theol. Mor.
Tom. V. VI. VII.
F. IV
6

qui census dicitur Vitalitius. ibid.
49. Quando ab initio constituti census nullum pactum præcessit circa pretium redemptionis, sed solum constitutus fuit census redimibilis quem venditor posset eodem pretio redimere, potestne postea emptor ipse sicut quilibet alius redimere censum minori pretio, eo quod ex variis accidentibus diminutus sit. p.193
50. An loquendo de iure positiuo illicita sit secunda minori pretio, census redimibilis venditio. ibid.
51. Fructus ex censu minori pretio empti debentne restitui. p.194
52. An peccet lethaliter emptor qui in modico pretium iustum census defraudauit. ibid.
53. Bulla Pij V. circa conditiones asseruandas ad census valorem, obligatne vbique. ibid.
54. An vnus census possit super alio vel alijs constitui. p.195
55. Conditio hæc vt census super re immobili constituatur, requisita positiuo iure, requirituine etiam iure naturali, ad census iustitiam. ibid.
56. An licita sit nunc clausula generalis, qua post designatam certam rem, in qua census constituatur, obligantur cætera bona præsentia, vel futura ad pensionum solutionem. ibid.
57. Conditio à Pio V. requisita, quod res censui subiecta fructifera sit ex natura sua, requirituine etiam ex iure naturæ. p.196
58. An debeatur pensio etiam eo anno, quo res censui subiecta nullos fructus affert, vel in minori quantitate, quam ad pensionis solutionem sufficiat. ibid.
59. Ad implendam primam illam Bullæ Pij V. conditionem, debetne res ita esse fructifera, vt habeat fructus eiusdem rationis cum his, qui pro pensione sunt soluendi. p.197
60. An de iure naturæ licitus sit census, pensioneque integræ debeantur, quando non emitur pecunia præsenti, sed partim credita, ac postea soluenda. ibid.
61. An ex iure naturæ possit emi census ex mercibus, vel massa argenti pro pretio datis. p.198
62. Stante Pij V. Bulla, & cessante fraude validusne est census sine integro pretio numeratæ pecuniæ emptus. ibid.
63. An ex iure naturali possit census emi ex debito venditoris. ibid.
64. An stante Pij V. Bulla, licitum sit emere censum pecunia præsenti numerata, eo tamen pacto, vt venditor statim ex illa pecunia soluat emptori debitum, quod ei antea debebat. ibid.
65. Iuxta octauam Bullæ conditionem, quando prædium censui subiectum non perit, sed diuiditur postea inter plures dominos, singuline tenentur ad pensionem integram, si dominus census ab eis exigat. p.199
66. An si res censui subiecta pereat, vel infructuosa perpetuo fiat debitoris culpa creditor possit, & pensiones exigere, quandiu census pretium ei non restituitur. ibid.
67. An illicitum sit de iure naturæ pactum, quod elapso decennio v.g census redimi vlterius nō possit, vel quod non possit, nisi post decennium p.200
68. An verbis Bullæ Pij V. prohibiti sunt in posterum census omnes de nouo creandi, qui sint omninò irredimibiles. ibid.
69. An attento iure Pontificio possit venditor, obligari, ad non redimendum censum per partes. 201
70. Creditori denuncians debitor census extinctionem, teneturne, eum non extinguere, nisi elapso bimestri. ibid.
71. Censuales contractus, qui post Bullā Pij V. sub alia forma celebrantur, suntne re ipsa vsurarij. ibid.
72. Deficiente aliqua ex conditionibus à Pontifice assignatis, redditurne totus contractus irritus, ac prohibitus. 202
73. An licite apponi possit in census redemptione pactum, vt venditor non solum idem pretium, sed eandem monetam in specie reddat. ibid
Cap. 10. Circa Cambia. ibid.
74. An licet Cambium contractus sit innominatus sit in eo pœnitentæ locus tametsi ex vtraque parte completus non sit. ibid
75. Occasione officij cambiandi propria authoritate susceptipotestne quis, vltrà pecuniæ valorem aliquid accipere. 203
76. Ob commoditatem, quam pecunia aurea, aut argentea præ ærea obtinet, potestne aliquid præter valorem à lege taxatum campsor exigere. ibid.
77. An sit iustus tuulus vt Campsor lucrum comparare valeat, si ipse prius

det pecunias alicui, vt alibi recipiat. p.204.
78. An cambia cum lucro intra idem Regnum possint,instituí. ibid.
79. vltra titulum officij cambiandi, & damni emergentis, ac lucri cessantis, atque virtualem monetæ traiectionem, tituluſne iustus est, ad aliquid amplius recipiendum vberioris lucri, maior pecuniæ æstimatio. ibid.
80. An possit lucrum augeri à campsore,ex eo quod in loco vbi reddenda est,quæ hic accipitur, pecunia, sit rarior,paucioresve sint,qui ad cambium concedunt. p.205
81. Licitumne est cambium cum lucro concessum ei, qui etsi verè nullam pecuniam habeat in loco solutioni destinato, ignoranter tamen existimat eam habere. ibid.
82. Licitumne est cambium, cum pro campsario respondet campsoris procurator. ibid.
83. Campsores,vel bancharij possuntne exigere à deponentibus pecunias stipendium. 206
84. An campsor vel bancharius licite possit detrahere ex mille sex à deponente ob custodiam, & obligationem,quam in eorum gratiam suscipiunt. ibid.
85. Licitumne est campsori pacisci,quod si tempore designato eandem summam campsarius non soluat, in recambium accipiat. 207
86. An cessante fraude in cambio, sit obligatio implendi conditiones à Pio V. præscriptas. ibid.
87. An sit obligatio restituendi acceptũ si de facto campsor pacisçatur de certo interesse, si termino præfixo sibi non præstetur solutio ob verisimile periculum damni, quod timet euenturum ibid.
Cap. 11. Circa Locationem,& Conductionem. 208
88. An si quis habeat licentiam Papæ, vel Episcopi ad petendam eleemosynam per se,vel per alios, vt suæ consulat egestati,possit hoc ius alijs pretio locare? ibid.
89. Vxor, soluto matrimonio,teneturne stare locationi rei dotalis à marito factæ. ibid.
90. An fructus rei conductæ fiant conductoris ante solutam pensionẽ. 209
91. Quid nomine sterilitatis omnimodæ,quæ omnino ab vlla pensione soluenda excusat,intelligatur. ibid.
92. An diminuenda sit tunc pensio solum quando non percipitur dimidia pars fructuum qui communiter ex eo fundo solent percipi. ibid.
93. An vbertas notabilis alicuius anni det ius locatori,maiorem pensionem exigendi,quam deducta fuerat in pactum. 210
94. Si famulus durante tempore in contractu statuto, ægrotet, potestne stipendium accipere pro eo tempore, quo ægrotarat, & non poterat famulari. ibid.
95. Quando locator obligat in contractu conductorem ad meliorationem rei conductæ faciendam,faciendane est melioratio sũptibus locatoris. ibid
96. Vsufructuarius locat fundũ in quinquennium eaque spe conductor fundum meliorat, & vsufructuario, secundo anno, v.g. moriente locatio resoluitur, & fundum ad dominum proprietatis redit: Hoc in casu conductor potestne exigere meliorationis valorem. 211
97. An liceat locatori obligare conductorem, ad suscipiendum in se omne rei locatæ periculum. ibid.
98. An si licitus sit contractus, quo aliquis locat gregem, vel animalia ad vsum, & fructum ex ijs percipiendum eo pacto, vt conductor teneatur numerum integrum conseruare, aliis in defectum morientiũ subrogatis. ibid.
Cap 12. Circa Emphyteusim & Feudum. 212
99. An Emphyteuta seu feudatarius debeat priuilegijs domini gaudere. ibid.
100. An Emphyteuta, & feudatarius obligentur rem in emphyteusim,seu feudum acceptam meliorare. ibid.
101. An emphyteuta, vel feudatarius reddens deteriorem rem acceptam incidat in commissum, vnde possit, domino priuari. ibid.
102. Accepit quis in emphyteusim, aut feudum perpetuum, vel ad plures vitas oliuetum, v.g. Poteritne, irrequisito domino, oliuas euellere, & loco illarum vites plantare, quæ secundum communem hominum æstimationem vtiliores sint. 213
103. Si ab hostibus res emphyteutica, aut feudalis occupetur, eo tempore emphyteuta, aut feudatarius habetne obligationem pensionis soluendæ. ibid.

F. SCOBAR
Theol. Mor.
Tom. V. VI. VII.
F. IV
C

104. Cum ob infortunium, aut sterilitatem fructus rei emphyteuticæ non colligitur, estne ob eam causam pensio imminuenda. ibid.
105. An obligatio emphyteutæ, vel feudatarij soluendi pensionem requirat Iudicis sententiam. 214
106. Quando emphyteuta venditioni emphyteusim exponit, non expecta domini venia, vt incidat in commissum, sufficitne traditionem geri fictam per clausulam constituti. ibid.
107. An possit quis permutare vel donare emphyteusim domino irrequisito. ibid.
108. An si Princeps aliquem legitimaret, vt in feudo succedat, eius dispositio habeat effectum, irrequisito Domino. 215
109. An in agnatorum præiudicium legitimatio habeat effectum ad emphyteusis, seu feudi successionem. ibid.
110. Si sit emphyteusis, aut feudum priuati. & concedatur alicui pro se eiusque liberis, comprehendunturne illegitimi naturales. 216
111. An Fœmina semel ad feudum admissa, eo quod masculus deficiebat, si postmodum nascatur illius natiuitate sit excludenda. ibid.
112. An si quis accipiens emphyteusim stipulatus fuerit pro se, & filijs suis: fœmina sit admittenda. p. 217
113. An in emphyteusi, vel feudo hereditario possit successor, repudiata hæreditate vltimi possessoris, emphyteusim obtinere, cum tamen primi possessoris hæres existat. ibid.

LIBER XL.

Contractus Fortunæ.

SECTIO I.

De Contractibus Fortunæ receptiores sine pugna sententia. p. 218.

Cap. 1. DE Assecuratione. p. 218
2. De Sponsione. 219
3. De Sortibus. 220
4. De Ludo. ibid.

SECTIO II.

Dubia de Contractibus Fortunæ p. 222.

Cap. 5. CIrca Assecurationem. p. 222
Dub. 1. An semper sit licitus, Assecurationis contractus. ibid.
2. Quis agnouit ex Astrologia, non fore tempestates, vel ex amici litteris Piratas omnino recessisse: Potestne adhuc ordinarium pretium, etsi magnum sit pro assecuratione petere ob magna tempestatis, ac Piratarum irruptionis pericula. ibid.
3. Si assecuretur dimidia mercium pars generatim, pereunte media mercium parte assecurator teneturne soluere partis pereuntis dimidium. 223
4. Licitumne est, quando aliquid sub hasta venditur, aliquid promittere, & dare ei, qui pretium auxerit, ob assecurationem venditionis. ibid.
Cap. 6. Circa sponsionem, & lucrum per sortes. ibid
5. Potestne sponsio acceptari, ac lucrū retineri, quando habens quis certitudinem protestatur alteri, se esse certum, nec velle, aut posse spondere: & tamen alius contendit, ac vult spondere, non obstāte illa certitudine. ibid.
6. Tribus concurrentibus ad officium, vel cathedram, licetne sponsionem contra singulos omnes facere. 224
7. Quando sponsio fit inter Antonium & Ioannem, quod Antonius Ioannem saltu, vel cursu superabit, & Ioannes postea saltare, aut currere non vult: Ioannes debetne soluere. 225
8. An irrita sit super electione futura summi Pontificis, aut Cardinalium sponsio. ibid.
Cap. 7. Circa Ludum. ibid.
9. An votum, aut iuramentum non ludendi possit sub morali obligare. ibid.
10. An sit lethale peccatum ludere principaliter propter lucrum. ibid.
11. An ludere principaliter propter lucrum sit saltem veniale piaculum. 226
12. Licitumne est ludere preces sacras, itavt victus debeat aliquoties pro victore aut pro animabus purgatorij Angelicam (v. g.) salutationem recitare. ibid.
13. An peccent lethaliter exponentes mensas publicas ad ludendum, recepturi omnes, qui ludere volunt, remissiuè. 227

14. An

14. An lethaliter delinquant, qui contra legum præscriptum ludo prohibito dant operam. ibid.
15. An Clerici peccent lethaliter ludis prohibitis operam exhibentes. ibid.
16. An Religiosi delinquant chartis ludentes. ibid.
17. An si quis in ludo exponit rem furtiuam alienam, aut apud se depositam qui eam lucratus est teneatur, eam domino reddere, vbi scit, alienam esse. p. 228
18 Cum tibi in ludo pecunia deficeret, clam eam à colludente surripuisti, eamque postea lucratus es, habens quidem vnde valeas eam pecuniam ablatam restituere: Potésne lucrum id retinere. ibid.
19. Id quod filiusfamilias per totum annum licite ludere potest, potestne etiam semel initio anni totum simul ludere cum animo in toto anno iterum non ludendi. pagina 229.
20. Qui lucratur à filiofamilias eam summam, quam toto anno posset perdere, debetne inquirere, an iam eo anno summam illam in aliis iacturis expleuerit. ibid.
21. Qui suprà summam illam, quam, patre annuente, filiusfamilias perdere valet lucratus est, debetne totum lucrum restituere. ibidem.
22. Si filiusfamilias, qui potest v. grat. quinque aureos perdere, lucretur successiue triginta, potestne illos triginta quinque tunc ludere, & perdere. ibid.
23. Quando non est idem ludus sed sequenti die cum eodem, vel cum alio colluſore filiusfamilias ludum instituit, potestne perdere triginta illos aureos, quos quinque aureis, quos perdere poterat, fuerat lucratus. ibid.
24. Lucrum ex ludo suscepto ex qualibet tractione, nempe ex precibus, &c. debetne lucranti colluſori restitui. p. 230
25. Quando tractio ad ludum est cum violentia, aut metu graui iniusto, debetne restituere illud lucrum is, qui traxit, & qui tractus fuit si ipse lucratur. ibid.
26. Estne contra iustitiam, si aduersario errante contra se in numerandis punctis, vel in accipiendo primo loco, qui sibi competebat, eum de errore non moneas. ibid.
27. Debesne restituere Antonio centum aureos, quos ab eo ob fraudes lucratus es: poterisne ab illa restitutione liberari, si tantumdem cum eo perdas. 231
28. Quando magis peritus in ludo positiue non fingit, nec decipit, sed aduersarius à se ipso deceptus, (quia eius peritiam, ad dexteritatem non satis nouit) ludit, debetne lucrum restituere. ibid.
29. Si peritia, & excessus tuus alteri colluſori noti sint, vel à te ei manifestentur potésne ipso adhuc ludere volente, lucrari. ibid.
30. An licite fiat hoc pactum: Antonius ludit pro se & pro Ioanne, ita vt dimidium iacturæ Ioannes soluat lucri verò solùm partem tertiam habeat. p. 232.
31. Qui ludit animo non soluendi, vel animo repetendi posteà solutum ex beneficio legis repetitionem concedentis, si lucretur, potestne lucrum retinere. ibid.
32. Quando alter fingit se habere in crumena pecuniam, nec animum habet soluendi cum posset soluere si vellet, potestne si lucratur, lucrum retinere. ibid.
33. Lucrans in ludo prohibito teneturne extra iudicium restituere quod lucratus est. p. 233
34. Si victus prius renunciauerit facultati restitutionis petendæ, vel promiserit se non petiturum, potestne adhuc eam petere. ibidem:
35. Iurauit quis soluere, & restitutionem non petere, potestne petere à prælato Iuramenti laxationem, creditore inuito. ibid.
36. Quando credito creditur, potestne lucrum in conscientia retineri. pagina 234.

LIBER

Index Capitum,

LIBER XLI.

Contractus Adminicularij, Quasi contractus, & innominati.

SECTIO I.

De Contractibus Adminiculariis, Quasi contractibus, & Innominatis, receptiores sine lite Sententiæ. p. 235.

Cap. 1. DE Societate. p. 235
2. De Fideiussione. p. 236.
3. De Pignore, & Hypotheca. p. 237
4. De Mandato. 238
5. De Negotiis gestis. 240
6 De Tutela, & Cura. 241
7. De Stipulatione, & Acceptilatione. p. 242.
8. De Compromisso. 243
9. De Arbitrio. 244
10. De Transactione. 245
11. De Compositione. 246

SECTIO II.

Dubia de Contractibus Adminiculariis. pag. 247.

Cap. 12. CIrca Contractum Societatis. p. 247
Dub. 1. In societate, in qua alter pecuniam confert, alter operam, censeturne pecunia communicata, ita vt finita societate sit, vel non sit diuidenda. ibid.
2. Cum alter pecuniam, alter industriam confert, & pecunia perit, communisne est iactura. ibid.
3. Licetne lucrum, saluo capitali, in societatis contractu comparare. ibid.
4. Licitusne est contractus in societate super animalibus inita, si periculum in accipientem animalia reiicias, ipséque tibi obligetur, æstimationem in quocumque euentu præsentem soluere, communicato lucro, & emolumento, quod superfuerit. ibidem.
5. An ad soluendas pro societate expensas, ea debeant detrahi, quæ quis domi insumeret, si non inijsset societatem. 249
6. Pro damno mercium vitando, quod socius timet euenturum nisi ex proprijs insumpserit, vel si non habet, mutuo acceperit, obligaturne ex iustitia si sumptus leuis sit, & facile id possit præstare? ibid.
7. Inter patrem, & filium sub eius potestate constitutum, potestne contrahi societas? ibid.
8. Cum societas transit ad hæredes, debetne transire non solum ad primos hæredes, sed ad subsequentes. pag. 250.
Caput 13. Circa Fideiussionem, Pignus, & Hypothecam. ibidem.
9. Mulier si fideiussionem iuramento confirmauit priuilegij Velleiani ignara, eone gaudet. ibid.
10. Episcopus, & Clericus possuntne fide iubere. 251
11. Si debitor soluendo non sit, creditor in eius defectum debetne emptor reddere pretium pignoris venditi, si extet, vel si ex illo factus est locupletior. ibid.
Ad Deiparentem Dominam meam Epilogus. 252

R. P.

R. P. ANTONII

DE ESCOBAR ET MENDOZA, VALLISOLETANI,

Societatis IESV,

VNIVERSÆ THEOLOGIÆ MORALIS

Liber Trigesimus Sextus.

DOMINIVM.

QVI *Volum. I. De Iustitia, Iure, ac contractibus in communi Tractationem prælibaui. Iam in particulari materiam euoluo, ac primum de Dominio rerum, quo quis per furtum priuatur, vna & altera sectione (de more) disceptabo.*

SECTIO PRIMA.

De Dominio receptiores absque pugna sententiæ.

CAPVT I.

De *subiecto* Dominij.

1. Dominij diffinitio.

DOminium est, *Ius perfecte disponendi de re aliqua corporali, nisi lege prohibeatur* Dicitur *Ius* loco generis: ius enim sub se comprehendit tam Dominium quàm alia pleraque iura. Dicitur. *Perfecte disponendi*, id est omni modo, & pro-

pria authoritate siue in proprium, siue in alienum commodum eà vtendo, siue abutendo. Additur, *De re corporali*, nam rerum aliæ corporales sunt, aliæ incorporeæ, corporales sunt, quæ suapte natura tangi possunt, vt fundus, homo, vestes, aurum. Incorporeæ, quæ tangi non possunt, sed intellectu solum apprehendi, vt sunt ea, quæ in iure consistunt v. g. Ius hæreditatis, vsusfructus, ius eligendi, ius præsentandi. Additur, *Nisi lege prohibeantur*. Quia etsi iura aliquando iusta de causa aliquod ius impediant, ne prodeat in actum, etsi prodierit, ne factum teneat, non tamen efficiunt eiusmodi ius non esse Dominium. Vnde etsi pupillus nequeat

nequeat sua bona alienare vsque ad tempus à patre: vel à iure præfinitum, ni hilominus tamen est legitimus eorum Dominus, Barthol. *l. si quis, §. differentia, ff. de acquir. posse.* Molina *tr. 2. d. 3.* Less. *l. 2 c. 3 dub. 2.* Filliuc. *tr. 31 c. 3. q. 1.* Laym. *l. 3. tr. 1. c. 5. n. 7.* Sayr. *in claui, l. 9. t. 2. n. 3.* Valent. *to 3. d. 5. q. 10. pun. 1.*

2 *Dominium iurisdictionis ac proprietatis.*

Dominium est duplex, vnum *iurisdictionis*, alterum *proprietatis*. Dominium iurisdictionis est potestas gubernandi suos subditos, iudicandi, protegendi, & accipiendi à subditis emolumenta, quæ ea de causa debentur, diuiditur autem hoc Dominium eo modo, quo iurisdictio Ordinaria, in *Ecclesiasticum, & Seculare*. Ecclesiasticum Dominium est potestas papalis, patriarchalis, Archiepiscopalis, Episcopalis, & aliæ inferiores. Dominium sæculare est, potestas Imperatoria, Regia, Ducalis, Comitalis, ac similes respectu Prouinciarum, & Oppidorum quæ ipsis proprio iure subsunt in negotijs sæcularibus. Dominium proprietatis est ius disponendi de re aliqua tanquam sua in suum commodū. Ab hoc Dominio quisque rei suæ Dominus dicitur, & competere potest tùm communitati, tum priuatæ personę, vel publicæ, Less. *l. 2. c. 3. dub. 1. n. 2.* Bec. *tr. de iust. c. 2. q. 2.* Malder. *de iust. tr. 1. c. 3. dub. 3.*

3 *Dominium proprietatis diuido in perfectū, & imperfectum.*

Porro Dominium proprietatis in *perfectum*, & *imperfectum* diuido. Perfectum dicitur, quod continet proprietatem rei, & commodorum eius; imperfectum, quod tantum habet vel proprietatem rei absque emolumentis, vel emolumenta absque proprietate, vnde hoc Dominium dicitur, vel *directum*, vel *vtile*, directum continet solam rei proprietatem, & tale Dominium habet filiusfamilias in peculio, quod aduentitium dicitur: & qui dedit in Emphyteusim, vel feudum, Dominium vtile continet solam rei commoditatem, quale habet vsufructuarius, feudatarius, vel Emphyteuta. Barthol. *ad l. si quis vi, §. directua, n. 5. ff. de acquir. poss.* Sayr. *in claui, l. 9. c. 2. n. 10. & 11.*

4 *Soli naturæ rationali potest conuenire Dominium.*

Cum autem omnis Dominij fundamentum sit intellectus, ac libera voluntas. Hinc soli naturæ rationali conuenire potest, nempè Deo, Angelis, & hominibus. Deus summum quoddam, absolutissimum, & independens habet dominium in omnes creaturas ratione creationis & conseruationis. Angeli proprie non videntur habere Dominium nisi suarum actionum, tamen propter magnam authoritatem, quam habent administrandi res corporeas, possunt dici illarum habere Dominium. Hominibus autem propriè competit hoc Dominium in res externas, cum eis res istæ concessæ sint solis. vt de illis ad sua commoda pro arbitrio disponant. Sotus *de iust. l. 4. q. 1. a. 2.* Sylu. *2. 2. q. 66. a. 1. q. 3.* Fausт. *in spec. 2. d. 1. q. 7. 9. 10. & 11.* Mol. *tr. 2. d. 18.* Filliuc. *tr. 31. n. 91. & 92.*

5 *Puer ante rationis vsum Dominium habet.*

Ante rationis vsum paruuli verùm habent dominium. Quia sufficit eos potentiam liberi arbitrij habere, quamuis vsum non habeant, alioqui dormientes Dominium suarum rerum amitterent, idem de amentibus dixerim Victor. *relect. de Indis. n. 21. & 22.* Less. *l. 2. c. 4. dub. 2.* Becan. *de iust c. 3. q. 2.* Fausт. *in spec. d. 1. q. 12.*

6 *Quadruplex peculij*

Filij familias quadruplex peculij genus potest competere, Castrense, quasi Castrense, Aduentitium, Profectitium. Castrense dicitur, quod in militia, vel occasione militiæ est partum. Quasi *genus potest* Castrense omne id, quod ex beneficio Ecclesiastico acquiritur, imò quidquid acquiritur post clericatum, etiāsi alias esset aduentitium, præterea quidquid acquiritur officio publico, nō mechanico, vt Iudicis, Aduocati, Tabellionis, Medici, Lectoris, &c. vel per principis donationem. Aduentitium peculium est summa illorum bonorum, quę Castrensia, aut quasi Castrensia non sunt, sed aliunde quam à patre, & ex bonis eius, & ob gratiam illius principaliter habetur, qualia sunt bona filio hæreditario iure à matre, aut cognatis, aut amicis, aut suo labore, industria, aut fauente fortuna, parta. Profectitiū est, quod prouenit à parente viuo, vel principaliter, & proxime eius causa datur, nec ad bella, aut officia publica pertinens, *filiofamistico acquiritur, clericatum, tere. Castrense, nico, Aduentitium, tium, Prosilitium.*

7 *Quodnam in huiusmodi di peculio Dominium habeat.*

Porro filij in peculio Castrensi, vel quasi Castrensi plenum dominium habet, ita vt tota proprietas, & vsusfructus, administratio; horū bonorū sit penes ipsos, & de illis possint disponere per donationes, & contractus, imo etiā per testamentū, ac vltimam voluntatem, & parens ex his bonis non possit sibi quicquā vsurpare, nisi quantū necessarium est pro filiorū alimentis, si eos ex suis alat, alioquin, volente filio ad restitutionem tenetur. In aduentitijs autem dominiū, ac proprietas iure cōmuni est filij, & vsusfructus patris. In quibusdam tamen casib. potest filius etiā habere vsumfructū, vt si pater illum filio concedat, vel si aliquid dentur filio ea conditione, vt parens vsumfructum non habeat vel aliquid ei donetur patre contradicente, vel si vsusfructus alicuius filio sit relictus. At in profectitijs dominium tam directum, quam vtile est apud parentes. Nauar. *sum. c. 17. à nn. 141. ad 144.* Less. *l. 2. c. 3. dub. 3.* Fill. *tr. 31. nu. 95.* Bec. *de iust. c. 3. q. 3.* Sylu. *v. Peculium* Sylu. *2. 2. q. 32. a. 8.* Fausт. *in spec. d. 1. q. 15.*

8 *De seruorum Dominio.*

Serui non habent perfectum ac independens à Dominorum potestate Dominium. Quia quicquid serui acquirunt quauis causa vel occasione Domino acquirunt. Possunt tamen serui habere aliquarum rerum Dominium, imperfectum, hoc est, tale, vt eas non teneātur suis dominis tradere, quamuis Domini absq; iniustitia possint eos illis priuare. Quia iura nō fecere incapaces omnis iuris, & dominij seruos, instar Religiosorum, nec aderat legitima, id faciendi causa. Vnde in aliquibus casibus potest seruus aliquod comparare Dominium, v. gr. quando consensus expressus, vel tacitus Domini intercedit, vel si donator ei absolute, vel ea conditione, vt ad Dominum non pertineat, vel si detur in compensationem, si lucretur sua pecunia: si sibi aliquid subtrahat sine Domini incommodo. Verùm concesso verò ac perfecto Dominio seruis in prefatis casibus, asseruerim, dominos ad restitutionem teneri, si res ipsas concessas auferant. Mol. *tr. 2. d. 38.* Less. *l. 2. c. 3. dub. 4.* Becan. *de iust. c. 3. q. 4.* Fill. *tr. 31. n. 99.* Sylu. *2. 2. q. 66. a. 1. q. 3. conc. 7.* Fausт. *in spec. d. 1. q. 19.*

9 *Religiosi professi Dominium nō habent sēlium, antiquo iure c. Non dicatis 12. q. 1. c. cum ad Monasterii, de statu Relig.* & nouo Tridentini *sess. 25. c. 2. de regularis vo-Regul.* Quia per votum paupertatis in solemni *to sunt ad-*professione *stricti.*

Religiosi solemniter professi in particulari possunt cuiuscumq; dominij, vsusfructus, possessionis, & similis iuris rerū temporalium tā mobilis, quàm immobilium incapaces, *cui qui simili-*

professione emissum. Religiosus ex ordinatione Ecclesiastica se se omni dominio priuat, & omnis iuris temporalis fit incapax. At per simplex paupertatis votum incapax Religiosus non fit, sed tantum priuatur potestate vtendi, & disponendi absque superioris consensu, vt patet in Religiosis non professis nostræ societatis ex constitutione Gregorij XIII. *in Bulla, Ascendente Domino.* Dixi, *in particulari.* Nam in communi possunt Religiosi professi habere dominium temporalium bonorum, licet illa non possint alienare nisi in commodum Religionis & de summi Præsulis licentia D. Tho. 2. 2. *q.* 186. *a.* 7. *ad* 4. Les. *l.* 2. *c.* 3. *dub.* 5. Filliuc. *tr.* 31. *n.* 102. 103. Faust. *in spec. d.* 1. *q.* 14.

10 *Quonam modo Religiosi possint Superiores concedere bona stabilia absque duntaxat, vel administrationem.*

Iure nouo, Tridentini *sess.* 25. *c.* 2. *de Reg.* Superioribus Religionum inhibetur, ne possint alicui Religioso concedere vlla bona stabilia (vt sunt fundi redditus, ædium locationes) etiam ad vsum duntaxat, vel administrationem, non tamen esset contra ius commune, nec paupertatis votum cum Superioris facultate bonorum administrationem, & vsum habere ad quasuis pias causas, modo semper adsit ad Superioris nutum dependentia. Hinc quamuis census vitalitij possint permitti pro vsibus eorum necessariis, qui Monasteria ingrediuntur, præsertim Monialibus, & Monachis qui ex communi penu non habent, satis eorum tamen administratio non potest ipsis concedi, sed solis officialibus, vti ait Concil. Vbi tamen non esset receptum quo ad hoc, non propterea dici deberent habere proprium, si habent cum dependentia à superiorum voluntate. Mobilia autem possunt singulis Religiosis concedi, Religiosæ accommodata paupertati iuxta cuiusque Religionis vsum, non tamen superstua, imo etiam pecunia ad determinatos vel etiam de indeterminatos vsus, modi sint pij, quia hoc neque est contra paupertatis professionem, neque vllo iure vetatur Azor, *tom.* 1. *l.* 12. *cap.* 9. Manu. *tom.* 3. *q.* 9. *Regul. q.* 29. *a.* 12. Less. *l.* 2. *c.* 3. *n.* 33. Laym. *l.* 4. *tr.* 5. *c.* 7. *n.* 13. Miranda *to.* 1. *q.* 28. *a.* 9. Becan. *de iust. c.* 3. *q.* 5. Fratribus autem Minoribus de obseruantia, & Capucinis pecuniæ vsus concedi non potest, quia iuxta regulæ præscriptum contrectare, aut retinere pecuniam non possunt.

11 *Religiosi beneficiarij quodnam Dominium habeant*

Religiosi verò Beneficiarij, vt Abbates, Priores, Commendatores, & similes habentes beneficia Regularia, vel sæcularia, & si nullum habeant dominium, habent tamen ius administrandi, ac dispensandi suorum beneficiorum fructus in pias tamen causas, vltra suam congruam sustentationem. Quia ideò est eis iure ac consuetudine concessum. In res tamen vanas non possunt beneficij fructus expendere, nec amicos suos ex eis ditare. Quia horum bonorum non sunt Domini, sed solum administratores, ac dispensatores. Aliter facientes, ad restitutionem tenentur, Less. *l.* 2. *c.* 3. *dub.* 5. *n.* 29. Filliuc. *tr.* 31. *n.* 104. Faust. *in spec. d.* 34. *q.* 10. *n.* 18.

12 *Clerici non Religiosi verum habent Dominium bonorum patrimonialium, vel quasi patrimonialium.*

Clerici non Religiosi verum habent dominium bonorum patrimonialium de illisque vti laici possunt disponere. Patrimonialia bona sunt, quæ vel hæreditate, vel donatione, vel industria, vel alio modo, quo assolent laici, sibi acquirunt. Quia per Clericatum, vel ordinem nec fiunt incapaces dominij, neque sese dominio abdicant. Idem dixerim de bonis quasi patrimonialibus, vt sunt ea, quæ tanquam clerici acquirunt clericorum ministeriis absque beneficio nempe celebratione, concionibus, vicaria temporali, distributionibus quotidianis, quæ pro singulis horis conferuntur assistentibus in choro, stipendiis pro defunctorum funere, Eleemosynis pro processione peragenda, pro Episcopatu visitando, pro sententijs ferendis, & audiendis causis, pro agendo aliquo Ecclesiæ negotio vel aliorum. Denique quidquid datur pro industria personali, pro labore contractu, pro organis pulsandis, audiendis confessionibus, ac similibus. Quia hæc dantur vt stipendium quoddam sustentationis, vt de his pro arbitrio disponant. Nauarr. *de reddit. Eccles. q.* 1. *mon.* 19. Laym. *l.* 4. *tr.* 2. *c.* 3. *n.* 1. Becan *de iust. c.* 3. *q.* 6. Mol. *to.* 1. *tr.* 2. *d.* 145. Less. *l.* 2. *c.* 3. *dub.* 6. *n.* 36. & 37. Filliuc. *tr.* 31. *n.* 101. *Faust. in spec. d.* 1. *q.* 16.

CAPVT II.

De Dominij Obiecto.

13 *Rerum externarum, quæ ab alio occupatæ nõ sunt, sumus Domini.*

REs externę, vt montes, agri, plátæ, flumina, bestiæ, & similia hominis subiecta, sub eius dominio cadunt, non quod singuli homines habeant earum rerum, quæ ab aliis iam occupatæ sunt, dominium, sed quia quisque ius habet à natura sibi concessum, vt valeat rem quamlibet occupare, sibique attribuere, modò anteà ab alio non fuerit occupata. Cœlorum verò, & Astrorum aliquo modo dominium homo habet, quatenus in illius vsum, & obsequium facta fuere. D. Tho. *p.* 1. *q.* 96. *a.* 2. Mol. *to.* 1. *tr.* 2. *d.* 18. Faust. *in spec. d.* 1. *q.* 10. & 11.

14 *Non est homo Dominus vitæ suæ aut membrorũ nec Princeps alienæ.*

Homo non est dominus vitæ suæ, nec membrorum, sed solum custos, & quasi vsuarius: Dominiũ horum est apud solum Deum. Quia dominium non est nisi in eas res, quas nostra industria nobis possumus adcisere. Vnde nec Princeps, nec Respublica est dominus vitæ suorum subditorum, vel seruorum: neque potest pro arbitratu suo aliquem occidere aut mutilare; nam si ali quando malefactores iubent occidi, id gerunt tanquam boni publici custodes. D. Tho. 2. 2. *q.* 64. *a.* 5. & *q.* 65. *a.* 1. Valent. *ibi d.* 5. *q.* 10. *pun.* 1. *dub.* 3. Sayr. *in clani l.* 9. *c.* 5. *n.* 4.

15 *Homo sub hominis dominium potest cadere*

Quamuis iure naturæ omnes homines sint cõditione pares, habentes scilicet easdem causas materialem, formalem, efficientem, & finalem iure tamen gentium, & ciuili, supposito peccato, seu post Adę lapsũ, potest homo sub alterius hominis dominium cadere, & ita seruus illius effici. *Exo.* 21. *Leuit.* 25. *Deut.* 20. D. Gregor. *l.* 21. *moral. cap.* 11. & omnes.

Iuxta receptiorem sententiam homo est dominus suæ famæ, sicuti rerum externarum. Quia fama, & honor inter bona externa quæ possunt à nobis acquiri ac deperdi, collocantur, eorum autem, quæ nobis acquirimus, sumus domini. Nauar. *sum. c.* 18. *n.* 27. Less. *l.* 2. *capite quarto dub.* 11.

16 *Quænam requirantur.*

Ex legum ciuilium dispositione duo requiruntur ordinariè, ad dominij acquisi-

ad Dom. nij acquisitionem?

acquisitionem, quando illud est ab vno in alium transferendum. *Titulus* scilicet, & *Traditio*. Est autem titulus id, in quo totum ius primitus fundatur, vt emptio, donatio, hæreditatis successio, per hæc tamen nondum habetur dominium, aut ius in re, sed solum ad rem, nisi accedat traditio, quæ est veluti conditio necessaria, vt ex vi prioris donationis, vel emptionis resultet dominium. Couarruu. *l. 2. variar. c. 19. numer. 3.* Sayr. *in clau. l. 9. c. 10. num. 9. & 10.* Lessi. *l. 2. c. 3. dub. 3.* In quibusdam tamen casibus iure communi Cæsareo, ad dominium acquirendum non est necessaria traditio. Primo ad Ius hypothecæ, vel pignoris nuda conuentio, vel legis dispositio sufficit. Secundo in beneficijs ius in re acquiritur per collationem, & acceptationem. Tertio, in hæreditate, Dominus enim fit quis hæreditatis, siue per testamentum, siue ab intestato, sola adita hæreditate verbo, vel facto. Quartò in legato, si enim certares tibi legata sit, statim per acceptationem illius Dominus efficeris. Quinto, quâdo aliquid donatur, venditur, aut relinquitur ciuitatibus, Ecclesijs, aut aliis pijs locis, aut in captiuorum redemptionem. Sexto, si princeps contrahat cum aliquo, vel donet, & intendat transferre Dominium, erit quidem absque alia traditione translatum. Verum quando dominium non transfertur ab vno ad alterum, ad acquisitionem eius sufficit apprehensio. Sic enim acquiruntur dominia earum rerum, quæ nullius sunt. Omnia hæc suo ordine è iuribus hisce accepi, *l. 1. ff de pignoribus C. si tibi absente, de præbend. in 6. Institut. de hæredum qualit. §. vltim. l. A Titio, ff. de furtis, leg. vlt. C. de Sacrosanct. Ecclesijs.*

CAPVT III.

De *modo acquirendi Dominium?*

17 *De dominij post Adæ lapsum diuisione.*

VAsi iure naturali genus humanum habet aliquo modo dominiũ rerum inferiorum, quæ ad vitam degendam sunt necessariæ. Gen. 11 *Dominamini piscibus maris.* Iuxta celebre illud Iurisperitorum proloquiũ, *Res omnis iure naturæ sunt communes, Cod. Ius gentium, dict. leg. ex hoc iure, ff. de iust. & iure.* Dominium tamen ante diuisionem factam non fuit in aliquo priuato homine, sed in toto genere humano, idque non tam actu, quam potestate, & iure. Quia naturæ Authores visibiles non vnius hominis, sed omnium simul hominum creauit ad vsum, vnde nullius erant positiue, tamen singuli, vel omnes simul habebant ius ad illa occupanda, & dominium acquirendum per anticipatam occupationem. Quare hoc ius non tribuebat actu dominium, sed tantum potentia, vt scilicet possent homines ea bona sibi propria facere per occupationem, à qua sane iniuria non poterant prohiberi. Vnde paret, rerum diuisionem, & priuata earum Dominia naturali legi non repugnare; Imo lex naturalis concedit potestatem diuidendi bona eaque propria efficiendi. Hinc dominiorum diuisio post Adæ lapsum non solum fuit licita, sed etiam generi humano commoda, quia magis solicitus est quisque ad sua seruanda, quam ad ea, quæ cæteris sunt communia, sicque hominum status pacificus apte conseruatur. Hæc autem diuisio non est iure naturali introducta, nec diuino positiuo, nec ciuili, sed iure gentium, seu communi populorum consensu. Non iure naturæ, quia alioqui contra naturam esset rerum communio, quod patet esse falsum ex primitiuæ Ecclesiæ praxi, ac Religionum vsu. Non iure diuino positiuo, quia nullibi tale ius extat. Non iure ciuili, nam ante omne ius scriptum erat hæc dominiorum diuisio. Vnde constat factam esse iure gentium, quare omnes gentes non extremè barbaræ in hanc diuisionem pacis causa consentiunt, & vt res ipsæ melius priuata cuiusque cura administrentur. D. Tho. 2. 2. *q. 66. a. 2. ad 1.* Becan. *de iust. c. 5. q. 3.* Sayr. *in clau. l. 9. c. 8.* Valent. 2 2 *d. 5. q. 10. pun. 2.* Sylu. *ibi q. 66 a. 2. q. 1.* Mol. *to. 1. tr. 2. d. 20. conc. 2.* Fill. *tr. 31. c. 5. q. 1. & 2.* Laym. *l. 3. tr. 1. c. 5. n. 5.* Isidor. *ad c. Ius naturale dist. 1.*

18 *Quatuor modis Dominium in homines acquiritur.*

Equidem quatuor modis dominiũ in homines acquiritur. Primo, Belli iure, quando scilicet in bello iusto quis capitur, iure gentiũ consueto in bello seruari, mancipiũ fit capientiũ, inter Christianos autem hoc ius non seruatur ob consuetudinem contrariã meritoiam præscriptã. Secundo, titulo natiuitatis, qui enim nascitur ex matre ancilla, siue pater liber sit, siue non, fit seruus, quia partus ventrem sequitur. Tertio, iusta condemnatione qua quis fit seruus, si ad hoc propter delictũ à legitimo iudice condemnetur. Quarto, emptione, & venditione, si quis enim se vendat, vel à patre venundetur, fit seruus emptoris, cũ homo iure naturali sit suæ libertatis Dominus, & consequenter, possit eam alienare, seque in seruitutem adigere. Sylu. *v. seruitus, q. 3.* Sayr. *in clau. l. 9. c. 6. n. 10.* Les. *l. 2. c. 4. dub. 4.* Filliuc. *tr. 31. n. 116.*

19 *Decem vero modis Dominium rerum irrationabilium comparatur.*

Dominium autem rerũ irrationalium multis modis acquiritur. Primus est per occupationem. Secundus, per natiuitatẽ. Tertius, per alluuionẽ. Quartus, per effectionem alicuius rei eũ aliena materia. Quintus, per accessionẽ. Sextus, per confusionem materiarum, & specierum commixtionem. Septimus, per ædificationem, & plãtationem. Octauus, per traditionem rei cũ animo transferendi dominium. Nonus, per possessionẽ bonæ fidei rei alienæ. Decimus, per contractum, vel quasi contractum. De quibus modis speciatim suis locis disseremus. *Ex Inst. & Digestis, titulis, de acquirend. possess.*

20 *Quænam res fiant primo occupantis.*

Iure gentium res illæ fiunt primo occupãtis, quæ antea nullius erant, neq; vnquam fuere, nisi de aliquibus in particulari aliud, aut iure Regni alicuius, aut iure ciuili constitutum sit. Ad hoc autem genus reducuntur. Primo bruta, seu animalia sua natura fera, vel mansueta. Secundo, lapilli, ac gemmæ in maris littore, Tertio, ea, quæ habentur pro derelictis. Quartò, ea loca, quæ aut nunquã habitata fuere, vel saltẽ longo tempore, sunt ab habitatoribus deserta. Quinto, res naufragio amissæ, vel in fundum pelagi iactatę per longum tempus. Sexto, ea, quę dicuntur bona vacantia per mortem alicuius nullo

nullo relicto hærede. Septimo Thesauri. Octauo, Sylvæ cæduæ. Nono, pascua. Sayr. *in clavi, l. 9. c. 9. n. 4.* Filliuc. *tr. 31. n. 128.* Medina *C. de reb. restituend. q. 12. d. 2.* Sylu. *v. Inuentum q. 1.*

21 *De dominio animalium domesticorũ & ferarum.*

Porro animalia natura sua mansueta, ac domestica, vt sunt oues, boues, equi, sues, gallinæ domesticæ, ac similes non sunt occupantis, etiamsi euaserint dominorum potestatem, nec licet ea capere. Quia hæc licet fugerint, non tamen ideo recuperant libertatem, & adhuc in prioris Domini manent Dominio ideo vbicumque sint oberrantia, dominis sunt restituenda, imo si à lupo, aut à vulpe capta fuerint, qui ea exemerit, restituere debet quidquid ex illis super fuerit, potest tamen qui extraxit, vel detulit, pretium suæ exigere industriæ. Animalia verò, quæ mansuefieri solent, & vsu mansue facta sunt, tam diu manent sub potestate Dominorum, quamdiu consuetudinem habent ex libera vagatione redeundi, ideóque non fiunt primo occupantis, vt sunt cuniculi, cerui, pauones, columbæ domesticæ. Quod si consuetudinem arbitrio prudentis redeundi amiserint cum à nullo impediantur, licet ea occupare, & occupantis fiunt, quia tunc censentur se in naturalem libertatem recepisse. Denique animalia, quæ proprie fera sunt, ac syluestria, & domino carent, primo occupantis fiunt, siue in proprio capiantur agro, siue in alieno, siue in communi, si autem hęc dominum habeant, tamdiu retinetur eorum dominium, quamdiu sub custodia domini sunt, quod si potestatem Domini euaserint, & difficilis sit eorum captura primo occupantis fiunt, *§. Gallinarum, instit. de rerum diuis. l. Pomponius ff. de acquir. rerum Domin.* Nauar. *sum. c. 17. n. 128. & 129.* Mol. *to. 1. tr. 2. d. 41.* Les. *l. 2. c. 6. dub. 6. n. 28.* Sylu. *2. 2. q. 66. a. 2. qu. 2.* Filliuc. *tr. 31. n. 130.* Becan. *de inst. c. 5. q. 4.*

22 *De feraru dominio.*

Feræ percussæ lethaliter Dominium est percutientem, si eam ita insequebatur, vt moraliter esset capturus, quod si percutiens est tantum causa, vt alius capiat, diuidenda est præda, quamuis dominium sit solum penes capientem. Fera autem laqueo alterius extracta in foro conscientiæ est illius, qui laqueum tetendit, si moraliter erat ad illius manus peruentura, quod si euadere probabiliter poterat laqueum, fit extrahentis. Insuper si fera, quam vnus persequitur, in alterius incidat laqueum, vterque habet ius occupandi, & primo occupanti cedet in Dominium. Adnotarim vero, in his omnibus habendam esse consuetudiuis locorum rationem. Sayr. *in clavi, l. 9. c. 9. n. 5.* Mol. *to. 1. tr. 2. d. 42.* Manu. *p. 1. sum. c. 37. n. 7.* Filliuc. *tr. 31. n. 136.* Lessi. *l. 2. c. 4. n. 32.*

23 *De lapillis, ac gemmis.*

Lapilli, ac gemmæ in littore maris inuentæ fiunt inuentoris, sed ad hoc dominium comparandum, non satis est solus aspectus, & inuentio, sed requiritur etiam apprehensio, vel alia exterior actio, qua quis ostendat, se velle earum dominium acquirere. Venæ metallicæ, si sit in loco publico potestas est penes principem, qui solus eam potest effodere, si autem in loco priuato adsit, huiusmodi potestas est penes loci Dominum. Sylu. *2. 2. q. 66. a. 3. cap. 1.* Sotus *lib. 5. de iust. quæstio. 3. a. 3.* Becan *de iustit. cap. 5. q. 10.* Lessi. *l. 2. c. 5. dub. 12.* Fagund. *de iust. l. 2. c. 2. nu. 2.*

Etiam fiunt primo occupantis, ea, quæ pro derelictis habentur, qualia dicuntur, quæ vel expresso actu domini, vel præsumpto talia facta sunt, in dubio autem an sint talia, coniecturis est iudicandum. Quæ vero naufragio iactantur in vndas, non hoc ipso sunt derelicta, nec quæ de incendiis, ac ruinis eripiuntur. Ligna vero, quæ ex fluminum inundatione asportantur, pro eorum qualitate, pro distantia domini, pro industria apposita ad illa eripienda, arbitrio prudentis est iudicandum, num pro derelictis sint habenda. Nauar. *sum. c. 17. n. 98. & 170.* Becan. *de inst. c. 5. q. 13.*

24 *De dominio eorum, quæ pro derelicto habentur.*

Insulæ iure communi fiunt capientiũ, si in mari existant, quæ vero in flumine natæ in medio sunt fluminis, communes sunt iis, qui ab vtraque fluminis parte media habent, si autem alteri parti sint propinquiores, dominium illarum penes eos erit, qui prope eam ripã prædia possident. Consuetudo tamen fert, vt subditi ciuisque Reipublicæ ei addicant insulam, vel alium locum desertum, quem recipiunt, præmio ab ipsa accepto. *Inst. de rer. diuis. §. Insula* Mol. *to. 1. tr. 2. d. 55 & 57.*

25. *De Insularum dominio.*

Bonorum vacantium dominium iure ciuili communi ad fiscum deuoluitur, si defunctus sit laicus nullo hærede relicto, qui ab intestato succedat. Peregrinorum autem bona mobilia morientium in hospitalibus distribuenda sunt eodem iure in pias causas per loci Episcopũ. Multis tamen in locis bona obeuntium in Xenedochiis ipsis adiudicantur, alibi verò in captiuorum erogantur redemptionem. *l. 1. §. vlt ff. de iure fisci. auth. omnes peregrini.*

26 *De Dominio rerum vacantium.*

Thesaurus, seu vetus pecunię depositio, cuius non extat memoria, ad quemnam dominum pertinuerit, iure naturali, & gentium in occupãtis inuentoris dominium transit. Communi autem iure statutum est, vt si in proprio fundo thesaurus fuerit inuentus, totus sit inuentoris, in alieno, & fortuito repertus; dimidium erit inuentoris, & dimidium Domini fundi. Si vero de industria quæsitus sine consensu Domini totus Domini erit post iudicis sententiam. At si ex consensu Domini quæsitus fuerit, pacto est standum. Si quod fuerit initum, alioquin totus Thesaurus erit inuentoris. Quod si fundus duos Dominos habeat, nimirum directum, & vtilem, dimidium erit inuentoris, & alterum dimidium inter illos ex æquo est diuidendum. Qui autem emit locum. Sciens in eo recludi Thesaurum, efficitur Dominus totius Thesauri, quia Dominus loci non censetur Dominus Thesauri inibi latentis, cum non sit pars loci, nec fructus: ideo tanquam carens Domino primo occupantis erit. Porro sit thesaurus in loco publico inueniatur, v. g. in flumine, in platea effosa in via publica, dimidium inuentoris, dimidium est Principis. Quando autem in loco Sacro Thesaurus inuentur, dimidium sibi acquirit inuentor, & dimidium est Prælati, vel Ecclesiæ, cuius sacer est ille locus. At si per magicam artem in alieno fundo Thesaurus sit repertus, post iudicis sententiam pertinet ad fiscum pars inuentoris, Dominus autem loci ob maleficium alterius non debet suo iure priuari. Hæc secundum ius commune, si vero aliqua in Prouincia alia vigeat lex, aut consuetudo, illa stantum, Molin. *tom. 1. tr. 2. d. 56.* Sà *v. Thesaurus.*

27 *De Thesaurorum matrimonio.*

28 *De dominio in columbas*

Porro quando columbæ redeundi amittunt consuetudinem, v.g. si bis, terve tempore consueto non redeant, sunt occupantis. Quia tunc censentur, se recepisse in agnatam libertatem, & amplius non esse in prioris Domini potestate, Sylu. *V. Inuentum q.* 2. Salon 2.2.*q.*62.*a* 3.*cont.* 4. Aragon *ibi*, *concl.* 7. Atqui artè, vel fraude alienas columbas ad suum attrahit columbarium, in eo spargendo certa semina: furti est reus cum restituendi obligatione. Debet tamen adesse intētio principaliter, alienas inescandi columbas, nam excusaretur ille, cuius principalis finis esset, suas pascere, ac retinere, ne alio euocentur. Medina in 4. *dist.* 85. *quæst.* 8. Nauar. *sum.c.* 17. *num.* 127. Quando vero lege præscriptus est terminus, intra quem columbas aucupare, quis prohibetur, intra illum eas capere, lethale est cum onere restitutionis, extra illum verò terminum eas aucupare absque piaculo, & restitutionis debito licet. Ratio prioris est, quia cum lex talem præscribat terminum, iustaque sit consequenter efficit, vt intra illum terminum columbæ sint bona propria Domini illius columbarij, atque ideo eas capere non licet quando vnum tantum est columbarium eo in loco: sin autem plura sint columbaria, & columbæ capiantur intra terminum præscriptum, intra leucam ab vno columbario extra leucam ab alio, tunc quidem si aucupi constaret euidenter, columbas, quas capere contendit esse columbarij distantis vltra terminum à lege præscriptum, non peccaret. Sed quia raro euenire potest, vt id sciatur, in dubio præsumendum est, eius esse columbarij, quod intra terminum est à lege præscriptum. Ratio deniq, posterioris est, quia cum hoc animal quasi medium sit inter domesticum, & ferum, rebusque pascatur alienis, statuere potest Princeps, vt cum eo onere Dominus columbarij, illarum retineat dominiū, vt si extra terminum illum capiantur maxime à Dominis locorum, in quibus diuagantur, ea ipsa captione dominium amittat, & capientium dominio cedant. Salon 2.2.*q.*62.*a.*3.*contr.*4.*concl.* 3. Bannes *ibi*, *dub.vlt.conc.*5. Tolet. *l.*5.*cap* 20. Corduba *sum.q.*121.

29 *De Dominio in syluis, seu lignis caduis*

Sylnæ (aut montes) in quib. arbores cædi solent, quædam sunt communes, quædam particularium hominum, aliæ sunt Principum si sint cōmunes, quamuis incola Vrbis, vel pagi cædat in propriam vtilitatem aliquot arbores sine facultate, non peccat lethaliter, nec ad restitutionem obligatur. Si tamen comprehenditur; pœnam tenetur soluere, & obligaretur ad restitutionem, si magnam faceret stragem. Quia non est credibile, velle communitatem suis membris maiori rigore illos vsus interdicere quam sub culpæ venialis reatu, & pœnæ soluendę, si capiantur, (quę non debetur nisi post Iudicis condemnationem) non prohibendo, quin acceptum sibi acquirant, nisi modum valde excedant. Nec obstat pœnę granitas si fortè grauissima opponatur, quia pœnæ vt iustę sint, debent delicto commensurari, & qui asæpe assolent ad terrorem imponi. Tolet. *l.*5.*c.*20. Syl. 2.2.*q.*66.*a.*2.*q.*3.*concl.*1. Salon *ibi q.* 62.*a.* 3. *contr.*2. Sayr. *in claui, l.*11.*c.*10. *num.* 11. Sotus *de iust.l.*4 *q.*6.*a.* 4. At quando Sylnę sunt particularis Domini, peccatum est lethale ligna cędere obligans ad restitutionem, nisi leuitas materię excuset. Valent. 2.2.*d.*5.*q.* 6. *punct.* 5. *dub* 7. Graviter vel extreme indigens lignis ad familiæ sustentationem non peccat ea scindens in Principum Sylnis. Quando autem licet ligna cædere in sylnis communibus, licebit etiam fructus earumdem arborum colligere. Non peccat, nec ad restitutionem, aut pœnam tenetur, qui ligna cædit, ac venatur in Sylua iniustè prohibita. Ad pœnam solummodo tenentur deprehensi, qui ligna cædunt ex montibus vicorum conuicinorum, si vicini etiam in eorum Sylnis cædant. Sayr *in claui. l.*11.*c.* 10. *num.* 17. Arag. 2.2 *q.*62.*a.*3.*conc.*8. Manu *sum.to.*1.*c.*38. *n.*5. Azor. *p.*3.*l.*5.*c.*17.

30 *De Dominio ex gregum pascuis.*

Quæ de sylnis dixi, de pascuis gregum, dicta censę. Vnde qui pecora sua in alienis pratis inuito Domino pascit, siue sint alicuius communitatis, siue personæ priuatæ, lethaliter peccat, nisi paruitas materiæ excusęt, & ad restitutionē damni illati tenetur, sine vlla iudicis sententia, pœnam verò non nisi post iudicis condemnationem soluere obligatur. Qui verò pascit illa in paratis patentibus, non tenetur ad restitutionem, nisi post iudicis condemnationem. Ratio est eadem pratorum, ac Sylnarum, maxime cum facilius crescant herbę, quam sylnæ. Salon 2.2.*q.*62. *a.*3.*contr.*2.*concl* 6. Bannez *ibi*, *dub.* 4.*concl.*6. Lopez *p.*1.*instr.c.*146. Princeps potest statuere, vt collectis fructibus ac frugibus, nulli prohibeat aliis pastum suis inagris, dummodo prædia & agri non sint vineę, oliuæ, & alia similia, quæ magnum detrimentum patientur, si quoad pastum omnibus communia essent. Quamuis autem Dominus alicuius ciuitatis, aut loci in pascuis publicis sui territorij iurisdictionem ciuilem, & criminalem habeat, nullum tamen ex hoc iure dominium in illis habet, & ad restitutionem tenebitur, si in pascuis, ac sylnis communibus damnum notabile gesserit. Couar. *l. qq. pract.c.*37. Corduba *sum.q.*118. Mol. *de iust.to.*1. *tr.*2.*d.*59.*conc.*4.*&* 5.

31 *De Dominio ex venatione, ac piscatione.*

Lucrum denique ex venatione, ac piscatione licita in venatoris, ac piscatoris cedit dominium, sua ex natura venatio, ac piscatio licita est. Magistratus autem, Princeps, vel Respublica, imo Dominus montis, aut fluminis illam poterit prohibere, Princeps, qui ius venandi sibi reseruat obligatur ad cauenda damna, quę ferę vicinorum agris possent inferre. Impediens iniuste alterum venari, aut piscari ad restitutionē probabilis lucri impediti tenetur. Qui venatur, aut piscatur in loco interdicto, peccat quidem contra iustitiā, & pro ratione iniuriæ, vel damni mortaliter, aut venialiter cum obligatione compensandi damnum, acquirit tamen dominium eorum, quæ capit, venatio, aut piscatio, illicita est, quando ius venandi competit alicui particulari ratione conductionis, vel concessionis, talisque venatio, aut piscatio obnoxia est restitutioni, ratione habita damni, vel lucri cessantis. Qui venatur, vel aucupat feras mansuefactas, postquam naturalem libertatem requisierunt, non tenetur ad restitutionem, secus si venetur feras mansuefactas, postquam agnatā libertatem amisere. Lessi. *l.*2.*c.*5.*n.*34.37.43 Sà *v. venatio, n.*4. Filliuc. *tr.*31.*n.*138.142. Bonac. *de rest.d.*2.*q.vlt.sect.*1.*pun.*1. Mol. *tom.*1.*tr.*2.*d.* 43.46.49.50. Diana *p.*3.*tr.*6.*res.*18.*&* 19.

CAPVT

CAPVT IV.

De vsu, & vsufructu.

32 *Quidnam Vsus.*

VSus est *ius dūtaxat vtēdi re aliena, salua illius substantia*: is verò, cui talis vsus cōcessus est dicitur *Vsuarius*. Dixi, *ius* loco generis. Dupliciter vero vsus capitur. Primo pro actu vtendi, quo pacto equitatio dicitur vsus equi, & habitatio vsus domi, & hic vsus *facti* dicitur. Secundò, pro iure ad eo modo vtendum, & hic permanet, cessante actu vtendi, seu facti: hocque posteriori modo in definitione accipio. Dixi, *Vtendi* loco differentiæ, & sic excludo iura, quæ non sunt ad vtendum, vt ius depositarij comparatione depositi, & creditoris comparatione pignoris. Addidi. *Duntaxat*, vt excludam *Vsumfructum*, qui licet ad vtendum re aliena, non tamen est ad vtendum duntaxat, sed etiam ad fruendum vsufructu, id est, omnes fructus rei percipiendum. Adieci *Aliena re*, quia ius, quod dominus rei habet, ad ea vtendum quodque cum dominio est coniunctum, & ab eo causatur, ac derivatur, non hic definitur. Adhibui denique, *Salua illius substantia*, quia ius ad vsum, per quem res omnino consumitur, aut alienatur, vt ius ad alienandam pecuniam, vel quamuis aliam rem, non est proprie vsus. *Instit. de vsu & habit.* Lessi. *l. 2. c. 4. dub. 6.* Filliuc. *tract. 31. n. 58.* Sayr. *in clavi, l. 9. c. 3. n. 5. & 6.* Molina *to. 1. tr. 2. d. 5.* Laym. *l. 3. tr. 1. c. 6. n. 6.* Aragon. *2. 2. q. 62. tr. de domin.*

33 *Quid possit qui habet ius nudum sine vsufructu.*

Qui habet ius nudi vsus, parum potest sine vsufructu. Quia qui habet ius vtendi fundo alieno solùm habet ius sumēdi poma, olera flores, fœnum, & ligna ad quotidianū vsum, poterit etiam in eo ambulare, & commorari, modo domino fundi molestus non sit, tamen non potest donare aut vendere quidquam horum alteri, nec locare, aut concedere alteri ius ad ea emolumenta percipienda. Differt vero habitatio ab vsu nudo: quia vsurarius, cui v. g. vsus domus est concessus, non potest eam alteri locare; is verò, cui habitatio domus est concessa, potest eam locare, sibique pretium locationis acquirere. Sayr. *in clavi, l. 9. c. 3. n. 7.* Sylvestr. *v. vsus, in principio.* Moli. *to. 1. to. 2. d. 5.* Lessi. *l. 2. c. 3. dub. 6. n. 25.* Laym. *l. 3. tr. 1. cap. 6. numer. 8.*

34 *Quidnam Vsufructus.*

Vsufructus est *ius vtendi, ac fruendi aliena re, salua illius substantia.* Is verò, qui tale ius habet dicitur *Vsufructuarius*. Dico *vtendi, & fruendi*, ab excludendum nudum vsum, qui non est ad fruendum. Porro vsufructuarius non solum habet ius ad integre vtendum bonis omnibus, in quibus vsusfructus est constitutus; sed etiam ad percipiendos, omnes fructus eorum, ita vt eo ipso, quod illos percipit, Dominium eorum comparet; atsi aequum autem illos percipiat, cum vnum sint per cōligationem, & vnionem cum re, cuius habet vsumfructum, Dominium eorum pertinet ad dominium, cuius est res, quæ fructus illos in se habet, ipse verò habet ius ad illos percipiendos, eóque perceptione ipsa efficiendos suos, dum interim adhuc tempus vsusfructus per seuerat. Quare si vsusfructuarius moriatur ante perceptionem, fructus pertinent non ad hæredes fructuarij, sed ad proprietarium, quia quandiu adhærent fundo, censentur vnum cum solo; vnde ad soli Dominium pertinent, donec fructuarius eos colligendo sibi dominium comparauerit. Addidi, *Aliena re*, ad excludendum ius, quod is, qui iure pleno Dominus est rei alicuius fructiferæ habet ad ea vtendum, ac fruendum. Subieci, *Salua illius substantia*, quia vsusfructus solùm propriè est circa res, quæ vsu non consumuntur, vt sunt ager, pecora, domus; improprie autem, vinum, triticum, oleum, pecunia, sed tunc transfertur dominium in vsufructuarium præstita cautione, se finito tempore restituturum pecuniam, vel rei æstimationem. *Iustit. de vsufruct. §. constituitur.* Sylvest. *v. Dominium, q. 2.* Sotus *de iust. l. 4. qu. 1. a. 1.* Sayr. *in clavi, l. 9. c. 3. n. 6.* Laym. *l. 3. tr. 1. cap. 6.* Lessi. *l. 2. c. 3. dub. 4.* Filliuc. *tr. 31. n. 64.*

35 *Discrimen inter dominium, Vsū, & Vsumfructum.*

Hinc colligo discrimen inter Dominium, Vsum, & Vsumfructum. Nam ius duplex esse potest, vnum in substantiam rei, vt possit illam quis consumere, si sit consumptibilis: vel saltem alienare, vt vtendo, donando, & hoc est Dominium. Alterum est in qualitatem, seu accidentia rei, & hoc rursus est duplex, vnum est ius vtendi re aliena in propriam tantum vtilitatem, salua eius substantia, & dicitur vsus. Alterum est ius vtendi, ac fruendi salua substantia rei; & hoc dicitur vsusfructus; frui enim aliqua re dicitur ille, qui non solùm potest consumere fructus in suum commodum; sed etiam donare, vendere, locare, vel gratis dare alteri ius, quod in vsufructu habet. Moli. *to. 1. de iust. tr. 2. d. 2.*

36 *Vsusfructus duplex.*

Vsusfructus duplex est, *legalis* vnus, *conuentionalis* alter: conuentionalis dicitur is, qui constituitur hominis dispositione, siue per vltimam voluntatem, siue per contractum, siue per aliquem modum ab aliquo homine. Legalis est, qui per legem ipsam conceditur, qualis est vsus, qui patri in bonis aduentitiis filij conceditur. *l. cum oportet. l. Quæcumque. C. de bonis, quæ liberis. l. Æquissimam, l. sed si. ff. de vsufructu.*

37. *Quinque Vsufructuarij obligationes.*

Quinque adnoto Vsufructuarij obligationes. Primo, debet dare cautionem, quod rebus, quæ vsu non consumuntur, vtetur boni viri arbitrio, id est, vt vir bonus re propria vteretur, ac frueretur. Secundò, tenetur cautionem exhibere, quod transacto vsusfructus tempore res restituet, quales tunc superfuerint. Tertiò, tenetur ad expensas, & sumptus modicos, ad refectionem rei, qua fungitur, ita necessarios, vt ad vtilitatem vsus præsentis illius rei, fructusve perceptionem spectent. Quia possessio naturalis, administratio, & conseruatio illius rei pertinet ad vsufructuarium tanquam ad proprietarij procuratorem. Quartò, tenetur soluere tributum, si quod ex re, qua fruitur, sit soluendum. Item conseruare integrum numerum pecorum, aliorumve animalium gregatim sibi traditorum, totidem capita ex fœtibus loco demortuorum sustinendo, vt numerus integer perseueret. Item intellige de vinea, & arboribus, loco enim vitium, & arborum demortuarum, tenetur fructuarius alias plantare, nisi tempestate, aut alio infortunio

absque sua culpa deiectæ fuerint, aut destructæ Quintò denique vsufructuarius nequit absque licentia proprietarij vsumfructum in alium transferre titulo donationis, venditionis, aut alio modo, itavt alter maneat vsufructuarius rei cum eo iure, quod ipse habet: imò attentando hoc facere, itatim vsumfructum amittit, & proprietario acquiritur. Quia de ratione vsusfructus est, quòd sit ius vtendi, ac fruendi nomine proprio. Sayr. *in claui, l. 9. c. 3. n. 8. & 9.* Lessi. *l. 2. c. 3. dub. 6. n.* 18. Filliuc. *tr. 31. n. 65.* Sanch. *sum. l. 7. c. 13. n. 14. & 20.* Couar. *l. 1. variar. c. 8. n. 7.*

38. *Nouem modis Vsusfructus amittitur.*

Multis modis, vsusfructus amittitur. Primò, si vsufructuarius moriatur. Secundò, si res ipsa depereat. Tertiò, si tanto tempore suo iure non vtatur, quanto opus est, vt dominus directus contra eum præscribat: hoc tempus inter præsentes est decem annorum, & inter absentes viginti. Quartò, maxima capitis diminutione, cum scilicet quis simul ciuitatem, ac libertatem amittit. Quintò, per mediam capitis diminutionem, quando ciuitatem quis amittit, non libertatem. Sextò, si vsusfructuarius vsumfructum proprietario cedat. Septimò, si acquirat rei proprietatem, & dicitur consolidatio. Octauò, si pater fiat hæreticus, hoc ipso vsumfructum in bonis filij aduentitiis amittit. Nono demum, per vsufructuarij professionem in Religione stabilium bonorũ, ac redditnum incapaci, vsusfructus finitur, & cum proprietate consolidatur. Quia vsusfructus est ius personæ, quod cum ea extinguitur, seu per mortem naturalem, seu per mortem ciuilem, qua omnino incapax vsusfructus persona fiat. Secus dixerim accidere per professionem in ordinibus sbonorum immobilium in communi, ac perpetuorum redditnum capacibus in quibus quamdiu vsufructuarius viuit, vsusfructus poterit in monasterio permanere cum ordine ad professum ita vt professus, ac monasterium veluti vna persona censeantur. *Auth. Ingressi. C. de sacros. Eccle.* Angel. *v. Religiosus n.* 52. Lessi *l. 2. c. 3. dub.* 5. Laym. *l. 3. tr.* 1 *c. 6. n.* 5. Filliuc. *tr. 31. n. 67.* Sylues. *v. Religio. 6. q.* 1. Azor. *to. 2. l. 2. c. 23. q. 4.* Sanch. *l. 7. sum. c. 13. n. 53.*

39. *De Monachorum vsufructu.*

Equidé vsusfructus acquisitus Monacho ante professionem transit cum illo ad Monasterium posterius à tempore, quo in posteriori profitetur; si posterius est incapax successionis perit à tempore illius professionis, & cum proprietate consolidatur. Quando verò vsusfructus post professionem Monacho relictus est contemplatione Monasterij, in priori Monasterio permanebit: si contemplatione Monachi, ad posterius Monasterium successionis capax cum illo transibit. Vsusfructus paternus de aduentitiis filij bonis, expirat ipsius patris professione, & pertinet ad filium, quando Religio est incapax successionis. Quando autem est successionis capax, verius est, vsumfructum haud quaquam, extingui, diminuive, sed totum ad Monasterium dum superstes est pater, pertinere. Pater denique in sæculo manens, vsumfructum, quem in bonis aduentitiis filij habebat per professionem filij non amittit. Couarruuias *de testament. c. 2. n. 9.* Rosel. *v. donatio, num.* 44. Angel. *v. Religiosus. num.* 50. Armil. *v. Religio, num.* 20. Tabie. *ibid. c.* 33. Sayr. *in clani, l. 9. c. 7. n. 9.* Gutier. *qq. Canon. l. 2. capite primo numero* 100. Lessi. *lib. secundo capite* 41. *numero.* 83.

CAPVT V.

De *Præscriptione.*

40. *Præscriptio tripliciter accipitur.*

Præscriptio tripliciter accipitur. Primo generatim, vt idé sit, quod exceptio, quæ opponitur ad excludendã actionem ab actore intentatam; vnde cum exceptio sit dilatoria, (vt cum opponis, iudicem non esse competentem) vel peremptoria, (vt si opponas, te soluisse, quod petitur) etiam præscriptio erit vel dilatoria, vel peremptoria. Secundò accipitur specialius pro exceptione peremptoria proueniente ex eo, quod tempore legis definito rem aliquam possedimus, vel iure aliquo vsi sumus, vel quod alius tali tempore ab vsu iuris alicuius cessauerit. Tertiò accipitur pro dominij acquisitione, vel iuris alieni elisione ex tempore legis definito proueniente: & sic præscribitur dominus, ager vinea; & hoc modo sumpta à Iurisperitis plerúmque pro vsucapione accipitur. Couar. *ad reg possess. in principio p. 1. §. vnic. num.* 4. Filliuc. *tr.* 31 *n.* 182. Laym. *l. 3. tr. tr. c. 8. n. 1. 2. 3.* Lessi. *l. 2. cap. 6. dub. 1. n. 2.* Sylu. *2. 2. q. 66. a. 2 quæst. 6.*

41. *Ad præscriptionem requiritur possessio.*

Ad legitimam præscriptionem quatuor requiruntur *Possessio. Bona fides, Titulus præsumptus & Continuatio possessionis cum bona fide per tempus lege præscriptum.* In primis itaque sine possessione non datur præscriptio. Debet autem possessio esse propria, qua quis nomine suo possidet non alieno. Debet esse vel ciuilis tantum, qua solo animo rei nostræ etiam absentes insistimus: vel ciuilis & naturalis simul qua corpore & animo res possideatur, naturalis autem sola non sufficit Couar. *ad reg. possess. p. 1. §. vnic. n. 7.* Filliuc. *tr. 31. n. 185. & 205.* Reginal. *l. 10. n. 292.* Sà, *v. Præscriptio, n. 2.* Bonac. *de rest. d. 1. q. vlt. pun. 2.* Azor. *p. 3. l. 1. c. 18.*

42. *Et bona fides.*

Deinde requiritur bona fides. Qua iuxta regulam iuris 2. *in 6.* Possessor malæ fidei vllo tẽpore nen præscribit: & iure Canonico *c. vigilanti, & c. vlti. de præscript.* derogatum est omni consuetudini, aut legibus ciuilibus asserentibus dari posse præscriptionem absque bona fide. Bona autem fides in proposito est credulitas, quam quis sibi prudenter persuadet, rem esse suam, vel saltem nescit esse alienam: modo ignorantia non sit crassa, vel affectata. Dubitans, an res sit sua, non habet bona in fidem, si inchoat possessionem cũ eo dubio. Quia ad hoc, vt incipiam facere rem meam, quæ antea non erat, requiritur, vt determinate iudicem vel rem esse nullius, & sic effici meam per occupationem, vel esse meam, quamuis antea non aduertetim. Quando vero dubium suboritur post inchoatam bona fide possessionẽ dubitans potest rem de qua dubium oritur, præscribere adhibita prius diligentia, ad inquirendum, an res sit aliena. Quam cum rem possideat iam bona fide, dubitandò, erit melior eius conditio iuxta regulam iuris. Ignorantia verò iuris clari etiam inculpabilis non prodest ad

ad præscribendum. Iuris autem dubij, de quo sunt variæ Doctorum opiniones ad præscribendum sufficit. Quia quando ius aliquod est verè dubium, possunt adesse opiniones vtrimque probabiles circa illud: quilibet autem potest opinionem probabilem sequi, qui autem opinionem probabilem sequitur, non dicitur habere malam fidem. Qui verò bona fide accipit rem alio titulo (puta legati, donati, empti) ab auctore malæ fidei, potest eam præscribere, præter quam in duobus casibus. Primus est, si res sit immobilis, & is, contra quem præscribitur, ignoret, eam ab alio possideri. Secundus est, si illa res sit furtiua, vel vi possessa: tunc enim triginta anni requiruntur. *lege Iuris, ff. de iur. & facti ignor. lege nunquam, ff. de vsucap. l. si mala fides, C. de vsucap. l. An vitium, ff. de diuers. tempor. præscript.* Syluest. *v. Præscriptio. 1. numer. 4.* Sayr. *in claui, l. 9. c. 12. n. 23.* Lessi. *l. 2. cap. 6. dub. 4. numer. 16. & dub. 13. numer. 42. & & 43.* Filliuc. *tr. 31. num. 189. 191. & 193.* Sanchez *l. 2. Moral. c. 23. n. 154.*

43. *Et Titulus.* Tertiò, requiritur titulus probabiliter præsumptus, id est, qui bona fide putetur validus, vt donationis, testamenti, vel successionis ab intestato, emptionis, permutationis. Non est necessarium, eum titulum esse verum, seu validum, nam hic sufficit sine præscriptione ad transferendum dominium; sed satis est, vt probabiliter putetur verus. Ad præscriptionem autem necessaria est bona fides, quam titulus. Quia sine bona fide nunquam currit præscriptio: currit autem aliquando sine titulo: nam titulus requiritur ad præscribendum tempore definito, & ordinario; non verò ad præscribendum tempore longioti. Vnde si ad aliquid præscribendū ordinariè cum titulo requirantur decem, aut viginti anni: ad præscribendum sine titulo sufficeret spatium triginta, aut quadraginta annorum iuxta quantitatem materię, quę præscribitur, modò bona fides adsit. *leg. 1. ff. de vsucap. c. si diligenti de præscript.* Bonac. *de rest. d. 1. q. vlt. pun. 2. §. 2. numer. 22.* Lessi. *l. 2. cap. 6. dub. 13. numer. 43.* Filliuc. *tr. 31. numer. 193.* Laym. *l. 3. tr. 1. c. 8. numer. 12.* Couar. *reg. peccatum, p. 2. §. 8.* Menoch. *leg. 3. præsumpt. 131. num. 32.* Sà, *v. Præscriptio, num. 3.* Molina *to. 1. tr. 2. d. 76.*

44. *Et Continuatio Possessionis tempore legibus definito.* Quartò demum requiritur continuatio possessionis tempore legibus definito. Quare res mobiles corporales, (quales sunt vestes animalia, naues, debitum rerum mobilium, vel actio ad obtinenda debita rerum mobilium) priuati hominis vel etiam cuiusuis Ecclesię etiam Romanæ præscribuntur possessione bonæ fidei cum titulo per triennium inter præsentes: inter absentes verò requiritur spatium quatuor annorum cum titulo, & bona fide. Ad vsucapionem verò rerum mobilium sine titulo requiruntur triginta anni, siue priuatæ eæ sint, siue Ecclesiæ. Ad præscriptionem rerum immobilium, vt sunt ager, domus, & res incorporeæ, vt iura, debita, actiones, seruitutes, requiritur contra priuatos spatium decem annorum inter præsentes cum titulo: inter absentes viginti annorum spatium. Contra rem immobilem Ecclesię (modo non sit Romana) vel loci pij, vt Hospitalis, Collegij, Canonicorum, Episcopi, iure communi requiritur spatium quadraginta annorum tàm cū titulo, quam sine titulo: tam inter præsentes, quam inter absentes, siue is, qui præscribit, sit priuatus, siue sit vna Ecclesia contra aliam. Bona principis tanquam priuati, eodem tempore, quo priuati bona præscribuntur collectæ pro publiça necessitate quadraginta annis. Ius imponendi vectigalia quadraginta annis cum titulo: sine titulo, tempore immemoriali. Quæ verò debētur Principi in supremæ potestatis recognitionem, nullo possunt tempore præscribi. Contra leges ciuiles præscribitur consuetudine decem annorum, quando aliàs non putatur princeps non consensisse in eam consuetudinem. Aduersus legem Canonicam requiruntur quadraginta anni, si consuetudo sit aliquo modo contra ius Ecclesię. Seruitus personalis decem annorum spatio præscribitur cum titulo inter præsentes, inter absentes cum titulo viginti annorum, spatio, sine titulo autem triginta. Seruitus realis si continua, aut quasi, continua sit præscribitur spatio decem annorum inter præsentes, inter absentes vero viginti. Seruitus discontinua non præscribitur, nisi tempore immemoriali, quia possessio in huiusmodi seruitute continua esse non potest. Laym. *l. 3. tr. 1. cap. 8. num. 13.* Lessi. *l. 2. cap. 6. dub. 13. numer. 22. & 23.* Filliuc. *tr. 31. num. 196. 197. 200. & 201.* Manu. *to. 1. qq. q. 36. a 3. & to. 3. q. 35. art. 3.* Recognosce iura; *l vnica, C. de vsucap. Inst. de vsucap. §. 1. Authent. Quas actiones, C. de sacros. Eccles. C. Sanctorum. de præscript.*

45. *Res, quæ Præscribi non possunt* Res, quæ præscribi non possunt enuncio. Primò exemptio à Superioris obedientia. Secundò res vsibus publicis deputatę, vt forum, via publica, pons. &c. Tertiò, ius decimarum à laicis post Concil. Lateranense. Quartò, limites Prouinciarum, Episcopatuum, & Parochiarum, si de his constet: si verò non constet, præscribi possunt. Quintò res indiuisa communis pluribus nullo tempore ab aliquo illorum potest præscribi. Silnest. *v. Præscriptio. 2. q. 12.* Diana *p. 3. tr. 5. resol. 77.* Lessi. *l. 2. c. 6. dub. 13. n. 49.*

46. *Contra Præscriptionem datur restitutio.* Contra præscriptionem datur restitutio in integrum quę nihil aliud est, quam quoddam remedium, quod finita præscriptione relinquitur priori Domino, qui rem suam amisit, vt authoritate Iudicis possit restitui in Dominium & possessionem rei amissæ. Hæc præsertim minoribus ętate, & piis locis conceditur. Filliuc. *tr. 31. n. 209.*

SECTIO

SECTIO SECVNDA.

De Dominio Dubia.

CAPVT VI.

Circa Dominium.

DVBIVM I.

An in iis rebus, quæ vsu consumuntur, vsus distinguatur à Dominio.

47 *Non distinguitur.* NON distinguitur. Quia Ioannes XXII. In extrauag. quæ incipit, *Ad conditorem*, & in duobus sequentibus, *de verb. signif.* contendit, in iis rebus, quæ vsu consumuntur, ius ad vsum non distingui ab earum Dominio. Et nè alicui dubium esset, Fratres Minores Dominium habere rebus, quibus vtuntur, à se, sedeque Apostolica prædictum Dominium abdicauit, & in ipsos transtulit. Et quidem in rebus vsu consumptibilibus non debet seorsim computari vsus rei à re ipsa, cuicumque concedatur vsus; ex hoc enim ipso quod conceditur res, transfertur Dominium, ideoque si qui seorsim vellet vendere vinum, & seorsim vini vsum, bis eandem rem venderet, sic D. Thom. 2. 2. *q.* 78. *articul.* 1.

48 *Distinguitur procul dubio.* Distinguitur planè. Quia si quis ius haberet vtendi pecunia, cibo, vestibus, aliisque rebus vsu consumptibilibus dependenter à voluntate illius, qui Dominus illarum rerum est: iustè illis vtitur, dum Dominus non contradicit, & tamen in eo vsu nullum actum Dominij exercet. Vt videre est in conuiua, quem ad prandium inuitas, cui vsum ciborum concedis, nullo concesso Dominio. Ergò distingui potest ius reuocabile vtendi aliqua re consumptibili ab illius Dominio. Ita Sotus *l.* 4. *de iust. q.* 1. *a.* 1. Nauar. *com.* 2. *de Regular. n.* 2. Molina *tr.* 2. *d.* 6. Palao *de iust. tr.* 3 1. *d. vni. pun.* 5. *n.* 6. Rebel. *de iust. l.* 1. *q.* 7. *sect.* 4. Lud. *d.* 2. *c.* 3. *dub.* 4. *numer.* 18.

49 *Hoc vnicè verum puto & Fratrũ Minorum paupertatem perfectissimam stabilio.* Notanter dixi, (hanc sententiam amplexus) ius *reuocabile* vtendi aliqua re consumptibili ab illius Dominio distingui posse. Nam si ius irreuocabile alicui concederetuo vtendi aliqua re consumptibili, non videur, quonam modo id ius à Dominio distinguatur. Et in hoc sensu D. Thomæ sententiam accipio. Loquitur namque Doctor de vsu irreuocabili, non vero de vsu reuocabili, & ab alterius voluntate pendente Fateor hinc Fratres Minores ius, & potestatem habere vtendi rebus, illarúmque fructibus sibi concessis absque vllo tamen Dominio, quod in ipsis, vel eorum communitate existat, quia illud ius & potestas, quam habent, pendet vel ex voluntate eorum, qui eas res Religioni concessertunt, vel ex voluntate Pontificis, in quem à donatoribus Dominium est translatum. Et quidem estò Ioannes XXII. Prædictum Dominium à se, Sedéque Apostolica abdicarit, postmodum Alexander VI. Alijque Pontifices susciepere. Vti habetur in *priu. Minor. v. Paupertas.* Neque in ea Extrau. Pontifex definire voluit Dominium ab vsu non distingui tanquam rem ad fidem pertinentem, & quæ ab omnibus credenda, & obseruanda esset: sed quod ipse vt vir doctus verum esse iudicauit, exposuit. Addiderim, intelligi posse de Dominio quodam imperfecto, quale priuati Religiosi habent, potentes consumere rem, ac si verè Domini essent, vt annotauit Less. *l.* 2. *c.* 3. *dub.* 4. *in fine.*

DVBIVM II.

An Famæ & honoris sit, penes hominem Dominium.

50 *Homo non est suæ famæ Dominus.* NOn quidem est. Quia fama & honor sunt bona media inter vitam & bona externa, & magis accedunt ad vitam, cuius homo nó est dominius Profecto sepe homines tum ratione iustitiæ, tum charitatis obligãtur famam & honorẽ tueri iuxta illud Eccles. 41. *Curam habe de bono nomine.* sic Sylvest. *v. detractio, quæst.* 3. Caiet. 2. 2. *q.* 73. *a.* 1.

Est profecto. Quia fama & honor bona sunt ex numero eorum, quæ homo proprijs factis acquirere, & diminuere potest. Ergo sunt eius potestati subiecta, sicuti subijciuntur bona fortunæ quæ propria industria comparantur. Ita D. Thom. 2. 2. *quæst.* 64. *a.* 5. *ad* 3. *& quæst.* 73. *a.* 4. *ad* 2. Adrian. *in* 4. *q. de restit. circa finem.* Sotus *lib.* 4. *de iust. q.* 2. *a.* 3. Nauar. *de rest. cap.* 4. *numer.* 108. *&* 114. Sà, *v. Dominium, numer.* 1. Palao *tr.* 31. *d. vni. pun.* 6. *numero* 5. Less. *l.* 2. *c.* 4. *duob.* 11. Hurtad. *de iust. d.* 1. *diffic.* 15.

51 *Homo est suæ Dominus famæ.* Hoc verius esse existimo, nec videor obstare, quod non possis pro voluntate de fama & honore disponere: nam id etiam bonis fortunæ competit, quorum dispositio rationabilẽ exigit causam, ac stante causa rationabili, sicut potes bona fortunæ expendere, sic famam, & honorem. Certe fama & honor tuo dominio non subijcitur, vt prodigas, sed vt rationabiliter expendas. Quod vero aliquando contra iustitiam pecces, te infamando, id prouenit ex iniusta rei tuæ prodigalitate.

DVBIVM

DVBIVM III.

An in aliquibus casibus seruus habeat Dominium à Domino independens.

53 *Nonnulla suppono.*

VIdimus *sect.* 1. seruos nullum per se habere Dominium, sed omnia, quæ habent, Domini esse. Verùm aliquibus in casibus manifestum videtur, seruos comparare Dominium plurium rerum saltem imperfectum. Etenim contrahere potest Dominus cum seruo vt ei certam quantitatem soluat ex suo labore, & industria, reservato sibi quidquid vltra? supersit. Nam licet inter seruum & Dominum sub his rationibus perfecta iustitia esse non possit: benè tamen inter Dominium & seruum quatenus homines sunt. Idem dixerim, si tacite vel expresse Dominus suo seruo aliquam quantitatem concedat velitque vt propriam habere. Non enim concedit seruo eam quantitatem, quatenus seruus est, sed quatenus est homo. His præmissis requisierim, an in his casibus obtineat seruus Dominium eorum ita perfecte, vt nullatenus Domino subiiciatur, sed ab eo independens existat?

54 *Non habet seruus abolutum vllum Dominium.*

Huiusmodi Dominium non habet. Quia lex *Id vestimentum. 25. ff. de peculio* dicit, seruum non esse Dominum vestimenti quotidiani. Quia qui ab alio possidetur, nihil possidere potest. Et §. *Item nobis, instit. per quas personas nobis acquiritur*, statutum est, quidquid seruus acquirit quauis causa, & occasione Domino acquirere. Vnde Innocentius IV. in *cap. Cum olim, de priuilegiis* inquit *seruum, & Monachum in eo esse pares, quod neuter alicuius rei Dominium habeat.* sic Lessi. *l.* 1. *c.* 4. *dub.* 4. *concl.* 1. & alij.

55 *Habet plane.*

Habet in præfatis *n.* 53. euentibus Dominium perfectum. Quia nullibi cautum est, seruum ratione seruitutis reddituum esse incapacem Dominij acquirendi: quinimo *l.* 1. §. *seruos, ff. de offic. Præfecti vrbis*, & *l. vlt. ff. de iudic.* supponitur, pecuniæ, qua redempti sunt, Dominium habuisse, siquidem illis legibus sua esse asseritur. Ita Sotus *l.* 4. *de iust. q.* 1. *a.* 2. Salon. 2. 2. *q.* 3. *a.* 1. *de Dominio in fine*, Ludou. Lopez *p.* 2. *Instr. c.* 33. Molina *tr.* 2. *d.* 38. Sà, *v. seruus nu.* 3. Rebel. *de iust. l.* 1. *q.* 11. *sect.* 2.

56 *Hæc verius existimo.*

Verior mihi hæc pars. Nam cum leges decidunt, acquisita à seruo Domini esse, quia seruus in Domini est potestate; intelligi debent de acquisitis à seruo, quatenus seruus est, & obsequium præstare Domino obligatur, secus de acquisitis à seruo per obsequium indebitum, per donationem, legationem, aliumve contractum.

DVBIVM IV.

An Clerici non Religiosi habeant, Dominium Decimarum, Primitiarum, aliorumque Beneficij Ecclesiastici redditum.

57 *Nonnulla suppono.*

SVppono, Clericos quadruplex genus bonorum possidere posse. Primum illorum quæ iure hæreditario, donatione, alioue contractu comparata sunt, quæque à Doctoribus patrimonialia nuncupantur. Secundum, quæ acquiruntur officij Ecclesiastici siue iurisdictionis exercitio. Tertium, quæ ex redditibus Beneficij Ecclesiastici proueniunt. Quartum, quæ Ecclesiæ, cui præsunt, competunt. Profecto Clerici sigillatim sumpti nullum habent Dominium bonorum quarti generis, sed solã administrationem. Quia ea bona non sunt donata à fidelibus, vt in potestatem, & Dominium singulorum Clericorum deueniant; sed vt in Dominium cedant communitatis. Si vero de bonis primi & secundi generis sermo sit, Clerici eorum Dominium habent, de illisque æque ac sæculares disponere possunt. Quia, illa bona concedũtur à fidelibus, vt præmium & stipendium laboris impensi absque vllo onere, & obligatione. Nauar. *de reddit. Eccl. s.* 1. *moni.* 19. 21. & 39. Lessi *l.* 2. *cap.* 4 *dub.* 6. *num.* 36. Palao *tr.* 6. *d.* 2. *pun.* 5. & 6. solum est difficultas de bonis tertij generis, qualia sunt decimæ, primitiæ, alijque Beneficij Ecclesiastici fructus. Quæsierim itaque, num Clerici eorum Dominium habeant?

58 *Huiusmodi Dominium non habent.*

Minime habent. Quia beneficiati absolutum eorum Dominium bonorum sortirentur, sequeretur posse eum fructus congruam sustentationem superantes æque libere dispensare, ac potest fructus directe ob ministerium Ecclesiasticum concessos, quod prorsus est falsum; sic Nauar. *apolog. de redit. q.* 2. *per totam.*

59 *Habent omnino.*

Habent omnino. Quia Ecclesia redditus communes diuidens tum in Fabricam. Templi, tum in beneficiati sustentationem, censetur, Dominium illius partis, quam Beneficiato applicat, ei concedere; quia & frustranea esset applicatio, & quia facta est ob officium Ecclesiasticum à Beneficiato impensum, & in stipendium ac præmium sui ministerij. Sed bona, quæ beneficiato conceduntur in præmium sui ministerij, quasi patrimonialia sunt & eorum plenum habet ille Dominium; Ergo idem dicendum de Beneficij fructibus. Ita Palao *tr.* 6. *de charit. d.* 2. *pun.* 6. *numero.* 2. & alij apud ipsum.

60 *Hanc eligo sententiam.*

Hanc eligo sententiam, asserens non ideò beneficiatum posse fructus congruam sustentationem superantes, æque libere disponere, ac potest fructus directe ob ministerium Ecclesiasticum concessos. Quia esto vtrique fructus in præmium, & stipendium ministerij Ecclesiastici donentur; fructus Beneficij donantur sub eo onere, vt ea parte, qua excedunt congruam beneficiati sustentationem, pauperibus applicẽtur, eo quod ea pars, quæ antiquitus pauperibus alendis erat designata, Beneficio annexa sit, & Beneficiato applicata!; quod nullatenus procedit in illis fructibus, qui directe, & per se ob ministerium Ecclesiasticum conceduntur.

***

DVBIVM

DVBIVM V.

Redimit quis alium, pretio oblato, ab imminenti morte, vel mutilatione; potest eum perpetuæ seruituti subijcere.

61 *Potest ideo illum perpetuæ seruituti adigere.*

SI spectato communi reum valore illius regionis attingit pretium perpetuæ seruitutis potest quidem eũ perpetuę subijcere seruituti. Quia non videtur obligatus pretium absolute donare in ea necessitate constituto, sed sub obligatione & pacto, vt tot obsequia præstet, quanti pretium æstimatur; Cum ergo pretium perpetuæ seruituti adæquet concedi poterit sub huiusmodi seruitutis conditione. Alias parentibus fame pressis non liceret filios vendere, neque ab ipsis emere, contra *leg. 2. C.de patr. qui filios subs.distraxerunt.* sic Molina *tr. 2. d. 33.* Nauar. *summ. capite 25. numero 95.*

62 *Minimè potest.*

Siue pretium in se spectatum perpetuæ seruituti adæquet, siue non: non potest quis ob ipsum exhibitum alium mortis aut mutilationis sententiæ addictum seruituti perpetuæ adigere: sed gratis est illud pretium concedendum. Quia patienti extremam necessitatem tenemur ei donare ea bona, quæ ad illius remedium necessaria fuerint; in diuisione enim rerum iure gentium introducta casus extremæ necessitatis exceptus est; & sub eo onere singulis applicata sunt bona, vt proximo extreme indigenti concedantur. Iniustus igitur est, qui ob pretium alteri debitum in seruitutem adigat. Ita Laym. *l. 3. tr. 1. c. 5. n. 6.* Palao *tr. 31. d. vni. pun. 9. n. 8.*

63 *Hoc mihi probabilius*

Satis probabilem primam reor esse sententiã, probabilem tamen secundam crediderim. Concedo namque, illum non esse obligatum pretium gratis donare in eo periculo constitutis, sed posse pro ipso obsequia ab illo exigere pretio adæquantia, modò tamen ipsa obsequia eius statum non dedeceant. At cum legalis seruitus & obsequia ex seruitute nata ingenuum dedeceant, nequit ille pretium sub obligatione seruitutis, & obsequiorum seruilium concedere, neque ipse obligatur eam seruitutem sustinere, vt ab eo periculo eruantur; alias obligaretur grauem necessitatem sustinere, vt extremam euitaret. Idem dixerim de filiis venditis, & in seruitutem redactis ob parentum necessitatem. Si enim parentes extreme indigeãt, neque habeant aliunde bona, quibus pretium in suæ necessitatis remedium exhibitum compensare possent; nullatenus potses eorum filios emere in seruos, sed gratis deberes pretium impertire. At parentibus non extreme, sed graniter indigentibus pretio, imò nec ipso absolute indigentibus cum bona habeant quibus compensent, permittitur filiorum venditio, & tibi emptio; quia eo euentu non teneris: maxime si superflua non habeas pretium donare, sed poteris tradere sub seruitutis obligatione.

DVBIVM VI.

An sint licita Columbaria.

64 *Licita non sunt.*

LIcita non sunt. Quia damnum commune inferunt, tum semina terræ mandata, tum tempore messis collecta absumentibus Columbis. sic Palud. *in 4. dist. 15. quæst. 2. concl. 5.* Maior. *ibid. q. 28.* & alij.

65 *Licita sunt*

Sunt Licita. Quia id consuetudo recepta firmat; & qui nullum, vel leuissimum damnum censenda sunt aliorum satis, & fructibus inferre. Ita Sylvest. *v. Restitutio 3. q. 4.* Caiet. *v. columbarium*, Sà *eodem num. 1.* Nauar *sum. c. 27. n. 126.* Sotus *l. 4. de iust. q. 6. a. 4.* Moli, *tr. 2. d. 48.* Lessi. *l. 2. c. 5. dub. 6. num. 29.* Laym. *l. 3. sect. 5. tr. 1. c. 5. n. 17. q. 8.*

66 *Idem sentio*

Idem sentiens ostendo nullum, vel leuissimum damnum ex Columbariis proximo obuenire. Quia esto tempore messis vel seminis seminibus terræ mandatis & collectis alantur: id præstant absque vlla proximi iactura; siquidem tempore seminis æque aluntur malis seminibus sata suffocantibus, ac vtilibus, nec granis terræ mandatis, sed in propatulo existentibus alioqui perituris. Tempore vero messis spicas erectas non decerpunt, sed grana inde decisa colligunt. Addo in cibum Columbas Reipublicæ cedere. Denique nisi Columbaria permitterentur à quibus passim pulli auferuntur, numerus siluestrium graniori communi damno increscceret. Ex quibus manifestum est, si quod damnum columbæ sui sustentatione inferunt, pluribus aliis commodis abunde compensari.

DVBIVM VII.

An inuentor thesauri in agro alieno absque Domini facultate: teneatur ante Iudicis sententiam Domino restituere.

67 *Tenetur reddere ante Iudicis sententiam.*

INuentor Thesauri in agro alieno absque facultate Domini quæsiti tenetur integrum Domino reddere deductis expensis ante latam Iudicis sententiam. Quia leges Thesauri Dominium agri Domino integre adiudicant, & ab inuentore auferunt non in pœnam alicuius delicti, sed ne vllus audeat, Domino prædij inconsulto Thesaurum ibi quærere. Sic Nauar. *sum. c. 17. num. 175.* Molina *tr. 2. d. 52.* Couar. *reg. peccatum p. 3. §. 2. n. 3.*

68 *Non tenetur ante sẽtentiam Iudicis.*

Ante Iudicis sententiam non tenetur. Quia in pœnam iniuriæ illatæ Domino agri id statutum est: Ergo sententia Iudicis spectanda. Ita Mercat. *de contr. c. 15. num. 59.* Rebel. *de iust. l. 1. q. 15. sect. 2. num. 13.* Laym. *l. 3. sect. 5. tr. 1. c. 5. num. 23.*

69 *Hanc partem veriorem.*

Hanc partem duxerim veriorem. Quod aperte colligo ex *lege vnic. C. de Thesaur.* ibi. *In alienis vero terris nemo audeat inuitis, id est, nec volentibus, vel ignorantibus Dominis, opes abditas sua nomine conservari. Quod si vobis super hoc aliquis crederit esse supplicandum, aut prætor huius legis tenorem in alieno agro Thesau-*

rum

rum seruitutis, inuenerit, totum hoc locorum domino reddere compellatur. Expendo illa verba, *Audeat inuitis*, quæ denotant: sic quærentem thesaurum, delictum committisse, fodere enim agrum alienum, domino non consentiente, delictum est. Deinde pondero verbum. *Compellatur.* quod quidem iudicis significat actionem.

DVBIVM III.

An Thesaurus inuentus non casu sed ex intentione totus cedat domino fundi si cum licentia eius quæratur.

70 *Nonnulla recolo.*

REcolo, spectato iure naturali, & gentium, Thesaurum siue in proprio fundo, siue in alieno inueniatur, integre cedere inuentori, quia ea, quæ proprium Dominum non habent, primo occupanti cedunt. At spectato iure communi in proprio fundo inuentus thesaurus integrè competit inuentori. Inuentus fortuito in fundo alieno, etiam Principis, diuiditur per partes æquales inter inuentorem ac dominum fundi, vt in *leg. Thesaurus ff. ad exhibendum leg. vnic. Cod. de thesau.* §. *Thesauros de inst de rer. diuis.* statuitur non in pœnam, sed quia rationi consonum est, vt dominus fundi ex thesauri inuentione commodum reportet. At inuentus non casu, sed ex intentione totus sed. Domino fundi, vt deciditur, *l. vni. C. de thesaur.* Quæsierim vero an id verum sit, estò cum licentia domini quæratur.

71 *Totus Thesaurus domino cedit.*

Totus thesaurus domino cedit, quamuis cum eius licentia quæratur. Quia id expedit bono communi, ne homines culturas naturales omittant, & ad malas artes inutilesque occupationes inuitentur. Sic Ant. Gomez *l. 45 Tauri n. 51.* alijs relatis.

72 *Non cedit totus Domino thesaurus.*

Non cedit totus thesaurus domino, si cum eius licentia requiratur, imo totus cedit inuentori. Quia eo ipso, quod licentiam impendat, quasi proprio iuri videtur cessisse. Ita Nauarr. *sum. c. 17. n. 175.*

73 *Apinus ego distinguendum puto.*

Ego autem rectius cum Sylu. *v. Inuentum, q. 3.* Molina *tr. 2. d. 56.* & Lessio *l. 2. cap. 5. dub. 15. n. 60.* distinxerim, si sciens ibi adesse thesaurum, nec domino manifestans quærendi quisli centiam petiuit, domino fundi integre cedit, ac si nullatenus licentia fuisset requisita, quia ea licentia ex errore procedens nullius est momenti. Secus verò si solum sub spe inueniendi petita licentia fuerit, quia eo casu inuentori adiudicatur, cui dominus agri suam partem visus est cedere, nisi aliter in pactum fuerit deductum.

DVBIVM IX.

An Metallorum venæ cedant primo inuentori, cum in alieno fundo reperiuntur.

74 *Primo inuentori cedit.*

SPectato iure naturæ primo inuentori cedunt sicuti cedit Thesaurus. Quia esto non sint industria humana ibi repositæ, sunt tamen *Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. V.* tanti valoris, vt merito censeri non possint vilissimo fundo cedere, argumento §. *litteræ, iust. de rerum diuis.* Ideóque Princeps concedere assolet facultatem eas venas quærendi etiam in prædijs alienis compensato detrimento, quod prædiorum dominis indè proueniat. Absque hac tamen facultate nullus priuatus in fundo alieno absque domini consensu venas quærere potest; & fodinas facere. Sic Sotus *l. 5. de iust. q. 3. a. 3.* Les. *l. 2. c. 5. dub 12. n. 51.*

75 *Non cedit primo inuentori.*

Hæ metallorum venæ ad dominum prædij pertinent, in quo reperiuntur, sicuti venæ, saxorum, & aquæ. Quia ibi nascuntur, & prædij sint partes. Quocirca si prædium est fundus dotalis, quidquid ex ea vena extractum fuerit cedit vxori in dotis augmentum, iuxta *l. si ex lapidicinis ff. de iure dot.* Quod intelligo, modo aliud simile non renascatur, nam eo casu (quo rarus esse potest) inter fructus prædij mariti competentes est referendum, vt habetur *l. diuortio §. si vir. ff. solut. matr.* & ibi Glossa, verum si prædium sit ex bonis vinculatis, possessori competit, vtpote domino prædij quidquid ex eo abstractum fuerit: obligatur autem, ne prædium notabiliter successoribus deterius reddat, quia sub onere bona possidet vinculata. Molina *de primog. l. 1. c. 23. n. 8.* & Mol. noster *tr. 2. d. 54.* Ita Gabr. *in 4. dist. 15. q. 3. a. 3. dub. 7.* Mol. *citat.* Layman. *l. 3 sect. 5 ar. 1. c. 5. n. 21.* Paulus *tr. 31. d. vni. pun. 17. n. 14.*

76 *Hæc sententia communior verior est mihi.*

Hæc sententia communior ac verior. Cuius doctrinam intelligo iuxta ius naturale, & commune. Nam si priuatorum Regnorum, ius spectem regulariter venæ cuiuscumque metalli Regi, in sumptus communes sunt adiudicandæ, soluta tùm inuentori, tùm domino prædij aliqua parte. Molinam ea *d. 54.* consule.

DVBIVM X.

An si post factam debitam diligentiam rei inuentæ dominus omnino ignotus sit, ea cedat inuentori.

77 *Nonnulla recolo.*

SI scias rem inuentam vni ex duobus, vel tribus competere, nescis tamen quisnam ille sit, proculdubio obligaris, rem illis tradere, vt vel inter se diuidant, vel sortes mittant; vel vni applicent, alijs facta compensatione. Quia omnes illi ius habent in rem illam, esto singuli dubium, debet ergo illis concedi, vt pro dubij qualitate inter se diuidant. Qua diuisione facta, tametsi dominus certus agnoscatur, non tenetur ille, cui de omnium consensu res fuit applicata aliquid domino reddere, quia iam cessit iuri, quod habebat. Porrò si dominus facta diligentia debita omnino ignotus sit: quæsierim, an res illa cedat inuentori?

78 *Minimè cedit inuentori.*

Minime cedit, sed in pauperes, aliaque opera pia est expendenda. Quia hæc creditur esse dominorum voluntas, vt sua bona in Dei honorem, & animarum cedant vtilitatem, quandoquidem eis vti non possunt. Sic D. Thom. 2. 2. *quæstione 66. articulo 5. ad 2.* Caietan. *ibi, & in sum. versic. Furtum fine.* Abbas *ad caput si dilecti, numero duodecimo de excusat.*

Sylu. *v. Restitutio*, 8. *q.* 2. *& v. Inuentum q.* 1. *n.* 2. Couar. *reg. peccatum p.* 3. §. 1. *n.* 2. Nauarr. *sum. c.* 17. *n.* 171. Mol. *tr.* 2. *d.* 746. Les. *l.* 2. *c.* 14. *n.* 49. Rebel. *de iust. l.* 2. *q.* 12. *n.* 3.

79 *Inuentori cedit omnino.* Cedit quidem res inuentori. Quia nec iure naturali, nec positiuo inuenta pauperibus, alijs ve pijs operibus sunt applicanda, cedunt ergo inuentori. Et quidem quod ex iure naturali nulla huius distributionis adsit obligatio: ea ratione conuincor, quia hoc iure spectato, quod omnibus gentibus commune est, potius præsumi debet, velle dominium, vt inuentor rem inuentam asseruet, vt consumat cum onere reddendi, si fortè compareat, quàm vt in eleemosynas, taliaque pia opera expendat; vnde numquam recuperare possit. Minus autem ex iure positiuo colligi hæc obligatio potest, si quidem nullus est textus, qui de his bonis inuentis disponat. Nam *cap. cum tu, de vsur. & cap. cum sit, de iudiciis*, expresse loquuntur de iis, quæ iniuste sunt acquisita. Ita Sotus *l.* 5. *de iust. q.* 3. *art.* 3. *ad* 2. Ledes. 2. *p.* 4. *quæst.* 1. *artic.* 5. Medi. *sum. l.* 1. *cap.* 14. Ludouic. Lop. *p.* 2. *Instr. c.* 2. *assert.* 2. Mercado, *de contr. c.* 15. Nauar. *de rest. l.* 4. *c.* 2 *n.* 59. Sà *v. Thesaurus n.* 4.

80 *Hæc sententia valde probabilis, sed prima mihi verior, ac securior.* Ego quidem existimo secundam sententiam valde esse probabilem, priori tamen piæ planè, ac tutiori ad hæreo, eamque iudico in praxi sequendam non ob rationem ibi adductam, sed quia consuetudinem inter fideles videmur præscriptum, vt hæc bona in pios vsus expendantur, cui consuetudini maximè fauent varia priuilegia à Pontificibus concessa Religioni S. Mariæ de Mercede, Commissario Cruciatæ, & alijs, vt sub excommunicatione compellant detentores ea sibi exhibere in captiuorum redemptionem, belli contra infideles subsidium, aliaque similia, si enim Pontifices censerent nullam detentoribus inesse obligationem ea bona in pios vsus expendendi, nullatenus sub excommunicationis pœna id imperarent.

DVBIVM XI.

An serui iure belli capti possint, licitè fugere.

81 *Certa præmitto.* CErtum est, seruum iniuste inseruitutem addactum licitè fugere. Quia verè non est seruus. Imo & posse recompensationem suarum operarum à Domino arripere. Et quamuis communius, ac probabilius sit, eum, qui in pœnam iuste condemnatus est in seruitutem, non posse licite aufugere, non tamen caret probabilitate, quod fugere valeat, oblata occasione commoda, præsertim si seruitus sit calamitosa. Quia contrarium est durum, & supra humanam conditionem. Quæsierim vero, an serui iure iuste belli capte licite possint arripere fugam.

82 *Aufugere non possunt.* Minime possunt. Quia ea seruitus acquiritur in iniuriæ illatæ satisfactionem si autem seruus fugiat huiusmodi iusta satisfactio impeditur. Sic D. Ant. *p.* 3. *ti.* 3. *c.* 6. Nauar. *sum. c.* 17. *n.* 103. Mol. *d.* 37.

Possunt licite fugere ad suos. Quia hęc seruitus siue acquisita, siue non sic introducta est consensu, ac consuetudine totius orbis ita tamen, vt seruus nequeat vi Domino resistere eum è fuga reuocanti. Addidi. *Ad suos*, quia sic introducta est præfata seruitus, non vero vt seruus possit diuagari. Ita Sotus *l.* 4. *de iust. quæst.* 2. *art.* 2. Couar. *l.* 1. *variar. cap.* 2. *numero* 10. Lessi. *l.* 2. *cap.* 5 *dub.* 5. Hurtad. *de iust. d.* 1. *diffic.* 21.

83 *Hoc probabilius esse reor.* Probabilius hoc duxerim, nec obstare, quod Dominus possit licite seruum ad suos fugientem punire. Id enim non agit in pœnam fugæ tanquam delicti, sed in custodiam, vt scilicet timore punitionis sit magis custodiæ addictus. Addiderim hosce seruos iure Cæsareo. & Castellæ, si ad suos peruenerint, ita consequi libertatem, vt quamuis post modum causa mercaturæ, aut alia ex causa ad terrã dominorum redeant, non possint retrahi in seruitutem. Ita hoc verum esse reor, vt etiam possint ad suos diuertere, quamuis sint aliis venditi. Et idem est de filijs eorum, qui non alio titulo sunt serui, nisi quia ex eis sunt progeniti.

DVBIVM XII.

An venatio animalium iure naturali communium possit à Principibus prohiberi.

PRohiberi non potest. Quia ea animalia iure naturali sunt omnibus communia, non positiuè, sed negatiuè tantum, seu permissiuè. Ergo Princeps negauit eorum capturam prohibere, cum non valeat iuri naturæ derogare. Sic Hostiens. Ioan. Andreas, & Card. *ad c. non est, de decimis.* 84 *Prohiberi non potest*

Potest equidem prohiberi eorum animalibus venatio vel pro aliquibus annis, vel pro aliquibus anni temporibus, vel venatio gerenda aliquibus instrumentis, vel scoplis, vel aquæ infectione. Quia prohibitio venationis eorum animalium alias iure naturali permissæ, ac licitæ facta aliquo modo ex dictis, imo & alijs, potest esse Reipublicæ expediens. Ergo potest fieri à supremo Principe, cui incumbit bono Reipublicæ prospicere, ita Sotus *l.* 4. *de iust. q.* 6. *a.* 4. Vasq. *de rest. c.* 5. §. 2. *dub.* 2. Les. quem citat, & & sequitur Hurtad. *tr.* 1. *de iust. d.* 1. *diffic.* 25. Bonac. *de rest. d.* 1. *q.* 3. *pun.* 7. 85 *Potest prohiberi.*

Hos sequor, iudicans Principem in eo alicui naturali minime derogare iuri, quo aliquid præcipitur, aut prohibetur, quod non posset, sed tantum iuri naturali, quo aliquid permittitur, seu licitum est, quod potest omnino, & fit non paucis legibus. Addiderim, Principem ita posse venationem eorum animalium prohibere, vt ipse ea prohibitione non teneatur adhuc quo ad vim directiuam, & possit licite venari, quando adest rationabilis causa, v. g. si id sit necessarium Principis ad recreationem. Quia quando subest rationabilis causa, Princeps sua lege non tenetur. 86 *Hos sequor*

DVBIVM

DVBIVM XIII.

An Animal pertineat, ad illum qui id ex laqueo extraxit, & apprehendit.

87 *Pertinet ad eum qui illud ex laqueo extraxit.*

ANimal venatione captum ad illum pertinet, qui ex laqueo illud extraxit, & apprehendit. Quia illud aliàs nullius fit primo capientis. Sic Nauar. *sum. c. 17. n. 176.* Maior, Conarr. & Azor. quos affert Hurtad. *tr. 1. de iust. d. 1. difficil. 29.*

88 *Minime ad eum pertinet.*

Non pertinet ad illum qui ex laqueo extraxit, & apprehendit, sed ad eum, qui laqueum tetendit, quando ex laqueo se se extricare non poterat. Quia tunc vere capit, seu apprehendit illud medio instrumento, res enim non solum media manu, sed medio instrumento capiuntur. Ita Mol. *tr. 2. d. 42.* Lessi. Rebel. & Bonac. *quos citat.* & sequitur Hurtad. *vbi suprà.*

89 *Auctoris iudicium.*

E quidem eredidero, Principem posse legem ferre, qua vtramuis partem è duabus definiat, nempe vel quod animal illud ad apprehendentem è laqueo, & non ad tendentem laqueum pertineat, & sic dispositum est iure Cæsareo *l. in laqueum, ff. de acquir. rerum domin.* & iure Castellæ *l. 21. tit. 28. p. 3.* Vel è contra quòd animal ad tendentem laqueum, non ad apprehendentem illud ex laqueo pertineat, & sic dispositum est iure positiuo Regni Lusitaniæ *l. 5. ordin. titulo 41. §. penult.* Quia Princeps magnam habet authoritatem circa rerum externarum dispositionem, præsertim quando certum non est, ad quem iure naturæ pertineat. Vnde in quolibet loco obseruanda, est lex de venatione huiusmodi, aut habens vim legis consuetudo. At vbi non fuerit lex lata, aut consuetudo viguerit, ad ius naturale attendens, putarim, animal illud ad vtrumque pertinere, scilicet ad tendentem laqueum, & ad animal ex illo extrahentem. Quia verè, & perfectè illud primo capit, qui ex laqueo extraxit, qui verò laqueum tetendit illud primo capit imperfectè, & inchoatiuè, & ea sua inchoatione adiuit eum qui illud primo perfectè capit. Ad illum verò ex duobus maior pars valoris animalis pertinebit, qui omnibus pensatis, maiorem laborem, & industriam gessit in illius acquisitione. Quando autem non potest perfectè discerni, quisnam eorum alterum excedat, valor animalis capti ex æquo inter ipsos diuidendus. Et si incertum sit, num animul laqueo irretitum poterat se se ex eo extricare, non est valor animalis ex æquo diuidendus, sed minor pars concedenda est ei, qui laqueum tetendit, seruata minoritatis incertitudinis proportione.

DVBIVM XIV.

An licitum sit licitum, columbariorum venari columbas extra leucam.

90 *Nonnullæ suppono.*

CErtum est stante solo iure naturali, & nullo positiuo prohibente, licitum esse aucupari columbas vbicúmque extiterint extra columbarium, quando amisere redeundi consuetudinem. Vnde quæstio procedit existente iure positiuo Regni nostri Castellæ *lib. 7. c. 7. tit. 8.* Vbi non solum præcipitur, vt nemo, qui non habet columbarium, possit columbas vendere, vt sic furari eas impediatur, sed etiam imperatur, vt à nemine intra vnius leucę spatium à columbarijs capiantur. Hoc supposito, quæsierim, an qui in nostro Regno illas capit extra leucam, delinquat, & ad restitutionem teneatur, quando non amiserunt redeundi consuetudinem, quia si amiserunt, certum est non peccare, nec ad restitutionem teneri.

91 *Non peccat, nec ad restitutionẽ tenetur.*

Non peccat, nec ad restitutionem tenetur. Quia præfatæ legis dispositione tantum censentur domesticæ ac propriæ Domini columbarij intra leucam, non verò extra, ac proinde auferri dominium earum à columbarij Domino, alias lex illa esset iniqua, cum absque causa rationabili permitteret, vt columbæ alienæ impune caperentur, & Domino actionem contra aucupantem denegaret. Sic Sotus *l. 4. de iust. quæstione 6. articul. 4.* Molina *tract. secund. d. 50.*

92 *Peccat, & tenetur ad restitutionem.*

Peccat quidem ille, & tenetur ad restitutionem. Quia ex vna parte columbę illæ etiam extra leucam sunt domini columbarij, nam etiam extra eam retinent redeundi consuetudinem, vt suppono: & ex alia parte ea *leg. 7.* non aufertur dominium earum à columbarij domino, nullo enim verbo legis illius id indicatur, neque ea lege conceditur licentia, vt extra eam leucam capiantur, sed tantum prohibetur, intra eam capi. Ita Corduba *qu. 121.* Couarr. *in reg. peccatum parte secund. §. 8. n. 16.* Turrian. *d. 37. dub. 2.* Reginal. *l. 11. cap. 8.*

93 *Hoc teneo.*

Hoc longe probabilius esse reor. Porrò ex eo, quod prædicta lege permittatur, vt columbæ alienæ impune capiantur extra leucam, & contra capientem actio domino denegetur est iniqua. Quia id non fit absque rationabili causa, sit namque ad lites euitandas.

DVBIVM XV.

An Domini particulares agrorum possunt, conciuibus prohibere, ne collectis iam frugibus, suis in agris animalia pascant ex herba sponte nascente.

94 *Statuque sionis.*

SCio, Dominum particularem syluæ prohibere posse ne quis inibi ligna colligat, quamuis ea sponte sint nata

nata. Quia sunt fructus naturales suæ syluæ, aut agri. Requiro tamen an adhuc valeat suis conciuibus prohibere ne in suo agro pecora, vel armenta pascant, frugibus iam collectis?

95. *Non potest id prohibere.* Non potest prohibere. Quia quilibet in alieno agro potest, quod prodest sibi; & agri Domino non nocet. Collectis autem frugibus, quodnam prodest, nocumentum Domino inferri? Sic Cassian. *in consuetudinibus*, Burgundiæ *rubr.* 23. §. 2. Auendaño *tr. de exequend. mandat. c.* 4. *n.* 24.

96 *Id prohibere potest.* Id prohibere potest vbi iure aliquo positiuo non impeditur. Quia herba quamuis spontè nascens, est naturalis ipsius agri fructus: Ergo ad Dominum agri pertinet, potesti gitur impedire, ne quis ex ea pascat. Ita Mol. *tract.* 2. *d.* 59. Vasq. *de rest. c.* 5. *q.* 3. Turrian. *de iust. d.* 39. *dub.* 2.

97 *Cum his opinor.* Cum his opinor addens non solum posse id prohibere indirecte scilicet impediendo ingressum in suum agrum, sed etiam directè, nempè prohibendo pastum ipsum herbæ etiam si nullum inde nocumentum agri domino adueniat, quia herba vere est ipsius, de qua ipse potest pro libito disponere. Apposui autem in conclusione particulam illam. *Vbi iure aliquo positiuo non impeditur.* Quia in Regno Castellæ vsu receptum est, vt collectis fructibus agri maneant agri communes ad pastum vnde *l.* 13. & 14. *tit.* 9. *l.* 7. *Recopil.* decretum est, vt nullus ager priuatus possit absque facultate Regis pratum fieri ad pastum, nè reliqui conciues priuentur iure pascendi in eo, collectis frugibus. Potest autem fieri vinea, aut olietum etiam in eis locis, in quibus vineæ, & olieta adhuc, collectis fructibus, non sunt pastus communes. Quia id non est prohibitum. Is tamen, qui pascendo in prædio alieno frugibus collectis, damnum aliquod Domino infert, ad restitutionem tenebitur.

DVBIVM XVI.

An Thesaurus in loco sacro, nempè in templo, vel cæmeterio inuentus semper pertineat ex parte ad loci Sacri Prælatum, vel Ecclesiam.

98 *Sèper pertinet ad locum sacrum ex parte cũ eo diuidendus.* Ad locum sacrum semper ex parte pertinet, diuidendus scilicet inter inuentorem, & inter Prælatum, vel Ecclesiam, cuius sit ille locus. Quia locus sacer semper est Prælati; vel Ecclesiæ. Sic Nauar. *c.* 17. *n.* 175. Bonac. *de rest. d.* 1. *q.* 3. *pun.* 6. *nu.* 5. Sylu. & Angel. *v. Thesaurus.*

99 *Non semper pertinet* Non semper pertinet ad loeũ sacrũ ex parte, si locus sacer, in quo inueniatur sit nullius tanquam Domini, vt regulariter contingit, quãuis ad iurisdictionem alicuius nempe Prælati, aut Ecclesiæ pertineat, tunc enim totus Thesaurus ad inuentorem pertinet. Ita Vasq. *de rest. c.* 5. §. 4. Couar. *p.* 3. *relect. reg. peccatum* §. 2. Gaspar Hurtad. *tr.* 1. *d.* 1. *dif.* 35.

100 *Auctoris placitum.* Certe non semper locus sacer ad aliquẽ pertinet tanquam dominum, ideoque non semper diuidendus est inter Prælatum vel Ecclesiam, cuius sit ille locus tunc enim totus cedit inuentori. At si forte contingat, locum sacrum esse alicuius tanquam Domini, tunc erit diuidendus cum Domino, si casu sit inuentus, & si ex industria absque cessione Domini, totus est loci domino conferendus post iudicis sententiam.

DVBIVM XVII.

An Thesaurus inuentus in loco publico profano, vt in platea, in flumine, in via publica, diuidendus sit inter inuentorem, & fiscum, vel ciuitatem.

101 *Diuidendus inter inuentorem & fiscum.* Diuidendus quidem inter inuentorem, & fiscum, vel ciuitatem. Quia pars huiusmodi Thesauri Domino loci cedit, at locus ille publicus aut ciuitatem habet dominum, aut Regem, cuius fisco pars erit addicãda. Sic Nauar. *sum. c.* 17. *num.* 175. Sylu. & Angel. *v. Thesaurus.*

102 *Non est sic diuidendus.* Non est diuidendus inter inuentorem; & fiscum, aut ciuitatem, sed totus cedit inuentori. Quia locus ille nullius est tanquam Domini. Ita Vasquez, Couarr. Lessi. Turrian. & Laym. quos affert, & sequitur Gaspar Hurtado *tr.* 1. *de iust. d.* 1. *dif.* 35.

103 *Idem asserо* Certe si locus ille specialem dominum habeat, ei pars Thesauri adiudicari debet. At loca illa publica nullius domini regulariter sunt vnde totus Thesaurus inuentori cedit.

DVBIVM XVIII.

An Thesaurus inuentus in fundo accepto in feudum, vel emphyteusim, quo ad partem pertinentem ad Dominum, diuidendus sit inter proprietarium fundi, & inter feudatarium vel emphyteutam.

104 *Diuidendus est inter proprietarium, & feudatarium.* Diuidendus quo ad partem pertinentem ad Dominum, inter proprietarium fundi, & inter feudatarium, seu emphyteutam. Quia non solum proprietarius est dominus. Sed etiam feudatarius vel emphytenta. Sic Mol. *d.* 353. Turrian. *n.* 43. *dub.* 2. Bonac. *de rest. d.* 1. *q.* 3. *punct.* 6. Addunt nonnulli Iuristæ, quoad dictam partem, totam pertinere ad feudatarium vel ad emphyteutam. Quia hi sunt actu domini dominio vtili, & actu possident non verò proprietarius.

105 *Non sic est diuidendus.* Non est diuidendus quoad partem hanc inter proprietarium, & feudatarium, seu emphyteutam; sed tota est proprietario adiudicanda. Quia hi non sunt absolute domini, sed tantum proprietarius, solùm enim hic habet dominium absolute, & directum, illi vero tantum dominium secundum quid, & indirectum, seu vtile. Ita Vasq. *de rest. c.* 5. §. 4. *dub.* 2. Hurtad. *tr.* 1. *de iust. d.* 1. *diffi.* 35.

106 *Eiusdem mentis sum.* Cum his opinor colligens, Thesaurum inuentum in fundo habito in pignus; aut conductum, aut vsurarie, quo

quoad partem competentem domino, tantùm pertinere ad eum à quo ille, qui habet fundum, accepit in pignus, vel conductum, vel vsuariè. Quia iste tantum est Dominus, & non pignorator, vel conductor, nec vsurarius. Et thesaurum inuentum in fundo locali quoad istam partem tantum pertinere advxorem, quia sola ipsa est illius domina fundi.

DVBIVM XIX.

An scitens in fundo latere thesaurum, possit licite eum emere pretio communi, nihil ob thesaurum latentem adiiciens.

107 *Potest plane.*

POtest quidem. Quia thesaurus ante inuentionem, seu captionem nullius est, nec Domini fundi: non enim est fundi fructus: Ergo qui emit fundum attendendo solummodo ad fundi valorem, & nullatenus ad thesaurum nullam Domino fundi irrogat iniuriam. Sic D. Thom. 2. 2. *q.* 66. *art.* 5. Salon. & Arag. *ibi*. Vasq. *de restit. c.* 5. §. 4. *dub.* 2. Less. Sylvest. Bonac. apud Hurtad. *citandum*, & alij communiter.

108 *Non potest*

Minimè potest licite, & absque restituendi obligatione. Quia fundus, in quo latet thesaurus suppositò iure positiuo in fauorem Domini fundi lato plus valet quasi intrinsece, quam absque thesauro latente: suppositò enim eo iure, ad totum thesaurum ius habet, si ab ipso inueniatur: & etiamsi inueniatur ab altero ex industria illum quærente, & habetius ad dimidium, si casu inueniatur ab alio: At ius prædictum alicuius valoris est supra fundi valorem præcisè: Ergo vltra commune fundi pretium, pars est ob Thesaurum latentem adijcienda. Ita Angel. *v. Emptio*, §. 4. Armil. *v. Inuentum, numer. secund.* Tabien. *v. Restitutio*, §. 26. Hurtad. *de iustit. tr.* 1. *d.* 1. *dif.* 35.

109 *Huic hæreo sententiæ, à communi recedens.*

A communi sententia recedens huic hæreo vi rationis impulsus. Quamuis enim Thesaurus ante inuentionem, vel captionem nullius sit, nec Domini fundi cum non sit fundi fructus, tamen quia in fundo existens efficit non quidem naturaliter sed iure positiuo Cæsareo, quod fundus pluris valeat, quasi intrinsecè ratione iuris ad ipsum Thesaurum, si inueniatur, ideò nequit licitè, & absque iniustitia pretio communi emi à sciente, vel tantum suspicante in eo latere Thesaurum. A *sciente* Dixi, quia ab eo ignorante, ac bona fide procedente potest absque iniustitia, & absque restitutionis obligatione.

DVBIVM XX.

An consuetudine, vel decreto Principis possit statui, quòd Thesauri ad Principem omninò pertineant?

110 *Statui non potest.*

STatui non potest. Quia Thesauri iure naturali primo occupantis, seu inuenientis fiunt, *Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. V.* cui quidem iuri non potest decreto aliquo positiuo derogari. Sic Sylu. *v. Inuentum.* Sotus *de iust. l.* 5. *q.* 3. *art.* 3. *potest.*

111 *Potest statui.*

Potest statui. Quia quamuis iure naturali gentium ad Inuentorem Thesaurus pertineat, iure tamen positiuo ex rationabili causa, v. g. ad sustentanda onera, & sumptus necessarios, potest impediri Ius illud naturale inuentoris, & Principi applicari. Ita Palud. *in* 4. *dist.* 15. *q.* 2. *a.* 2. Vasq. *de rest. c.* 5. §. 4. *dub.* 2. Bonac. *de restit. d.* 3. *q.* 3. *p.* 6. & alij.

112 *Longe hoc probabilius esse iudico.*

Hoc longè mihi probabilius. De facto verò iure Cæsareo *l. vni. & in inst. de rer. diuis.* §. *Thesauros.* Statuitur Thesaurum in proprio fundo inuentum fieri ipsius Domini inuenientis, siue ex industria, siue casu illum inuenerit, quod est iuri naturali conforme. Thesauri verò inuenti in fundo alieno, si fortuito inueniantur dimidium fieri inuentoris, & dimidium fundi Domino cedere, si tamen ex industria, seu data opera requiratur, & inueniatur, totum fieri Domini fundi, nisi eius consensu cedentis iuri suo ex industria quæratur, tunc enim totus sit inuentoris. Idem Castellæ asseruatur in Regno, excepto quod inuētori Thesauri latētis in fundo Regis solummodo quarta pars assignatur *lib.* 1. *tit.* 13. *lib.* 6. *Recopil.* Vti Vasquez *citat.* aduertit contra Couarr. qui existimat; id est decretum circa omnes Thesauros, in quocumque adsint fundo.

DVBIVM XXI.

An debita incerta possit quis licitè sibi retinere.

113 *Quæstionis status.*

QVæstio volunt circa incerta debita contracta vel ex contractu licito, vel ratione rei alienæ non inuentæ sed bona accepræ fide, vt si quis duas vlnas panni pro vna bona fide recipiat à mercatore, quem non agnoscit, vel qui ob distantiam nequit conueniri, an sint soluenda pauperibus, an verò possessor, seu debitor, possit ea sibi retinere, & non soluere?

114 *Non potest id sibi retinere.*

Non potest retinere sibi, sed pauperib. erogāda. Quia creditor interpretatiuè saltem vult quod huiusmodi debita sibi spiritualiter prosint, ac proinde vt egenis ad dicantur. Et quia hæc praxis ac consuetudo piorum est, quæ videtur habere positiuæ vim legis, sic D. Thom. 2. 2. *q.* 62. *a.* 5. Vasq. *de rest. c.* 3. §. 4. *dub.* 1. Bonac. *de restit. d.* 3. *q.* 3. *punct.* 4.

115 *Potest retinere.*

Debitor potest sibi ea credita retinere. Quia non tenetur iure naturali ad erogāda illa pauperibus, Domini enim non habent eam voluntatem, sed vt asseruentur sibi restituenda, si quando constet, ad se pertinere. Alias namque non posset compositio fieri à Pontifice remittendo magnam partem debiti, vt verè fit. Nec ad id tenetur positiuo iure, quia non diuino, vt patet, nec humano, quia tantum extat Ecclesiasticum pro debitis vsurariè contractis; & ad summum etiam pro debitis ex quocumque alio tractis delicto, procedit enim eadem ratio motiua pro his, ac pro illis. Ita Petr. Nauar. *de rest. l.* 4. *c.* 2. *n.* 46. Laym *l.* 3. *tract.* 2. *cap.* 9.

Hurtad. *tract.* 1. *de inst. d.* 1. *diffic.* 37. & probabile iudicat Lessi. *l.* 2. *c.* 14. *dub.* 6. *n.* 38.

116 *Primam mihi partem eligo.*

Ego quidem fateor, hanc partem probabilem satis esse. Quia quamuis hæc esset creditoris incogniti voluntas, non videretur sufficere nam dum non comparet, censetur carere iure ad illa derelicta. Attamen (vti de rebus inuentis asserui) lubet piorum vsui subscribere ea debita incerta pauperibus distribuentium. Dum enim video Pontificum compositionem eorum bonorum facere remittendo magnam partem debiti huiusmodi colligo bona illa ad debitorem minime pertinere, sed pauperibus eroganda, aut piis addicenda operibus, quorum ius Pontifix in aliud opus transfert, soluentis scilicet commoditate. Si autem debitor posset licite ea sibi incerta debita retinere superflueret Præsulis summi compositio.

CAPVT VII.

Circa Præscriptionem.

DVBIVM XXII.

An dubium circa proprietatem rei post possessionem illius bona fide inchoatam, interrumpat, eam bonam fidem ad præscriptionem requisitam.

117 *Nonnulla recolo.*

IDIMVS *sect.* 1. ad præscriptionem requiri bonam fidem circa possessionem rei, vt constat ex *reg.* 2. *iuris in* 6. & ex *cap. fin. de præscript.* desumpto ex Concilio Lateran. in quo leges ciuiles, quæ aliquando præscriptionem cum mala fide admittunt, sunt abrogatæ. Bona ergo fides est credulitas, qua quis prudenter iudicat, rem, quam possidet, esse suam, vel ad se pertinere. Vnde qui incipit rem possidere, & id continuat dubitans, an res sit sua vel ad se pertineat, non dicitur eam bona fide possidere, quia eam possidet absque iudicio, seu credulitate, quod res illa ad se pertineat. Igitur quæstioni committo, an dubium circa proprietatem rei post possessionem illius bona fide inchoatam, interrumpat eam bonam fidem requisitam ad præscriptionem?

118 *Interrumpit plane bonam fidem.*

Interrumpit quidem. Quia eo dubio superueniente cessat bona fides, cessat enim præfata credulitas, quæ cum eo dubio stare non valet: Ergo si cessat, interrumpitur; nam interruptio est cessatio eius, quod ad præscriptionem requiritur. Sic Adrian. *de rest. quæst. de præscript.* §. *Hoc supposito.* Maior. *in* 4. *dist.* 5. *q.* 11. Sotus *de iust. l.* 4. *quæst.* 5. *art.* 4.

119 *Bonam fidem non interrumpit.*

Non interrumpit. Quia iuste, ac licite potest in possessione illius perseuerare, tum in dubio melior sit conditio possidentis rem, vt eam licite retineat, & nulli alteri deferat; non enim est, vnde cesset bona fides, qua iudicauit se licite rem illam retinere. Ita Couar. *reg. Possessor.* §. 7. Molina *tract.* 2. *d.* 63. Lessi. *l.* 2. *cap.* 6. *dub.* 3. Bonac. *de rest. d.* 1. *quæstio. vltim. pun.* 2.

Cum his sentio Doctoribus adiiciens tamen si eo dubio superueniente, superueniat existima io, qua qui possidet, errans credat in retentione peccare, aut dubitet, num in retentione peccet, interrumpi bonam omninò fidem. 120 *Idem asse-ro.*

DVBIVM XXIII.

An ignorantia inuincibilis seu inculpabilis iuris, efficiat fidem esse malam.

CErtum est, ignorantiam vincibilem, seu culpabilem tam iuris, quam facti efficere fidem malam, & consequenter insufficientem ad præscriptionem. Quia quando adest talis ignorantia, credulitas, qua ignorans iudicat rem ad se pertinere, est culpabilis, & ea existente, illicite rem possidet. Certum est item, ignorantiam inuincibilem, seu inculpabilem facti non efficere malam fidem, seu insufficientem ad præscriptionem. Quia ex vna parte est inculpabilis, & cum ea adest iudicium, quo licite possideatur res; & ex altera nullum ius resistit huiusmodi ignorantiæ, neq; eam reprobat ad præscriptionem: imò ei fauet *lex iuris, & lex error. ff. de iuris, & facti ignor. & lex Nunquam, ff. de vsucap.* Quæstio igitur procedit de ignorantia inuincibili, seu inculpabili iuris, an scilicet efficiat fidem esse malam? 121 *Nonnulla præmitto.*

Non efficit in foro conscientiæ fidem malã, seu insufficientẽ ad præscriptionem. Quia ea ignorantia existente, non adest iudicium, quo quis illicite possideat rem, in foro autem exteriore efficit plane malam fidem, seu insufficientiam ad præscriptionem. Quia ius exterius præfatæ ignorantiæ resistit. Sic Medi. *de rest. q.* 17. Et probabile reputant Lessi. & Becan. apud Hurtad. *citandum.* 122 *Non efficit in foro conscientiæ fidem malam*

Efficit omnino malam fidem ad præscripionẽ insufficientem non solum in foro externo, verum etiam in conscientiæ foro. Quia præscriptio nullam habet vim adhuc re ipsa & in foro conscientiæ nisi solo iure humano, eo enim solo est introducta, Ergo nullam habet vim adhuc re ipsa, & in foro conscientiæ, nisi quando ipsum ius humanum, quo introducta est, id disponit; ius autem humanum absolute & absque vlla limitatione disponit, quòd non habet vim, nec locum, quando adest error, seu ignorantia iuris, vt patet *l. Iuris ff. de iuris, & facti ignor.* vbi dicitur *Iuris ignorantiam in vsucapione negatur prodesse*: facto vero ignorantiam prodesse constat, & *l. Nunquam. ff. de vsucap.* ibi: *Nunquam in vsucapionibus iuris error. possessoribus prodest.* Ergò quando adest ignorantia, fides iuris quamuis inculpata, fides est mala non Theologicè, sed ciuiliter, id est, reprobatur, & fit insufficiens ad præscriptionem. Ita Couar. *reg. possessor. p.* 2. §. 7. Molina *tr.* 2. *d.* 64. Lessi. *l.* 2. *c.* 6. *dub.* 5. Becan. *c.* 9. *dub.* 5. Hurtad. *de inst. tr.* 1. *d.* 2. *diffic.* 4. Bonac. *de rest. d.* 1. *q. vlt. pun.* 2. 123 *Efficit malam fidem.*

Hanc sententiam longe probabiliorem esse reor, adddens, ignorantiam iuris semper efficere fidem iuris semper efficere fidem malam ciuiliter, seu insufficientem ad præscriptionem, non 124 *Hoc mihi probabilius*

non solum ad eam quæ requirit titulum, & tribus, vel decem, vel viginti annis expletur sed etiam ad eam quę titulum non requirit, quæque triginta expletur annis. Quia præfata iura quibus insufficiens ad præscriptionem ostenditur, loquuntur absolute absque exceptione, & restitutione aliqua præscriptionis.

DVBIVM XXIV.

An mala fides illius, à quo quis rem accepit, noceat ad præscribendum, ei, qui accepit illam.

125 *Non nocet* NOn nocet, si qui rem accipit à possessore malæ fidei eam possedit tempore sufficienti ad præscriptionem, bona quidem fide. Quia accidentale ei est, illum à quo accepit rem mala eam fide possedisse. Lessi. *l.2. cap.6.dub.13.* Couar. *reg. possessor, p.2.§.9.n.5.* Gloss. *in regul.14.in 6.* hoc probabile esse docent asserentes scilicet, hæredem, qui rem ab antecessore malæ fidei accipientem posse eam præscribere, si ipse triginta annis bona fide possedit.

126 *Nocet plane.* Mala fides, quia antecessor possedit rem adeo nocet ei, qui illam immediate ab illo accepit, vt hæres nequeat rem illam præscribere, quamuis eam bona fide possideat toto tempore alias sufficiente ad præscriptionem. Quia id constat ex *l.si mala fide Cod.communia, de vsucap.* Et quia simpliciter hæres fictione iuris censetur eadem persona cum suo antecessore, vti patet ex *l.cum hæres ff.de diuersis, & temporalibus præscript.* Ergo sicuti quando hæres incipit mala fide possidere rem, non potest illam præscribere, ita etiam non poterit, quando antecessor cœpit mala fide eamdem possidere, Ita communiter Doctores, quos sequitur Gaspar Hurtad. *de iust.tr.1. d.2.diffic.5.*

127. *Hoc verius esse puto.* Hoc verius esse existimo. Apposui vero in conclusione malâ fidem antecessoris nocere ei, qui rem *immediate ab illo accepit vt hæres.* Quia qui non accepit immediate, quamuis vt hæres hæredis illius: & qui non accepit, vt hæres, quamuis immediate, v. gr. vt legatarius, vel vt donatarius, vel vt emptor possunt præscribere tempore alias sufficiente, non computando sibi tempus possessionis illius antecessoris; quia non bona sed mala fide possidere cœpit. Poterunt tamen illud sibi computare, si antecessor bona fide cœpit possidere.

DVBIVM XXV.

An possit quis, Beneficium retinere in foro conscientiæ, si postea constet, illud verò titulo non habuisse.

128 *Nonnulla* SVppono, ius patronatus, seu ius præsentandi ad Beneficium contra priuatum præscribi decem annorum spatio inter præsentes, *suppono.* & viginti inter absentes, quando adest titulus coloratus: quando vero non adest viginta annorum spatio præscribi siue inter præsentes siue inter absentes. Suppono etiam eum, qui pacifice Beneficium aliquod titulo colorato possedit, pacifice triennio absque simoniaco ingressu, & quando Beneficium vacauit apud sedem Apostolicam illud possedit triennio absque intrusione in illud, præscribere contra actorem seu petitorem, negando illi actionem contra sic possidentem, vt patet ex *reg. 33. Cancellariæ.* Quæsierim tamen, an ita hoc Beneficium præscribatur, vt etiam in foro conscientiæ possit quis eum retinere quamuis postea constet, illud vero titulo non habuisse. 129

Non potest illud licite seu in conscientiæ foro retinere. Quia Beneficium nequit absque Canonica obtineri institutione, vt dicitur *reg. 1.in 6.* ergò quando constat non fuisse sic obtentum, nequit vt proprium retineri, Couar. *reg. Possessor,* §. Molina *tr.2.d.70.* Turtian. *d.47. dub. 5.* *Non potest retinere*

Illud licite seu in cõscientiæ foro retinere potest. Quia ex vno capite ea in *reg.33. Cancellariæ.* pontifex decernit: quod pacifice possidens Beneficium triennio cum titulo colorato, nequeat super eo molestia affici, & quod impetratio Beneficij sic possessi irrita sit, & ex altero nulli alij actionem ad Beneficium huiusmodi conceditur. Ergo Pontifex proculdubio vult, quod sic possidens Beneficium illud possideat, & securus in foro conscientiæ maneat. Ita Azor. *p.3.l.7.c.35.q.10.* Sanch. *sum. l.7.c.29.* Laym. *l.3.tr.1.c.8.* Nauar. Becan. Nicol. Garcia, Rebuf. quos affert, & sequitur Hurtad. *de iust.tr.1.d.2.diffic.10.* 130 *Retinere potest.*

His adhæreo Doctoribus indicans, Pontificem interrogatum hoc proculdubio responsurum. Quia non crediderim summum Præsulem tantum attendisse ad lites vitandas, & non simul ad scrupulorum obturandas punctiones, quod maioris est ponderis, quam lites auferre. Equidem, quamuis iure ordinario *reg.1.in 6.* Beneficium nequeat absque Canonica institutione obtineri, bene tamen extraordinario iure habito *reg. 33. Cancellariæ.* 131 *His adhæreo.*

DVBIVM XXVI.

An res legitimè præscripta sit, quando post legitimam præscriptionem constat fuisse alienam.

REstituenda quidem est, nec vllam in foro conscientiæ vim habet huiusmodi præscriptio. Quia alias præscribens locupletaretur cum aliena iactura, quod est contra *regulam locupletari, de regul. iuris in 6.* Sic Rosella *v.Præscriptio,* & alij. 132 *Non est restituendum.*

RESTituenda non est habetque vim huiusmodi præscriptio in foro conscientiæ. Quia legitimè præscribens rem aliquam vere & re ipsa fit illius dominus, seu illius Dominium acquirit: ex vna enim parte Princeps supremus 133 *Non potest id sibi retinere*

mus tam Ecclesiasticus, quam laicus id potest ob publicum bonum tribuere, vt in præsenti ad lites vitandas: & ob hanc causam sancitũ est vtroque iure tam Canonico, quam ciuili, vt constat ex *c. clerici, 26. q. 3.* & ex *cap. si virgo,* & *ex cap. Sanctorum, de præscr.* & *ex l. 1.* & *3. de vsucap.* aliisque iuribus. Ergò præscriptio re ipsa, & in foro conscientiæ habet vim, vt præscribens rem, valeat eam licitè retinere & præscribens vere fit dominus, seu vere acquirit rei Dominium, non solum vtile, seu indirectum omnium rerum, quas præscribit, & directum rerum mobilium, (in quo Doctores conueniunt) sed etiam directum rerum immobilium; quia nullo iure, quo præscribenti Dominium tribuitur, limitatur ad vtile, imò in *cap. Clerici* Dominium præscriptione acquisitum appellatur *Proprietas*, quæ non distinguitur à Dominio directo, nec ad rerum mobilium Dominium restringitur. Ita Caietan. *summ. v. Præscriptio.* Molina *de iustit. tract. 2. d. 61.* Conarruuias *reg. Possessor. part. 3. §. 2.* Bonacin. *de restitut. d. 1. in fine*, Hurtad. *de iust. tract. 1. d. 2. diffic. 14.*

133 *Hoc longe probabilius* Hoc longe probabilius. Regula enim illa *locupletari*, qua dicitur, *neminem locupletandum esse cum iactura aliena*, intelligenda est, nisi quando id est iure sancitũ, vt in præsenti materia contingit. Quamuis vero legitima præscriptio vere & re ipsa transferat dominiũ in præscribentem contra Dominũ rei priorem: nihilominus iure ipso conceditur restitutio in integrum aduersus præscriptionem minoribus, quamuis præscriptio quadraginta fuerit annorum, & quamuis id sciuerint, & restituere potuerint. Et eadem restitutio extenditur ad Ecclias, ad alia loca pia, ad Rempublicam, ad communitatem cuiuscumque oppidi, ad vniuersitatem studiorum, ad rudes, ad fœminas, ad Principes quod ad principatus bona, fiscique ad absentes Reipublicæ causa, ad constitutos in vinculis, aut in hostium potestate, aut alio impedimento ita detentos, vt non potuerint res suas repetere. Et etiam conceditur maioribus ætate, quando præscriptio fuerit decem, vel viginti annorum, modo probent omnimoda ignorantia ipsorum, aut saltem probabili factam fuisse præscriptionem. Conceditur autem omnibus præfatis dicta restitutio per quatuor annos postquam sciuerint contra ipsos fuisse factam.

DVBIVM XXVII.

An Præscriptioni possit renunciari.

134 *Minimè potest.* MInime potest. Quia iuri publico nemo potest derogare. *l. Ius publicum, ff. de pactis*: At præscriptio inducta est principaliter ob publicum bonum, ne, inquam dominia rerum incerta sint. Ergo nullus potest præscriptioni renunciare, sic Bart. *ad l. Nemo potest, ff. de legat.* 1. Gregor. Lopez *l. 1. titul. 29. p. 3.*

135. *Potest plane.* Potest planè. Quia ea renunciari possunt, quæ primo spectant priuatorum commodum, & secundariò bonum publicum, vt tradit Glossa ab omnibus recepta *ad cap. de causis de offic. de legat.* At præscriptio primo spectat præscribentium fauorem, & secundario, ac incidenter ius publicum. Sicuti quælibet alia lex quę bonum priuatum spectat, renunciari potest tametsi respiciat simul bonum publicum: quia hic secundarius respectus à lege separari non valet. *C. Erit autem lex. dist. 4. leg. 1.* & *2. ff. si quis in conscribendo. C. de pactis.* Ita Dynus *ad l. Nemo potest* Iason *ibi num. 80.* & *in 2. lect. numer. 111.* Ripa *numer. 105.* Alciat. *rubric. de præscrip. numer. 22.* Gutierrez *in repet. ad l. Nemo potest. num. 470.* Palaus *de iust. tract. 31. d. vni. pun. 21. §. 1. n. 6.*

Eiusdem mentis sum, iudicans huic sententię non obstare *legem de die, ff. de pactis dotalibus.* Vbi non permittitur pactum, quo dos mulieris deterior fiat, tametsi causa dotis & vtilitatem priuatam, & communem respiciat; ne inquam mulieres sint indotatę *lege 1. ff. soluto matrimonio.* Quia vt apte respondet Gutier. *citatus num. 473.* in causa dotis vtilitas publica à priuata separari non potest: at in præscriptione potest planè. Quippe vtilitas publica præscriptionis est ne rerum dominia incerta sint: at posito pacto, nè præscribatur aliqua res Dominium illius incertum non manet, vtpote præseruatum primo possessori: illud vero certius est, renunciari posse ne ius executiuum decennio præscribatur, vti concessum est *l. 63. Tauri, quæ est hodie l. 6. titulo 14. l. 4. noua collect.* quia per huiusmodi renunciationem non manet Dominium rei incertũ. 136 *Eiusdem sum mentis*

DVBIVM XXVIII.

An circa præscriptionem rerum mobilium Romana Ecclesia gaudeat aliquo priuilegio.

137 *Certum statuo.* CErtum est, mobilia priuatorum possessione triennali cum titulo præscribi: sine titulo autem triginta annorum spatio præscribuntur etiam aduersus Ecclesiam. Molina *tract. 2. d. 68.* Lessi *l. 2. cap. 6. dub. 7. argumento l. 3. C. de præscrip.* si enim ibi cauetur immobilia præscribi triginta, annorum spatio: tacite supponitur, mobilia eodem præscribi debere, cum præscriptio immobilium sit difficilior. Dixi *Etiam aduersus Ecclesiam*, nam cum in hac præscriptione mobilium nullum reperiatur ei esse concessum priuilegium, eius præscriptio priuatorum præscriptione est regulanda. Quæsierim autem, num in hac præscriptione) seu vsucapione rerum mobilium Romana Ecclesia aliquo priuilegio gaudeat.

Gaudet quidem; necessaria namque est contra eam centum annorum præscriptio. Quia in Authentic. *Quas actiones C. de sacros. Ecclesiis* dicitur. *Quas actiones aliàs decennalis, aliàs vicennalis, aliàs tricennalis præsciptio excludit. Hæc si loco religioso competant, quadraginta annis excluduntur vsucapione triennij vel quadriennij in suo robore durantibus, sola Romana Ecclesia gaudente centum annorum spatio.* Et quia *cap. Cum vobis, 14. de præscrip.* absque vlla distinctione rerum mobilium, & immobilium, dicitur *Contra Romanam Ecclesiam* 138 *Priuilegio gaudet.*

Ecclesiam non nisi centum annorum præscriptio locum sibi vendicat. Vbi glossa *v. centum* ait: *Hæc præscriptio obtinet in rebus, & possessionibus*, indicat his verbis mobilia ac immobilia comprehendere. Sic Panormit. *ad Cod. cum dilecta, 4. de confirm. vtili, vel inutili, v. possessiones* Syluestr. *v. Præscriptio. 1. num. 7.* Lessi. *lib. 2. cap. 6. dub. 7. numer. 22.* Conar. *ad reg. possessor p. 2. §. 2. n. 5.*

139 *Non gaudet priuilegio.* Nono Romana Ecclesia circa hoc priuilegio gaudet. Quia nec ex præfata Authent. aut *cap. cum vobis* colligi hoc potest priuilegium. Nam exceptio illa facta in Authent. si attente consideretur, non fuit exceptio ab vsucapione, sed ab illis actionibus, quæ si religioso loco competant, quadraginta annis excludantur. Quod inde probatur, quia ea exceptio deducta est ex *Nouella 9.* Iustiniani, quæ de præscriptione longissimi temporis loquitur: non igitur extendenda est ad vsucapionem brevis temporis. Ita Glossa *ad Auth. Quas actiones* Mol. *tr. 2. d. 68.* Palaus *de iust. tr. 31. d. vnic. pun. 22. §. 11. nu. 5.* Laym. *l. 3. sect. 5. tr. 1. c. 8. num. 25.* Sanchez *l. 2. Decal. cap. 23. numer. 96*

140 *Hoc mihi probabilius.* Primam sententiam valde probabilem esse reor, sed probabiliorem secundam esse iudicarim. Quia si exceptio illa Authenticæ vsucapionem rerum mobilium comprehenderet, vix aduersus Romanam Ecclesiam posset esse vsucapio, cum rarò vel nunquam res mobiles centum annorum spatio perstant. Et forte ob hanc causam dixit Imperator, vsucapione triennij vel quadriennij præscriptione in suo ordine durantibus; quasi nihil voluerit in hac vsucapione mutare. Et licet in *cap. cum vobis, de præscrip.* dicatur, contra Ecclesiam Romanam non nisi centum annorum spatio præscribi, id intelligo de vera præscriptione, quæ immobilibus competit, non de præscriptione mobilium, quæ in iure præscriptionis nomen non propriè sortitur, sed vsucapionis.

DVBIVM XXIX.

An probata immemorali præscriptione, censeatur, probata centenaria præscriptio.

141 *Nonnulla suppono.* SVppono, immemorialem præscriptionem à centenaria in illius probatione distingui. Quia ad probandam immemorialem præscriptionem, necessarium est, vt testes deponant, se ita semper vidisse, & à senioribus, ac maioribus audiisse, semper ita factum nec accidisse contrarium, huiusque rei publicam esse famam apud eos, qui rem nosse poterant. Glosa communiter recepta attestante ad *cap. 1. de præscript. l. 6.* & *ad c. Quid per nouale, de verb. signific.* Testes autem de hac præscriptione deponentes debent quadraginta supra octo annorum ætatem explere, vel quinquagenarij existere, alias enim non apte indicare possunt, quid illis quadraginta annis fuerit actum. Couarruuias *ad reg. possessor. p. 2. §. 3. num. 7.* Mol. *tr. 2. d. 76.* E contra verò præscriptio centenaria probari potest tùm scriptura testante traditionem rei, vel eius possessionem. Abbas *ad c. cum nobis, col. 2. de præscrip.* Item probari poterit per testes qui aliquot annos post centum excesserint, nam vt probat Couarruuias *num. 8.* optime potest quis testificari de iis, quæ ante pubertatem vidit nisi in iure contrarium requiratur, vt in materia testamentorum requiritur. §. *testes insuit. de testam.* Quæsierim autem, num probata immemoriali præscriptione, centenaria probata censeatur,

142 *Non censetur probata centenaria præscriptio.* Non censetur centenaria præscriptio probata, eo quod immemorialis probetur. Quia ad probationem immemorialis non est necessaria probatio centenariæ possessionis: sed sat est, si probetur, semper ita visum, & auditum esse illiusque publicam esse famam, cum tamen ad probationem centenariæ præscriptionis determinata, ac manifesta probatio centum annorum requiratur. Sic Glossa *ad c. cum nobis de præscript.*

143 *Probata censetur.* Probata immemoriali præscriptione centenaria præscriptio probata censetur. Quia immemorialis probatio necessario continet, ne contrarium visum, auditumve fuerit citra centum annos ad minus ante litem motam; Ergo tacite & virtualiter immemorialis probatio centenariam continet. Ita Couarruuias *ad reg. Possessor. p. 2. §. 3. numero 9.* Molina *de primogen. l. 2. cap. 6. num. 47. & 48.* Alexand. *cons. 16. l. 5. num. 16.* Palaus *de iust. tract. 31. d. vn. puncto 22. §. 12. n. 10.*

144 *Verius hoc puto.* Verius hoc puto, ac confirmo ex *cap. cum Apostolica, de iis, quæ fiunt à Prælato.* Vbi probans possessionem immemorialem in exigendis decimis, censetur eas ante Concilium Lateranense possedisse. Præterea quoties ius præscribenti resistit, non satis est ad præscribendum centenariæ possessionis probatio absque titulo, bene tamen sufficit immemorialis, vt colligitur ex *cap. 1. de præscript. in 6. c. super quibusdam §. præterea, de verbor. signif.* Ergò probatio præscriptionis immemorialis eminenter continet centenariam, eaque potior est.

DVBIVM XXX.

An ex causa probabilis ignorantiæ, maioribus concedenda sit in integrum aduersus præscriptionem restitutio.

145 *Concedenda est.* COncedenda est. Quia *lib. 1. ff. ex quibus causis maioribus in integrum restituatur.* Postquam Iureconsultus retulit aliquot causas ob quas ex prætoria æquitate concedenda esset maioribus restitutio, subiungit; *qualia mihi iusta causa esse videbitur, in integrum restituam.* Ex quibus verbis colligo, quamlibet causam Iudicis arbitrio probabilem, sufficientem esse, vt maioribus restitutio concedatur. Sic Panormit. & Felin. *ad c. vigilanti de præscript.* Iason, Barthol. Alex. & alij quos refert ac sequitur Conar. *§. 3. num. 1.* Pinel. *in Authentic. Nisi tricennale, num. 58. Cod. de bonis maternis* Boër. *decis. 39.* Sarmien. *select. l. 2. c. 10.* & alij communiter.

146 *Non est* Minimè est maioribus concedenda restitutio aduersus peractam præscriptionem concedi non

concedenda.

non debet nisi quatenus iure ipso sufficienter colligatur: at ob causam ignorantię non colligitur ex iure maioribus, imo nec minoribus, aut Ecclesiæ restitutionem concedi, quin potius contrarium non leuiter infertur. Probo ex clausula illa generali: *si qua alia causa mihi esse videbitur in integrum restituam.* Vnde non colligitur, ignorantiam comprehendi posse, sed aliam causam extrinsecam similem illis, quas retulerat; tum quia pronomen. *Alia* regulariter implicat præcedenti qualitatem, argumento *leg. si fugitivi, Cod. de servis fugitiv.* & *ibi* Glossa, & satis indicatur *in l. 1. §. si quis propter ff. de itinere, actuque privato.* Vbi ait Consultus, *si quis propter inundationem vsus non sit itinere, actuque hoc anno, cum superiore vsus sit potest repetita die hoc interdicto vti per integram restitutionem, ex illa parte edicti, si qua mihi iusta causa videbitur.* En qualiter illa clausula generalis non ad ignorantiam, sed ad inundationem contingentem refert. Ita Andreas Fachinel. *libro primo controuers. capite. 69.* Palaus *de iust. tractatu. 31. d. vni. pun. 12. §. 17. n. 5.*

147 *Hoc probabilius mihi, à communi forensi vsu recedenti.*

Cum his à sententia vsuforensi magis recepta recedo, & huic legibus & ratione conformiori adhæreo, videns equidem præscriptionem æque ignoranti, ac scienti nocere, vt constat ex *c. vigilanti de præscript.* & *l. fin. Cod. de præscript. longi tempor.* subditur enim ibi ratione, si admitteretur scientia, & excluderetur ignorantia altera dubitationis inextricabilis oriretur occasio, cum difficillimum probatu sit, ignorantiam inuincibilem interuenisse. Et quia si ob causam ignorantię restitutio conceditur, vix locus esse potest præscriptioni, cum rarò homines scienter permittant, sua bona, & iura ab aliis occupari, si id valeant impedire.

DVBIVM XXXI.

An si præscriptione per acta, quis domino repetenti rem restituat, putans, se ad id esse obligatum: possit eam ab illo vindicare tanquam indebite datam.

148 *Poterit rem vindicare.*

SI præscriptione triennali, vel decennali aut vicennali cum titulo quis rem possedit, poterit eam vindicare ab eo, qui indebite dedit. Quia ita statuit lex *si quis emptionis, in principio C. de præscrip. 30. vel 40. annor.* sic Gloss. *ibi*, & Salicet. Bald. *de præscrip. 2. p. 3. q. 6.* Conar. *ad reg. Possessor. p. 3. numero. 1.* At si rem tricenia, vel quadragenia præscriptione absque titulo, bona tamen fide, quis possedit, minime poterit à pristino dominio vindicare: bene tamen ab aliis. Quia ptior dominus dominium directum non amisit sic Glossa, Angel. Bald. Salicet. *ad l. si quis emptionis.* Quam opinionem approbat lex *leg. 21 tit. 29. p. 3.* quæ incipit, *y si acaeciese, perderla nencia della, &c.*

149 *Vindicare non poterit.*

Ex qualibet præscriptione legitime peracta ius præscribenti competit, tam aduersus dominum priorem, quàm aduersus quoscumque alios. Quia præscribenti Dominium rei præscriptæ adiudicatum est, & à Domino priore ablatum, vt constat ex *§. 1. instit. de vsucapi & leg. Acquiritur, 2. §. non solum, ff. de acquirendo rerum dominio l. 3 ff. de vsucap. l. Traditionibus, Cod. de pactis cap. Inter memoratos, 16. quæst. 3.* At hoc Dominium donatione, donatione ex errore procedente, nequit præscribens amittere, vtpote quæ non est vera donatio, sed erronea debiti redditio Ergo poterit sic donatum tanquam nulliter donatum vindicari. Ita Abbas *in c. Ad aures, n. 4. de præscrip.* Corneus *cons. 14. col. 6.* Conar. *ad reg. Possessor. p. 3. §. 1. numer. 1.* Andreas Fachin. *l. 1. controu. cap. 70.* Laym. *l. 3. sect. 5. tr. 1. cap. 8. num. 23.*

Longe verius hoc putarim. Quia communis sententia testatur præscribenti triennio rem mobilem, & decennio, vel vicennio immobilem cum titulo, competere actionem vindicationis rei aduersus priorem Dominum: At tricennalis præscriptio bona fide peracta eandem vim habet, vt constat ex *lege si quis emptionis §. 1. Cod. de præscrip. 30. vel 40. annor.* & ex *cap. Placuit, §. potest. 16. qu. 3.* & tradit Abbas citat. & Bald. *de præscript. p. 2. q. 2.* Ergo. Tamen in Regno Castellæ ob legem illam regiam 21. censeo priorem sententiam esse præferendam, sic se lex habet: *y si acaeciese perder la tenentia della, puedela demandar à qualquiera que la falle, fueras ende al verdadero dueño della, ca entonces si el señor la cobraſse sin fuerça, è sin engaño, è pudieſse probar el señorio, que auia ſobre aquella coſa, no seria tenudo de seladar.* Legendus Gregor. Lopez ibi. 150 *Longe hoc mihi verius*

CAPVT VIII.

Circa Vsumfructum.

DVBIVM XXXII.

An vsufructuarius adstringatur, ad inuentarium conficiendum rei in vsumfructum sibi concessæ, vel etiam cum testator remittit huiusmodi obligationem.

CErtvm est Vsumfructuarium adstringi ad inuentarium rei sibi in vsumfructum concessæ conficiendum, vt probat *lex 1. §. recte, ff. de vsufructu.* Quia cognosci non potest, an vsufructuarius re sibi concessa recte vsus fuerit, eamque interim proprietario nequibit reddere finito vsufructu, nisi cum ab illo acceperit rem vtendam descripserit. Quæsierim autem an vel testator remittere possit huius inuentarij confectionem? 151 *Certa supono.*

Nec testator potest remittere. Quia id esset in illius, cui est proprietas adiudicata, præiudicium. Sic Iason *cons. 40. numer. 2. lib. 1.* Paulus de Castro *consil. 221. volum. 2.* Pinel. 152 *Nec testator potest remittere.*

de

de bonis maternis leg. 1. p. 2. numer. 76. Boëri. *decis. 61. num. 12.* Iul. Clarus *l. 3. recept. sent. §. testamentum, quæst. 66.* Menchaca *de success. creat. §. 10. num. 668.* Guierrez *in repet. l. Nemo potest, ff. de legat. 1. num. 415.* Quod adeo verum Rolandus à Valle existimat *cons. 92. num. 17. vol. 1.* Boër. *vbi sup.* & Gutierrez *n. 416.* vt etiamsi testator inhibeat vsufructuario inuentarij confectionem sub pœna à conficiendo eo non excusetur; sed illam inhibitionem & pœnę appositionem nullam esse.

153. *Potest remittere testator.* Facta à testatore hac remissione, non est obligatus vsufructuarius ad inuentarij confectionē Quia *lege 1. Cod. de vsufructu* & *lege scire debetis, Cod. vt in possessor. legator.* cauetur, non posse vsufructuario remitti cautionem de vtendo bonis, arbitrio boni viri, ne delinquendi detur occasio: non autem ibi probatur, inuentarij confectionem remitti non posse, cum sit res omnino distincta. Præterea hęredi grauato, & tutori remitti potest inuentarij confectio, vt pluribus probat Parisius *cons. 68. num. 54. lib. 2.* Conar. *c. 1. de test. num. 17.* Molina *cap. fin. num. 14.* Ergò vsufructuario remitti poterit, vtpote qui minori obligatione adstringitur ad reddendam rationem rei, ex qua vsumfructum recipit. Ita Molina *de primog. l. 1. c. 21. n. 15.* Palaus *de iust. tr. 31. d. vnic. pun. 23. §. 2. n. 3.*

154 *Cum his opinor.* Cum his opinor. Nam si attente consideretur obligatio, quam vsufructuarius habet confisciendi inuentarium, potius est ex quadam honestate, & æquitate, quam ex rigorosa lege & obligatione, quia *l. 1. §. recte ff. de vsufructu quemadmodum caueatur*, vbi hæc obligatio indicitur, inquit, recte Dominium & vsufructuarium facturos, si in scriptis redigant, quæ bona sunt fruenda. Vbi Glossa *v. Facient.* id intelligit de consilio, non de præcisa obligatione. Cui explicationi Molina *citatus ad c. fin. n. 9.* videtur annuere.

DVBIVM XXXIII.

An ei, qui non potest fideiussores inuenire eo quod inops sit, vel forensis, debeat, vsusfructus concedi ex sola iuratoria cautione.

155 *Certum statuo.* CErtum est, obligari vsufructuarium, si requisitus à proprietario, vel ab eo, ad quem vsusfructus deuenire debet, fuerit, cautionem præstare, quod re sibi in vsumfructum vtetur, & fruetur, sicuti vir bonus, ac prudens ea re, si propria esset, vteretur, & frueretur. Hæc autem cautio, seu satisdatio, quam vsufructuarius dare tenetur, est fideiussoria, aut pignoratoria; aliàs non satis erit consultum proprietario, vel iis, cuius vsusfructus deuenire debet, vt docet Glossa *l. 4. v. Boni viri, ff. de vsufructu* Bald. *ibi, n. 8.* Paul. *n. 3.* Tiraquel. *de utroque retractu, tit. de retractu munic §. 1.* Hinc quęritur an ei, qui non potest fideiussores inuenire, nec pignus dare, quia inops est, vel forensis, debeat ei vsusfructus concedi ex sola iuratoria cautione.

156 Cōcedi nō debet. Quia plures sūt leges nō admittentes iuratoriācautionē, cū satisdatio exigi tur. *l. Filiusfa. §. dum ff. de leg. 1. l. 1. C. de tutore, vel curatore, qui satis non dedit.* Sed præcipue *l. 7. ff. vsufr. quemadmodū caueat.* Sic Glossa *ad l. 4. v. Boni viri, ff. de vsufructu.* Odofred. *ibi* Bald. *n. 8.* Salicet. *col. 1.* Paul. *n. 3.* Tiraquel. *de utroque retractu, n. 120.* Accursi. *ad l. 4. C. de vsufructu* Bertrand. *consil. 144. l. 1.* Roman. *cons. 439. n. 10.* Iason *ad l. 1. n. 23.* Socinus senior. *ibi, n. 22. ff. qui satisdare cogantur.* *Concedi non debet.*

157 *Debet concedi.* Debet concedi. Quia lex *Cum non facile, ff. si cui plusquam per legem falcidiam.* & *lex 1. §. super peculio. C. de assert. tollendo,* & *Authent. Generaliter C. de Episc. & cler.* & *§. sed. hodie, inst. de satisd.* cauent, cautionem iuratoriam sufficientem esse, cum fideiussoria præstari non possit. Ita Barthol. *ad l. 1.* & *4. C. de vsufr.* Guid. Papa *decis. 189.* Ioan Imol. *ad l. Cum non facile, n. 2.* & *3. ff. si cui plusquam per legem Falcid.* Portius *l. 3. commun. concl. ampliat. 8.* Pinel. *ad l. 1. C. de bonis maternis p. 2. n. 79.* Andr. Gail. *l. 2. obser. 47.* Molina *tr. 2. d. 7.* Gutier. *in repet. l. Nemo potest, n. 300.*

158 *Probabiliorem hanc puto sententiam.* Hæc mihi sententia, probabilior videtur, quia communior. Et quia ipsemet Fachineus *l. 7.* & *vlt. ff. vsufructuar. quemadmodum caueat*, fateor, concedentes proprietario rei vindicationem, non loqui in euentu, quo fideiussio reddatur impossibilis. Addo, solùm concedere hanc vindicationem, si cautio nulla detur, non autem si detur cautio iuratoria, cum alia dari nequat, *Lex* verò *Hac edictali* non loquitur in casu vsusfructus, sed in tutela; in qua non est mirum cautionem iuratoriam non admitti. præterquam quod inibi est sermo de rebus mobilibus, quæ cum æstimatæ accipiendæ sint, & cum obligatione æstimationem reddendi, consonum erat fideiussionem exigi. Demum mihi persuadet, cautionē iuratoriam sufficientem esse, cum fideiussoria nequit dari *lex 1. §. super peculio. ff. de assert. tollen.* ibi: *sin vero re vera datio eius impossibilis ei sit, hocque Iudici manifeste ostendatur iuratorię cautioni committit.* Quid apertius? Cum autem dubium est, an hæc cautio sufficiat, vt vsufructuarius recte remisit administraturus, sequestrum indicendum esse probat *lex Postquam, §. Imperator, vers. sed si nec ipse. ff. vt legat. vel fideicommiss. nomine caueatur.*

CAPVT IX.

Circa Possessionem.

DVBIVM XXXIV.

An ex eo, quod cohæres tibi cedat partem hæreditatis, censearis, illius habere possessionem.

159 *Nonnulla præmitto.* PRÆMITTO veram apprehensionem necessariam esse ad comparandam rerum vacantium possessionem ex decisione *leg. 1. ff. de acquir. possess.* & *leg. naturaliter. §. illud, de acquir. rerum Dominio* Item ad comparandam possessionem rerum, quę

F. SCOBAR
VT Theol. Mor.
Tom. V. VI. VII.
E. IV
C

quę à priori domino non conceduntur, semper requiritur apprehensio vera. Vt Domus, prædij, fundi integre quis possessionem habeat non est opus, omnes eius partes intrare, sed satis est, si aliquam eius partem intret, animo totum fundum possidendi, *lib. 3. ff. de acquir. possess.* Quod si Dominus, prædia, ac fundus distincti sint, vel quia discontinui, vel quia diuersis nominibus nuncupantur, non est satis vnius possessionem accipere, vt omnes quis possidere censeatur: sed debet necessario intrare, & illius possessionem apprehendere. *l. Caius Seius §. Titius, ff. de legat. 2o.* Quæsierim vero, si simul cum alio esses institutus hæres, & diuisa in partes hæreditate, adires possessionem partis tibi competentis, alter vero cederet hæreditati: an eo ipso censearis omnis hæreditatis possessionem assecutus?

160 *Censeris habere possessionem.*

Censeris quidem. Quia facta cessione omnis hæreditas tibi accrescit; Ergò & possessio; maxime cum possessio in vna parte hæreditatis extendi possit ad aliam partem eidem accrescentem; in possessione enim ius accrescendi debet admitti *argum. leg. Quod in eo ff. de acquir. possess.* & *ibi* Glossa. Sic Curtius iunior. *lege vnic. n. 49.*

161 *Non censeris, possessionem habere.*

Minimè censeris omnis hæreditatis assecutũ fuisse possessionem. Quia pars illa hæreditatis, quæ accrescit, omnino est distincta, ac diuisa ab ab ea, quam primo possedisti. Ergo prima possessio ad eam extendi nõ potest, sicuti nõ extẽditur possessio vnius domus ad alterius distinctæ possessionem. Ita Baldus *ad l. illam vnic. n. 3.* Sebastian. Sapia *ibidem numero 63.* Antonius Gomez *ad leg. 45. Tauri, n. 104.*

162 *Magis hoc mihi placet*

Magis hæc mihi placet opinio. Cui non obstat, ab alio cessione facta, tibi integram competere hæreditatẽ, quia id prouenit ex eo, quod hæreditatis titulus vnicus iam sit, & indiuisibilis; at titulus possessionis diuisibilis est iuxta rerum possessarum diuersitatem. Possessio antẽ vnius partis ad partẽ accrescentẽ per continuationem extenditur, non tamen ad partem quæ solo titulo Domininij accrescit.

DVBIVM XXXV.

Possessio sufficienter probatur, vnico teste.

163 *Certa quædam præmitto.*

CErtum est, possessionem probari, si testibus, vel instrumento probatus fuerit actus quo inducitur, siue fuerit realis, siue fictus; vt in comperto est apud omnes. Neque ad plenam ac perfectam possessionis probationem requiri, vt testes deponant de eodem actu possessionis eodem tempore exercito sed sufficere, si tempore distincto fuerit comprobatus, nempe si vnus testis deponat, se vidisse Antonium possessionis actus tempore exercere; & alius testis deponat alio tempore diuerso vidisse. Glossa *ad leg. ob. cermen. §. fin. ff. de testibus.* Bartholus, & Baldus *ibidem.* Imò & si testes deponant de actu distincto, ac diuerso tempore exercito, satis esse ad probandam plene possessionem; nempe si vnus testis deponat de seminatione, alter de collectione fructuum, alius de mercede, ac pensione percepta, & sic de aliis actibus. Quia esto sint testes singulares in probandis actibus, sunt tamen contestes in probanda possessione, quæ omnes illos actus comprehendit, Glossa *ad l. Actor, C. de probation.* Baldus *ibi, num. 4.* Salicet. *num. 5.* & alij, quos refert & sequitur Anton. Gomez *ad l. 34. Tauri, num. 193.* Iam requiro, vtrum possessio vnico teste valeat aliquando comprobari?

Valet quidem. Quia testis vnicus tanto potest curiæ honore præfulgere, vt singulare eius testimonium superet plurium testium depositionem. Sic plures Doctores relati à Mascardo *de probationibus vol. 3. concl. 1198.* Quam sententiam Palaus *de iust. tract. 31. de vni. pun. 24. §. 5. num. 2.* Veram esse existimat, dum contrariam veriorem appellat.

164 *Valet quidem vnius testimonium.*

Minime valet. Quia ad *caput licet de testibus* ait Pontifex, *licet plures sint causæ, quæ plures quam duos exigant testes, nulla tamen est causa quæ vnius testimonio, quamuis legitimo, terminetur.* Ita Afflictis *decis. 364. num. 5.* Pontan. *de spolio l. 2. num. 100.* Andre. Gaill. *l. 1. obseru. 7.* Fachin. *l. 8. controu. c. 16.* Palaus *citatus.*

Minimè valet.

Hoc longe probabilius esse existimo. Quia vt ait Consultus *l. 8. C. de testibus testimonio vnius, etiamsi præclare curiæ honore præfulgeat credendum ex obligatione non est.* Ex obligatione quidem ait, vt innuatæ ex æquitate possit credi ad possessionis probationem, modo non contradicat aliquis, ad quem res possessa pertinere videatur.

165 *Hoc longe probabilius*

DVBIVM XXXVI.

An fructus tum pure naturales, tum mixtos antequam præscribantur, & bona fides desit, sic acquiras, vt si iterum consumas, debeas, domino reddere.

166 *Authoris iudicium.*

DIfficilem faciunt resolutionem varij textus, qui videntur pugnantia docere Nam *lex Fructus, 45. ff. de vsuris,* denotat mere naturales fructus restituendos esse, secus mixtos; inquit enim, *Fructus percipiendo vxor vel vir ex re sibi donata suos facit illos tantum, quæ suis operis acquisierit, veluti serendo. Nam si pomum decerpserit, vel ex sylua ceciderit, non sit eius, sicut nec cuiuslibet bonæ fidei possessoris, quia non ex facto eius hic fructus nascitur.* E contra vero *lex Bonæ fidei ff. de acquirit. rerum Dominio.* indicat omnes fructus possessoris esse, *Bonæ fidei possessor non dubie percipiendo fructus etiam ex aliena re suos interim facit, non tantum eos, qui diligentia & opera eius prouenerunt. sed omnes, quippe qui quoad fructus loco domini pene est.* Propter hæc in varias sententias diuisi sunt Doctores. Eorum placita recenseo.

167 *Fructus naturales reddere.*

Fructus rei industriales sibi animo acquirit bonæ fidei possessor, secus naturales. Quia *lex fructus,* manifeste distinguit inter fructus pure naturales, & mixtos, & hos acquiri censet possessori bonæ fidei, non tamen illos, quod non ex facto possessoris nascantur. Sic

Glossa

Glossa *ad c. Grauis de rest.* hostiũ *ibi, n. vlt.* Card. *n. vni.* Salic. Angel. Alex. Falgos. & alij plures citati à Sanch. *l. 2. decal c. 23. n. 67.* Omnes fructus siue naturales siue mixti possessor bonæ fidei lucratur ex titulo oneroso, secus si titulo lucrativo possideat, tunc enim industriales tantum lucratur, non autem purè naturales. Quia *lex Fructus* negans possessori bonæ fidei fructuum purè naturalium acquisitionem loquitur de possessore bonæ fidei ex donatione ibi donata, ac proinde ex titulo lucrativo. Lex verò *Bonæ fidei* loquitur de possessore ex titulo oneroso, scilicet emptionis, *ibi Emptor.* Sic Curt. Brug *l. 2. coniect. ad fin. c. 44.* Lorilothus *ex fruct. exeom. 47. & 48.* & probabile putat Reb. *l. 2. de rest. q. 4. n. 9.* Omnes fructus tã naturales, quam mixtos lucratur non absolutè sed ad tempus, nimirùm dũres enicta non fuerit. Quia lex Bonæ fidei statuit: *Interim fructus suos facere*, sic Menoc. *de recup. possess. 15. n. 180.* & Cuiac. *in annot. § si quis à non domino ex pro cultura* illam particulam: *Interim* exponunt.

168 *Minime debet.* Possessor bonæ fidei omnes fructus rei industriales cóparat, naturales verò si titulũ legitimũ habeat. Quia ex *l bonæ fidei*, bonæ fidei possessori omnes fructus conceduntur. Et lex *Qui scit. §. vlt. ff. de vsuris*, inquit: *bonæ fidei possessor in percipiẽdis fructibus id iuris habet; quod Dominis prædiorum tributum est.* Ergo non solũ fructus sed puri naturales, de quibus in his legib. sermo fit, bonæ fidei possessori acquiruntur. Ita Abbas *ad c. Grauis, n. 4. de rest.* Ant. *ibi n. 12.* Anchar. *n. 8.* Beroi. *n. 23.* Conar. *l. 1. var. c. 3. n. 6.* Gutier. *de expensis, c. 23. n. 35.* Spino *spec. testam. glos. 23.* Sanch. alijs relatis, *l. 2. Decal. c. 23. n. 68.*

169 *Auctoris iudicium.* Primæ partis sententias omnes probabiles esse iudico, hanc verò lõge probabiliorẽ. Quã quidẽ possem confirmare ex *l. in pecudũ ff. de vsur.* & *ex l. 4. Iana ff. de vsucap.* queis idẽ asseritur. Nec nostræ resolutioni obstat *l fructus*, quæ denegat acquisitionem fructuum naturalium, quia intelligi debet de tali bonæ fidei possessore, qui sit vxor vel vir, hic enim titulum legitimum nõ habet, cum donatio inter coniuges sit reprobata, vel intelligi debet de bonæ fidei possessore, qui obligatus sit ad restitutionẽ fructuum etiam bona fide perceptorum iuxta *l. indebiti. 15. ff. de condict. debiti.* Nec item obstat *d. § si quis à non Domino*, quia argumentum à contrario sensu nõ est firmum, maxime cum oppositum iure decisõ fuerit. Et licet in aliquibus suprà relatis legibus nulla tituli mentio fiat, id supponendum est, vt textus, qui videtur oppositi, conciliẽtur, præterquam quod rationi est consonum, vt fructuum naturalium dominium Domino rei debitum possessori bonæ fidei non acquiratur, nisi titulo iuris sit munitus.

DVBIVM XXXVII.

An possessor bonæ fidei teneatur, fructus mixtos consamptos ante tempus præscriptionis Domino restituere si agnoscat, rem à qua prouenere, alienam esse.

170 *Suppono certum.* COmmune Doctorũ est placitum possessorem bonæ fidei in hoc casu restituere debere omnes fructus pure naturales, si locupletior factus est. Quia hi fructus naturã rei sequũtur, vnde cum res ipsa si consũpta fuit restituenda est, quatenus ex eius cõsumptione factus quis fuerit locupletior, ita etiam hi fructus debent restitui. Mol. *tr. 3. d. 79.* Val. *2. 2. d. 5. q. 6. pun 3.* Les. *l. 2. c. 14. dub. 2.* Sanch. *l. 2. Decal. c. 23. n. 75* Quæsierim verò, num fructus mixtos seu ex industria partos teneatur bonæ fidei possessor restituere, licet ex eis ditior fuerit effectus, cum agnoscit, rem, à qua prouenerunt, esse alienam?

171 *Tenetur ex qua parte ditior est fate.* Tenetur quidem ea ex parte, qua ex eorum consumptione ditior factus fuit. Quia pingens in aliena tabula bona fide, obligatus est, æstimationem domino tabulæ reddere, nõ obstante quod tabulæ factus fuerit Dominus, *§ si quis & in aliena tabula, inst. de rer. diuis.* Eo quod re aliena factus est ditior. Cum ergo ex fructibus alienis ditior fuerit factus illos restituere debet: non obstante illorum dominio, & industria apposita ad rei fructificationem. Sic Les. *cit.* Laym. *l. 3. sect. 5. tr. 2. c. 3. n. 7.* Mol. *to. 2. d. 569.* Sayr. *in clani, l. 10. tr. 2. c. 2. n. 2.*

172 *Non tenetur.* Non tenetur possessor bonæ fidei fructus cõsumptos restituere, etiamsi ob eorum consumptionem ditior sit factus. Quia dubium esse non potest iure positiuo possessorem bonę fidei eximi posse ab obligatione restituendi huiusmodi fructus consumptos, si enim iure sic disponente concessum est ei illorum dominium, quod aliàs iure naturali domino rei competebat, potuit sic concedi absque præfata obligatione. Quod autẽ sic factũ sit mihi persuadet textus *in l certum, C. de rei vindicat.* à contrario sensu, vbi solùm fructus extantes cauet restituendos. Ergo non consumptos. Ita Glos. *§. si quis à non Domino, inst. de rer. diuis. & l. ex diuerso. ff. de rei vindic. & C. Grauis, v. Fructus, de rest spoliator.* Ant. *ibi, n. 12.* Card. *n. vni.* Imol. *num. 4.* Pinel. *ad l. 2. C. de rescind. vend.* Sanch. *citat.* probabile existimat.

173 *Auctoris iudicium.* Ego quidem hanc sententiam probabilem etiam duxerim. Quia praxi receptum est, teste Sanch. possessorem bonæ fidei ad fructus perceptos, & consumptos ante litis contestationem non condemnari iuxta *l. 4 ff. de acquir. rer. domin.* At si possessor bonæ fidei obligationem haberet hosce fructus restituendi, peti ab eo deberent. Forum autem conscientiæ exteriori est conforme, cum falsæ præsumptioni non innititur: Ergo cum in foro externo censeatur deobligatus ab hac restitutione bonę fidei possessor, etiam in foro conscientiæ deobligatus censeri debet. Cæterum primam sententiam vtpotè communiorem, & naturali conformiorẽ iuri teneo, tuendamque ac consulendam iudicarim. Quia locupletari non debet quis cum alterius iactura *reg. 48. de reg. iur. in 6.* At si possessor bonæ fidei non teneretur restituere fructus consumptos quorum occasione locupletior est factus, cum iactura veri Domini, cui sunt debiti illi fructus, fieret locupletior. Haud igitur est admittendum.

DVBIVM XXXVIII.

An possessor, qui à principio fuit bonæ fidei, postmodum mala superueniente, possit licitè, rem alienam, ac eius fructus retinere.

174 *Retinere potest.* POtest quidẽ retinere quousq; fundus officio iudicis eiectus sit. Quia interim fructus suos fecit,

fecit, renocabiliter tamen, ideoq; & si mala fides superueniens præscriptionem impediat, non tamen fructuũ acquisitionem. Patet ex *l. Qui scit, ff. de vsur.* vbi Iulian. inquit, *Bonæ fidei emptor sciuit, & ante quam fructus perciperet, cognouit, fundũ esse alienum, an perceptione suos fructus faciat, quæritur: Respondi: Bonæ fidei emptor quoad fructus percipiendos intelligi debet quandiu euictus fundus non fuerit. Nam, & seruus alienus, quem bona fide emero tandiu mihi ex re mea, vel operis suis acquirit, quamdiu euictus non fuerit.* Non igitur mala fides obstat fructuum acquisitioni, ac retentioni ĩ interim dum res euicta non est. Sic Glossa *ad l. Et ex diuerso, ff. de rei vindic.* Imola *c. Grauis, de rest spoliat. n.* 7. Anch. *n.* 11. Beroius *n.* 36. Faber §. *si quis à non domino. §. 1. & vlt. inst. de rer. diuis.* & alij relati à Sanch. *l.* 2. *Decal. c.* 23. *n.* 149.

175 *Non potest retinere.*

Non potest stante mala fide verè & propriè nec rẽ, neq; illius fructus retinere, sed domino sũt reddẽda euictione minimè spectata. Quia *l. Qui bona fide* 23. *ff. de acquir. rer. domin.* inquit Paulus *Tamdiu acquirit ei quamdiu bona fide seruit. Cæterũ si cœperit scire hunc alienum esse, vel liberum, videamus, an ei acquirat: Quæstio in eo est, vtrum initiũ spectemus, an singula momenta; & magis est, vt singula momenta spectemus.* sentit ergò cõsultus, ab eo momẽto, quo cognoscitur, res aliena esse, possessorẽ illius in mala fide cõstituit. At malæ fidei possessor nec rẽ nec fructus potest retinere: esset enim fur, & alieni vsurpator. Ita Io. Garcia *de expens. c.* 23. *n.* 13. Menoch. *de recuper. possess. rer.* 15. *n.* 592. Sayr. *in claui, l.* 10. *tr.* 2. *c.* 2. *n.* 2. Nauarra *de rest. l.* 3. *p.* 4. *c.* 4. *dub.* 1. *n.* 144. Moli. *to.* 2. *d.* 566. *& to.* 3. *p.* 2. *d.* 715. *n.* 1. Rebel. *de iust. p.* 1. *l.* 2. *q.* 5. *n.* 9. Sanch. *l.* 2. *Decal. c* 23. *n.* 152.

176. *Hoc plane tenendum.*

Hoc planè tenendum. Quod ex *cap. si virgo* 34. *q.* 2. confirmo ibi: *Tamdiu quisquam bonæ fidei possessor rectissime dicitur, quamdiu se possidere ignorat alienũ. Cum verò scierit, nec ab aliena possessione recesserit, tunc malæ fidei possessor perhibebitur.* Quid apertius.

DVBIVM XXXIX.

An cum incrementum rei prouenit ab extrinseco, possessor male fidei satisfaciat, rem similem reddens si eo tempore Dominus consumpturus non esset.

177. *Nonnulla suppono.*

Quæstio est, quid restituere quis debeat, si rem mala fide acceptam, vel retinentem vendidisset, aut consumpsisset tempore incrementi: v. gr. cum equus robustus erat vel cum triticum valebat 15. vendidit, aut consumpsit, tenetur nè incrementum Domino reddere, an satisfaciet reddendo tantumdem tritici eiusdem qualitatis, & bonitatis ac fuit, & similẽ equum ac erat ab illo sublatus? Certum mihi, cum res ab intrinseco habet incrementum, & valorem, non satisfacere, si reddat pretium illius secundum statum, quem habuit, cum ab eo sublata fuit: sed necessariò reddendam esse iuxta statum, ac valorem tempore venditionis, aut consumptionis existentem. v. gr. furatus quis est pullum equinum, creuit, factus est robustus eo tempore interfecit, vendidit, vel donauit: tenetur planè reddere quanti tunc æstimabatur. Quia ipse, eiusque æstimatio Domino competebat. Quid si incrementum rei ab extrinseco proueniat, vt contingit in pecunia, tritico, oleo, vino, alijsque functionem recipientibus satisfacit ne quis rem similem reddens.

Satisfacit planè reddendo aliam similem, 'rem, acfuit illa, quam assumpsit, aut illius æstimationem, secundum præsens restitutionis tempus, modo dominus crementi tempore rem non esset consumpturus, sed tempore decrementi, idque constaret. Quia vendere triticum hoc vel illo tempore, industrię, ac diligentiæ venditoris tribuendum est: At ex tali venditione prouenit incrementum: Ergo incrementum furi, & non domino competet, vtpotè quod illius industriæ est fructus. Sic Mol. *to.* 3. *d.* 725. *concl.* 3. *&* 4. Les. *l.* 2. *c.* 12. *dub.* 16. *n.* 105. Nauarr. *de rest. l.* 4. *c.* 1. *n.* 37. Laym. *l.* 3. *tr.* 2. *c.* 4. *n.* 6. Valq. *de rest. c.* 5. *dub.* 12.

178 *Satisfacit, reddendo rem similem.*

Non satisfacit, sed obligatus est, incrementum illud ex re vendita, vel donata perceptum domino restituere, etiamsi dominus non esset illud percepturus, sed consũpturus rem tempore decrementi. Quia res tempore, quo carius venditur domini est, vt constat. Ergo omnis eius æstimatio ac melioratio ad dominum pertinet. Nam pretiũ rei est ipsa res æquialẽter, at tenetur ille rem in illo statu reddere: Ergo si eam assumpsit, vel vendidit, æstimationem eius reddere tenebitur. Quod si detineat, iniustus est, ergo ratione iniustæ acceptionis incrementum reddere obligatur. Ita Gabr. *in 4. dist. 15. q. 2. conc.* 2. Rebel. *de iust. l.* 2 *de rest. q.* 6. *n.* 5. Palaus *de iustit. tr.* 3 1. *d. vni. pun.* 24 §. 9 *n.* 9. & colligitur *ex l. in furtiua, & l. vlt C. de condict. furtiua.*

179 *Non satisfacit.*

Primam sententiam probabilem admodũ esse 180
udico. mihi tamen secundam elegi. Quia pretiũ *Sententiam*
rei, etiamsi ab extrinseco proueniat, non est fru- *primam ap-*
ctus: industriæ, sed potius rei, imo est æquialen- *probo, sed*
ter res ipsa, licet enim illud incrementũ ille nõ *secundæ*
percepisset, nisi venderet non inde infertur esse *adhæreo.*
fructum industriæ eius, sed ad summum industriam esse necessariam conditionem ad fructũ ex re percipiendũ. Necenim pretiũ propter industriam, sed propter rem ab illo venditã concedirur. Rem expendo; si agrum alienũ coleres, ac seminares, quem dominus culturus nõ esset, omnes conueniunt, fructus inde perceptos domino esse reddendos, quia res domino fructificat, tametsi absq; tua industria præfati fructus nõ perciperentur. Ergo etsi absq; tua industria illud incrementum non haberetur, teneris habitũ domino reddere, quia datum est pro re ipsa, estq; fructus rei, vel potius res ipsa æquialenter, non tuæ industriæ fructus. Patet hinc primæ sententiæ fundamentum non vrgere. Nam incrementũ illud non est fructus industrię, sed potius rei, tametsi fructus industriæ sit, quod celebraretur venditio eo tempore, quo incrementum illud esset percipiendum.

DVBIVM XL.

An qui rem mala fide possessam in dies crescentem peremit, satisfaciat, restituens quanti tempore absumptionis æstimatur.

VErb. gr. interfecit quis pullũ equinũ, cõbus- 181
sit segetes, quæ tũc centũ valebãt. cũ verò *Satisfacit*
ad *reddens rẽ,*

quanti tempore absumptionis æstimabatur.

ad maturitatem peruenirent, valituræ essent 200. sufficitne centum restituere satisfacit, centum restituens. Quia restituit quanti tunc damnum illatum æstimatur. Sic Lessi. *l.* 2. *c.* 13. *n.* 157. Addit Sotus *in* 4. *quæst.* 6. *art.* 5. Si crimen commissum est ex negligentia possessorem malæ fidei non obligari vltra id, quod tempore damni segetes valebant. Secus si ex malitia, quia non tenetur dominus eo tempore rem distrahere.

182 *Non satisfacit.*

Si dominus fundi decreuisset segetes illas seruare vsque ad messem, vti nunquam non decernere assolet, non solum tenetur illa reddere quantum æstimantur, sed quanti ęstimatur spes illas retinendi. Quia in huius priuatione dominus patitur damnum, vtpotè qui iniustè priuatur potentia fructus maturos percipiendi. Ita Medina *C. de restit. q.* 6. *a.* 1. Sylu. *v. Furtum, q.* 16. Nauarr. *de rest. l.* 4. *c.* 1. *n.* 37. Vasq. *de rest. c.* 5. §. 1. *n.* 79. Laym. *l.* 3. *sect.* 5. *tr.* 2. *c.* 4. *n.* 7. Palao *de iust. tr.* 31. *d. vni pun.* 24. § 9. *n.* 11.

183 *Auctoris resolutio.*

Crediderim equidem ob malitiam non esse amplius restituendum; quam ob negligentiam mortaliter culpabilem. Quia malitia non auget damnum, quamuis peccatum augeat, vt solo respondeam. Deinde assero teneri illum malæ fidei possessorem reddere quanti spes segetum æstimatur. Nam si à me surriperes triticum tempore messis, quod seruare decreueram in tempus, quo præsumitur auctiori pretio diuendendum, non satisfaceres, si solueres pretium tritici, quo tempore messis venditur, sed tenebaris lucrum similiter cessans compensare. Porro restitutio facienda non est quanti segetes reseruandę maturę sunt valituræ, sed quanti ęstimatur earum spes, quia in huius priuatione iniuria consistit, vti præcitati Doctores aduertunt.



ESCOBAR
Theol: Mor.
Tom: V. VI. VII.
E. IV
6

LIBER XXXVII.

RESTITVTIO.

AGREDIOR, agere de Restitutione, quæ est principalis actus Iustitiæ. Eius expendam naturam, personas ad eam gerendam subijciam, circunstantias in ea seruandas, causasque ab ea excusantes indicabo. Mox particulatim exprimam, ad quid teneatur, qui proximum lasit in bonis spiritualibus, in bonis corporis, famæ, & fortunæ. Etsi enim plura circa hæc Vol. 5. docui, ad materiæ tamen integritatem nonnulla adhuc pressius indicabo.

SECTIO PRIMA.

De Restitutione receptiores sine pugna sententiæ.

CAPVT I.

Quid restitutio, & quod eius radices

1 *Restitutionis definitio expenditur.*

RESTITVTIO est *actus iustitiæ, quo cuique redditur, quod ab eo ablatum, vel acceptum est.* Quatuor hic particulæ continentur. Prima est *Actus iustitiæ.* Iustitia enim quædam est virtus, quæ dirigit hominē, ne quid alterius est, rapiat; & si quid rapuerit, vt reddat. Ob id dicitur, æquabilitatem facere in rebus: loquor enim de iustitia commutatiua, cuius actus & operatio quædam est restitutio. Secunda est, *quo vnicuique redditur.* Iustitia enim facit, vt quod alicui debemus, ei demus, & hoc dicitur soluere. Agit etiā, vt quod ab altero accepimus, vel abstulimus, reddamus, id est, rerum in sua apponamus potestate, & talis actus est restitutio. Dupliciter autem alicui redditur aliquid, vno modo cum ipsimet redditur: altero, cum redditur alicui ad ipsum pertinenti, vt vxori, filiis, hæredibus vel aliis; vtroque modo fieri assolet restitutio. Tertia est, *Quod ab eo ablatum est.* Per ablationem intelligo iniustam acceptionē, qua alio aliquid abstulimus furando scilicet, rapiendo, damnificando in persona, in fama, in vita, in bonis fortunæ: aut iniuste quæ illius sunt retinendo. Ad restitutionem enim spectat huiusmodi ablata reddere. Quarta est, *Vel acceptum est.* Per quod verbum iustam actionem habendi, quod alterius est intelligo, siue per mutuum, siue per cēsum aliosve contractus. Est igitur restitutio reddere cuiq; quod ab eo abstulimus, vel accepimus. Tolet. *l. 5. c. 17.* Nauar. *Sum. cap. 17. n. 6.* Nauarra *de restitut. l. 2. c. 1. n. 5.* Lessi. *l. 2. c. 7. dub. 4. n. 15.* Filliu. *tr. 32. n. 9.* ex D. Tho. *2. 2. q. 62. a. 2.*

2 *Non est necessaria ad salutem necessitate medij, est tamen præcepti necessitate.*

Non est necessaria restitutio ad salutem necessitate medij. Quia fieri potest, vt salus aliquando obtineatur, prætermissa restitutione ob iustam aliquam causam, vel ob ignorantiam inuincibilem, vel ob egestatē, vel ob impotentiā restituendi. Necessaria verò est necessitate præcepti, & hoc certum de fide, vt cōstat ex multis sacræ paginæ locis. *Tob. 12. Matth. 22. ad Roman. 13.* Quod intellige, si facultas suppetat. Si autem non suppetat, non est quidem ipsa externa restitutio necessaria, propositum tamē restituendi necessarium est. Quia ad peccati remissionem necessaria est contritio, vel attritio cum Sacramento, hæc autem continet in se restituendi propositum. Val. *to. 3. d. 5. q. 6. punct. 2.* Sayr. *in clauil. 10. tr. 1. c. 3. n. 2.* Les. *l. 2. c. 7. dub. 6. n. 47. & 48.* Bonac. *de rest. d. 1. q. 1. pun. 2. n. 2. & 3.* Nauar. *sum. c. 17. n. 68.*

3 *Triplex restitutionis radix.*

Cum vero nomen restitutionis generatim accipiatur pro omni redditione, qua res ex iustitia debita redditur in se ipsa, vel in æquinalenti, obligatio restituendi ex re triplici radice oritur. Primo ex accepta, quando scilicet quis pecuniam, vel aliam rem alienam inuenit apud se. nulla præuia iniusta acceptione; aut quando rem alienam bona fide consūpsit, & in ea factus est ditior. Secundo, ex iniusta acceptione, aut damnificatione, vt quando quis rem alterius abstulit, vel alteri damnum intulit. Tertio, ex contractu quando inter aliquas personas celebratus fuit contractus, ratione cuius emergit obligatio restituendi, vt ratione pignoris, commodati, &c. Lessius *l. 2. c. 7. dub. 5. n. 20.* Laym. *l. 3. sect. 5. tr. 2. c. 1. nu. 2.* Sylu. *2. 2. q. 62. a. 6.* Sayr. *in clau. l. 10. tr. 2. c. 1.*

Ex

4 *Ex solo delicto contra iustitiam oritur.*

Ex solo delicto contra iustitiam, non verò cõtra alias virtutes oritur restituendi obligatio. Quia ipsa restitutio est actus iustitiæ, quo debitum alteri redditur ad æqualitatem, hoc autem non accidit in aliis virtutibus, vt pietate, religione, & alijs etiam si sint annexæ iustitiæ, Regin. *l.10.n.65.* Val. *2.2.d.5.q.6.pun.3.* Nauar. *sum.c.17.n.21.*

5 *Quæ ad restitutionem pertinent nouem puncta complectitur.*

Porro quæ ad restitutionem pertinent nouem sunt, & in horum tractatione tota fistit materia sunt autem hæc: Quis restituere teneatur. Quid debet restituere. Cui est restitutio facienda. Quãtum est reddendum. Quomodo: Quo tempore. Quo ordine: Quo loco. Et quæ sint causæ propter, quas aliquis excusetur à restituendi obligatione. Hisce, vt facilius memoriæ teneas vulgaribus carminibus continentur.

Quid, quis restituat, cui, quantum, quomodo, quãdo. Ordine quoue loco, quæ causa excusat iniquum.

Singula percurram.

CAPVT II.

Quis restituere teneatur.

6 *Materialis, & formalis iniuria.*

AD restitutionem tenentur ij, qui iniuriã damnosam intulere. Hæc autẽ est duplex; *Materialis, & Formalis.* Materialis est, cum quis rem alienam destruit, accipit bona fide: vel retinet, ideſt probabiliter iudicans, id sibi licere, vel esse suam. Formalis est, qua quis rẽ alienam destruit, accipit, vel retinet mala fide, id est, cum sciat, vel scire possit, ac debeat, id sibi non licere, ac rem non esse suam, Layman *l.3.tr.2.c.1.* Les. *l.2.c.7.du.6.* Bonac. *de rest.d.3.q.1.pun.6.* & alij.

7 *Qui bona fide possidet rem alienã putans esse suam, tenetur statim illam restituere, agnoscens esse alienam.*

Qui rem alienam bona fide possedit, credens esse suam, tenetur ex iustitia restituere statim, ac agnoscit esse alienam. Quia retinens rem alienã, inuito domino, peccat. Vnde possidens rem alienam bona fide emptam à fuere, vel ab alio, non potest pretium, quod ipse solut exigere à domino, cui res est tradenda, sed tenetur rẽ ei tradere absque pretio Quia æquum non est, vt dominus rem suam emat. Si autem huiusmodi possessor nolit eam rem domino absque pretio tradere, exinde fit possessor malæ fidei, ac consequenter rens omnium damnorum inde prouenientium ratione iniquę retentionis, quæ acceptioni iniquæ comparatur, D. Tho. *2.2.q.62.a.6.* Nauar. *sum.c.17.n.7.* Tolet. *l.5.c.17.* Sanch. *l.2. Moral.c.23.n.2.*

8 *Qui rem alienam cõsumpsit credens esse suam debet id restituere, in quo factus est ditior.*

Alienans, vel consumens rem alienã bona fide credens esse suam, non tenetur ad restitutionem, nisi in qua re factus est locupletior. Quia id, in quo locupletior est factus, in locũ rei acceptæ succedit, quę in æquiualenti stare dicitur. Ille verò dicitur factus ditior ex re aliena, qui, cessante bona fide, cognoscit, se occasione rei alienæ factũ esse locupletem, vt si cognoscat, se aliquos sũptus non feciſſe, quos alioquin ex sua re gessisset, aut si aliquid habeat, quod alioquin non habuisset, Les. *l.2.c.14.n.7.* Fill. *tr.32.n.20.* In dubio autem, an factus sit locupletior, qui rem alienam bona fide consumpsit, non est præsumendus ditior factus. Quia melior est possidentis conditio. Rebel. *p.1.l.2.q.3.* Sanch. *l.2. decalog.c.23.n.37.*

Non tenetur ad restitutionem ille, cui res aliena casu perit, aut etiam propria culpa modo perierit eo tempore, quo ipse rem bona fide possidebat, credens esse suam. Neque qui rem alienam bona fide emit, quam postea æquali vel minori pretio vendidit, secus si maiori, tunc enim debet pretij incrementum restituere. Concedens rem furtiuam apud amicum; tenetur tãtùm ad restitutionem illius, in quo rei suæ pepercit. Qui autem bona fide aliquem contractũ vsurarium vel alias iniustum celebrauit, quem nesciebat tale esse, si postea comperiat, tenetur solum retinere rem extantem, & id in quo inuenit, se factum ditiorem tempore, quo incepit contractus iniustitiam agnoscere. Mol. *to.1.tr.2. d.246.& 720.& 63.* Nauar. *de rest.l.3.c.4.nu.149.* Vasq. *de rest.c.9.§.2.* Reb. *l.9.q.18.n.9.*

9 *In quibus casibus possessor bonæ fidei ad restitutionem non tenetur.*

Qui rem alienam bona fide accepit, & postea dubitare incipit, alienam esse, si res ipso vsu consumitur, vel deterior efficitur, non potest illa vti. Quia exponeret alias se periculo consumendi, vel deteriorem efficiendi rem alienam domino inuito. Si autem non consumitur, vel deterior non redditur ipso rei vsu, potest ea vti soluendi pretium vsus, detractis expensis intentione. Sylu. *2.2.q.6.2.a.6.q.3.conc.3.* Sàv. *Restitutio, fine* Sanch. *de matr.l.2.d.41.n.21.* Valq. *1.2.d.66.c.7.*

10 *Si res ipso vsu consumitur, aut deterior efficitur dubitans esse alienam non potest illa vti.*

Profecto iniquus malæ fidei possessor debet rem alienam, vel, si periit, æstimationem eius domino restituere, cum eius incremento, ac fructibus non solum iis, quos possessor percepit, deductis tamen expensis) sed etiam quos dominus verisimiliter percepisset, nisi ipsi ablata, vel iniquè detenta fuisset, insuper omne aliud damnum emergens, & lucrum cessãs eidem cogitur resarcire. D. Tho. *2.2.q.62.ã.6.* Mol. *to.3.d.713.* Azor. *p.3.l.4.c.4.* Medin. *de rest.q.6.* Attamen si res aliena apud furem, vel alium malæ fidei possessorem casu fortuito, ac sine eius culpa deperit, quæ certo etiam apud dominum periisset, in conscientię foro ad nullam restitutionẽ obligatur. At si res aliena perijt furi, alteriusue malę fidei possessoris dolo, quia eam scienter destruxit, absumpsit, alteri donauit, &c. tunc tenetur eius æstimationem domino præstare, nihil obstante, quod si ei à fure ablata non esset, certo etiam periisset. Les. *l.2.c.12.n.92.* Laym. *l.3. sect.5.tr.2.c.4.n.2.* Nauar. *sum.c.17.n.8.*

11 *Possessor malæ fidei debet rem alienam Domino vnà cũ eius fructibus reddere.*

Qui vero rem mala fide accepit, dubitans esse alienam tenetur adhibere debitam diligentiã ad assequendam rei veritatem, ne domino rei iniuriam ac damnum inferat. Si autem facta diligenti inquisitione non potest rei assequi veritatem, tenetur restituere rem inter eos, quorũ esse dubitat, ad dubij ratã. Vnde hæres, qui incipit rem aliquam mala fide possidere, quam defunctus bona fide possedit, tenetur rem ad ratam dubij restituere inter eos, quorum esse dubitat. Imo talis hæres comperto rei domino, non solum tenetur rem integram ipsi restituere, sed etiam fructus à se perceptos tanquam malæ fide possessore. Fill. *tr.32.nu.91.* Vasq. *de rest.c.6.§.3.dub.5.n.82.* Les. *l.2.c.14.dub.4.* Sàv. *Restit.n.62.* Sanch. *l.2.* Mor. *c.23.n.148.*

12 *Ad quid teneatur qui rem mala fide accepit dubitans alienam esse.*

CAPVT III.

De cooperante ad alterius damnum.

13 *Omnes illi, qui sunt causa efficax damni, ad restitutionem tenentur.*

OMNES illi, qui quoquomodo sũt causa influens, & efficax damni secuti, & [illegible] ex officio, ac obligatione iustitiæ [illegible] damnum cauere, id non gesserunt, ad restitutionem tenentur. Vnde hæc communis doctrina comprehendit hosce, qui his carminibus annotantur.

Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus.

Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

14 *De iubente.*

Primò ad restitutionem tenetur qui iubet siue expresse siue tacite, dicto nimirum, vel facto, ex quo v.g. famulus colligat, hero gratum fore: si faciat. Non autem tenetur, qui ratum tantum habet opus suo nomine factum. Nec mandans, si ante executionem mandatum retractet, idque mandatario innotescat. Quia tunc non est vera causa. Sayr. *in clavi, l. 10. tr. 2 c. 7.* Filliuc. *tract. 32 n. 54.* Nauarra *de rest. l. 3. c. 4 p. 1.* Les. *l. 2. c. 13. n. 11.*

15 *De consulente.*

Tenetur, & consulens, aut precibus, ac promissionibus ad damnificationem inducens. Attamen si ante executionem consilium retractet, & quantum potest, contrarium suadeat, etsi non persuadeat, à restitutione excusatur, si eum, cui damnum paratur, moneat, vt caueat, Sà v. Consilium, Tanner. 2. 2. *d. 4 quæst. 6.* Azor. *p. 3. l. 4. c. ap. 11.* Filliuc. *tr. 32. n. 57.* Less. *l. 2. c. 13. n. 15. & 16.*

16 *De consentiente.*

Tertio, nomine *consensus* intelligitur efficax approbatio, vel suffragium ad damnum inferendum. Vnde qui suo consensu efficaciter concurrit ad damnum, tenetur ad restitutionem, v. g. qui per suffragium: vel subscriptionem consentit, & influit in mortem inferendam, vel si aliquis è Magistratu ad inferendum Bellum iniustum, vel ad decernendam legem iniquam: & damnosam consensum præstet, ad restitutionem tenetur. Quia est causa efficax damni. Attamen quando plures ferunt suffragia, vel subscribunt in causam iniquam, omnes tenentur ad restitutionem, si suffragia omnium necessaria sunt, cum autem suffragia maioris partis sufficiunt, posteriores non tenentur restituere ferendo suffragium, postquam præstitus est ab alijs numerus suffragiorum sufficiens ad aliquod damnum inferendum. Quia censetur sufficienter latum in causa absque posteriorum suffragio, quod nihil influit. Quare posteriores peccant quidem lethaliter in damnum graue consentiendo, sed non tenentur ad restitutionem, quia non sunt causa efficax damni. At si sperareatur fore, quod pars maior mutaret sententiam, posterioribus recusantibus suum suffragium, posteriores censerentur etiam causa damni, & consequenter ad restitutionem tenerentur. Quia quilibet suffragator ex officio debet damnum impedire. Mol. *tom. 2. d. 732.* Nauarra *sum. cap. 17. numero 21.* Filliucius *tract. 32. numero 61. 62. & 63.* Lessius *libro 2. cap. 13. numero 22. 23. & 24.* Azor. *p. 3. l. 4. c. 12. quæst. 2.*

17 *De palpone.*

Quartò, tenetur restituere *palpo*, seu qui laudando malefactorem, vel maleficium mouet illum ad damnum proximo inferendum. Item qui exprobrat alicui delictum alterius contra eum patratum, vel illum irridet, vnde ad sumendam vindictam, vel damnum inferendum excitetur. Quia est instar consulentis, si directè vel indirecte damnum proxime intendat, & causa efficax damni censeatur. Quando verò tantummodo laudat; & laudando lætitiam malefactori inducit, sed ipsum ad inferendum damnum non mouet: ad restitutionem non tenetur. Quia efficaciter in damnum non influit. Less. *l. cap. 13. numer. 25.* Reginal. *lib. 10. numero 85.* Nauarra *de restitut. lib. tertio cap. 4. numer. 37.* Azor. *tom. 3. lib. 4. c. 13.* Fill. *tract. 32. numer. 64. & 65.*

18 *De receptatore.*

Quinto nomine *recursus* intelligitur damnificantis receptator, ideſt, qui recipit, vel fouet, vel conseruat malefactorem, vel asseruat prædam, vel refugium, ac securitatem malefactori præbet, ad patrandum delictum, hic ad restitutionem tenetur. Quia efficaciter influit in damnum. Dicitur etiam receptator, qui rem furtiuam in custodiam accipit, vt furi reseruet, hic tenetur domino, si eam furi reddiderit (si tamen absque magno incommodo poterat ei denegare.) Præterea tenentur cauponarij accipientes pecunias à filiisfamilias vel à seruis surreptas patribus vel Dominis, quando patres, vel Domini sunt rationabiliter inuiti circa rei substantiam. Secus dixerim de eo, qui recipit, furem, non præbendo ei securitatem ad malè agendum, vel ad persistendum indelictis, sed illum recipit ratione amicitiæ; vel consanguinitatis, vel humanitatis, vel hospitij cum cauponis officium exercet. Quia non dicitur receptator furis formaliter, sed solum materialiter, nihilque per se præstat, ad damnum pertinens. Bonac. *de rest. d. 1. quæstione. 2. punct. 9. numero quarto* Filliuc. *tractat. 32. numero 67.*

19 *De participante.*

Sextò tenetur *participans* seu cooperator in damno alterius inferendo, v. gr. in furto, vel in absumendo re alena furto ablata, vel alia ratione. Dupliciter autem potest quis in damnum alterius cooperari. Primo actione intrinseca mala, & ex sua natura iniusta. Secundo actione non intrinsece mala, sed sua ex natura indifferenti. Participans igitur in opere intrinsece malo contra iustitiam peccat, & ad secuti restitutionem damni tenetur, quia culpabiliter, & efficaciter influit in damnũ. Qui verò iusto metu coactus, vel ex rationabili causa participat in opere non intrinsece malo, excusatur à culpa, & consequẽter à restituendi obligatione. Itaque participans de præda, aut quoquomodo cooperans, vt agens excubias, applicans scalas, parans instrumenta, conficiens literas, in bello iniquo tormenta adferens &c. restituendi obligationi addicuntur. Aqua quidem liberantur (si actio per se non sit mala) qui ea non sponte, sed iusto metu coacti faciunt, vt v.g. dum rustici furto à solis militibus facto: eorum prædas auehere, vel pecora abigere coguntur, Lessius *lib. 2. cap. 13. dub. 3 numero 28. & 29.* Layman. *l. 3. sect. 5. tract. 2. cap.*

cap.5.num.6. Nauarr. *de rest. l.3.cap.4.num.* 39. Filliuc. *tract.*32.*c.*3.*q.*11. Diana *p.* 3. *tr.*5.*resolut.*36.

20 *De muto, seu non clamante, de non obstante, de non manifestante.*

Septimo *mutus*, seu qui non clamat, cum possit aut *non obstans*, aut *non manifestans*, causæ solicet priuatiuè ad damnum concurrentes, ad restitutionem obligantur, non semper quidem, sed quando tales ex aliquo pacto, vel officio, vel stipendio &c. tenentur ex iustitia damnum cauere. Sic Princeps, Magistratus, belli Dux tenentur ad restitutionem damnorum, quæ à fenoris, latronibus, militibus ob ipsorum culpabilem negligentiam obueniunt. Item Consiliarij Canonici tacentes, seu non impedientes iniquam constitutionem, vel electionem. Item tutores, administratores bonorum, &c. non impedientes damna pupillis, minoribus, Ecclesijs prouenientia, item montium, vinearum, syluarum, agrorum piscinarum custodes, qui damna non impediunt, vel facta non manifestant, Item Principes, & domini territoriorum, si sciant, vias publicas prædonibus infestari, & cum possint, non impediunt, tenentur mercatoribus, ac cæteris viatoribus damna, quæ ob neglig entiam huiusmodi accipiunt, compensare, D. Thom. 22 *quæstione* 62 *artic.*7. Mol. *to.* 2.*d.*116. Fill *tract.*32.*c.*3.*q.*12 Diana *p.*8.*tr.*7. *resol.*8.

21 *Quandonã hi ad restitutionem non tenentur.*

Monuerim huiusmodi cooperatores ad restitutionem non teneri, quando non fuere causa efficax damni, vt v.gr. si fur, aut homicida non fuerit efficaciter motus mandato, aut consilio alterius, sed nihilominus ille erat rapturus, vel occisurus. Item si v.g. in capitulo alij antete dederint suffragium, ita vt videris, nihil impetraturum, & si neges. Imo nec tenentur, si moraliter certum non sit, eorum mandatum, consilium ue efficaciter ad damnum induxisse. Quia in dubio melior est possidentis conditio, præsertim circa iustitiæ materiam. Nec tenentur, si efficaciter concurrant tantùm ad circumstantias, ac modum actus damno si, v.gr. si quis tantùm impellat alium, vt citius, vel animo sius hoc, vel illo loco, vel modo nocear. Nec tenetur, qui deliberatiue volenti inferre magnum damnum, suadet, vt minus eidem inferat. Quia tunc alterius negotium vtiliter agit. Dixit *eidem* quia non licet impedire damnum vnius cum alterius iniuria. Tellius. *lib.*2.*cap.*13. *dub.*4. Bonac. *de restit.d.*1.*quæst.*2.*punct.*4. Diana *p.*3.*tr.*5. *res.*84. Tanner. 2.2.*d.*4.*q.*6.*num.*e-*ro*14.

22 *Quandonã hi debeant restitutionẽ in solidum quærere, & quando non*

Enim verò cum plures damnificantes: vel seorsim singuli rem suam agere possint, vel cõiunctim, atque alij aliis plus minusve in damnum influere, hinc ex tali ordine, & mensura influxus ordo, ac mensura restitutionis est desumenda. Vnde si plures absque consensu quisque per se seorsim, & casu concurrant ad damnum, singuli non plus tenentur restituere, quam quod quisque per se damnum intulit. At si plures cum consensu, & inuicem iuuantes in gessere singuli in solidum damnum restituere tenentur. Quia singuli sunt causa totius damni, cum vnus iuuet alterum, & procedat ex confidentia quam habet in aliorum auxilio. Quare si vnus illorum restitutionem fecit, potest à reliquis pro rata singulorum repetere. Quod si actio damnificans fuit lucratiua, & apud aliquem ex cooperatoribus res ablata adhuc existat, aut is mala fide absumpsit; tenetur is primo loco ipsam, vel æquiua lens restituere, & si ille non faciat, reliqui, si verò actio damnificans lucratiua non fuit, vt quia res perijt, & destructa est, vti fit v.gr. in combustione, mutilatione, detractione, tunc ante alios primo tenetur restituere, qui mandauit; vel qui causa primaria fuit, vel primarius executor, vt in bello Princeps, & Dux, & si is non sit facturus, quia non vult, vel quia non potest, tenentur reliqui v.gr. cæteri milites. Quod etsi de militibus speculatiue verum sit, practice tamen hi excusantur per accidens, tùm quia totum restituere non valent, tùm quia dominorum voluntas non est, nec expectatio; vt plus restituant, quam partem suam, ideoque hanc possunt, ad id tenentur. Demùm si damnum passus condonet restitutionem principali damnificanti, etiam minus principales liberantur, non autem vice versa, quia remittente principali, remit accessorium, non è contra, Layman. *libro* 3.*tract.secund. cap.* 6. Bonac. *de restitut. d.* 1. *quæstione* 2. *punct.* 11. ex Vasquio, Molina, & Filliuc. Nauarra *sum. cap.* 17. Lessius *libro secundo cap.*13. *dub.* 4. *numero* 37.

CAPVT IV.

Quid sit restituendum?

23 *Res aliena alteri debita restituẽda est, si extat, si non extat eius valor.*

REs aliena alteri debita restituenda est, si extat; si verò res ipsa non extat, restituendus est illius valor, & pretium, imo debitor tenetur restituere damna, quæ creditor iniuste passus est ipsius culpa, vnde tenetur ad restitutionem fructuum quos Dominus percepisset, & expensarum, quas gessit, in re sua quærenda si constet fuisse factas, seruanda enim est æqualitas, & ius alienum. Quando autem aliquis rem alienam, quam bona, vel mala fide possidet, cum proprijs rebus, ita commiscuit, vt eam discernere nequeat, licet acquisierit Dominium illius rei, tamen possidens in eo euentu contrahit obligationem restituendi rem æqualem. Quia nullus potest iuste cum alterius damno iniusto locupletari, ob id alter habet actionem contra possessorem, *l. Manifestasti Codic. de solutionibus Authent. Hoc nisi, de solution.* Sayr. *in clani l.* 10. *tractat. secund.cap.* 3. *numer.* 9. Sylu. 2.2. *quæstione* 62. *articulo* 4. *cap.* 3. Filliucius *tractatu* 32. *cap. quart. quæstione prim. & secund.* Nauarra *sum. cap.* 17. *numero* 24. Sanchez *l.* 2. *decalog. c.* 23. *num.*24.

24 *Tantumre-sti uendum quantum sufficiat ad faciendam debiti*

Porro tantum restituendum est, quantum sufficit ad faciendam debiti, vel damni illati æqualitatem, ita vt si quantitas debiti, vel damni sit certa tantumdem restituatur, si vero sit incerta, tantum restituatur, quantum vir prudens iudicauerit, ponderatis circumstantijs loci, temporis, ac personæ, habitaque ratione dam-

equalitatẽ. ni emergentis. Quia restitutio est actus iustitiæ commutatiuæ, quæ inclinat ad seruandam æqualitatem, æqualitas verò seruatur, prædicta, regula asseruata. Vnde debitor, qui præfixo termino non soluit, tenetur restituere creditori lucrum cessans, quod illi ex iniusta euenit dilatione. Similiter qui conculcauit segetes, prius quam ad maturitatem peruenirent aut arbores adhuc teneras incidit, tenetur arbitrio prudentis restituere non solum quantum tunc valebat res creditori, sed etiam quantum valuisset messis, vel fructus tempore detractis expensis ac laboribus, habitaque ratione periculi, si forte per cœli iniurias non peruenissent ad maturitatem. Azor. *p. 3. l. 4. c. 25.* Reginaldus *l. 10. numer. 213.* Sà, *v. Restitutio, numero 61.* Mol. *tom. 3. d. 726.* Bonac. *de rest. d. 1. q. 3. puncto 1. numer. 6.* Bañes *2. 2. q. 62. nu. 4.* Nauarra *de restitut. d. 4. capite 1. n. 52.*

25 *Pro re illicita ante factum nihil dari vel accipi potest, quid post factum.*

Verùm cum quilibet teneatur a malo opere patrando abstinere, & a medio ad illud inducente; hinc pro opere illicito patrando, seu pro turpi causa nihil dari vel accipi potest ante factum, vnde contractus vel pactio de re illicita facienda, retractanda est, nullamque inducit obligationem. Tamen patrato opere illicito, de quo patrando initus fuerat contractus, vel promissio, tenetur promittens soluere pretium, & accipiens non tenetur ad restitutionem. Quia opus malum, non obstante malitia morali, quam habet in materiali sua entitate, habet qualitates, quibus fit vtilis, aut delectabilis, ratione quarum fit vendibilis, vel æstimabilis pretio, ac si moralem malitiam non haberet. Vnde licite accipit meretrix pretium pro sui corporis vsu, quamuis tradendo delinquat: Monialis ad restitutionem non tenetur pro sacrilegio acceptum: nec Iudex propter sententiam iniquam: nec assassinus propter homicidium, quando quod acceptum est iustitiæ mensuram non excessit. Vnde si meretrix fraude, vel mendaciis plus extorsit ab adolescente, quam iustitia pateretur, tenetur restituere. Quia vendidit vsum corporis maiori pretio, quam secundum iustitiam poterat. Reginal. *l. 10. num. 185.* Filliuc. *tr. 31. num. 226.* Lessi. *l. 2. cap. 18. num. 18.* Sà, *v. Restitutio, numero. 18.* Diana *p. 2. tract. 16. resol. 40.*

26 *Ad quid Regularis cuiusque concubina teneatur.*

Meretrix tamen vel concubina tenetur Monasterio restituere, si aliquid à Regulari in libidinis pretium acceperit. Quia quod Religiosus acquirit, fit Monasterij. Quamuis autem superior Religioso facultatem impertiat, vt aliquid in quoslibet vsus expendat, in vsus licitos facultas dari intelligitur. Attamen si Religiosus non habeat restrictam facultatem, posset ex bonis, eleemosynisve ab ipso acquisitis, vel de aliis puellæ defloratæ satisfacere, vel paruulos ab ea susceptos alere. Quia hoc opus iam esset pium, ideóque res daretur sine obligatione ab accipiente restituendi. Vasq. *de restit. c. 7. dub. 3.*

27 *Ad quid concubina pupilli vel minoris.*

Quæ pupilli, vel minores dedere meretricibus, sunt etiam restituenda per ipsas tutoribus aut curatoribus. Quia non possunt illi sine curatorum, aut tutorum licentia alienare. Acquisita vero ob turpem causam restituenda sunt non solum ante factum, sed etiam facto secuto, quando lex efficit acquirentem incapacem Dominij, vel inhabilem ad rem acpiendam. Vnde acquisita per simoniam retineri non possunt, etiamsi voluntarie tradita fuerint. Fœmina tamen meretrix, quæ sui corporis alicui copiam fecit promissa, sibi pecunia; potest pretium sibi promissum in foro externo exigere. Quia sicut in foro externo meretritium permittitur, ita datur actio ad pretium repetendum. Secus dixerim de occulta fornicatione, quæ in foro externo punitur: tunc enim non datur actio: vt si virgo, vel adultera promissum sibi libidinis pretium requirat. Couar. *ad reg. peccatum, p. 2. §. 2. n. 3.* Molina *to. 3. tr. 2. d. 94.* Nauarra *de rest. l. 4. c. 2. n. 91. & 132.* Filliuc. *tr. 31. c. 9. q. 9. & 10.* Sylui *2. 2. q. 62. articulo 5. conclus. 2.*

CAPVT V.

Quid restituendum ob consecutionem alicuius boni impeditam.

ATTENDENDVM, an lædatur ius alienum, quod à natura, lege, vel aliter quis habeat: & an per vim, fraudem, calumniam, mandacia quis alium impedierit: num verò aliter. Vnde qui alterum impediuit à consecutione rei debitæ ex iustitia, ad restitutionem tenetur. Layman. *l. 3. tract. 2. c. 6. num. 5.* Bonac. *de rest. d. 1. q. 2. pun. 12.* Lessi. *l. 2. c. 11. dub. 18.* Filliuc. *tr. 32. n. 72.*

28 *Impediens alterum à rei debitæ consecutione ad restitutionem tenetur.*

Si res non erat debita ex iustitia, sed ex libera voluntate concedenda; tunc qui sine vi, fraude, & calumnia collatorem induxit, v. gr. vt officium, legatum, seu beneficium Ecclesiasticum, & similia bona gratuita non conferat cui apud se constituerat, aut qui petierat; sed vel nulli, vel alteri, etiam minus digno, etsi is possit sæpe grauiter peccare, præsertim si id ex odio, vel alio malo fine faciat; non tamen ad restitutionem tenetur. Azor. *p. 3. l. 4. c. 9.* Bonac. *de restit. d. 1. q. 2. pun. 12.* Vasquez, & Sà, quos sequitur Busembau. *l. 3. tr. 5. c. 2. dub. 4. numer. 2.*

29 *Quid si res non erat debita ex iustitia?*

Si in re prædicta ex libera voluntate conferenda aliquis per vim, fraudem, vel calumniam collatorem induceret, ne ei daret; aut cum à petitione (ius enim quisque habet ad petendum) aut à consecutione talis rei per vim, fraudem, calumniam, vel mendacium impediret (cum etiam quilibet ius habeat, ne inique impediatur) is teneretur ad damni compensationem viri prudentis arbitrio, iuxta certitudinem, ac probabilitatem, qua alter tale bonum alioqui assecuturus fuisse existimaretur; dummodo tamen eo sit dignus, nam si indignus est, non tenetur ad restitutionem nisi famæ, si eam fortè læserit. Lessi. *l. 2. c. 12. dub. 18.* Molina *to. 1. d. 135.* Sà, *v. Restitutio. n. 22.*

30 *Quid si impeditur qui per vim, fraudem vel calumniam cum res non esset debita.*

CAPVT

CAPVT VI.

Quid debeat pro iniuria facta corpori restitui.

31 *Occisor vel mutilator solum tenetur pro damnis fortunæ restituere.*

INIVSTVS occisor, mutilator in conscientia tenetur tantum restituere pro damnis fortunæ bonorum, quæ ex tali occisione vel vulnere directe ab eo causata fuere iuxta prudentis arbitrium, præcisè autem pro vita, membro, vel cicatrice nihil secundum rigorem restituere tenetur. Quia sunt bona alterius ordinis, quę pecunia æstimari non Valent. Lessi. *l.2.c.9.dub.23.* Layman. *l.3.tr.3. p.1.c.3.n.4.*

32 *De ebrio occidente vel vulnerante deque eo, qui alterum pro altero occidit.*

Qui ebrius alium occidit, aut vulneravit, si ebrietas culpabilis non fuit, vel licet fuerit talis, si tamen homicidium, vel vulnus insligendum non prævidit, vel diligentiam debitam adhibuit ad cauendum, non tenetur ad restitutionem: secus si prævidit, & non cauit. Bonac. *de restit. d.2.q.vlt.sect.2.pun.2.* Qui occidit Caium putans esse Titium, tenetur. Quia actio illa est Caio iniuriosa. Bonac. *ibid.*

Si læsus ante obitum omnia remisit, ad nihil tenetur occisor. Quia filiis non fit iniuria in bonis, nisi quatenus læduntur in patre contra eius voluntatem (volenti enim non fit iniuria) Ergo sicut per eum ius acquirũt, sic etiam amittunt. Portò non recte aget patet ignoscendo, si filij valde indigeant. Lessi. *l.2.cap.9.dub.26.*

33 *Quid debeat quid non debeat restituere occisor seu mutilator.*

Et si præcisè pro vita, membro, occisione, non sit obligatio restituendi; per sententiam tamen Iudicis cogitur iniurians pro iniuria satis facere. Consilium est vt confessarius pro his eleemosynas, Missas pro suffragio occisi iniungat occisori. Si occisus, vel mutilatus fuerit seruus, vel animal irrationale, tunc etiam pro vita, & membris gerenda est restitutio. Quia horum vita pretio æstimatur; ac proinde tantum debet restitui, quanti potuissent vendi, & pro mutilatione, vel cicatrice quanto pluris sine ea venderentur. Pro funeris expensis nihil restituitur. Quia illæ aliquando faciendæ tamen fuissent. Nisi forte illatæ necis occasione extra patriam maiores fieri oportuerit. Restitui debent expensæ factæ in curationem, ac medicamina vulnerati, vel occisi. Necnon lucra, quæ ex mutilatione, vel vulneratione cessarunt, non quidem tam in solidum, ac si de facto essent acquisitæ; sed pro maiore, aut minore spe quam læsus habuit, illa acquirendi Filliuc. *tr.32.numer.202.* Trullench. *Decal.l.7.c.8.dub.3.* & alij communiter. Si homicidia à Magistratu plectatur, receptius est, adhuc teneri, ad damna resarcienda. Quia morte sua tantum iustitiæ publicæ satisfacit, non occisi hæredibus. Qui tamen cum plerumque aliud non exigant, videntur esse contenti; ac proinde hæredes homicidæ ad nihil tunc tenentur. Filliuc. *tr.32.n.214.* Debet autem restitutio fieri tantum parentibus filiis, vxori interfecti. Quia hi soli directè læduntur, cum moraliter vna persona cum occiso censeantur. Nisi occisor intenderit etiam lædere alios, tunc enim etiam his restituere teneri dosset Card. Lugo *de instit. tom.1.d.11. numero 8.* ex Lessio. Non tenetur occisor, aliquid eis restituere, quos occisus alebat ex liberalitate. Quia damnum illorum per accidens sequitur. Lessi. *l.2.c.9.dub.26.* Trullench. *Decal.l.7.c.8. dub.4.* Nec tenetur ad damna, quę prouenient ex morte. v.gr. alicuius innocentis, qui per errorem putaretur homicidium feciſſe, & sic captus plecteretur. Quia huius mors non directe ab ipso causatur, sed per accidens, & ex errore, vel malitia accusatorum. Bonac. *de restitut. d.2.q. vlt.sect.2.pun.2.*

CAPVT VII.

Quid pro illato stupro restituendum.

34 *Si per iniuriam defloravit, tenetur dãnum reficere, si consentiens minime*

QVI virginem per iniuriam defloravit, tenetur rependere damnum, quod ei ex tali iniuria est secutum, idque vel matrimonio, vel damni æstimatione ad prudentis arbitrium, vt talem scilicet virum inueniat, qualem manens virgo inuenisset. Porrò si defloravit consentientem absque vi, & fraude, vel matrimonij promissione, ad nihilum tenetur. Quia ei non est illata iniuria. Præcisè pro sola virginitate non obligat restitutio. Vnde si stuprum clam mansit, nec impediit, quin æquè lautè, fœmina nuberet. ad nihil tenetur stuprator. Sanchez *lib.7. sum.d.14.* Filliuc. *tr.32. nu.209.* Bonac. *d.2.de matrim.q.4.pun.7.*

35 *Quid si importunis precibus flexit.*

Si autem virginem quis importunis precibus flexit, nihil tenetur restituere. Quia adhuc libere consensit. Nisi forte preces tales fuerint, vt cum vi, & coactione æquiparentur; vt si coniunctæ fuere cum minis, vel reuerentiali metu v.gr. si fuit illius Dominus, vel vir magnæ authoritatis. Trullench. *Decal.l.7.cap.8.d.4.* & alij communiter.

36 *Quid si per promissionem veram vel fictam.*

Si per promissiorem veram, vel fictam matrimonij eam vicit, tunc tenetur ducere eam, quia in omni contractu, vbi alter ex sua parte acceptauit, & impleuit, tenetur & alter implere, etiamsi ficte contraxerit, tenebatur enim ex iustitia vere contrahere: cum alioqui, omnia humana commercia fraudibus paterent. Et id quidem verum existimo, etiamsi stuprator Religionem vouisset. Lessi. *l.2.c.10.dub. 3.& 4.* Trullench. *lib.7. Decal. capite octauo dubitat. 3.*

37 *Quando eam dotare fictus promissor non teneatur*

Non tamen tenetur fictus promissor eam dotare, casu quo is puellam valde notabiliter cõditione excederet, vel verbis vsus esset fictionem facile indicantibus. Vel ipsa conscia esset voti emissi. Quia ipsa tunc mala fide contraxisset. Et si ipse putauit, esse virginem, cum tamen non esset. Et si ex matrimonio graue damnum, aut scandalum timeretur. Et si ipse iam sacris esset initiatus, aut alteri colligatus coniugio. In his casibus solùm tenetur curare, vt æque illa commodè nubat modo iam dicto, dando scilicet dotem, vel aliter. Sanch. *to.1.de matr.l. 1.d.10.* Trul. *l.7. Decalc.9.d.3.*

CAPVT

E. SCOBAR Theol: Mor. Tom: SEXTVS. E. IV C

CAPVT VIII.

Quid restitui debeat pro adulterio?

38 *Vterque adulterans tenetur nata prole restituere damna si possint.*

CVM eo adulterio possint coniux alter & proles legitimæ circa sustentationem, hæreditatem, &c. damnificari, certum est, quod vterque adulterans, nata eis prole, debeant, cum id damnum causent, eatenus restituere, quatenus possunt sine altioris boni detrimento, & maioris mali causatione. Laym. *l. 3. tr. 3. p. 1. c. 14.*

39 *Adultera ordinariè non tenetur prodere partum spurium sed debet aliis industriis damna compensare*

Certè adultera ordinariè non tenetur prodere, quod proles eius sit spuria. Quia & viro suo tristitiam, & sui odium, & domesticas discordias crearet, ac famam suam prodigeret, quibus damna fortunæ merito cedunt. Accedit, quod proles matri non teneatur credere, se esse illegitimam. Filliuc *tr. 32. n. 222.* Debet tamen si potest, aliis industriis damnum compensare. Primò diligentius administrando rem familiarem. Secundò de cultu corporis detrahendo. Tertiò si habeat bona propria plus legitimis, quam spurio relinquendo. Quartò, eum inducendo, vt relicta hæreditate, vel eius parte, statum Ecclesiasticum, vel Regulare ineat, si idoneus existat. Trullench. *l. 7. Decal. capite 9. dubitat. 4.*

40 *Sæpè etiam adulter excusatur.*

Adulter verò pater spurij etiam sæpe excusatur vel in toto, vel ex parte, siue quia damnum ab adultera compensatum fuit, vel compensandum creditur, siue quia restitutio non potest fieri sine vitæ periculo, famæ dispendio, tribulatione, ac discordia familiarum. Siue quia non est certus, prolem esse suam. Lessi. *l. 2. c. 10. dub. 6.* Bonac. *de mat. d. 2. q. 4. pun. 15.* Trullench. *l. 7. Decal. c. 8. dub. 7.*

CAPVT IX.

Quid restituendum pro fama, & bonis spiritualibus: vt inductione ad peccatum, à Regulari statu auocatione?

41 *Pro fama fama restituenda, non pecunia*

PRo fama restituenda est fama. Cum autem id quis non potest, non tenetur ad pecuniam ac bona fortunæ, nisi per sententiam Iudicis cogatur, sic satisfacere. Eadem est ratio de reliquis. Attamen si lædendo famam in bonis etiam fortunæ alteri damnum esset allatum, resarciendum proculdubio est omnes communiter.

42 *Qui alterũ ad peccandũ induxit quid debeat*

Si quis alterum induxit ad peccatum suasione, vel exemplo suo, tenetur quidem ex charitate, quoad potest, eum ad meliorem statum reuocare. Sed non ex iustitia. Lessi. *l. 2. c. 8. dub. 2. nn. 20.* Laym. *l. 3. tr. 2. p. 1. c. 18. n. 1.* Si quis autem induxit fraude dolo, iniusto metu, &c. tenetur ad id ex iustitia. Quia quisque habet ius, ne iniuste lædatur, in spiritualibus bonis. Vnde si læditur, debet id spirituale restitui, si potest. Laym. *citatus.*

43 *Ad quid teneatur, qui aliquę ab ingressu Religionis abduxit vel ad Apostasiam induxerit suasit.*

Si quis aliquem (etiam Nouitium) ab ingressu Religionis, tamen sine vi vel fraude abduxit, & si grauiter deliquit, id irrationabiliter agendo, ac proinde teneatur ei rursus ingressum ex charitate suadere: non tamen ex iustitia vel illi, vel Religioni tenetur, quæ nullum adhuc in eum ius acquisiuit. Laym. *l. 2. tr. 2. c. 8.* Attamen si Religiosum ad apostasiam induxerit suasione, aliaue operatione, obligatur ex iustitia Religioni ad restitutionem; non quidem vt ipse (quod aliqui volunt) loco alterius ingrediatur; sed vt suadeat alteri, quoad potuerit, reditum, & compenset Monasterio commoda, quæ ex hæreditate, bonis, vel industria alterius expectabantur. Busembau *l. 3. tr. 5. c. 2. dub. 6. a. 11. numer. 3.*

44 *Quid debeat qui alios memoriã aut rasione venenõ destruxit, no restituere cogitur.*

Si quis demum veneno, phyltro, aliove modo alicui destruxit memoriam, rationem, &c. tenetur eodem modo, quo mutilator, aut vulnerans (de quo suprà) ad restitutionem lucri cessantis, & damni inde secuti in bonis fortunæ. Omnes & Octauum Decalogi Præceptum *volum. 5.* expressi.

CAPVT X.

Cui facienda restitutio?

45 *Debita incerta ex contractu iusto possessoris tibi, retinere.*

DEBITA incerta, deest, quorum creditor ignoratur, vel conueniri non potest, eo quod nimium distet, si prouenient ex contractu iusto, possessor sibi potest retinere, neque tenetur pauperibus erogare. Quia incertorum bonorum restitutio facienda est non iure naturali, aut diuino, sed tantum positiuo: Atqui lex Canonica solum, præcipit, vt quæ iniuste sunt acquisita, per vsuram, v. gr. si Domino non possint, in pauperes, vel alias pias causas erogentur; de bonis autem incertis à bonæ fidei possessore in pauperes erogandis, Canonico iure nulla mentio habetur. Lessi. *l. 2. c. 14. num. 38.* Laym. *l. 3. sect. 3. tr. 2. c. 9. num. 1.* Nauarra *de rest. l. 4. c. 2. n. 46.*

46 *Possessor malæ fidei tenetur illi restitutionem facere cui rem abstulit.*

At possessor malæ fidei, aliusve iniustus dãnificator, regulariter loquendo, tenetur illi restitutionem facere, cui rem abstulit, modo is habeat aliquod ius in rem ablatam. Aut illi, cui damnum intulit, si restitutio facienda est ob damnum iniuste illatum. Aut illi, qui succedit in iura alterius, cui facienda erat restitutio. D. Thom. *2. 2. quæst. 62. artic. 5.* Sylui. *ibi.* Medi. *de restit. quæst. 2.* Azor. *tom. 3. lib. quarto capite 26.*

47 *Bona fidei possessor quid sit, vt recuperet pretium pro re accepta traditum?*

Fidei bonæ possessor, qui rem alienam bona fide accepit titulo emptionis, aut alio titulo oneroso, non tenetur postquam cognouit rem esse alienam eam Domino restituere; sed potest rescisso contractu, restituere illi, à quo bona fide accepit, vt valeat pretium suum recuperare:

cuperare. Tolet. *l. 5. cap. 17. num. 12.* Vasquez *de restit. c. 9. §. 2. dub. 2.* Nauar. *summ. capite 17. numer. 12.*

48 *Qui mala fide accepit debet rem restituere Domino, etiamsi pretium pro ea solutum amittat.*

Qui verò mala fide rem alienam accepit sciens, vel dubitans alienam esse, eam debet restituere Domino etiamsi pretium solutum amittat: non vero eam potest restituere ei, à quo accepit, nisi certò sciat, eam esse vero Domino reddendam. Quia adest hic duplex titulus restitutionis, videlicet res accepta, & iniusta acceptio: & malitiæ, ac culpæ suæ amissionem pretij, & Damnum, quod inde patitur, imputare. Sylui. 2. 2. *q. 62. a 6. quæst. 1. concl. 2.* Salon. & Bañes *ibid.* Molina *tom. 3. d. 722. numer. 2. sectio. 2.* Sermo redibit.

49 *Qui rem gratis bona fide à fure accepit, vel emit eam vero Domino non furi restituat.*

Bonæ fidei possessor, qui rem gratis à fure accepit, non potest, eam furi tradere, nisi moraliter sit certus, rem Domino restituendam esse à fure. Similiter qui bona fide à fure emit aliquid, postquam cognouit alienum esse, tenetur restituere id vero Domino, si non possit inuenire furem, à quo pretium recuperet. Idem dixerim de eo qui inuenit furem, à quo rem accepit, sed fur recusat pretium restituere. Lessi. *lib. 2. capite 14. dubitat. 3* Sayr. *in claui, lib. 10. tr. 32. num. 85.* Nauarra *de restitut. lib. 3. capite 4. num. 191.*

50 *Quid si creditori tui creditoris suus?*

In foro conscientiæ qui sui creditoris creditori restituit, quod suo creditori debet, videtur satisfacere, & ad nouam restitutionem non tenetur, modò debitum sui creditoris sit liquidum, nec ipsius creditor damnum inde patiatur: vt si tibi debeam centum argenteos, & tu tantundem debeas meo fratri, si soluam fratri, tibi non amplius obligor. Quia dum soluo tuo creditori centum, cui debes tantumdem, transfero in me ius, quod ille in re habebat ad exigendum à te centum; vnde si tibi tantumdem debeam posium vti compensatione, scio tamen, in foro externo me posse cogi tibi soluere, nisi res debita, quam tuo creditori restituo, sit illi obligata. Sylvius 2. 2. *quæst. 62. articul. octauo quæsit.* 1. Medi. *de rest. q 3. causa 5.* Sayr. *in clau. , l. 10. tr. 5. cap. 7. num. 6.* Filliuc. *tr. 32. numer. 51.* Laym. *l. 3. sect. 5. tr. 2. c. 9. n. 8.*

CAPVT XI.

De restitutionis circumstantiis nempe, Vbi, quando, quomodo, & quo ordine *sit restituendum.*

51 *Propriis expensis restitutio facienda in eo loco vbi debitum est, minus eam retinet possessor, quam seruetur indemnis.*

QVANDO debitum est ex iniusta acceptione, restitutio facienda est expensis debitoris eo loco *Vbi* Dominus illã erat possessurus, si ablata non fuisset: deductis tamen expensis, si quas creditor eam seruando, vel deferendo, agere debuisset. Quia restitutio orta ex iniusta damnificatione, in integrum fieri debet, ita vt creditor omnino seruetur indemnis. Tamen si deferendo in locum Domini maiores expensas ex proprio sis facturus, quam res restituenda valet. Sunt qui doceant, te ad id non obligari, sed posse pauperibus elargiri; quod non omnino admiserim, si autem id sit admittendum, si spes adsit fore aliquando, vt sine magno sumptu ipsi Domino, vel hæredibus fieri valeat restitutio, res interim in loco tuto debet asseruare. Nauar. *summ. capite 17. numero. 43.* Sylui. *2. 2. quæst. 62. articulo quinto quæsit. 7 conclus. 1.* Lessi. *lib. 2. capite 15. dubitat. 8. numer. 14. & 15.* Filliuc. *tract. 32. n. 110.* Azor. *to. 3. l. 4. c. 32.*

do debitum oritur ex iniusta acceptione.

52 *Quomodo ex re bona fide accepta ortum est debitum non sit.*

Quando verò restitutionis obligatio oritur ex re bona fide accepta, restitutio facienda est in loco, *Vbi* res tunc temporis habetur quo aliena esse dignoscitur. Quod si Dominus absens alibi transferri cupiat, suis sumptibus id curare debet; vel si ob eam causam possessor in Domini gratiam aliquid vtiliter expendat, actione negotiorum id repetere poterit. Quia cum tuo damno non teneris Dominum in pristinum statum restituere, cum eum per iniuriam non deturbaueris, sed solum teneris ad rei custodiam, monito interim Domino, vt significet quomodo velit, eam ad se transferri, qua in re non teneris vllos sumptus agere. Nauar. *Summa capite 17. numero 42.* Filliuc. *tract. 32. numero 108.* Nauarra *de restitut. l. 4. capite 3. numero 2.* Sayr. *in claui, l. 10. tract. 5. cap. 4. numero 9.* Reginaldus *l. 10. n. 231.*

53 *Quid quando oritur ex contractu vel quasi contractu.*

Quando debitum descendit ex contractu, vel quasi contractu, in quo res eadem numero est restituenda, vt in deposito, commodato, pignore; debet eo loco restitui, *Vbi* fuit traditum, expensis depositarij; nisi aliter iusta aliqua pactione sit conuentum. Vnde si quis equum accepit commodatum, & deinde alium in locum transtulit, tenetur suis expensis restituere in loco, *Vbi* accepit; si autem Dominus alibi commigrasset, non tenetur, qui accepit, eò mittere. Quæ vero debentur ex contractu, in quo pro re accepta est reddenda alia: restitutio ex natura contractus non quouis loco fieri potest, sed ibi facienda est, *Vbi* res pro qua datur, est accepta. Secundum quem locum etiam res, quæ datur, est æstimanda; vt si quis emit equum Matrito, debet Matrito pretium reddere. Equidem quæ debentur tatione donationis, legationis testamenti, reddenda sunt in loco, *Vbi* erant, cum donarétur, nisi aliud in ipsa dispositione fuerit expressum, ac proinde expensis eius, cui fuerit donata. Lessi. *l. secund. capit. 15. dub. 8. numero 53.* Bonac. *de restitut. disc. 1. q. 5. puncto 1. numero 12. & 13.* Filliuc. *tract. 32. cap. 4. q. 10.* Vasquez *de restitut. capit. 10. numero 43. & 58.* Nauar. *summæ capite 17. n. 42.*

54 *Quatuor regulas trado vt modũ restituendi edisceas.*

Circumstantiam *Quomodo* expendo. Certe modus restituendi potest ex quatuor hisce regulis dignosci. Prima est. Debita occulte sunt restituenda, publica verò publice, vt publicè vsuræ, ad tollendam scilicet aliorum offensionem. Secunda. Res inferioris ordinis non sunt restituendæ cum rerum superioris detrimento, v. gr. bona exteriora cum iactura honoris, & famæ; nec honor aut fama cum vitæ iactura regulariter. Tertia. Restitutio non potest fieri per partes, sed tota simul est facienda

da, quantum fieri possit, quando debetur ex re accepto, vel ex delicto. Quando verò debetur ex contractu, facienda est iuxta contrahentium conuentionem. Quarta. Qui non potest per se commode restitutionem exequi, nisi se prodat, curet eam exequi per alium fidelem, ita tamen vt curet fieri certior, an sit facta, necne. Filliuc. *tract. 32. capite quarto quæst. 12.* Bonac. *de restit. dict. primo quæst. 7.* Reginaldus *l. 10. numero 214.* Aor. *p. 3. l. 4. c. 35.*

55 *Indebitis ex contractu solutio fieri debet tempore quo inter partes conuentum fuit &c.*

Circumstantiam autem *Quando* expono. Cum obligatio restituendi, secus soluendi ex contractu descendit, solutio fieri debet tempore, quo inter partes contrahentes expresse vel tacite conuentum fuit; eotransacto, si debitor in mora culpabili existat, iniuriam infert creditori, obligationemque contrahit compensandi damnum, quod exinde creditor patitur Neque ad id necessum est: vt creditor exigat solutionem; quia ipsa dies siue tempus statutum, intra quod solutio fieri debet, pro creditore interpellat, si tamen debitor paratus sit tempore, ac loco constituto soluere; sed creditor vel absens sit, nullo loco sui procuratore relicto, vel prælens recipere nolit, tunc debitor liber est à præstando ipsi damno postea eueniente, vel pœna conuenta. *c. fina.* de locato, & conducto, Bonac. *de restit. dicto primo q 6. pun. vn. n. 3. &* 4. Laym. *l. 3. sect. 5. tr. 2. c. 10. n. 1.* Hinc pœnitens, qui tenetur ex contractu restitutionem agere non facile concedendus est de lethali culpa quando est in mora restituendi absque damno creditoris, etiamsi creditor sæpius petierit solutionem, modò debitor intentionem habeat soluendi, nec creditor amittendi rem sibi debitam subeat periculum. Molina *tom. 3. tr. 2. d. 753. num. 1.* Diana *p. 2. tr. 3. resolut. 3.*

56 *Quando in debitis ex contractu, non est constitutus terminus ad soluendum, quid?*

In debitis ex contractu quãdo nõ fuit cõstitutus terminus ad soluendũ, debitor non videtur esse in mora aut grauiter peccare non restituendo, antequam admoneatur. Quia creditor sciens, ac potens petere censetur, dilationem concedere, non petendo. Secus dixerim, si petat, vel si non petat ob timorẽ, vel impotentiam, vel obl uionem. Quia tunc debitor dicetur alienum, inuito Domino, retinere, & censebitur esse in mora restituendi. Mann. *summ. p. 2. cap. 46.* Nauar. *summ. cap. 17. num. 79.* Reginaldus *l. 10. numer. 223.* Sylueſtr. *v. Mora, quæstio 1.*

57 *Qui ratione iniustæ acceptionis, vel detẽtionis obligatus est ad restituendũ tenetur, ac commodè possit.*

Qui adstrictus est onere restituendi ratione rei acceptæ, vel iniustæ acceptionis, aut detentionis, tenetur statim ac commodè possit, restituere, nisi dilationem à creditore obtineat aut nisi creditor sit irrationabiliter inuitus. Quia præceptum negatiuum non detinendi rem alienam, item non differendi solutionẽ debitam, omni tempore obligat. Attamen illud *statim*, quo facienda est restitutio, non accipio mathematicè, sed moraliter expectata scilicet opportunate restituendi absque dolo, ac fraude; vnde debitor ex delicto, vel quasi delicto tenetur sub mortali statim restituere ac commode potest, alioqui esse in mora censetur. Sylui. *2. 2. quæst. 62. articulo 8.* Azor. *p. 3. l. 4. c. 34.* Sà, *v. Restitutio, num. 61.* Molina *to. 3. tract. 2. d. 753. numer. 2.* Sayr. *in clau, l. 10 tract. 5. cap. 4.* D. Thom. *2. 2. quæstio. 62. articulo 8.*

Qui non restituit statim ac commodè potest sed longo tempore differt, tot peccata committit, quot sunt actus intentionis & voluntatis. Vnde peccata in re aliena multiplicantur, quoties moraliter interrumpitur intentio, ac voluntas non restituendi per somnum, contritionem, &c. confessarius tamen inuestigando numerum peccatorum interruptionis in retinenda re aliena, non debet sese scrupulosè gerere; sufficit namque vestigare temporis spatium, quo res aliena retenta fuit, eo enim cognito paulò plùs vel minùs agnoscet peccatorum numerum. Vasquez *1. 2. tom. 1. d. 75. capite secund.* Sylui. *2. 2. quæst. 62. articulo 8.* Diana *p. 2. tract. 2. resolut. 25.* Sayr. *in clau, l. 10. cap. 5. num. 9.*

58 *Quot peccata committat qui longo tẽpore differt restitutionẽ*

Denique *quo ordine* restituendum sit, expono. Certum est necessarium non esse ordinem seruari, quando debitor omnibus creditoribus, soluere potest: quando verò tantum non habet, aut reliquit hæredibus hæ regulę seruandæ. Debita certa, seu quæ propriis creditoribus possunt restitui, sunt incertis præferenda. Quia Dominus, seu creditoribus certis ex iustitia commutatiua proprie id ius competit, ad sua debita exigenda. Tamen quando res aliena extat apud iniquum possessorẽ, tunc si vero Domino restitui non potest pauperibus potius, vel Ecclesiæ tribuenda erit, quam vt ex tali re aliis certis debitis satisfiat, Sylui. *2. 2. quæsit. 62. articulo 8. quæsit. secund. conclus. prima.* Nauarra *de restitut. l. 4. capite vltima* Vasquez *de restitut: cap. 11. num. 9.* Lessi. *l. secund. cap. 15. dubit. 1.* Nauar. *sum. c. 17. numer. 47.*

59 *Debita certa sunt præferenda incertis.*

60 *Res quæ in specie extãt certo Domini integrè restituenda sit.*

Res, quæ in specie extant, certis dominis debita, & quarum Dominum debitori acquisitum non est, certis, ac propriis Dominis integre restituendæ sunt. Quia reliqui creditores nullum in his ius habent. Vnde si res sit Ecclesiæ, vel fisci, vel minoris, & adhuc inter bona debitoris extet, ante omnia soluendum est pro ea pretium iustum, vel certe res ipsas est restituenda. Quare talis res vbicumque extiterit, etiamsi aliis fuerit vendita potes vendicari. Laymam *lib. 3. sectio 5. tract. 1. in secund. cap. 11. numero secund.* Angel. *v. Emptio, numero quarto.* Sylueſt. *ibi numero secund.* Lessi. *l. 2. c. 15. dub. 1. numero 7.*

61 *Quando res aliena vendita fuit, & emptor pignus nec fideiussorem dedit, reddenda est venditori, sed ius ille pralationis non habet.*

Quãdo res aliena vẽdita fuit, & emptor nec pignus nec fideiussorẽ dedit nec pretiũ in præsẽti obtulit, nec vẽditor illud pro soluto habuit fidẽs emptori, tũc vel pretiũ ante omnia soluẽdũ, vel res reddẽda venditori. Quia inre cõmuni in hoc casu nondum censetur translatum Dominium, etiamsi res tradita fuerit. Tunc autem (ex receptiori sententia) venditor ius prælationis non habet; quia nullum ius posit iuum indu cens in tali re hypothecã in iure Cæsareo reperitur. Couarruuias *lib. 1. variarum, capite septimo numero 3.* Nauarra *de restitut. lib. quarto capite sexto numero 49.* Molina *tom. tertio tract. secund. d. 536.*

62 *Prius debita certa quam incer*

Habens multa debita, quorum aliqua sunt certa, & aliqua incerta, debet prius soluere certa, quam incerta, si non est omnibus soluendo. Quia debita certa iure naturæ soluenda sunt creditoribus

ta soluenda sunt.

creditoribus certis, debita verò incerta iure positiuo soluenda pauperibus, sed ius naturæ præferendum est positiuo, ergo. Fill. *tr. 32. num. 121.* Sayr. *in claui, l. 10. tr. 5. c. 10.* Regin. *l. 10. num. 238.*

63. Debita ex contractu oneroso prius soluenda quam ex gratuito.

Habens debita ex contractu oneroso, & alia ex gratioso, tenetur prius persolnere debita ex oneroso, vt si quis debeat Antonio centũ argenteos ex contractu emptionis, & Ioanni totidem ex promissione gratuita, tenetur in solutione agenda præferre Antonio Ioanni, Natar. *sum c. 17. n. 5.* Reg. n. *l. 10. n. 239.* Sayr. *in claui l. 10. tr. 5. c. 10. n. 34.*

64 Ordo seruandus in solutione debitorum certorum.

In solutione autẽ certorum debitorum hic ordo seruandus. Primo reddendũ est illud, cuius dominiũ non fuit transflatum in debitorẽ, vt si res Ecclesiæ, vel fisci, vel minoris esset adhuc inter bona ipsius, & pretium eius solutũ non fuisset, *l. si curator. ff. de iure fisci.* Secundò soluendæ impensæ moderatæ pro funere debitoris, si hic mortuus esset: huc etiam pertinent expensæ pro inuentario faciendo, pro adeũda hæreditate, ac similibus, *l. pen. ff. de relig. & sump. funer.* Tertiò, præferendi sunt hypothecarij, & inter hos qui priores sunt tempore, vnde tacita hypotheca prior expressæ posteriori præfertur. *l. 2. 4. 5. C. Qui posterior in pignore habeantur.* Quartò, hypothecarijs succedunt creditores personales, inter quos præferendi qui habent personale priuilegium prælationis absque hypotheca, vt habet sponsa de futuro in bonis sponsi ob dotem traditam non secuto matrimonio. Deinde creditores habentes scripturam, siue Chyrographum ex titulo oneroso, cuique soluendum pro rata, non habita ratione temporis prioris vel posterioris. Præterea creditores ex titulo gratuito, post illos hæredes, & legatarij Hæredes autem præcedunt legatarios in ordine ad legitimam, si sunt necessarij, in ordine ad quartam partem, si necessarij non sint. Quintò, aduertenda sunt particularia statuta ciuitatum, ac locorum, Lessius *libro secundo cap. 15. dub. 4 numero 21. 34. & 35.* Couar. *l. 2. var. c. 7. n. 2.* Fill. *tr. 32. cap. 4. quæst. 17.* Layman. *l. 3 sect. 5. tr. 2. c. 11.*

65 Casus, in quibus posterior tẽpore creditor priori præfertur hypothecã habenti.

Septem verò sunt casus, in quibus posterior tempore præfertur priori habenti hypothecam. Primus mutuantis ad refectionem, vel conservationem rei alicuius. Secundus mutuantis pro re custodienda. Tertius hypothecæ dotalis empti pecunia pupilli. Quintus mutui ad aliquid emendum. Sextus contrahentis cum fisco, manent enim ipsius bona hypothecata, cum prælationis priuilegio. Septimus credentis pecuniam ad malitiam. Bonacin. *de restitutio. d. 1. quæstione 8. punct. 2. n. 16.* Filliuc. *tr. 32. n. 129.* Les. *l. 2. c. 15. à numer. 26.*

66 Inter cooperantes ad damnũ quinã prius restituere tenentur.

Inter cooperantes ad damnum ille principaliter tenetur ad restitutionem qui damnum præcepit modo in illud influxerit, & habuerit authoritatem supra illum, cui delictum præcepit patrari, qualis est Iudex respectu sibi subditi, Dominus respectu serui: Post hunc principaliter tenetur exequens qui per se ipsum physicè cooperatus est, ad delictum patrandum. Post hunc consulens, post hunc receptator, post receptatorem non impediens, & non manifestans, qui tenebatur ex officio impedire, vel manifestare, vel clamare. Ante hos autem is primo loco ad restitutionem tenetur, qui rem alienam habet apud se extantem formaliter, vel in æquiualenti. D. Thom. *2. 2. quæstione 62. articul. 7.* Vasquez *de restit. cap. 9. numero 52. & 56. §. prim.* Nauarra *de restitut. libro quarto cap. quart. num. 75.* Sylu. *2. 2. quæstione 62. artic. 7. quæst. 1. concl. 2. & 3.*

67 Causa principali restituente cæteræ liberæ sunt &c.

Causa principali restituente, cæteræ, quæ minus principaliter tenebantur liberæ sunt à restitutionis onere. Quando plures tenentur æqualiter restituere, sed vnus integre restituit, cæteri restituere tenentur illi, qui soluit Quando denique plures intulere damnum; & Dominus causæ principalis condonauit obligationem, cæteri, qui fuerunt causæ minus principales liberi sunt à restitutionis onere. Secus si condonauit vni tantum ex minus principalibus. Valent. *2. 2. d. 5. quæstione 6. punct. 3.* Med. *quæstion. 8.* Vasq. *de restit. c. 9. d. 3. §. 1.* Reginal. *libro 10. numero 127.* Azor. *p. 3. libro 4. cap. 19. quæstione 4.* Mol. *tom. 3. tract. 2. d. 737. & 738.*

CAPVT XII.

De causis excusantibus à restitutione ad tempus, vel omninò.

68 Potest differri restitutio ob damnum creditoris, ob damnũ debitoris, ob impotentiã, ob bonorum cessionem.

QVATVOR sunt causæ restitutionem ad tempus excusantes, Prima damnum ipsius creditoris, vel tertiæ personæ. Secunda damnum ipsius debitoris. Tertia, impotentia. Quarta cessio bonorum. Restitutio itaque differri potest, quando creditur allatura nocumentum ipsi creditori, vel alteri tertiæ personæ, in tempus magis congruum, & opportunum. Incommodum item, & damnum, quod debitor longè maius patitur, quam patiatur creditor, causa est excusans à restitutione statim gerenda. Præterea debitoris impotentia, hoc est, extrema vel grauis necessitas tua vel tuorum, vel proximi, cui aliter subuenire nequis, nisi rem alienam, vel alteri debitam impendendo, à restitutione statim facienda omnino excusat. Demum bonorum cessio causa est, ob quam differri potest restitutio. Porrò mercatores aut nobiles non sunt tuti in conscientia, nec à restitutione immunes, qui innumera debita contrahũt, vt in victus, cultus, familiæque splendore fines sui status excedunt, aut in ancipites, ac temerarias negotiandi rationes se ingerunt, esto bonis cedere velint. Quia iniustè ad hæc se inducunt angustias. Cessio bonorum in foro exteriori ad hoc iuuat, ne debitor possit in carcerem detrudi, & ne si post cessionem aliquid acquirat qui cessit, ei possit auferri. Clerici autem, qui iuxta Tridentinum *sess. 23. capite sexto*, fori priuilegio gaudent (excipe Clericos coniugatos) non tenentur bonis cedere, nec possunt ob debita in carcerem recludi. Debitor verò qui differt solutionem debiti ex delicto, tenetur soluere creditori lucrum cessans, & damnũ emergẽs, quod creditor ex ea

F. SCOBAR Theol. Mor. Tom. VI. VII. E. IV. C.

dilatione patitur, secus si debitum sit ex contractu. Denique licitè potest solutionem differre debitor, quando eam præstare mox nequit, nisi ab statu iuste acquisito cadat. Nauar. *summ. c. 17. n. 57. 61. 62. 63. 86.* Sayr. *in clavi, l. 10. tr. 5. c. 8. n. 12. 17. & 20.* Azor. *p. 3. l. 4. c. 39.* Nauarr. *de rest. l. 4. c. 2. n. 33. 40.* Lef. *l. 2. c. 16. dub. 4. n. 8. 21. 52. 53.* Fill. *tract. 32. numero 158. 145. 148. 142. 153.*

69 *Causæ quatuor omnino extinguentes restitutionis obligationẽ, prima est creditoris remissio.*

Potest autem quatuor etiam causis omnino omitti restitutio. prima est remissio creditoris. Quia sicut creditor potest ius suum, quod habet in debitorem alteri donare, ita etiam ipsi debitori. Vt autem hæc remissio valeat tres conditiones requiruntur. Prima, vt sit omnino libera, seu nõ extorta metu, &c. Secunda, vt possit condemnare, nemo verò condemnare potest, nisi qui potest donare. Tertio, vt condemnatio non sit in casibus iure exceptis, nempe quando Episcopus in visitatione reciperet aliquid vltra sumptus necessarios ad victum. Vel quando iudex delegatus aliquid reciperet à partibus præter esculenta, ac poculenta. Vel quando Inquisitores pecunias officij prætextu extorserint. Vel quando Canonici (quod ex Tridentini *ses. 24. c. 12.* additur) Canonicis horis non adsunt, & distributiones accipiunt. Nauar. *Sum. c. 17. n. 45.* Sayr. *in clavi, l. 10. tr. 5. c. 8. n. 1.* Sylu. *2. 2. q. 62. a. 8. q. 1. concl. 7.* Sà *v Restitutio, n. 28.* Azor. *p. 3. l. 4. c. 39.* Lef. *l. 2. c. 16. dub. 2.* Fil. *tract. 32. n. 157.* Manu. *to. 1. sum. c. 49. n. 11.* Debitor, qui se cum creditori composuit minori summa, non tenetur ad integram restitutionem, si ad pinguiorem fortunam deuenerit. Quia huiusmodi compositio censetur quædam remissio, quæ vim donationis habet, modo non adsit fraus, dolus, vel metus. Nauar. *sum. c. 17. n. 75.* Sà *v. debitum, n. 27.* Sylu. *v Restitutio 7. n. 2.*

70 *Secunda est comparatio.*

Secunda est compensatio: quæ tribus modis potest interuenire, Primo per æquiualens commodum creditori collatum. Secundo per æquiualens creditum, quod haberet, vel acquireret cum suo creditore. Tertio per solutionem debiti factam creditoris sui creditori. Lef. *l. 2. c. 16. dub. 12.* Fill. *tr. 32. n. 150.* Sylu. *2. 2. q. 62. a. 8. q. 1. post. 7. concl.*

71 *Tertia est compositio cum Pontifice.*

Tertia est compositio cum Pontifice, quando debitum est incertum, seu ignoretur, quinam sint creditores, & hoc verum, siue debitum sit ex delicto, vt in vsuris, furtisve minutis, siue absque delicto, vt in debitis ex contractu, & inuentis. Quia quando ignoratur proprius horum dominus, hæc addicenda sunt vsibus piis non iure naturæ, sed positiuo, in quo potest Pontifex dispensare, itavt debitor sibi per compositionem retineat incerta, & ab eorum restitutione eximatur. Sayr. *in clavi, l. 10. tract. 5. cap. 8. n. 22.* Bannes *2. 2. q. 62. art. 5. dub. 8.* Sylu. *ibid. q. 4.* Porro quando creditores sunt noti, non valet compositio à sede Apostolica obtenta, nisi legitima causa subsit. Quia summus Pontifex non est dominus bonorum suorum subditorum, neque dispensator, sed tantùm defensor iuris cuiusque, & Iudex vindexque criminum. Posita tamen causa iusta, potest de rebus illorum disponere. Quia habet supremam potestatẽ in omnibus Christicolarum bonis, scilicet indirectam, quatenus opus est ad regimen spirituale. Vnde potest imponere mulctas pecuniarias, & bonorum confiscationem pro criminibus, & consequenter condonare restitutiones huiusmodi hominibus faciendas. Sylu. *v. Restitutio 7. q. 2.* Fill. *tr. 32. nu. 161.* Lef. *l. 2. c. 16. dub. 12. numer. 83.*

72 *Quarta est iuris authoritas.*

Quarta est iuris authoritas, quãdo scilicet res restituenda præscripta iam esset, concurrentibus ad legitimam præscriptionem requisitis, de quo suprà Fill. *tr. 32. n. 160.* Bon. *de rest. d. 1. q. vlt. p. 1. n. 29* Sylu. *2. 2. q. 62. a. 5. q. 4.*

73 *Quoniam modo Religionis ingressio à restitutione libereti?*

Quæritur, num Religionis ingressio à restituendi obligatione liberet? Circa huiusmodi quæstionem hæc ex receptiori sensu Doctorum obseruanda tradiderim. Si debitor ingrediatur Religionem, & profiteatur, etiamsi inique agat, valet professio, nec tenetur ad sæculum redire. Quia persona libera est, nec est eadem ratio de seruo, ac coniuge, hi enim sui iuris non sunt. Si res debita extet in se, omnino debet illam primo loco restituere, & deinde ingredi. Si non extat, si quidem possit breui tempore, vt paucis annis suis consuetis laboribus satisfacere, expectare tenetur donec satisfaciat, quia tunc merito essent creditores inuiti, si autem sit longo tempore opus. Vel debeat insolitos perferre labores, vt possit satisfacere, non tenetur expectare, sed potest relinquere omnia, quæ habet, quæ creditoribus suis, & deinde ingredi, quia talis impotens censetur: scio ab aliquibus Doctoribus asseri, talem ingredi non posse, nisi ante soluerit, quod si ingrediatur, ac profiteatur, tamen adhuc obligatum manere, & labore suo, vel arte, si quam nouit, debere conari soluere. D. Thom. *2. 2. qu. vltimo articulo sexto ad 3.* Nauarra *de restitut. libro 4. capite 4. numero 94. & 95.* Sanch. *libro quarto Decalog. 19. numero 8.* Filliucius *tractat. 32. numero 154.* Sayr. *in clavi, libro decimo tractat. 5. cap. 7. n. 15.*

SECTIO

SECTIO SECVNDA:

Dubia De Restitutione.

CAPVT XIII.

Circa Restitutionis entiam.

DVBIVM

An Restitutio damni illati contra iustitiam distributiuam sit actus iustitiæ distributiuæ & non commutatiuæ?

74. *Quæstionis status.*

PRocedit quæstio ex suppositione, quòd damnum illatum contra iustitiam distributiuam est recompensandum ex iustitia, vt ego existimo. Hinc requisierim num Restitutio damni illati contra iustitiam distributiuam sit actus iustitię distributiuæ, an commutatiuæ.

75 *Est distributiua, non commutatiua.*

Est distributiuæ, non commutatiuæ iustitiæ. Quia ea restitutio versatur circa rem debitam ex eodem iure antiquo creditoris perseuerante, quamuis antea violato, nam violatione nō fuit destructum. Res autem erat debita ex iustitia distributiua. Ergo etiam post violationem: Restitutio igitur illius sit ex iustitia distributiua, non ex commutatiua. Nauarra *de rest. l. 1. cap. 2. difficult. 2.*

76 *Est commutatiua, non distributiua.*

Est actus iustitiæ commutatiuæ, non distributiuæ. Quia ea restitutio per se tantùm versatur circa æqualitatem Arithmeticam, nempè circa æqualitatem inter rem, quę datur in restitutionem, & inter damnum illatum, quod media illa re recompensatur, in restitutione enim illius per se tantum attenditur ad recompensationē quantitatis damni absque comparatione ad alias personas, quamuis damnum illatum fuerit, non dando alicui rem ipsi debitam non absolutè, sed comparatione habita inter personam dānificatam ex vna parte, & inter aliam, vel alias ex altera, nam hoc ius distributiuum violatione, qua afficitur, & quasi destructum, & redditum in commutatiuum, quia quod ante violationem iustitiæ distributiuæ debitum erat alicui comparatiuè ad alias personas, iam illud, aut æquivalens est debitum eidem absolutè absque comparatione, nam fuit damnificatus in ea re danda antea illi comparatione ad aliam: vel ad alias personas, damnum enim illud in fieri, seu illatio illius damni iustitiæ distributiuæ opponitur, damnum verò illud in facto esse, seu perseuerantia illius damni illati commutatiuæ opponitur, & ideo hæc perseuerantia illius damni tollitur per iustitiā commutatiuam, illatio vero illius per distributiuam erat impedienda. Ita Caiet. 2. 2. *q.* 62. *a.* 1. Vasq. & Malder. *de rest. in prin.* Hurtad. *de iust. d.* 4. *dif.* 2. & alij communiter.

77 *Hoc asserendum reor.*

Hoc asserendum reor. Quia ea restitutio non versatur circa rē debitam ex iustitia distributiua, quāuis ante damni illationem sic debita fuerit, sed tantum versatur circa rem iam debitā ex iustitia commutatiua, nā post damnum illatum iam non debetur ex antiquo iure, sed ex nouo, in quod illud antiquum fuit mutatum, ac proinde ea restitutione satisfit iuri nouo, non antiquo, nā illatione ipsa damni cessauit, & fuit in aliud commutatum. Addiderim, aliquando per accidens restitutionem esse actum iustitiæ cōmutatiuæ, ac distributiuæ quando scilicet debitor nequit integre pluribus soluere debitoribus, & eis tenetur soluere proportione seruata inter debita, & inter solutiones, tunc enim restitutio per accidens est etiam iustitię distributiuæ.

DVBIVM II.

An præceptum restitutionis sit affirmatiuum, & non negatiuum?

78 *Nonnulla præmitto.*

PRæmitto, restitutionem non esse necessariā ad salutem medij necessitate. Quia qui ad restitutionem tenetur, potest absque restitutione saluari, vt quando non potest, aut quando in eo est inuincibilis ignorantia obligationis restituendi, esse tamen necessariam præcepti necessitate. Quia vero est obligatio restituēdi orta ex præcepto, & non tantum præcepti diuini reducti ad septimū Decalogi, sed etiam præcepti naturalis, quia ex natura rei est obligatio restituendi alienum; & damnum iniustè illatum cōpensandi. Hinc quæsierim, an hoc præceptum restituendi sit affirmatiuum, an negatiuum?

79 *Præceptum negatiuum est, non affirmatiuum*

Negatiuum est, nō affirmatiuum. Quia præceptum restitutionis est non retinendi alienū, hoc autem præceptum est negatiuum. Ergo, & præceptū restituendi negatiuum est. Sic. Med. *C de rest. q.* 2. Vasq. 1. 2. *q.* 72. *a.* 6. Nauarr. *de rest. l.* 1. *c.* 1. *dub.* 3. Turrian. *de iust. d* 9. *dub.* 2. Mol. *to.* 3. *d.* 719. *n.* 3. Bannes *in præs. a.* 8. Card. Lugo *to.* 1. *de iust. d.* 8. *sect.* 2. *n.* 18.

80 *Præceptum affirmatiuum est, non negatiuum.*

Affirmatiuum est, non negatiuum. Quia præcepto restitutionis imperatur actus positiuus, nō negatio alicuius actus, ergo est affirmatiuū, & non negatiuū: consequētia patet, antecedēs, probo, quia præcepto restitutionis imperatur actus reddēdi, domino rē suā, vel rē ipsi debitā, & non præcipitur negatio retinēdi (nisi aliquādo ratione redditionis;

redditionis, quando scilicet res, quæ reddenda est, detinetur) quia præcepto restitutionis tantùm satisfit actu positiuo reddendi, & non negatione, seu cessatione retinendi. Qui enim tenetur rem alienam restituere, nõ satisfacit huic, obligationi cessando à retentione illius, nisi eã reddat Domino suo, quia qui eam rem deserit, eo ipso definit eam retinere, & tamen non satisfacit præcepto restitutionis, quoúsque eam suo Domino reddat. Vnde rem alienam retinere non est ratione sui peccatum, & contra præceptum aliquod proprium ipsius, sed tantùm est peccatũ ratione non restitutionis, & contra restitutionis præceptum, est enim causa formalis illius, vtpotè incompossibilis cum restitutione. Ita Sot. *l. 4. de iust. q. 6. a. 2.* Val. *2. 2. d. 5. q. 6. pun. 2.* Les. *l. 2. c. 7. dub. 10. n. 49.* Bonac. *de rest. d. 1. q. 1. p. 2.*

81 *Hoc verius esse iudico.*

Hanc sententiam veriorem esse iudico. Cuius Doctrina clarior exponitur in eo, qui præcepto restitutionis tenetur eo, quo damnũ intulit lædendo alienam famam, & bona fortunæ, hîc enim solo actu positiuo recompensandi damnum illatum satisfacis restitutionis præcepto absque cessatione à retentione famę, & bonorũ fortunæ. Abnego itaque præceptum restituendi esse idem quod præceptum non retinendi ratione sui, sed tantùm ratione restitutionis, seu redditionis rei nè scilicet quis impediatur reddere rem domino suo, quia dum retinetur, nequit reddi.

CAPVT XIV.

Circa obligationem restituendi ex delicto, & damnificatione.

DVBIVM III.

An obligatio restituendi oriatur, ex qualibet culpa etiam leui, & leuissima?

82 *Præmitto culpæ iuridicæ, ac Theologicæ diuisiones.*

REsolvo, culpam aliter sumi apud Theologos, aliter apud Iuristas. Culpa apud Theologos, idem est, quod peccatum coram Deo, siue mortale, siue veniale. Culpa vero iuridica, idem est, quod dolus, aut negligentia, seu diligentiæ omissio, ex qua damnum aliquod oritur, quę non semper est peccatũ apud Deum ex defectu deliberationis, qui aliquando reperitur. Culpa hæc iuridica quintuplex est, alia latissima, alia latior, alia lata, alia leuis, alia leuissima. Leuissima est apertus dolus, quo alterum ex intentione decipimus; qui contingit aut calliditate, aut fallacia, aut machinatione, calliditas sit tacendo fallacia mentiendo, & machinatio verborum artificio. Latior culpa est etiam dolus non apertus, iustè tamen præsumptus. Lata culpa est omissio diligentiæ ordinariæ, quam homines eiusdẽ conditionis assolent adhibere. Leuis culpa est, omissio diligentiæ maioris quàm ordinariè, quã homines eiusdẽ conditionis diligentiores adhibere solent. Leuissima culpa est omissio diligentiæ, quam homines eiusdem conditionis diligentissimi assolent adhibere. Quæsierim itaque, num obligatio restituendi oriatur ex qualibet culpa, etiam leui, & leuissima?

83 *Oriur plane obligatio.*

Oritur planè. Quia *cap. vlt. de iniur.* Gregor. XI. ait, *non excusari eum, cuius imperitia, vel negligentia damnum est datum, sed solum eum, qui vt non occideret, de contingentibus nihil omisit.* Et *cap. consuluisti. 2. q. 4.* Stephan. *v. inquit: Monendi sunt, & protestandi parentes, ve tam tenelos secum in vno lecto collocent, vè negligentia qualibet proueniente suffocentur, vel opprimentur, vnde ipsi rei homicidis inueniantur.* Ergo ex qualibet culpa etiam leui, aut leuissima oritur restitutionis obligatio. Sic Ang. Adri. Barbati. Panormit. & alij, quos refert. Mol. *to. 3. d. 698. n. 2.*

84 *Non oritur.*

Damnum datum ex culpa lata obligat ad restitutionem, in foro conscientiæ ante iudicis sententiam, datum verò ex leui aut leuissima non ligat. Quia obligatio hęc neque oritur ratione rei acceptæ: nam vbi non est peccatum, non est iniustita, neque ex contractu oritur. Ergo talis obligatio ponenda non est. Et quia culpa lata est, quando aliquis omittit diligentiam quam homines eiusdem conditionis communiter adhibere solent. Ergo qui eam diligentiam non omittit, satisfacit suæ obligationi, nemo enim tenetur ad diligentiam exquisitam adhibendam in suis operibus, satis est, si communem & ordinariam adhibeat, Ergo ex leui, vel leuissima culpa non oritur restituendi obligatio. Ita Innocentius, Decius, Felinus, & alij apud Molinam *vbi sup.*

85 *Eiusdem sum mentis*

Eiusdem mentis sum, quem textus allegati pro prima sententia vrgent. In textu enim primo sermo est de culpa lata, nempe quando aliquid de communiter contingentibus omissum est. Culpa autem lata regulariter affert secum peccatum Theologicum. In secundo similiter culpa lata innitur ob magnum paruulum opprimendi periculum, quod quilibet prudens præuenire, ac vitare tenetur.

DVBIVM IV.

An consurgat obligatio restituendi in conscientia ob damnum ex culpa veniali Theologica obueniens.

86 *Quæstionis status.*

NOn est sermo quando culpa est venialis ex paruitate materiæ, seu damni parui illati, tunc enim certum est, quod sicut furtum vnius Iulij, aut vnius Regalis est peccatum veniale, sic & illius retentio veniale erit, atqui deo ex damnificatione leui insurget enim obligatio sub veniali restituendi. Sed quæstio est, an quando materia, & damnum est graue, sed illatum ob culpam tuam non mortalem sed venialem Theologice loquendo, sit obligatio in conscientia restituendi illud damnum.

87 *Consurgit ex veniali culpa restitutionis obligatio.*

Consurgit quidem restituendi obligatio ex huiusmodi veniali culpa. Quia non potest contingere in hoc casu venialis culpa nisi ex defectu plenæ aduertentiæ, nõ enim prouenit lex leuitate materiæ, cũ supponatur materia esse grauissima nec etiã ex defectu ac omissione debitæ diligentiæ, nam adhibuit iam diligentiam, quam communiter prudentes adhibent, & tunc

tunc nullo modo peccat licet non adhibeat illam, quàm diligentiores, vel diligentissimi adhibere assolent, & ideo sit culpa leuis, aut leuissima iuridica, si verò illam communem diligentiam non adhibuit, iam peccat mortaliter. Ita Turrian. *de iust. d.* 11. *dub.* 2. *n.* 12. Vasq. *de rest. c.* 2. §. 2. *dub.* 2. *n.* 2. & alij.

88 *Non consurgit.* Non consurgit communiter obligatio restituendi ex peccato veniali graue damnum. Quia culpa venialis non est simpliciter delictum, & iniuria, quate non debet parere obligationem grauem restituendi, sicut ex contractu si consensus non fuit præstitus cum plena deliberatione; & libertate, non nascitur obligatio, nec votum eo modo emissum obligat, sic etiam iniuria illata cum imperfecta illa aduertentia, & solum venialiter culpabilis, non potest parere obligationem grauem restituendi ex delicto, non est enim à causa plene, ac perfectè voluntaria. Ita Sotus *de iust. libr.* 4. *q.* 7. *artic.* 2. Nauarra *de rest. l.* 2. *c.* 1. *n.* 48. Henrig. *tract. de irregul. cap.* 15. Vbi alios citat. Sà *v. Restitutio.* Nauar. *sum. c.* 27. *n.* 22. Les. *l.* 2. *cap.* 7. *dub.* 6. Lugo *de iust. to.* 1. *d.* 8 *sect.* 5. *n.* 56. asserens P. Alfonsum Rodrig. & P. Ioannem de Salas meum Sapientissimum Magistrum idem in manuscriptis docuisse.

89 *Hoc verius longe esse crediderim.* Hoc verius longe putarim. Quia licet hæc obligatio restituendi ex delicto non sit proprie pœna; imitatur tamen aliquo modo pœnam, vnde sicut non est ad pœnam obligatio, vbi culpa non præcessit, sic non est obligatio ad pœnam grauem, vbi non præcessit grauis culpa, nec vllus index, si hoc constaret, ob leuem culpam imponeret pœnam, quam lex delicto grani imposuit. Vnde si P. Vasq. vult, quod ex veniali peccato remaneat obligatio restituendi, ex delicto totum illud damnum graue, iam videtur supra condignum illum punire leuem defectum, quia obligatio restituenndi præcisè ex eo; quod damnum illud fuerit voluntarie illatum, sed ex eo, quod culpabiliter illatum fuerit, potuit enim esse voluntarie illatum, & tamen propter ignorantiam inuincibilem esse absque omni culpa, quo casu ipse Vasquez concedit, nullam esse restituendi obligationem. Debet ergo commensurari illa obligatio non cum sola voluntarij ratione, sed cum voluntario vt culpabili, imo non vt culpabili vtcumque, sed vt culpabili contra iustitiam, potuit enim esse actus culpabilis, & mortalis ex alio capite, & tamen si non fuit culpabilis sub ratione iniustitiæ, non manebit restituendi obligatio.

DVBIVM V.

An in sententia asserente ex culpa veniali oriri restituendi obligationem, talis obligatio sit restituendi totum damnum?

90 *Quæstionis status.* Vidimus *n.* 87. ex Turriano, & Vasq. (queis addo Molinam *to.* 3. *d.* 698. Bonacinam *de Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. V. rest. d.* 1. *q.* 1 *pun.* 3. Rebellum, Turrianum, Reginaldum, & Laymanum, quos refert ac sequitur Hurtado *de iustit. d.* 5. *difficult.* 1.) illationem iniustam damni grauis obligare ad restitutionem, quamuis non sit mortalis seu perfecte libera, sed tantum venialis. Inter Auctores tamen huius sententiæ, (à qua recessi) voluitur quæstio, an in hoc casu obligatio restituendi totum damnum, an tantum partem aliquam?

91 *Non est obligatio restituendi totum damnum.* Non est obligatio restituendi totum damnum, sed tantum partem aliquam. Quia obligatio restitutionis proueniens ex delicto damnificationis, est pœna ipsi debita, pœna autem debet esse proportionata delicto, ac proinde, qui imperfecte ac venialiter damnificauit, non tenetur ad totius restitutionem, sed solùm alicuius partis, maioris, scilicet, vel minoris pro maioritate, aut minoritate ipsius delicti damnificationis: Vnde infert, delictum veniale damnificationis posse adeò leue existere, vt vix sit obligatio restituendi centesimam damni partem. Sic Bonacin. *de restitution. d.* 1. *quæstione prim. punct.* 3. Molina, Rebel. Reginal. Layman. apud Hurtado *citatum.*

92 *Obligatio est totum damnum restituendi.* Est obligatio totum damnum restituendi. Quia si iuxta illam sententiam est obligatio restituendi damnum illatum liberè, quamuis tantùm venialiter, nam est libere illatum, etiam erit obligatio restituendi totum illud, quia totum sic est illatum. Ita Vasquez, & Turrianus dum absque limitatione dicunt esse obligationem restituendi damnum liberè illatum, Hurtado *de iustit. d.* 5 *difficultat. prim.*

93 *Hanc eligerem sententiam si sentirem, ex culpa veniali oriri obligationem restituendi.* Hanc eligerem sententiam abnegans eam restitutionis obligationem esse pœnam, quia damnificans non est obligatus ad restitutionem, vt restitutione puniatur, sed vt iniustitiam, seu inæqualitatem damnificatione factam restitutione ad iustitiam seu æqualitatem reducat. Hanc inquam sententiam eligerem, si cum ijs sentirem, qui asseruere, ex culpa veniali oriri restitutionis obligationem.

DVBIVM VI.

An Qui ignorantia comitante inuincibili damnum intulit, teneatur, ad restitutionem?

94 *Quæstionis status.* Occidit quis inimicum credens inuincibiliter esse feram, quem etiam occideret, quamuis eũ agnosceret. Vel incendit quis arborem inimici, credens inuincibiliter esse suam, quam etiam incenderet, quamuis agnosceret esse inimici. Quæsierim, num in his, aut similib. casibus sic damnificans ad restitutionẽ teneatur?

95 *Tenetur quidem.* Teneretur quidem. Quia in damnificante adest voluntas inferendi damnum illud, & cum effectu illud infert, vnde damnificatio illa ab iniustitia non excusatur, ergo nec à restitutionis obligatione. Sic Mercado *l.* 6. *c.* 5. & alij.

96 Minime tenetur. Quia tunc damnificatio illa

E. SCOBAR Theol. Mor. Tom. VI. VII. E. IV. C.

Non tenetur. illa, v.g. occisio inimici, & arboris incensio hîc & nunc non est voluntaria, non enim procedit à voluntate, cum non fuerit ante intellectu præuisa, ac proposita voluntati, sed tantum procedit ab alia voluntate comitante damnificationem illam, nam occisio illa inimici tantùm processit à voluntate occidendi feram, & incensio illa arboris inimici à voluntate incendendi arborem propriam, damnificatio verò, quæ hîc, & nunc non fit voluntariè, non obligat ad restitutionem. Ita Vasquez *de restitutio. capite 2. §. 2. dub. quarto* Nauarra *de restitut. libro secund. cap. prim. difficult. 7.* Lessius *lib. secund. cap. septim. dub. 9.* Turrian. *de iust. d. 11. dub. 33.* Bonac. *de restitut. d. 1. quæstione 1. pun. tertio.*

97. *Hoc longe verius esse credo* Hoc longe verius esse non dubito. Quia quod in damnificante sit alias voluntas inferendi damnum illud, non sufficit ad restitutionis obligationem: damnificatio namque illa ex ea voluntate non procedit, sed ex illa altera occidendi feram, aut arborem propriam succendendi, sola autem voluntas damnificandi absque exteriori opere ex illa nascente, ad id non sufficit. Vnde quamuis sic damnificans non excusetur à peccato malæ illius voluntatis concomitantis, damnificatio tamen ipsa exterior excusatur à peccato iniustitiæ ex defectu voluntatis, & ipsius hîc, & nunc libertatis.

DVBIVM VII.

An inferens damnum alicui, quod alteri tertio imputatur, teneatur ad restitutionem damni ipsi tertio euenientis?

98 *Statu quæstionis.* PEtrus occidit Ioannem, aut furatus est bona Ioannis, & mors Ioannis vel furtum illud patratum à Petro Antonio imputatur, vel quia erat inimicus Ioannis, vel alia de causa. Quæritur ergo, num Petrus, qui damnum intulit Ioanni teneatur ad restitutionem damni illati Antonio, qui ob id fuit supplicio affectus in bonis corporis, aut honoris, aut fortunæ?

99 *Tenetur ad restitutionẽ damni.* Tenetur Petrus ad restitutionem damni euenientis Antonio, si probabiliter iudicauit, damnum illud Antonio euenturum, & non adhibuit prudentem cautionem ad illud vitandum, quamuis non intenderit damnum illud Antonio euenire. Quia tunc Petrus verè est causa iniusta damni inferendi Antonio. Ergo tenetur ad restitutionem damni iam illati Antonio, & ad impediendum quod ipsi inferendum est. Sic Vasq. *de restit. c. 2. §. 2. dub. 4.* Nauar. *de rest. l. 2. c. 1. dub. 9.* Reb. *de iust. p. 1. l. 3. c. 11.* Turrian. *de iust. d. 11. dub. 3.*

100 *Non tenetur.* Non tenetur Petrus ad restitutionem damni illati, aut inferendi Antonio, quamuis probabiliter iudicet damnum illud Antonio euenturum. Quia tunc damnum illud non euenit Antonio ex opere Petri, sed per accidens ex malitia, aut ex ignorantia testium, vel Iudicis: Ergo Petrus nullam Antonio intulit iniustiam. Ita Sot. *l. 4. de iust. q. 6. a. 3.* Cord. *l. 1. q. 31. a. 3.* Mol. *d. 86.* Pedraza *ad 5. prac. §. 6.* Lopez *to. 1. c. 63.* Les. *l. 2. c. 9. dub. 16.* Laym. *l. 3. tr. 3. p. 3. c. 6.* Bonac. *de rest. d. 2. q. vlt. pun. vlt.*

101 *Cum his opinor.* Cum his opinor adijciens hoc verum esse, etiamsi Petrus intendat illud damnum inferre Antonio, vt contra Sotum, Molinam, Corduban, & Pedrazam Lessius docet, cui Bonacina & alij adhærescunt. Quia si Petrus verè damnum non intulit Antonio, nihil refert ad obligationem restitutionis, quod id intendat: sola enim intentio absque opere exteriori iniustitiæ ad restitutionem non obligat. Constat igitur Petrum vere non esse causam damni Antonio illati, sed hoc per accidens ex Petri opere ortum habuisse.

DVBIVM VIII.

An qui accipit rem ex contractu cedente in vtilitatem suiipsius, verb. gr. commodati nudi, teneatur ad restitutionem damni secuti ex culpa minori, quàm lata, & etiam qui accipit rem ex contractu cedente in vtilitatem ipsius, & in vtilitatem dantis, vt ex contractu locationis, & conductionis.

102 *Tenetur ex culpa, seu negligentia leuissima.* QVi accipit rem ex contractu cedente in vtilitatem accipientis solius tenetur ex culpa, seu negligentia leuissima, siue minima. Quia hic tenetur adhibere maximam diligentiam, debet enim adhibere maiorem, quam qui accipit rem, cedentem in vtriusque vtilitatem, hic verò tenetur ex leui, & hoc dispositum est iure Cæsareo. Qui autem accipit rem ex contractu cedente in vtilitatem vtriusque, tenetur ex culpa, seu negligentia leui, in custodia enim illius tenetur adhibere maiorem diligentiam, quam qui accipit rem ex contractu cedente in dantis vtilitatẽ solius, ac proinde tenetur ex culpa maiore, quã ille, & consequenter ad minus tenetur ex leui, non verò ex leuissima, sic Arag. & Bannes 2. 2. *qu. 62.* Mol. *d. 245.* Vasq. *de rest. c. 2. §. 2. dub. 6.* Bon. *de contr. d. 3. q. 1. p. 6.* & plures alij Theologi; ac Iurisperiti. Ex his auctorib. nonnulli edocẽt ad obligationem restitutionis in casib. hisce sufficere culpam iuridicam absque Theologica, alij etiam Theologicam requirunt: Imo aliqui ad eam obligationem requirunt culpam mortalem, quando graue secutum est damnum.

103 *Non tenetur nisi ex culpa lata.* Neuter (secluso pacto Assecurationis) tenetur, nisi ex culpa lata, Quia in primis ex iure naturali non tenetur ex minori quam lata culpa, nam accipienti rem adhuc ex contractu cedente in vtilitatem tantum ipsius, absque fundamento imponitur obligatio iustitiæ adhibendi in illius custodia maiorem diligentiam, quando minus ipsius rei prudenter procedens adhibet, Dominus autem rei communem

communem & ordinariam diligentiam attenta quantitate & qualitate rei adhibeat, & non adhibeat maiorem, nec maximam, negligentiæ minime accusabitur. Deinde iure positiuo non tenetur ex maiori culpa, quam lata, quia quãuis sint leges positiuæ, quibus imponitur obligatio maioris diligentiæ pro custodia rei acceptæ ex cõtractu cedente in vtilitatẽ vtriusque, accipiẽtis videlicet, & dantis rem, & obligatio maximæ diligentiæ pro custodia rei acceptæ ex contractu cedente in vtilitatem solius accipientis rem, & sint iustæ ob commune bonum, & vt omnis fraus ac negligentia vitetur, non tamen sunt vsu receptæ in foro conscientiæ ante sententiam Iudicis condemnatoriam. Ita Sotus *l. 4. de iust. q. septima articulo secund.* Hurtad. *de iust. d. 5. diffic. 6. Sa, v. Culpa* Henriq. *de Irregular. cap. 15.* Tolet *l. 5. c. 18.* Et probabile existimant Iessi. *l. 2. cap. 7. nu. 43.* Adam *d. 4. q. 6. nn. 50.* Becan. *de iust. q. 48.*

104 *Probabilio-rem hanc esse sententiam.*

Hæc sententia mihi est probabilior abnegãti, accipientem rem ex præfatis contractibus obligari ex iustitia ad maiorem adhibendam diligentiam. Quia quamuis hæc sit consentanea gratitudini, non tamen est debita ex ea, & multo minus ex iustitia.

DVBIVM IX.

An habens ex contractu rem alienam, debeat, eam præferre propriæ, quando vtramque non potest saluare.

105 *Quæstionis status.*

ACcidit v. gr. commune incendium, in quo habens rem alienam commodatam vel depositam, quam minime potest simul cum re propria peritura liberare. Quæritur, num debeat huiusmodi alienam rem propriæ præferre, an possit relicta vi ignis re aliena, liberationem rei propriæ procurare?

106 *Non debet alienas res præferre propriis plerumque*

In contractu, quo quis tenetur de culpa lata, potest quis res proprias etiã viliores alienis præponere; in iis verò contractibus, in quibus tenetur etiam de leui, potest pretiosiores vel æque pretiosas proprias præponere alienis; in iis autem contractibus, in quibus tenetur etiam de leuissima, vt quando habet rem commodatam in solam sui vtilitatem, potest solùm proprias pretiosiores alienis præferre. Quia qui tenetur solum de culpa lata, adhuc adhibet diligentiam communem, licet nolit cum dispendio rerum suarum alienas eripere; qui verò de leui tenetur, non agit quicquam contra id, quod prudentiores agunt, si ob proprias res æque pretiosas alias non meliores alienas in periculo deserat; denique præponere res pretiosas proprias minus pretiosis alienis, non est contra maximam diligentiam, quæ opponitur contra culpam leuissimam. Sic Syluester, Gabriel, Armilla, Angelus, quos refert, ac sequitur Vasq. *de restit. c. 2. §. 2. dub. 2.*

107 *Debet pro-priis præfer-re alienas*

Si res commodata pretiosior sit, quam propria, debet quis præferre eam propriæ, siue contractus sit in solam commodatarij, siue in solam commodantis, siue in vtriusque vtilitatem. Quia debetur diligentia saltem iuxta prudentiam communem; quinis autem prudens *frequentius* in communi periculo rem pretiosiorem vilior præponit. Si commodatum fuit in gratiam solius commodatarij, non potest hic compensare sibi aliquid pro iactura rei vilioris suæ, quã incẽdio, v. gr. reliquit: imò nec quando rem propriam æque pretiosam perdit, vt liberet alienam. Quia tunc nihil facit, ad quod vi contractus non teneatur, cum vi beneficij accepti, contractus, teneatur ad rei commodatæ diligentissimam custodiam, si res illa non perit occasione commodati, eodem enim modo peritura fuisset apud Dominum, potest compensare sibi pro iactura rei suæ vilioris. Quia in communi illo periculo magis tenetur homo rebus propriis, quam alienis consulere, si commodatum fuit in solius commodantis vtilitatem, vel vtriusque, potest commodatarius compensare rem suam viliorem, & alienam retinere, donec valor rei propriæ soluatur. Quia nemo tenetur cum rei propriæ iactura alienam conseruare, quando contractus nõ fuit in solam ipsius vtilitatem. Nec is, qui rem habet precario in solam sui vtilitatem, potest compensare pro re sua viliori, quando ea occasione perire debebat aliena pretiosior. Quia ratione accepti beneficij ad rei custodiã tenetur, si res cõmodata sit vtilior, potest cõmodatarius res suas præferre, ita tamẽ, vt si cõmodatũ fuit in eius solius cõmoditatem, debeat commodanti valorem rei commodatę, quę periit, vt propriæ pretiosiores saluarentur: si autem fuit in vtriusque, vel in solius commodantis vtilitatem, nihil tenetur restituere. Denique quando res alienę sunt eqùè pretiosæ cum proprijs, si commodatum fuit in solius commodatarij vtilitatem, tenetur res alienas præferre. Quia etiam cum æquali iactura debet rem commodatam conseruare, si verò fuit in vtriusque, vel solius commodantis vtilitatem, potest cõmodatarius res suas præponere, nec ad vllam restitutionem, vel compensationem tenetur. Ita Molina. *d. 296.* Qui fatetur non esse iuxta communem primam illorum sententiam, sed tamen esse magis rationi, ac naturali æquitati conformem.

108 *Aliter circa nonnulla sentio.*

Mihi autem paulo aliter dicendum videtur ex Cardinalis de Lugo mente *tomo primo de iust. dicto octauo sectio. 10. numero 132.* In foro externo is, qui rem pretiosam alienam reliquit in periculo, vt suas viliores ab incendio eriperet, obligandus est ad restitutionem, non solum quia dolus præsumitur, & quod potuerit alienas liberare, sicut propria potuit; sed etiam si constaret, quo non potuit vtrasque eripere, obligabitur ex eo, quod debebat vtiliter rem Domini gerere, & eam liberare, à domino postea recepturus rei propriæ vilioris valorem, quam ea de causa perdere voluit, vt alienam liberaret. Quia in foro externo non præsumitur dominum nó redditorum eum valorem, cum ad id tenerettr, Tunc tamen non obligaretur ad reddendum totum valorem rei pretiosæ, quæ periit, sed dempto valore rei vilioris propriæ, quam conseruauit. Quia cũ hanc debuisset dominus compensare, si res sua pretiosa conseruata fuisset, non amisit ob negligentiam commodatarij, vel depositarij totum valorem rei pretiosæ consumptæ sed excessum illius suprà id, quod res vilior valebat, cuius valorem ipse debuisset com-

pensare. In foro externo, si re vera commodatarius, vel quivis alius sciret, non recepturum se à Domino res pretiosæ valorem suarum rerum viliorum, quas ob rem alienam conseruandam perire permitteret: non debet in conscientia aliquid restituere Domino, licet res viliores proprias conseruauerit, & alienam pretiosam perire permiserit. Quia nec diligentia maxima, ad quam commodatarius tenetur, nec natura contractus obligat ad custodiendam rem cum magno detrimento proprio, cum nec in rebus propriis custodiendis diligentissimus ac prudentissimus id faciat. Quando res propriæ sunt æquè pretiosæ, & multò magis si pretiosiores sint) nulla est obligatio præferendi rem alienã, siue contractus sit in gratiam vtriusque, siue in solam illius, apud quem res aliena habetur. Quia præferendo rem alienam in eo casu non ageret magis vtiliter negotium Domini quàm præferendo. Nam si voluisset rem propriam expendere, & relinquere in periculo, vt alienam liberaret, posset à Domino exigere rei suę valorem, tanquam sumptus extraordinarios factos ad illius rei conseruationem. Nec in eo casu est vlla obligatio in commodatario, vel aliis compensandi aliquid Domino pro eius re, in periculo relicta, vt propria saluaretur. Quia quando commodatarius sinit perire res suas, vt saluet alienam magis pretiosã, debet ei fieri compensatio pro re sua à Domino rei prætiosæ: quando verò sinit perire rem æque, vel minus pretiosam alienam, vt saluet suam non debet ipse aliquid compensare Domino rei quæ perit. Idem dicendum, si res aliena ob periculum illud eodem modo periisse deberet, si apud Dominum suum mansisset: adhuc enim in eo casu procederent præfatæ regulæ. Quia tunc etiam commodatarius, vel depositarius, vel depositarius, & similes, ratione custodiæ quam implicite promiserũt, debent quoties absque graui detrimento suo possunt saluare, & custodire rem alienam: quare si pretiosior sit, debent eam rebus propriis præferre, quando notabile detrimentum harum non sciunt ab illius domino non fore compensandum. Non vero tenentur eo casu æque, vel minus pretiosas alienas propriis præferre, nec pro illis tunc consumptis, vel pereuntibus aliquid dominis compensare.

DVBIVM X.

Mittit Antonius Ioanni pecuniam in solutionem debiti, quod debet: Possum ne illam accipere in compensationem eiusdem quantitatis quam mihi debet Antonius?

109 *Certum præmitto.*

SCio posse creditorem existentibus aliis circumstantiis ad compensationem requisitis, accipere ac retinere sibi rem debitoris, quãdo ipse alteri dono mittit, dũmodo res illa nõdũ sit à donatario acceptata, quia dũ acceptata à donatario nõ est, adhuc manet sub Dominio donatoris, qui potest adhuc donationẽ renocare vt suppono: Ergò sicut ex aliis rebus debitoris, sic etiam ex illa potest cõpensatio fieri nõ obstante damno, quod donatario sequitur. Sed quid si Antonius v. gr. mittat illam pecuniam Ioanni non ex dono, sed indebiti solutionem? Possumne ex ea accepta meum debitum compensare?

110 *Minimè potest*

Minimè potes. Quia id fieret cum iniuria Ioannis, cui suum debitum clam auferretur; nisi aliunde ipse ita commodè posset debitum suum recuperare, quia habet Chyrographum, & alia requisita. Sic Vasquez *de rest. c. 5. §. 1. dub. 10. num. 47.*

111 *Potest omnino.*

Potes quidem. Quia licet scires, Antonium habere animum soluendi ex illa pecunia post mensem debitum Ioanni, potes tunc eam occultè accipere sicut & alia bona eiusdem Antonij, ad tuum debitum compensandum: Ergò licet data sit tibi ab Antonio ad eum finem, vt Ioanni soluatur, poteris eam intercipere, quandiu manet sub Antonij Dominio. Ita Sanch. *l. 9. de matr. d. 4. n. 30.* Lugo *to. 1. de iust. d. 16. num. 111.*

112 *Hoc verius esse crediderim.*

Hoc verius esse crediderim, quod ex casu de matrimonio confirmo. Potest vxor expendere in necessariis sibi, vel familiæ id quod maritus ei determinatè dederat ad soluenda debita aliqua ipsius mariti si id vere expendit pro graui familiæ necessitate; quia accipit de bonis, quæ adhuc sunt viri id, quod maritus debet familię grauem necessitatem patienti. Quo casu P. Sancius *l. 9. de matr. d. 4. num. 30.* dicit, non teneri vxorem postea creditoribus de suo soluere damnum, quod creditores ex occasione passi sunt, quia vsa fuit iure suo accipiendo de bonis viri id, quod vir debebat familiæ graui pressæ necessitate. Haud aliter igitur cum accipias de bonis, quæ adhuc sunt Antonij, id quod Antonius tibi debet, videris etiam vti iure tuo absque vlla Ioannis creditoris iniuria.

DVBIVM XI.

An res per compensationem occultam accepta, transeat statim, in accipientis Dominium?

113 *Non transit.*

MInimè transit. Quia antiquus dominus, quando rem illam inuenerit, poterit illam tanquam suam vendicare: Ergo adhuc erat sua. Sic Medina *C. de restit. q. 11.*

114 *Transit quidem.*

Transit omnino. Quia alioquin si res illa postea fortuito periret apud compensantem, periret antiquo Domino, & non compensanti: res enim suo Domino perit: atque adeò posset secundo debitum suum sibi compensare, quod nullus admittet. Ita Molina *tomo tertio de iust. d. 691. num. 3.* Lugo *to. 1. de iust. d. 16. num. 112.* & alij.

115 *Hoc teneo & vberius confirmo.*

Propter hoc argumentum hæc sententia mihi magis placet. Ratio autem à priori illius hæc videtur esse, quod vbicumque apprehenditur rei possessio, quæ vel domino careat, vel Dominus non sit irrationabiliter inuitus, nihil deesse videtur, quominus fiat accipientis, perinde enim est, Dominum non esse inuitum, vel non esse rationabiliter, inuitum ac si Domino careret, ad effectum vitandi furti malitiam: quando autem creditor non

non potest aliter suum debitum recuperare, Dominus non est rationabiliter inuitus, si sibi prouideat, & compenset ex bonis debitoris, cum per hoc Dominus solummodo cogatur, soluere, quod debet. Ergo nihil impedit, ne creditor fiat verè rei acceptæ Dominus. Ad fundamentum autem Medinæ pro prima sententia adductum, Molina respondet, debitorem non posse rem illam postea apud creditorem inuentam sibi vendicare, si ipsi constet, compensationem factam fuisse debitis conditionibus. Quare si eam propria authoritate, vel Iudicis officio recuperat, id fit, quia præsumitur compensatio iniuste facta. Facilius aut em respondeo, admittendo, posse debitorem rem suam postea vindicare, soluendo debitum alio modo; quia creditor hoc pacto solum, & cum limitatione videtur adquisisse rei dominium, vt quoties debito vellet debitum soluere, posset rem suam recuperare. Quia in tantum poterat rei acceptæ dominium acquirere, in quantum debitor non erat irrationabiliter inuitus: debitor autem, licet dum non soluebat debitum, non posset rationabiliter repugnare compensationi: poterat tamen cum hoc pacto & limitatione consentire, quia hoc modo consulebat sibi, ac suo debitori.

CAPVT XV.

Circa Restitutionem ratione rei acceptæ.

DVBIVM XII.

An qui rem furtiuam vel malâ fide emit, teneatur eam proprio Domino restituere, vel possit eam furi reddere, vt ab illo pretium recuperet?

116 *Quæstionis status*

VPPONO, eum, qui rem furtiuam ab aliquo gratis accipit, teneri eam Domino restituere, & non posse eam furi reddere (nisi sit moraliter certus, quod fur eam restituet.) quia tenetur ratione rei alienæ acceptæ, seu habitæ: & non tenetur furi, furis enim non est: ergo Domino tenetur. Si vero gratis non accepit, quæsierim an possit, vt recuperet pretium, rem reddere furi, an potius debeat eam Domino restituere?

117 *Qui bona fide emit adhuc tenetur Domino reddere nec potest furi.*

Qui rem furtiuam emit adhuc bona fide, tenetur eam domino reddere, & non potest eam tradere furi. Quia qui eam emit, tenetur restituere ratione rei acceptæ, est enim aliena: Ergo restituenda est ei cuius est, ergò non furi, cuius non est. Quod autem pretium à fure non valeat recuperare, accidens est fortunæ. Sic Sotus *l. 4. de iust q. 7. articulo secund.* Medi *q. 10. de restit. §. verum.* Ledesma *. 2. p. 41. q. 18. articulo sexto* Couarruuias *regu. peccatum parte tertia.*

118 *Qui mala fide emit potest eam*

Qui rem furtiuam emit adhuc mala fide, non tenetur eam Domino restituere, sed potest eam reddere furi à quo eam accepit, vt ab eo pretium recipiat. Quia quisque potest sibi potius, quàm aliis consulere, præsertim quando non constituit rem in peiori statu, vt contingit in casu præsenti, eam enim reddit ei, à quo accepit. Ita Alexander. *p. 4. q. 86. num. 63. articulo 5.* Gabr. *in 4. dist. 15. q. 3. articulo 3. dub. 5.* Syluestr. *v. Restitutio 3. q. 7.* Angel. *ibi 1.* *fuit red dere, nec tenetur Domino restituere.*

Existimo sic quæstioni respondendum. Qui bona fide emit rem furtiuam, non tenetur eam Domino restituere, sed potest furi reddere vt ab eo pretium recuperet, quia cum detrimento proprio præsertim æquali non tenetur quis Domino conseruare rem, quæ apud illum est absque iniuria in eum irrogata, & absque eo quod voluntarie eam ille receperit, siue admiserit vt alienam; id enim ratio non exigit: Ergo absque iniuria posset eam deferre, quamuis esset peritura: ergo etiam potest eam reddere furi quamuis non restituturo. lege Dubium 20. 119 *Iudicium Auctoris.*

DVBIVM XIII.

An possidens malâ fide rem alienam, si apud ipsum pereat, teneatur, eam restituere, quando aliàs apud Dominum erat peritura?

CErtum mihi, possidentem mala fide rem alienam teneri ad restitutionem, non tantum damni emergentis, & lucri cessantis domino, cuius est res: sed etiam ad restitutionem ipsius rei si apud ipsum pereat quamuis à casu, si apud dominum non erat peritura, quæsierim autem, num res illa etiam sit restituenda quando alias apud Dominum erat peritura siue à casu, siue iuste ab altero, vt iusta hostium incursione? Et hoc posterius addo, quasi peritura erat alterius iniustitia, tunc possessor malæ fidei tenetur ad restitutionem, sicut teneretur ille alter si iniuste eã auferet, vel destrueret. 120 *Certa supponо.*

Restituenda est, quamuis aliàs esset apud Dominum peritura, quia possessor malæ fidei tenetur ad restitutionem ratione iniustę acceptionis, uel retentionis: hæc autem semper obligat ad restituendum rem quamuis casu depereat: inæqualitas enim seu iniustitia ablationis vel retentionis tantum, reducitur ad æqualitaté restitutionis rei iniustè ablatæ vel retentæ. Sic Palud. *in 4. dist. 5. q. 2. numer. 1.* Bartol. *ad l. Quod te mihi. ff. si certum petatur, numer. 10.* Alexander. *ad l. Cum res, ff. de legat. 1.* 121 *Restituenda est.*

Non est restituenda, quia tunc iniusta possessio, vel ablatio desinit esse damnificans, siue causa efficax damni: tunc enim absque iniustitia etiam erat peritura apud dominum existẽs. Ita Medina *de restitut. quæst. 6.* Vásquez *de restitut. capite quinto paragrapho primo dub. 11* Bonac. *de restitut. d. 1. quæst. 3. pun. 10.* Couar. Lessi. & alij, quos citat & sequitur Hurtado *de iustit. d. 6. diffic. 3.* 122 *Non est restituenda*

Hos sequor, abnegans, iniustam acceptionem obligare ad restitutionem: solùm enim obligat, quando damnum domino infert. Igitur non tenetur quis restituere, quamuis res non pereat à casu, sed eam physice immediate liberè destruat, si illam destruit in illo loco, in quo peritura erat absque iniustitia & intra illud tempus, in quo absque iniustitia peritura fuisset: 123 *Hos sequo remque vberius expendo.*

F. SCOBAR Theol: Mor. Tom: VI. VII. F. I. V. C.

set: v.g. quando quis physicè destruit segetes, quæ eluuione destruendæ erant; tunc enim destructio illa segetum desinit esse damnosa domino, seu eum damnificans, nam illæ perituræ erant absque iniustitia in eodem loco, & post illud tempus. Tenetur tamen rem alienam restituere si illam destruit in alio loco, in quo peritura non erat, vt pallium, quod existens apud furem non erat periturum, & existens apud Dominum periturum erat, quamuis à casu, & absque iniustitia; tunc enim destructio illa est damnificans dominum, quia in eo loco existens apud furem, domino non erat periturum. Et etiam tenetur ad restitutionem, si rem destruit post tempus, intra quod erat peritura siue in eodem loco, siue in alio vt res quæ ex naufragio dicitur, & post naufragium destruitur. Quia tunc res illa perseuerans non erat post naufragium peritura.

DVBIVM XIV.

An possessor malæ fidei teneatur rem alienam restituere iuxta maiorem valorem, quem à tempore iniustæ acceptionis habuit, si forte pereat, aut deterior fiat.

124 *Statum quæstionis statuo.*

NOmine valoris intelligo non tantum valorem intrinsecum, quo res intrinsecè crescti, vt quando leges, & pullus equinus intrinsecè crescunt; sed etiam extrinsecum, quo res extrinsecè increscit, vt quando triticum extrinsecè creseit, nunc viginti; postea triginta valens. Quæstio igitur est, an possessor malæ fidei teneatur restituere rem alienam iuxta maiorem valorem, quem habuit, v.gr. si furatus est, vel iniuste retineant triticum valens decem, & postea viginti: an teneatur restituere viginti, si forte post modum pereat, aut valeat minoris, & si furatus est pullum equinum valentem viginti, & postea effectum meliorem valentem triginta, triginta restituere debeat, si forte depereat, aut minoris æstimetur?

125 *Restituenda semper est secundum maiorem valorem.*

Restituenda omnino semper est secundum eum maiorem valorem. Quia res etiam secundum eum maiorem valorem pertinuit ad dominum, domino enim res illa creuit: Ergò iuxta eum valorem est illi restituenda. Sic Nauar. *summ. c. 17. num. 26.* Gabriel *in 4. dist. 15. q. 2. articul. 3. dub. 1.* Sylvest. *v. Furtum, q. 16.* Angel. *ibid. n. 44.*

126 *Non semper secundum maiorem valorē restituenda*

Non est restituenda semper res secundum maiorem valorem quem apud malæ fidei possessorem; sed tantum quando dominus rei vere fuit damnificatus in eo maiori valore. Quia tūc non tenetur ad id ratione rei acceptæ, seu habitę, nam vel eam absolute non habet quia periit, vel eam non habet secundum maiorem valorem quod iam sit facta deterior, vt supponimus. Ratione verò iniustæ acceptionis seu retentionis non est restituendi obligatio, nisi quando iniusta acceptio seu retentio fuit domino damnosa: ergo quando dominus damnificatus non fuit in re sua secundum maiorem valorem, vt potest contingere non est eam illi restituendi iuxta eum valorem obligatio. Ita Couar. *regu. peccatum p. 2. §. 6.* Medi. *de restit. q. 6.* Vasq. *de rest. c. 3. §. 1. dub. 12.* Lessi *l. 2. c. 2. dub. 6.* Bonac. *de restit. d. primo quæstion. tertia puncto 11.* Hurtadus *de institut. dicta sexto diffic. 5.*

127 *Hoc teneo, & uberius expono.*

Hoc teneo, & expono. Tunc dominus dicitur in re sua damnificatus secundum maiorē valorem siue res perierit siue facta fuerit deterior culpa iipsius possessoris iniqui, siue à casu absque ipsius culpa: si liberè omisit restituere rem in eo statu meliorationis, quando dominus erat rem sic melioratam alienaturus, & eam non alienauit, quia erat tunc apud iniquum possessorem; vel quando dominus loco illius rei, verbi gratia tritici, qua eo erat spoliatus emit aliud simile maiori pretio; vel quando dominus rei erat vsurus, seu fruiturus ea re sic meliorata vsu, vel fruitione pretiosiore proportionata rei melioratæ, & fuitus non fuit: vel vsus non fuit illa sic meliorara, eo quod ea sic meliorata erat spoliatus. Tunc verò dominus rei non dicitur damnificatus in re sua secundum eum maiorem valorem, sed secundum alium minorem, quando dominus quamuis non esset spoliatus non erat sic melioratum alienaturus, nec loco illius rei aliam in eo valore similem maiori pretio emit: nec ea sic meliorata erat fruiturus, nec vsurus vsu, vel fruitione pretiosiori, siue apud ipsum iniquum possessorem perierit à casu facta deterior, siue culpa illius. Vnde qui furatus est, vel iniuste retinet, verbi gratia triticum valoris decem, & postea apud eum furem, vel iniustum retentorem perseuerans valet viginti, tenetur triticum restituere secundum valorem viginti, si dominus illud habens erat id viginti venditurus. Quia tunc dominus damnificatus est in suo tritico secundum eum valorem si vero illud habens, non erat venditurus, nisi quindecim, non est illi secundum valorem quindecim. Quia dominus tantum est damnificatus in suo tritico secundum eum valorem. Et si dominus spoliatus suo tritico emit aliud in suo valore sim le pretio triginta, est illi secundum valorem hunc restituendum. Etsi tantum emit pretio quindecim, est ei restituendum iuxta eū valorem solummodo. Quando vero ignoratur, quo statu vel in quo pretio dominus erat in rē sibi ablatam alienaturus, si apud ipsum esset, restitutio facienda est non secundum maiorem valorem, quem res habuit, (quidquid dicat P. Vasquez *ibi*, *numero 77.*) nec secundum minorem; sed secundum minorem, sed secundum valorem minorem maiore, & maiorem minore ad prudentis arbitrium, attenta maioritate credulitatis pretij, quo erat à domino alienanda. Quia si non magis credatur, quod alienanda esset maiori, quam minori pretio restituenda est iuxta pretium medium inter maius, & minus.

DVBIVM

DVBIVM XV.

An possessor malæ fidei teneatur, rei alienæ restituere fructus, quos percepit; sed iam non habet, quia malæ fide consumpsit, quos tamen dominus non erat percepturus?

128 *Non tenetur.* MInimè tenetur. Quia tunc possessor malæ fidei nullum malum intulit Domino qui nihil ex his fructibus percepturus fuerat. Sic Vasquez *de restit cap. 5. §. 1. dub. 13.* Couar. *reg. peccatum p. 1. §. 6.* Nauarra *de rest. l. 4. c. 1. numer. 36* Sylvest. & Medi. apud Hurtad. *citandum.*

129 *Tenetur plane.* Tenetur omnino. Quia fructus illi vere ad dominum pertinebant, vtpote fructus rei suæ & alias non erant perituri à casu, nec iuste, vt suppono. Ergo quis eos mala fide, seu aduertens, quod pertinerent ad dominum, consumpsit, tenetur eos restituere. Ita Molina *tomo tertio d. 727. numero 4.* Lessi. *l. 2. cap. 12. dub. 17.* Rebel. *de iust. l. secund. quæst. tertia* Hurtad. *de iustit. d. sexto diffic. 6.* Bonac. *de restit. d. primo qu. 3. pun. vlt.*

130 *Hæ mihi probabiliu.* Sententiam hanc longe probabiliorem esse crediderim. Quia possessor ille tenebatur fructus illos iam perceptos restituere domino ante eorum consumptionem, quamuis alias Dominus illos percepturus non esset, nam ad Dominum pertinebant, Ergo si illos mala fide consumpsit, tenetur eos restituere ratione iniustæ acceptionis, & retentionis, consumptionisque ipsorum, qua damnificauit dominum, ei non tradendo eos fructus ad eum pertinentes, quibus post restitutionem ei factam frui poterat, quamuis ipse alias eos non erat percepturus. Adeò hoc verum puto, vt vix darem contrariam sententiam esse probabilem, nisi tantorum virorum authoritate fulciretur.

DVBIVM XVI.

An possessor bonæ fidei teneatur ad restituendam domino rem alienam extantem vel quantum eius causa factus est locupletior, quando fur non est factus impotens ad restituendum?

131 *Regulam vniuersalē præmitto.* REgula vniuersalis est, *possessorem bonæ fidei solum teneri ad restituendum domino rem alienam extantem, vel quantum eius causa factus esse locupletior.* Quia cum solum teneatur ratione rei acceptæ, solum tenetur in quantum ipsa res in se vel in æquivalenti manet apud ipsum. Infero, eum, qui dono accipit rem furtiuam, & eam bona fide consumpsit non teneri ad restitutionem, nisi factus sit locupletior: vt si inuitatus ad cœnam furtiuam bona fide cœnasti solum debes restituere, quantum minus domui tuæ expendisti. Similiter qui in bello iniusto plura acquisiuit bona fide ex hostibus, postea comperta belli iniustitia, debet restituere ea, quæ extant, vel quantum ex illis factus est ditior. Quæsierim igitur, nùm possessor bonæ fidei teneatur restituere Domino non solum rem extantem, sed etiam quantum ex re furtiua aliena factus est locupletior?

132 *Non tenetur, cum fur non est ad restituendū factus impotens.* Non tenetur restituere id in quo factus est locupletior ex re aliena, quam bona fide consumpsit, quando fur non est factus ad restituendum impotens. Quia ipse qui iniustè donauit, & causa fuit, vt alter rem bona fide consumeret tenetur ad id, quod ex iniusta donatione consequitur. Sic Medina *de restit. quæst. 10.* Bañes *2. 2. quæst. 62. articulo sexto dubio tertio conclus. 4.* Salon. *articulo sexto contr. 3. conclus. 4.* Ledes. *tom. secund. summ. tr. 7. cap. 14. post. 14. concl. d. 4.* dicens esse communem Thomistarum sententiam.

133 *Tenetur etiamsi fur sit potens ad restituēdum.* Tenetur restituere etiamsi fur non sit ad restituendum impotens. Quia res etiam vsu consuptibiles manent semper sub dominio veri domini, donec cōsumatur: quādo ergo transeūt ad bonę fidei, possessorem non transeunt in eius dominium, quare dum extant, debent restitui domino, cuius adhuc sunt; si autem bona fide consumptæ sint, debet restitui in quo possessor factus est locupletior, quia id solùm est quasi fructus rei alienæ, & emolumentum ex ea ceptum, & ideo debet eiusmodi rei loco subrogari. Vnde siue fur sit potens, siue impotens sit restituere, debet possessor bonæ fidei, quatenus ex re consumpta locupletior factus est, restituere. Debet autem ad hoc considerare an sit locupletior eo instanti, quo bonam fidem perdit, & incipit scire, rem fuisse alienam. Nam si tunc aliquid plus habeat in bonis suis, quam habuisset, si res illa non deuenisset ad eius potestatem, censetur locupletior in illa re, vt debeat id totum reddere vsque ad valorem rei alienæ, quæ ad eius potestatem venit, & consumpta est. Si verò eo instanti nihil plus in bonis suis habeat, quia licet prius plus habuerit, iam id totum donauit, vel expendit non donaturus, vel absumpturus ex aliis bonis suis tantumdem, nisi illud lucrum habuisset, tunc ad nihil restituendum tenebitur pro re aliena, quæ durante bona fide perierat. Ita Couaruuias quem citat, ac sequitur Cardin. de Lugo *de iust. to. 1. d. 17. numero 12. & 13.*

134 *Auctoris sententia, & regulæ illius expositio* Ego quidem regulam illam initio quæstionis propositam veram existimo. Doctores enim primæ sententiæ non videntur mihi satis consequenter locuti, dum dicunt, bonæ fidei possessorem non teneri ad restituendum id, in quo factus est locupletior ex re aliena, quam bona fide consumpsit, quando fur non est factus impotens ad restituendum, teneri vero, quando fur impotens est factus? Nam si in primo casu non tenetur ad restituendum, ideo est, quia fur in iis rebus vsu consumptibilibus non tenebatur, illam rem singularem domino reddere, sed satisfaciebat reddendo aliam similem pro ea, v. gr. totidem modiis tritici, vel totidem olei similis mensuras, ad quod præstādum fur non manfit impotens. Si autem hæc ratio probat, probare etiam debet, ni fallor, quod licet fur reddatur impotens restituere, adhuc bonæ fidei possessor, qui bona fide rem consumpsit, non tenetur ad restituendum id, in quo factus est locupletior, debitor enim qui non debet rem aliquam determinatam, licet donando fiat impotens ad soluendum creditori, vere tamen transfert dominium in donatarium,

F. SCOBAR Theol. Mor. Tom. XVI. VIII. F. IV. C

rtum, nec donatarius tenetur postea restituere, si ipse neque impotentiam debitoris, nec eius obligationem nouerat. Quod ergò fur impotens est ad restituendum, non impediet, quod possit dominium rei furtiuæ vsu consumptibilis in alium transferre, & quod hic bona fide possit eam consumere absque vlla obligatione restituendi id, in quo factus est locupletior. Vel si hanc obligationem retinet, fatendum est, id non prouenire ex eo, quod fur sit impotens; sed ex eo, quod res furtiua cum illo onere trãsiit etiam ad bonæ fidei possessorem eo quod erat adhuc sub domini prioris dominio.

DVBIVM XVII.

Emit quis rem alienam pretio iusto, & adhuc durante bona fide, iterum vendidit alteri æquali vel minori pretio: obligaturne solum ad restituendum id, in quo factus est ditior?

135 *Non solum obligatur ad restituẽdum id in quo factus est ditior, sed totum pretium*

POssessor bonæ fidei, qui iusto pretio rem alienam emit, & postea eodem pretio, bona etiam fide vendidit, debet, re comperta restituere domino vero pretium illud, quod pro re accepit, licet in ea nihil lucratus sit. Quia pretium loco rei succedit. Sic Vasquez 1. 2. q. 96. *articulo quinto d.* 172. *cap.* 1. *num.* 4. Ledes. *tom.* 2. *summ. tract.* 8. *cap.* 14. *post* 4. *conclus. dub. secund.* Sayr. *in clavi*, *l.* 10. *tr.* 2. *c.* 2. *numero* 13. Bañes & Arag. 2. 2. *q.* 67. *a.* 6. *dub.* 1. Hos affert Diana *p.* 2. *t.* 5. *resol.* 42. Verum, P. Vasquez id non dicit, loquitur enim solum quando vel ex fructibus, vel ex pretio rei alienæ factus est locupletior, qui eam vendit; vt fit, quando rem alienam dono acceptam vendidit.

136 *Solum obligatur ad restituendũ id, in quo ditior est factus*

Solum obligatur ille possessor medius ad restituendum id, in quo factus est locupletior. Quia obligatio restituendi in possessore bonæ fidei solum oritur ex re accepta, quatenus illa manet semper in dominio veri domini; vel si res periit, aut haberi non potest manet obligatio restituendi lucrum ex re illa percepum, eo quod æquum sit, ne vnus cum alterius iactura ex rebus illius locupletetur; quare quoties non locupletatur, cessat talis obligationis fundamentum. Ita Mol. *dict.* 721. Lessi. Rebel. Vega, Sotus, & alij quos refert, ac sequitur Diana *vbi supra* Turrian. *de iust. d.* 13. *dub.* 1. Lugo *tom.* 1. *de iust. d.* 17. *num.* 19. & alij communiter.

137 *Hanc amplector sententiam.*

Hanc amplector sententiam. Vnde quando lucrum illud non fuit ex re ipsa, sed ex industria, quia quam rem iusto emeras pretio, postea car ius vendidisti: crediderim etiam cessare obligationem restituendi lucrum illud ex industria ortum. Quia rem ab vno in alium locum transtulisti.

DVBIVM XVIII.

Quis rem alienam pretio iusto, bona fide emit, & postea eandem, bona fide durante carius vendidit sine speciali diligentia, seu transmutatione vnius loci in alium: Tuncne debet, excessum pretij vero domino restituere?

138 *Quæstionis status.*

DIco *eandem*, quia si ideò carius vendita est, eo quod in se melior facta fuerat, v. gr. si equus adoleuerat, vel vinea, crescentibus vitibus, melior facta fuerat. Cum totus ille excessus fuerit sub Dominio veri Domini, eidem pretij debetur excessus Quæstio igitur est, quando eamdem rem absque eius mutatione carius quis vendidit, an debeat postea hunc excessum, in quo factus est locupletior Domino restituere non potenti rem suam recuperare?

139 *Debet illum excessum Domino reddere.*

Debet illum excessum domino reddere. Quia secundum excessum illum venditor est locupletior factus. Sic Lessi. *l.* 2. *c.* 20. *dub.* 1. *n.* 4. Vasq. *de restit. c.* 9. §. 2. *num.* 3. & alij plures.

140 *Non debet.*

Nõ debet excessum illum restituere Domino. Quia est fructus mere industrialis; nam si esset fructus naturalis, vel ciuilis, sequeretur, quod etiamsi Dominus recuperasset rem suam ab vltimo possessore, adhuc iste medius emptor deberet illi restituere illud lucrum, tanquam fructum rei suæ: consequens autem nemo concedet. Ergò. Ita Laym. *l.* 3. *sect.* 5. *tr.* 4. *c.* 17. §. 3. *num.* 25, Diana *p.* 2. *tr.* 5. *resol.* 41. Lugo *to.* 1. *de iust. d.* 17. *n.* 20.

141 *Hoc probabilius esse iudico.*

Hoc probabilius esse iudico. Quia possessor bonæ fidei nõ aliter tenetur dare id, in quo factus est locupletior, nisi in defectum ipsius rei alienæ: Ergò si ipse haberet iterum eandem rem, & eam redderet Domino, non teneretur dare lucrum acquisitum emendo, & vendendo carius sæpe rem eamdem: Ergò illud lucrum non computatur inter fructus, & per consequens restitui non debet, licet per accidens ortum fuerit rei alienæ occasione.

DVBIVM XIX.

Antonius rem furtiuam bona fide à fure emit, & postea bona etiam fide de Petro donauit, Petrus autem bona etiam fide vendit: Debetne Petrus, postea Domino vero reddere pretium, quod ex venditione est lucratus?

142 *Status quæstionis.*

DIxi, eum, qui gratis habuit bona fide à fure rem furtiuam, si postea eam vendidit, debere posteà domino restituere pretium, si verò non gratis habuit, sed ex titulo oneroso, non debere post modum restituere æquale pretium quo eam vendidit. Dubitari ergo potest. Si Antonius rem furtiuam

tiuam bona fidei à fure emit, & postea etiam bona fide tibi eam donat, quam tu bona etiam fide vendis, an debeas postea reddere Domino pretium quo è venditione es lucratus?

143 *Debet profecto.* Debes profecto. Quia cum gratis rem habueris, & tenearis reddere totum id, in quo factus es locupletior, debes vtique reddere totum illud pretium: nam totum id habes in bonis vltra ea omnia, quæ habuisset si res illa aliena ad te non peruentasset. Sic Cardin. de Lugo *to. de inst. d. 17. n. 24.* & plures alij communiter.

144 *Minimè debet.* Minimè debes. Quia ille, qui rem tibi gratis dedit, emerat prius ipse à fure ac per consequens poterat ipse rem illam tanti vendere, & lucrum sibi retinere. Potuit ergò transferre in te totum ius, quod ipse habebat ad vendendum, & retinendum pretium: atque ita de facto transtulisse censetur, illam tibi rem donando: nam eo ipso transtulit in te ius omne, quod ipse supra rem illam quomodocumque acquisierit. Ergò in quantum succedis in ius donatoris, poteris etiam tu retinere pretium, quo rem illam vendidisti. Quia licet attendendo ad te solum tu locupletior sis ex re illa: sed tamen vterque simul, nempe donator & tu, non estis locupletiores, siquidem vendidisti, quanti emisti, atque adeo tu quatenus vtramque personam geris, non es locupletior, & per consequens quatenus vtriusque personæ ius retines, poteris pretium retinere. Ita nonnulli optime de Republica litteraria meriti in manuscriptis, quorum sententiam haud omnino improbabilem iudicarim.

145 *Iudico hanc sententiam ex speculatione suadibilem sed à prima communi sententia non recedo.* Profecto licet speculatiue hæc sententia suadibilis exponatur non me alicit, vt à communi opinione recedam. Omnes enim generatim edocent possessorem bonæ fidei post consumptam vel alienatam rem furtiuam, debere restituere in quantum factus est locupletior, nec distinguunt, an dono à fure acceperit, vel ab alio bonæ fidei possessore, qui rem emerat; sed vniuersaliter dicunt, si rem illam gratis acceperat, & postea vendidit debere restituere pretium, si erat, vel si ex eo factus est locupletior. Regula enim generalis est, nè aliquis ex re aliena cùm domini iactura locupletetur, res enim magis obligata est proprio Domino, quam aliis; atque adeo magis debet pretium & lucrum domino parere, vt eum seruet indemnè, quam aliis. Abnego itaque posse donatorem ius illud quod ex soluto pretio habet ad rem vendendam, & retinendum pretium transferre in donatarium, hoc enim ius est personale competens, vel non cõpetens donatori? vel donatario ex pretio à singulis soluto, vel non soluto prò re illa fundatur quippe in eo, quòd nemo debet ex re aliena cùm domini iactura locupletari. Cum ergò donator non possit facere, quod donatarius ex re aliena non locupletetur, non poterit tollere, quod habeat obligationem restituendi pretium; quæ obligatio necessario ex illo oritur fundamento.

DVBIVM XX.

Qui bona fide rẽ alienam emerat, an possit, vt se indemnem conseruet, cognitâ veritate rescindere contractum, & recepto pretio eam furi reddere?

146 *Non omnia supponunt vtriusque sententiæ Doctores.* SCio me paulo superius eandem quæstionẽ euoluisse, sed quia res magnis difficultatibus implicatur, dissertius eam euoluere, operæ pretium duxi. Præmitto autem vnius, alterius que sententiæ Auctores supponere non posse te furi rem ab eo emptam reddere quando eam gratis habuisti, nec quando reddendo rem domino possis adhuc facile pretium à fure recuperare. Item è contra supponunt, posse te reddere furi quando tua interest, ad pretium recuperandum, & facile Dominus eam à fure recuperabit. Et quando hoc modo existimationi furis consulitur, & certum est, ipsum restituturum. Difficultas est quando res periclitatur domino, si furi reddatur.

147 *Non potest res furi reddi.* Non potest res furi reddi. Quia sicut fructus omnes res alienæ pertinẽt ad Dominum ipsius, licet casu producantur; ita melior status, quem ipsa habet, pertinet ad vtilitatem Domini, vndecumque ille melior status prouenerit; Ergo non poterit quis sciens iam rem esse alienam, reducere eam à bono statu, in quo nunc reperitur, ad deteriorem, quem prius habebat, quando aderat in furis potestate. Sicut si extraxisses ab incendio vestem Petri, non posses posteà eam comburere, vel in ignem iterum positiue proiicere. Et quia dominus rei, si eam sciat esse apud illum emptorem bonæ fidei, potest eam exigere, & semper tenetur ille dare; Ergò etiamsi non petat, eam possessor dare tenetur; semper enim præsumitur, quod vult sibi suam rem dari, præsertim si iam incipit eam querere. Sic Caiet. *2. 2. quæst. 62. articulo sexto* Medi. *quæst. 10. de restitut paragrapho verum.* Table. *v. Restitutio, §. 24.* Sylu. *2. 2. quæst. 62. articulo sexto quæsit. 1. conclus. 6.* Sotus, Conar. & Ledes, quos refert, & sequitur Molina *to. 3. d. 722.* qui acriter eam sententiam defendit.

148 *Res furi reddi potest.* Potest res reddi furi. Quia si ego video bonum proximi mei apud furem, & illum ducam mecum, vt reddam suo domino postea vero in itinere aduertam esse cornupetam, & quod fortasse meum bonum interimet; possum illum relinquere ad domum furis redituram, ob meum damnum vitandum. Item si auferam à fure librum Antonij, vt eum Ioanni reddam; fur autem auferat à me aliunde librum, nec reddere velit, nisi reddito illo, quem abstuli; possum relinquere librum Antonij, vt meum recuperem. Ergo etiam in præsenti possum reddere rem alienam furi nolenti aliter reddere mihi meam pecuniam, nec teneor cum tanto meo incommodo rem alienam apud me conseruare, vt domino restituatur. Ita Nauar. Sylues. Angel. Gabriel. Alex. quo refert, ac sequitur Les. *l. 2. c. 14. dub. 3.* Mald. *c. 2. s. 4. c. 3. dub. 2.* alios referẽs Tur. *de inst. d. 3. dub. 2.* & plures alij quos congerit & sequitur Diana *p. 1. tr. de contr. res. 69.*

Lugo diſerte admodum tr. 1. *de iuſt. d.* 17. *n.* 29. *& ſequent.*

149 *Probabiliorem hanc putoſententiam.*

Hanc ſententiam probabiliorem longè exiſtimo concedo enim, me non poſſe rem alienam poſitiue ex bono ſtatu eiicere, quem habet, in ſtatum deteriorem: poſſum tamen, ad vitandum meum damnum permiſſiuè me habere circa rem alienam, non conſeruando poſitiue eius boni ſtatum cum tanto meo detrimento. Fateor autem poſſe Dominum rem ſuam vbicumque fuerit, eam ſibi vendicare, & accipere: poſſe etiam eam exigere ab eo, qui eam habet. Abnego vero eius bonæ fidei emptorem teneri eam non petitam dare ſtatim antequã cũ fure agat derecuperando pretio. Quia dominus ſolùm attendit ad ſuã vtiliratem, atque ideo vtitur iure ſuo, dum rem ſuam accipit: ille autem emptor ad ſuam etiam attendit vtilitatem atque ita vtitur iure ſuo, & non tenetur cum tanto damno rem ad dominum deducere.

DVBIVM XXI.

Qui rem alienam ſcienter emit à fure, ſi poſtea pœniteat, poteſtne eam reddere furi pretio recepto.

150 *Non poteſt furi reddere.*

QVæſierim, an doctrina à me tradita proximo Dubio habeat locum in eo, qui ſcienter, ſeu mala fide rem alienam à fure emit: num ſcilicet, ſi poſtea pœniteat, poſſit rem furi reddere, pretio recuperato? minime poteſt. Quia qui cooperatur furi, tenetur ſicut fur ad reſtituendum: ſed emptor malæ fidei furi cooperatur: Ergo tenebitur ſicut ſocius. Porrò abſque ſufficienti fundamento omitteret rem alienam Domino reſtituere, nec enim recuperatio pretij ſufficeret, quia ſciens, illud dedit iniuſte contra rei dominium: recuperatio, autem eius, quod iniuſtè ac ſciens dedit non ſufficit, vt res aliena, quæ alias erat ex obligatione reſtituenda Domino, & quam iniuſte quis accepit, & habet, ipſi non reſtituat. Nauar. Mald. Turrian. citati à Lugo. *to.* 1. *de iuſt. d.* 17. *n.* 37. Leſſi. *l.* 2. *c.* 14. *dub.* 3.

151 *Poteſt plane.*

Poteſt plane. Quia nec ille tenetur reddere Domino ratione rei acceptæ: nam eodem modo tenetur bonæ fidei emptor; cum ea obligatio non pendeat à mala fide. Nec etiam tenetur ratione iniuſtæ acceptionis: nam emptio illa licet fuerit facta mala fide, poſtquam tamen retractatur, iam non eſt de facto cauſa, quod Dominus re ſua careat, cum nullo modo influat mediate, nec immediate; Ergo non relinquit obligationem ex iniuſta acceptione; nã iniuſtus acceptor ſolum tenetur ad faciendum, quod Dominus ex ſua acceptione nullum damnum patiatur; hoc autem agit emptor, retractata iniuſta illa emptione. Ita Alenſ. Sylueſtr. & Leſſius, quos affert Malder. *de reſtit. tr.* 14. *c.* 3. *dub.* 2. dicens hanc ſententiam eſſe probabilem. Angel. Gabriel & alij plures, quos affert, & ſequitur Diana *p.* 2. *tr.* 3. *reſol.* 4. *& p.* 5. *tr.* 14. *reſol.* 87. vbi merito notat Turrianum *in ſelect. cen.* 4. *dub.* 36. exceſſiſſe, dum hanc ſententiam improbabilem eſſe dixerit. Lugo *citatus.*

152 *Hanc conſequenter ad Doctrinam prius eligo ſententiam.*

Hanc ſententiam eligo quia magis conſequenter ad Doctrinam traditam Dubio 20. procedere exiſtimo. Eam quidem exemplo de extrahente bouem alienum ex ſtabulo furis confirmo. Nam licet eum extraxeris animo furandi, ſi tamen poſtea in itinere aduertis tui bouis ab eo interficiendi periculum, poteris, retractata voluntate, illum dimittere rediturum citiſſimè ad furis ſtabulũ, nec enim teneris cum tanto tuo incommodo illum cuſtodire; Ergo ſimiliter poteris emptionem iniuſtam retractare, & permittere, vt res aliena ad furis redeat poteſtatem, nec teneris eam cum tanto incommodo Domino aſſeruare. Hoc autem procedit quantum ex vi præciſæ emptionis factæ cum mala fide. Aliunde enim ex retentione iniuſta poſſet contrahi reſtituendi obligatio.

DVBIVM XXII.

Malæ fidei poſſeſſorem ſuis expenſis meliorem fecit, ex qua meliori facta Domino maiores fructus percepiſſet quos ipſe vel negligentia, vel alia de cauſa non percipit: Tenebiturne eos etiam fructus ex melioratione percipibiles reſtituere.

153 *Tenetur quidem.*

TEnebitur quidem. Quia illud melioramentum ſtatim ac poſitum fuit, acquiſitum, eſt domino rei, ſi fuit ex iis, quæ cedunt domino rei vt plantæ in fundo alieno, vel ædificij in aliena domo melioratio. Iam ergò poſſeſſor malæ fidei iniuſte detinet rem illam melioratam apud ſe, atque adeò iniuſte fraudat eius Dominium fructibus, quos ex re meliori facta percepturus, eſſet. Tenetur ergò ratione iniuſtæ retentionis ad illud nonum damnum reſarciendum. Sic Sanchez. *l.* 2. 2. *in decal. cap.* 23. *num.* 123.

154 *Non tenebitur.*

Non tenebitur. Quia hoc damnum non prouenit domino rei ex furis iniuſtitia; nam ſi res non fuiſſet furto ablata, non habuiſſet eiuſmodi melioratione, atque adeò nec dominus eos fructus maiores percepiſſet. Ita aliqui, quos, preſſo nomine, memorat Cardin. de Lugo *to.* 1. *de iuſt. d.* 17. *n.* 57.

155 *Auctoris reſolutio.*

Ego quidem exiſtimo, primæ ſententiæ rationem bene intentum probare, quando in retentione rei melioratæ interuenit noua iniuria, & culpa grauis. Si autem ea non interueniat, quia. v. gr. pro tunc non eſt in mora reſtituendi, nec poteſt rem domino reddere, quamuis ab initio ablatio fuerit iniuſta. Tenebitur ſane ad alios fructus, quos dominus percepturus fuiſſet ſi res ablata non eſſet, non verò ad hos: quos ex re meliori facta fuiſſet percepturus, nec ipſe poſſeſſor percepit.

DVBIVM

DVBIVM XXIII.

Possessor malæ fidei teneturne in conscientia, reddere domino fructus omnes: quos ipse percepit, etiamsi Dominus non eos esset percepturus?

156 *Non tenetur.* NOn tenetur. Quia iustitia solum obligat ad reddendum indemnem dominum, nè ex aliena iniuria damnum patiatur, nullum autem damnum patitur circa fructus, quos ipse percepturus non erat. Ergo hos non tenetur restituere. Sic Sotus *libro 6. de iust. q. 1. art. secundo in fine.*

157 *Tenetur plane.* Tenetur proculdubio. Quia res suo domino fructificat, ergo fructus illi à quocumque percipiantur statim ipsius domini rei fiunt, atque adeò ei debentur, etiam si ab ipso non fuissent percipiendi. Ita Rodriq. Sayr. Ludouic. Lopez Nauarrus, Medina, Gabr. Sylu. Palud. quos citat, & sequitur Sanch. *l. 2. Decalog c. 23. n. 126.* Les. *l. 2. c. 12. dub. 17. n. 118.* Mol. *to. 3. d. 725. n. 4.*

158 *Non probabilius mihi.* Hoc mihi probabilius. Vnde infero, adhanc obligationem circa fructus à domino non percipiendos, requiri (vti dixi superius) nouam iniuriam, & peccatum lethale commissum circa retentionem, & distractionem ipsorum fructuum, quia noua iniuria non posita, siue ob ignorantiam inuincibilem, siue quia statim fortuito perierunt absque mora culpabili possessoris, siue quia restitui nullo modo potuerunt, tunc cessat hæc obligatio, nisi quatenus possessor ex illis factus est locupletior. Conclusio autem intelligitur de fructibus etiam inhonestè perceptis, & quos Dominus non percepisset, atque etiam de iis, quos singulari sua diligentia vltra communes possessor percepit, vt cum alijs tradit P. Sanch. *n. 128.* Ratio enim eadem de his etiam procedit.

DVBIVM XXIV.

A principio possessori fuit bona fides circa alterius rem, postea vero mala fides aduenit, an debeat fructus rei restituere, spectandum sit solum illud bonæ fidei initium.

159 *Quæstionis status.* DVbitas, quid dicendum sit de obligatione restituendi fructus, quando possessor partim bona, partim mala fide possedit, quod potuit contingere, vel quando prius bona, postea mala possedit fide, vel è contra, vel quando bona fide possedit respectu vnius personæ, & mala respectu alterius. Quæstio procedit de eo, qui initio bona fide possedit, & postmodum mala superueniente, adhuc rem possedit alienam. Rogo igitur, an ad adstruendam restituendi obligationem, spectandum sit initium bonæ illius fidei, an verò tempus, quo fructus consumuntur post malę fidei aduentum?

160 *Solummodo est spectandum initium.* Initium solum est spectandum, quare si initio fuit bona fides, mala fides superueniens non impedit fructuum acquisitionem. Quia in *lege Qui scit 25. ff. de vsur.* sic dicitur *Bonæ fidei emptor fuit, & ante quam fructus perciperet, cognouit fundum esse alienum, an perceptione suos fructus faciat, quæritur. Respondi: Bonæ fidei emptor quoad fructus percipiendos, intelligi debet, quandiu emptus fundus non fuerit.* Sic plures Iurisperiti, quos refert Sanch. *l. 2. Decalog. c. 23. n. 49.*

161 *Non initium solùmodo spectandum.* Non est solum initium spectandum, sed singula momenta, atque adeo fructus pro tempore bonę fidei durantis pertinent ad possessorem, non verò fructus sequentes à malæ fidei instanti. Quia *Cap. si virgo 34. quæst. 2.* dicitur: *Tandiu quisquam bonæ fidei possessor rectissimè dicitur, quandiu se possidere ignorat alienum, cum vero scierit, nec ab aliena possessione recesserit, tunc malæ fidei possessor perhibebitur.* Ita Molin. *tom 2. d. 569. & tom. 3. d. 725. n. 1. & 2.* Rebel. Couar. Menoch. Nauarr. *de rest.* Spino, & alij plures quos affert, ac sequitur Sanchez *citat. n. 152.*

162 *Auctoris sententia diuersa quidem sed quam secunda verioris plane prima abnegare non possunt Auctores.* Ego autem, existimo nullo modo spectandã bonam vel malam fidem tempore, quo fructus percipitur, sed quo consumitur, vel alienatur, & quoad hoc spectanda esse momenta singula vti secundæ sententiæ auctores profantur, qui non credo ab hoc dissentire. Quia licet mentionem fecerint temporis perceptionis fructuum, materialiter se habet, eo quod tunc soleant consumi, & Sanchez vtrumque complexus est, nempe perceptionem, & consumptionem. Probatur, quia si post fructus malæ fidei perceptos adueniat, bona fides, qua te existimas dominum fundi, iam bona fide illud possides, & per consequens bona fide possides eius fructus perceptos, non potest enim credere pertinere ad te fundus, quin credas pertinere ad te etiam fructus perceptos, ac percipiendos: Ergo si tunc eius fructus consumas, vel alienes, iustè id facis, & per consequens non teneris ex iniusta consumptione postea ad restituendum. E contra verò licet bona fide perceperis, si superuenit mala fides ante quam consumantur, vel quandiu ex illis manes locupletior, iam ex tunc teneris restituere id totum domino, & per consequens totum damnum postea ex eo sequutum, quod non restitueris, tibi ratione iniustæ retentionis imputabitur. Textus verò *legis Qui scit*, sic à Sancio *n. 153.* interpretatur: In eo casu possessor nondum habuit malam fidem veram, sed præsumptam, seu indiciariam, nam licèt interpretatus fuerit in iudicio à Domino petente fundum suum, id tamen solum vsque ad sententiam vel probationem claram non sufficiebat ad hoc, vt crederet fide interna rem esse alienam: Profecto sermonem ibi esse de mala fide solum præsumpta, & indiciaria ex illis verbis colligo. *Quandiu emptus non fuerit*, quæ referuntur sæpe ad sententiam iudicis, qua rem empta euincuntur. Sensus ergo est, solam interpellationem domini non sufficere ad generandam malam fidem in eo, qui bona fide possidebat, donec per sententiam res declaretur.

E. SCOBAR Theol. Mor. Tom. VI. VII. E. IV C

DVBIVM XXV.

Possessor bonæ fidei, qui post dubium postea de bona fide exortum examinauit quantum potuit, & tamen adhuc manet in dubio: potestne predium verbi gratia alienare.

163 *Minime potest.*

MInimè potest alienare prædium, licet eo possit licite vti. Quia id alienando reddit Domino si compareat difficiliorem prædij sui recuperationem. Sic Corduba *l. 3. q. 8. corol. 3. §. ad primam rationem.*

164 *Potest plane*

Potest equidem. Quia alioquin inutile esset possessori rem in illo dubio retinere ad vsum, ni non posset eam alienare. Ita Syluestr. *vers. Restitutio 3. q. 7. dicto 3.* Ioan Medina & Couar. quos refert, ac sequitur Vasquez 1. 2. *d. 66. cap. 7.* Turrian. *in præsenti d. 3. dub. 3. n. 16* Sanchez *l. 2. de matrim. d. 41. n. 22.*

165 *Communiorem hanc eligo sententiam.*

Hoc communius, & verius. Quia eo dubio post diligentiam sufficientem actam persistente res est possidentis cuius in dubio melior conditio: Ergo frustra eiusmodi rei dominio potiretur, si rem tunc suam alienare non valeret. Vtrum vero in hoc casu possessor teneatur habere animum restituendi totum pretium, si appareat postmodum fuisse alienam. Dubium proximum indicabit.

DVBIVM XXVI.

Qui dubitans, adhuc post diligens examen prædium esse suum, alienauit, debet habere animum dum alienat restituendi domino totum pretium, si compareat fundum fuisse alienum.

166 *Non debet necessario hunc habere animum.*

NOn debet necessario huiusmodi animum habere. Quia in foro externo bonæ fidei possessor, contra quem lis mouetur circa rem, quam possidet; si actor non probat, ita absoluitur à Iudice, vt libere nulla data securitate, aut fideiussione de restituendo pretio si postea constet esse alienam Ergò etiam in foro interno licet possessor bonæ fidei suborto postea dubio non possit rem alienare, quamdiù adhibet diligentiam, & inquirit veritatem: hoc enim videtur esse tempus litis durantis: postea tamen cum nihil firmum contra se inuenerit, ita poterit se absoluere, vt libere valeat rem alienare sicut prius absque vlla obligatione restituendi pretium, si postea appareat, rem fuisse alienam, & ipse non fuerit ditior. Sic Sanchez sibi contrarius *lib. secund. Decalog. capite 23. numero* 187. qui oppositum dixerat *lib. secund. de matrimonio dict. 41. numero 22.* Lessi. *lib. secund. capite 14. dubitat. 4. numero 23.* Rebellus *de iustit. parte primo l. secund. quæstio. quinta numero 11.* Diana *p. secund. tractatu primo resolutio 11. & parte tertia resolutio 25.* Qui omnes dicunt, comparente postea Domino debere ei restitui id solum, in quo venditor factus est ditior.

167 *Necessario debet habere.*

Debet, cum rem alienat animum paratum habere ad restituendum totum pretium, si constituerit post modum, rem esse alienam. Quia quamdiù durat illa dubia fides non videtur omninò finita lis, adhuc enim intra ipsam conscientiam vrget ius illud qualecumque conans se prodere, ac manifestare. Quare licet non obligetur pro tunc ad restituendum: videtur tamen obligari, ad non impediendum, quantum fieri possit, quod postea Dominus possit rem suam recuperare Vnde licet possit possessor rem vendere, ne alioquin habeat vsum inutilem; debet tamen procurare, vt id fiat sine domini præiudicio: & hoc duobus modis, primo admonendo emptorem de illo dubio, & de periculo euictionis futuræ; secundo habendo animi reparationem ad restituendam rem, vel eius pretium, cum dominus apparuerit. Ita Sanchez *citat. dict. 41.* Sayrus *in claui, l. secund. tractatu. secund. capite quarto numero 29.* Arag. 2.2. *quæst. 62. articulo quinto dubio 1.* Bañes *ibi, dub. secund. concluſ. 3.* Saloni. *contr secund.* Salas 1. 2. *tract. 8. d. vnic. sect. 23. numero* 227. Lugo *tom. primo de iust d. 17. n. 91.*

Verius mihi hoc videtur. Quia hac ratione possessor bonæ fidei & consulit sibi, vtendo re, quo possidet; & consulit domino, si forte res sit aliena. Non ergo est, vnde ab ea animi præparatione habenda se excuset.

DVBIVM XXVII.

Bonæ fidei possessor incipit postea dubitare, an res sit aliena, & facta diligentia, dubium perseuerat, magisque inclinat, quod res aliena sit: Hoc in casu debetne aliquid restituere propter illam maiorem propensionem.

DEbet restitui pars propter illam propensionem seu inclinationem maiorem. Quia licet in pari casu melior sit possidentis conditio; in hoc tamen casu non est par causa, cum magis ille propendeat, quod res sit aliena. Sic Bañes 2.2. *q. 62. concl. 2.* Ledes. *do matrim. quæst. 45. articulo primo ad tertio primæ sententiæ* Saloni 2. 2. *quæst. 62. articul. sexto contr. 4. concluſ. 4.* Valent. 2. 2. *d. 3. quæst. 16. puncto secund.* Sanchez *l. 2. de matrim. dicto 41. numero 19.* Coninch. *34. de matr. dub. 10. n. 93.*

168 *Debet restitui pars.*

Non debet pars vlla propter illam maiorem inclinationem restitui. Quia quæcumque sit illa inclinatio ad partē oppositā non præponderato titulo possessionis, qui fortior est, & facit possessoris causam meliorem qui spoliari non debet quamdiù pro altera parte non affertur ratio conueniens, præsumptiove iuris, quæ superet præsumptionē ex possessione ortam. Ita Vasquez 1. 2. *dicto 66. c. 7. numero* 42. Salas *primæ secund. tr. 8. d. vni. n. 231.* Bonac. *de rest. d. 1. quæst. 2. pun. 2. numer. 6.* Arag. 2. 2. *q. 62. articul. primo*

169 *Non debet restitui.*

primo & Sanch mutata sententia, quam prius docuerat, hanc amplectitur *lib. primo Decal. c. 12. num. 9. & l. 2. c. 23. n. 179.* Palao *tr. 1. tr. 1. d. 3 p. n. 2 n. 11.* Cardin. de Lugo *tom. 1. de iust. d. 17. num. 94.*

170 *Communis hac sententia mihi magis arridet.*

Certè hæc sententia communis iam apud recentiores mihi magis arridet. Quare illud, quod dicitur, in pari causa meliorem esse causam possidentis, sic debet intelligi, vt dum neutra pars sufficienter probatur, possessoris causa debeat sustineri. Hoc intelligo, quod si assensus probabilis sit contra possessorem, sit tamen etiam pro eius iure aliquis alius assensus probabilis; si enim stante iudicio probabili contra ipsius ius, nullum esse fundamentum probabile pro ipso, iam deberet condemnari. Ad hoc autem defecit possessio, vt facilius generetur talis assensus probabilis pro ipso, dum pars contraria prædicto modo non probatur.

DVBIVM XXVIII.

Quando aliquis emit domum vel fundum ad debita hypothecatum, vel obligatum, teneturne in foro conscientiæ ea debita soluere ante sententiam?

171 *Tenetur plane.*

Tenetur plane. Quia res transit ad emptorem cum suo onere reali, nec potest emptor plus iuris vel dominij in illa re acquirere, quam venditor ipse haberet: Cum ergo venditor non haberet dominium plenum in re illa ob hypothecam, sed diminutum, non potuit aliud dominium in emptorem transferre; quare emptor non habet ius liberum, & plenum, sed diminutum nempe demptis debitis, pro quibus erat res hypothecata. Sic communiter doctores, quos sequitur Cardin. de Lugo *tomo. primo de iustit. dicto 17. num. 95.*

172 *Non tenetur.*

Minimè tenetur emptor rei hypothecatæ soluere debita in foro conscientiæ ante Iudicis condemnationem, si debitor ob inopiam v. gr. soluendo non sit. Quia nihil ad eum pertinet de illis debitis: Et quia cum principalis debitor ob inopiam non sit obligatus in conscientia ad ea soluenda, multò minus tenebitur emptor rei hypothecatæ: accessorium enim naturam principalis sequitur. Nec obstat, venditorem potuisse rei suæ onus hypothecæ imponere, quod transit in emptorem cum re ipsa; quia licet onus illud sit reale obligatio tamen conscientiæ solùm respicit personam venditoris onus imponentis, qui solum transmisit in emptorem actionem realem passiue, non tamen personalem. Vnde antequam per Iudicem condemnetur in conscientia ad debitorum solutionem. Ita Ioannes Valerus *in differ. vtriusque fori, vers. Debitum, differ. vndecimo.*

173 *Auctoris resolutio.*

Porrò hæc sententia potest esse vera in casu, quo debitor principalis, seu venditor quando vendit in eo gradu necessitatis, & inopiæ esset constitutus, vt posset vsurpare sibi rem alienam eamque alienare sine obligatione soluendi *Escob. & Mend. Theol. Moral.* Tom. V. postmodum debita: non verò quando solum ob inopiam excusatur à solutione præsenti, manente obligatione soluendi postea debita translacto necessitatis articulo. Primam partem probo, quia cum debitor principalis in ea necessitate inuenitur, in qua potest rem alienam vsurpare, ac distrahere ad sibi subueniendum, eiusque dominium absolutum, & plenum in emptorem transferre: à fortiori poterit ex re hypothecata, quæ solùm ex parte est aliena sibi succurrere, eamque distrahere, & pleno iure sine vlla obligatione in emptorem transferre, quando id totum necessarium est ad subueniendum propriæ necessitati. Posteriorem ostendo, quia si necessitas solùm excusat debitorem principalem ab obligatione solutionis præsentis, & permittit differre solutionem ad aliud tempus, hoc solùm ius potuit ipse ad summum in emptorem transferre: quod scilicet non teneatur debita soluere quamdiù ipse venditor ob inopiam ab iis soluendis excusaretur. Transacta verò illa necessitate, sicut venditor non habet excusationem, ita ipso non soluente, & creditore exigente, & volente solutionem à re hypothecata, non poterit emptor in conscientia illam negare.

DVBIVM XXIX.

Ille, ad cuius manus res aliena peruenit, atque adeo illam restituere tenetur, potestne sine consensu Domini aliquid aliud æquiualens pro eo restituere, & rem sibi retinere in conscientiæ foro?

174 *Status quæstionis*

VErbi gratia equum emisti, quem postea sciens esse furtiuum, vis retinere, & pretium illius domino reddere. Quod quidem dubium circa rem acceptam, fieri etiam posset de eo, qui restituere tenetur ex iniusta acceptione: nam quoad hoc non magna obiicitur differentia. Et quidem quando res consumpta est, vel alia de causa restitui non potest in propria specie, certum est, posse, & debere eius æstimationem reddi. Quia ad impossibile nemo obligatur. Quæsierim igitur quando res extat, num quis poterit rem retinere, & eius pretium iustum domino soluere?

175 *Minimè potest*

Minimè potest. Quia communis regula, & Doctrina est, quod eadem debeat restitui, nec possit vnum pro alio innito creditore reddi, ex *lege Manifesti Codice de solutione.* Quia res illa in particulari manet sub Dominio prioris Domini, nec potest Dominus inuitus cogi vendere rem suam, & mutare eam pro alia re, quæcumque sit. Sic Doctores communiter forum, quidem complectentes vtrumque.

176 *Potest tamen*

Potest plane in foro conscientiæ, (esto in foro externo non possit) satisfacere, reddendo rei æstimationem,

& valorem, vel aliam rem eiusdem bonitatis & quantitatis. Quia sic damnum secundum æquitatem reparatur. Addo tamen posse aliunde interuenire in hoc peccatum contra charitatem, non contra iustitiam, v.gr. dando occasionem domino contristationis & iræ quando scit, id ægrè laturum. Alias nullum erit peccatum non restituendo rem in specie ablatam, etiamsi extet. Ita Ioannes Valerus *in differ. vtriusque fori, differ.* 8. *num.* 1. citans Nauarram *l.4. de restit. cap.1. num.* 5. Sed Nauarra non dicit, satisfieri; reddendo pretium vel æstimationem, sed reddendo aliam rem, vel pecuniam similem, eiusdemque bonitatis cum re, vel pecunia aliena, quam habes: quod quidem est valde diuersum.

177 *Quid dicẽdum vberius expendo.*

Equidem hæc Doctrina vniuersaliter accepta vera non est: si enim alienus equus ad tuas venit manus etiamsi bona eum fide habueris non potes, domino inuito, illum restituere eius soluto pretio, hoc enim esset Dominum cogere ad illum vendendum, quod quidem esse graue cõtra iustitiã piaculũ cõstat ex *l.3. reg. c.21.* Vbi nequissimus Achab ausus est auferre à Naboth, ipso inuito, vineam soluto pretio, vel pro alia meliori commutare. Si tamen sermo sit de rebus vsu consumptibilibus, quæ functionem accipiunt, certum existimarim, quod pecuniam illam eiusdem bonitatis & valoris pro pecunia aliena, quam habes splendidiori, reddere valeas, hoc enim perinde est, ac si idẽ reddidisses. Quando autem res non essent ex iis, quæ talem functionem accipiunt: tunc quidem si dominus peculiarem affectum ad rem illam haberet propter aliquam rationem, vt Naboth habebat ad suam vineam, quod hæreditas paterna esset: certum putarim, non posse te, ipso inuito aliquid aliud, vel etiam pretium pro re soluere. Attamen si non esset eiusmodi res, ad quam in individuo dominus afficeretur, & eodem pretio posset aliam æque bonam inuenire, non video, cur sit peccatum graue iniustitiæ, si pretium ei soluas, quo facile valeat aliam æque bonam emere: imò si non soluatur ei pecunia, sed res alia eiusdem pretij, verbi gratia equus pro veste. Quia in iis omnibus nullum damnum domino infertur.

DVBIVM XXX.

Bona fide quis rem emit alienam, & vendit, postea autem nouit, rem illam esse alienam: teneturne pretium emptori, cui ipse venderat, reddere, & rem receptam domino vero restituere an satisfaciat, cedendo ei actionem contra venditorem, à quo ipse rem emerat, postquam ab emptore res per Dominum vendita fuerit?

178 *Certum præmitto.*

CErtum est in primis, si ipse rem gratis acceperat, & postea vendidit, debere ipsum reddere rei domino pretium illud extans, vel quantum ex re illa locupletior est factus, si res à domino alio modo non recuperetur. Circa quæstionem verò,

179 *Nõ tenetur, sed satisfacit, actionem cedendo.*

Non tenetur ille emptori, cui ipse venderat, pretium reddere, sed satisfacit, si emptori cedat, & det actionem, quam ipse habet aduersus venditorem. Quia ille medius venditor, nihil habet plus quam habebat, nec tenetur ex iniusta acceptione, cum nihil iniustè acceperit: nec ratione rei acceptæ cum nihil alienum apud se habeat: nec ex eo, quod habuit, factus est ditior: Ergo nullo ex capite tenetur. Sic Nauar. *sum. c.17. n.*8.

180 *Non satisfacit cedendo actionem*

Tenetur emptori, cui ipse vendiderat, pretium reddere, nec satisfacit, si emptori cedat, & det actionem quam ipse habet aduersus venditorem. Quia cum venditor non potuerit dominium rei alienæ in emptorem trãsferre, erat quippe aliena, contractus fuit inualidus, & emptio fuit emptori inuoluntaria. Ita Lessi *l.2. c.14. dub.5.* Sotus *l.4. de iust. c.7. a.*2. Vasq. *de restit. c.*9 §.2. *dub.*4. Molina *to.*2. *d.* 380. *& to.*3. *d.* 721. *n.*8. & alij communiter.

181 *Cum his opinor.*

Cum his opinor. Attamen ratio conclusionis non debet ni fallor, desumi ex inualiditate contractus, sed ex obligatione, qua venditor se obligat ad reddendum emptorem indemnem, cui obligationi non satisfacit venditor, dando ei ius & actionem, quam habet contra alium venditorem, à quo ipse emerat; hoc enim non est, indemnem eum reddere, sed obligare, ad litigandum cum aliis, quibus cum ipse emptor negotium nullum habuit, sed solùm cum suo venditore à quo immediatè exigit id, ad quod venditio obligat, scilicet indemnitatem emptoris, & pro re vendita securitatem. Vnde facile Nauarro respondeo, venditorem neque ex iniusta acceptione eam obligationem habere; sed ex contractu, quo se emptori obligauit ad eum indemnem sustinendum.

CAPVT XVI.

Circa Restitutionem ex iniusta Acceptione.

DVBIVM XXXI.

Qui rem habuit ab illo, de quo dubitabat an dare posset, manẽte dubio, debetne necessariò partem rei domino reddere.

182 *Debet parem pro dubitate restituere.*

ADvitandum peccatum iniustæ acceptionis necesse est, quod habeat animum inquirendi veritatem, & postea autem facta diligenti inquisitione, adhuc manseat illud dubium, quid? Certè pro quantitate dubij, quod habuit, vel habere debuit, quando rem accepit, & pro quantitate dubij, quod post adhibitam diligentiam manet, restituere debet partem maiorem, vel minorem; ita vt si dubium sit pro vtraque parte æqualem restituat dimidium: si vero probabilius sit, rem esse alienam, plusquam dimidium restituat, eo plus, quo probabilius fuerit, alienam esse: si

si autem sit minus probabile esse alienam, restituat minus quam dimidium. Quia cum res incepta sit possideri cum dubio, non potest possessio illa iuuare, in dubio enim debuit res prius examinari, & ad Iudicem recurri, quare manet restituendi obligatio. Cum autem adhuc perseueret dubium, an res aliena sit, vel fuerit eius, qui rem tibi tradidit, non debet plus restitui, quam pro dubij quantitate, posita verò computatione, ac diuisione iuxta illam mensuram videtur seruari æqualitatem quantum fieri potest, atque ideo huiusmodi restitutionem gratam esse debere iis omnibus, de quorum interesse agitur. Sic Mol. *to. 3. de iust. d. 728. n. 6.*

183 *Non debet illam restituere partem.*

Sinè malo, siue bono animo quis rem cum illo dubio acceperit, si postea bono animo restituendi inquisitionem agit, & adhuc dubium perseuerat, potest rem retinere sine obligatione aliquid restituendi. Quia melior est possidentis conditio. Ita Vasquez *de restitut. cap. 9. §. 2. dubio tertio* Turrian. *de iust. d. 13. dub. secund. numero decimo.* Addit tamen Vasquez, *numero 19.* probabilius esse, illum peccare, tali modo rem emens, quia quantum est ex parte sua difficiliorem reddit restitutionem, si forsan res erat aliena.

184 *Ego distinguendã existimo.*

Ego distinguendum existimarim. Nam vel dubium fuit, & manet circa aliquos in particulari, an res ad eos pertineat, vel solum circa aliquem in communi, qui inueniri non potest, quisnam sit. In secundo casu, fortasse facta diligentia, & manente dubio, non est obligatio restituendi, quia non est aliquis, qui possit contra te litigare, & cui scias iniuriam à te factam, cum non scias, an res illa ad aliquem pertineat, qui eam possit exigere, & cui in conscientiæ tribunali debeas satisfacere, & nemine petente, & allegante iniuriam, non debes condemnari, iniuria non probata. In primo autem casu, quando de aliquo, vel aliquibus dubitatur, an res ad illos pertineat, iam constat, alicui, vel aliquibus iniuriam esse factam. Nam licet illi adhuc non habeant ius certum ad rem illam habent tamen certum ius, vt ego in dubio rem illam non incipiam cum illorum præiudicio possidere. Ex illo enim dubio habebant ius certum ad aliquam spem circa rem illam, qua spe illos priuat, qui cum illo dubio incipit rem possidere.

DVBIVM XXXII.

Debitor dubitat, vtrum soluerit debitum: Teneturne illud soluere, cum creditor eandem habet dubitationem?

185 *Non tenetur aliquid soluere cũ etiam creditor dubitat.*

QVando non solum debitor sed etiam creditor dubitat an debitum sit solutum, debitor nihil soluere tenetur. Quia vtroque dubitante, melior est conditio possidentis, non enim est, cur vtroque æque dubitante, debitor qui possidet: debeat partem tutiorem sequi, & creditor, qui æque dubitat, & non possidet, non debeat. Sic Tanner. 1. 2. *d.* 2. *q.* 6. *dub.* 4. *n.* 49.

186 *Etiam si creditor dubitet totum debitum restituere tenetur.*

Etiamsi creditor eamdem dubitationem habeat, tenetur debitor rem integram reddere. Quia creditor est in sui crediti possessione, quare in dubio ea non debet spoliari: Et quia in foro conscientiæ, vbi non est specialis ratio differentiæ, procedere debemus sicut prudens Iudex, attento iure naturali procederet in foro externo. Porrò in externo foro si creditor exigat debitum ostenta mutui scriptura, v. gr. & debitor respondeat, se nihil debere, quia dubitat an soluerit, hæc responsio, & exceptio tanquam omninò futilis reijcietur: Imo licet debitor petat, vt creditor ipse interrogetur, an solutum sit debitum, si creditor id non fateatur, sed dicat, se, facto examine, non recordari, quod fuerit solutũ, certè dũ de debito cõstat, & neque ex confessione creditoris, neque aliundè solutio probatur, debitor cogetur ad soluendum. Ergò dum eadem in conscientiæ foro peragatur, idem ius naturale obseruari debet in eo foro, quod à prudenti iudice in foro obseruatur externo. Ita Sanch. *libro 1. Decalog. cap. decimo numero secund.* Vasquez 1. 2. *d.* 66. *cap septim. numero* 43. Salas 1. 2. *tract.* 8. *d. vnic. sectio.* 23. *numero* 231. Lugo *tomo primo de iustit. d.* 18. *numero* 9. Suarez *tom.* 2. *de relig l.* 2. *capit.* 33. *num.* 7.

187 *Hoc probabilius mihi.*

Hanc sententiam longe probabiliorem esse putarim abnegans, debitorem in hoc casu possidere. Creditor enim est qui solus possidet ius sum petendi debitum, à quo iure spoliari non debet in dubio. Nam licet debitor pecuniam possideat soluendam, id parum refert, dubium enim non versatur immediatè circa ipsam pecuniam, cuius sit, sed circa ius petendi debitum, an sit. Et ideo dicitur creditor possidere; quia cum debitum extiterit, & de eius extinctione non constet, debitor durationem debiti possidet.

DVBIVM XXXIII.

Debitor dubitans, an soluerit, debetnè integrè soluere, sed sufficiat ei soluere partem secundum dubij proportionem?

188 *Non debet integre soluere.*

INtegre soluere non debet, sed ei sufficit partem soluere, Quia æquitas non patitur, vt debitor sine culpa subiiciatur magno periculo bis integrum debitum soluendi. Sic Layman. *libro primo tract. 1. cap. 5. §. 4. numero 24.* Diana *part. secund. tr. 6. resolut. 46. & p. 3. tract. 3. res. 32.*

189 *Integrè soluere tenetur.*

Tenetur integrè soluere, nec ei sufficit partem iuxta dubij proportionem reddere. Quia in foro externo licet debitum diuisibile sit, dum tamen solutio non probatur, Iudex obligabit debitorem ad integrè soluendum debitum, de quo legitime constat, & hoc attento etiam naturæ iure. Ergo sicut æquitas illa non liberat in foro externo debitorem ab integra debiti solu-

tione, non est, cum in foro interno eur liberet, ratio enim æquitatis naturalis non magis mouere debet ad iudicandum aliter in foro interno, quam in externo, cum nulla possit quoad hoc differentiæ ratio inter vtrumque forum reperiri. Ita Cardin. de Lugo *to. 1. de inst. d. 18. numero 12.* Salas *1. 2. tract at. 8. d. vnic. sect. 23. numero 231.* Vasquez *cap. secund. d. 66. capite septim., numero 43.* Sanch. *l. 1. Decal. c. 10. n. 2.*

190 *Non mihi prima sententia placet.*

Fateor mihi non placere Laym. sententiam. Nã si argumentum, quo vtitur, aliquid probat, probabit etiam, eum, qui ex pœnitentia, aut voto debet eleemosynam, in dubio, an eam dederit, non teneri ad totam, sed ad partem erogandam, eum, qui dubitat, an officium recitauerit, non teneri ad totum, sed ad partem recitandam, quia æquitas non patitur, vt quis sine culpa illud subeat onus, ac periculum soluendi bis integrum debitum. Vnde consequenter diceret aliquis, eum, qui certus est de peccatis grauibus commissis, dubitat verò, an illa fuerit confessus, non teneri ad omnia, sed ad partem confitendum, ne cogatur sine noua culpa subire illud onus soluendi bis integrum confessionis debitum, quod grauissimum aliquando æstimatur. At hæc omnia absurda admodum esse, quis non videat?

DVBIVM XXXIV.

Quando commodatarius, vel depositarius dubitant, an sua culpa res commodata, vel depositã perierit tenetur ne ad integram restitutionem?

191 *Tenetur quidem.*

Tenetur quidem. Quia in dubio damnum potius pati debet, qui beneficium accepit, quam qui contulit. Sic Merolla *tom. 1. d. 3. cap. tertio corol. 7. numero 50 & 51.* Margarit. casu. consc. *vers. Commodatum, & versic. Dubium.* Qui loquuntur solum de commodatario, sedidem debent de depositario dicere, saltem quando depositum in eius gratiam fuit.

192 *Non tenetur quidem*

Minime tenentur dubio æquali aliquid restituere. Quia in dubio delictum non præsumitur, atque ideo tam commodatarius; quàm depositarius sunt in suæ innocentiæ possessione. Quod intelligendum, nisi pro altera parte essent coniecturæ, vel indicia, quæ delicti præsumptionem merito possent ingenerare. Ita Sanch. *libro 2. de matrim. d. 41. numero 18.* Lessius *libr. secund. cap. 27. dub. tertio* Salas *1. 2. tract. 8. d. vnic. sect. 23. numero 243.* Castro Palao *tom. prim. d. 3. puncto quart. numero quarto* Henriq. *libro 14. c. 15. fine.* Villalob. *sum. to. 1. tr. prim. dif. 20. nu. 10.* Diana *part. 3. tr. 6. resolut. 49.*

192 *Probabiliorem hanc puto sententiam.*

Hanc sententiam probabiliorem esse iudico, inferens primo, Doctrinam è fortiori locum habere in conductore rei alienæ, qui dubius etiam an sua culpa res conducta perierit, non est obligandus ad restitutionem. Minus enim beneficium conductor accipit ex conductione, quam commodatarius ex commodato secundo, hanc eandem regulam locum habere non solùm in omnibus contractibus, sed etiam in omni debito ex officio, vel etiam ex iniusta acceptione, aut læsione. Quia in ijs omnibus, quoties æque dubitatur, an præcesserit culpa sufficiens ad generandam restituendi obligationem, non videtur debitor obligari. Regula enim illa generalis, quod delicta in dubio non sunt præferenda in iis omnibus locum habet.

DVBIVM XXXV.

Si debitor sit in mora culpabili soluendi, & ideo creditor cogatur accipere pecuniam, & interesse soluere, debet ne in conscientia, id totum à debitore solui, si non fuit prius admonitus à creditore suo, quod ipso non soluente, debebat pecuniam cum interesse accipere?

194 *Non debet soluere nisi prius moneatur.*

NOn debet solui, si non fuit debitor admonitus priùs à creditore suo de illo damno. Quia tunc fortasse debitor vel debitum solui set, vel alio prouidisset modo, ne creditor illud damnum subiret, sic Azor *puncto 3. lib. 5. c. 4. de vsur. quæst. 3.* Angel. *v. vsura numero 20.*

195 *Soluere debet, etiam non præmonitus.*

Soluere debet, etiam si non præmoneatur de eiusmodi damno. Quia re verâ illud totum damnum incurrit creditor ob moram iniustam debitoris, quod autem sequitur ex alterius iniuria, resarciri ab eo debet, etiam si passus iniuriam non præmonuerit, sic enim qui artificem vulnerauit tenetur resarcire lucrum ex vulnere artifici cessans, licet ab artifice non fuerit præmonitus, iniuria namque ipsa obligat ad id totum, quod ex ea sequitur. Ita Nauarra *de restitutione libro 13. capite secundo numero 281.* Malderus *2. 2. tractatu quinto dub. 12. quæstione secund.* Scaccia *tractatu de commer. §. primo quæstione 7. punct. secund. numero 263. & 266.* Diana *puncto primo tractat. de contract. resolut. 87.*

196 *Idem iudico.*

Idem iudico. Quia damnum illud creditoris, quod sequitur, non procedit ex defectu præmonitionis, vel protestationis, quam faceret creditor, sed ex mora ipsius debitoris, æstimatio autem damni creditoris non magis debetur, quia fuerit protestatus, quam si protestatus non fuerit?

DVBIVM XXXVI.

Quando mora debitorù circa solutionem culpabilis non fuit, teneturne tamen, lucri cessantis, vel emergentis damni incommoda resarcire, qua creditor ob dilatam solutionem incurrit

197 *Tenetur plane.*

TEnetur equidem. Quia eo ipso, quod terminus solutioni præfigitur, interuenire videtur pactum tacitũ, quod mutuatarius teneatur ad interesse, quo mutuans defectu solutionis in eo termino, priuatur, & hoc siue ex culpa, siue culpa mutuatarij non soluatur, quia v.gr. soluendo eo tempore non fuit. Obligatio enim illa cum ex contractu oriatur, non indiget culpa iuridica mutuatarij ad hoc, vt contrahatur, sic Molina *tom. secund. de iust. d.* 315. *numero secund. & tom.* 3. *d.* 726. *circa finem* Sà *vers. Mora numero secund.* dicens, videri hanc opinionem mercatorum vsu receptam.

198 *Non tenetur.*

Minimè tenetur, quando mora non est culpabilis (& non præcesserit pactum de soluendo interesse ex mora etiam non culpabili. Quia obligatio in hoc casu oriri non potest ex iniusta retentione, cum supponatur retentio, & mora esse omnino inculpabilis. Sed neque oritur ex contractu, durissimum enim esset velle se obligare ad subeundum tantum onus absque culpa vlla. Neque talis animus contrahentium colligi potest ex praxi, sed omninò contrarius, cum nemo in conscientia agat de restituendo, quando oblitus fuerat inuincibiliter debiti contracti, ergo imponendum non est onus adeò graue absque sufficienti fundamento. Ita Lessius *libro secund. capite decimo numero* 70. Salas *tractatus de vsur. dub.* 19. *numero quinto* Sylvest. & Armil. quos affert, ac sequitur Diana *part. secund. tract. prim. reso lut.* 49. Rebellus *part. secund. libro* 8. *quæstione septim. numero quarto* Bonacin. *de contr. d.* 3. *quæst.* 3. *puncto quarto numero quinto* Maider. 2. 2. *tract. quinto cap. tertio dub.* 12. *quæstion. quart.*

199 *Hanc sententiam ab omnibus praxi esse receptam.*

Existimo hanc sententiam (quam præfero in foro conscientiæ ab omnibus in praxi esse receptam. Quis enim dicat commodatarium (cui liber commodatus est ad annum, si tàm ipse, quam dominus libri inuincibiliter obliti sunt, & ideo Dominus putans librum illum amissum esse alium maiori pretio emit,) quando recordatur, non satisfacere reddendo librum, sed debere insuper resarcire damnum maioris pretij in alio libro insumpti? Certè hoc nemo agit, sed statim dicit, se culpa caruisse, habebat enim animum reddendi debito tempore, sed omnino oblitus fuit, & ita existimat merito absque vllo scrupulo, se in conscientia manere securum.

DVBIVM. XXXVII.

An Meretrix debeat turpitudinis lucrum restituere.

200 *Totum id debet restituere.*

CErtum est, eam restituere non debere id, quod gratis ei donatur. At totum id, quod accipit in pretium libidinis restituere debet. Quia vsus corporis vendibile non est, nec pro eo debetur pretium, cum sit quid intrinsece malum. Et quia nemo potest vendere id, cuius dominium liberum, & administrationem non habet, sed fœmina extra matrimonium non habet liberam sui corporis administrationem, nec potest libere de illo disponere: Ergo non potest valide illud vendere, atque adeo non poterit pretium retinere, vel eligere. Sic Ioan. Medina *Cod. de restitut. quæst.* 20. & alij, quos refert Couar. *in regula. peccatum part.* 2. §. 2. *numero secundo.* Idem aliquando sensit Nauar. *summ. cap.* 17. *numero* 38. & supponere videntur Durand. Comitol. & Valerus, quos affert Diana *part. secund. tr.* 2. *resol.* 40. dicentes, vsum corporis non esse vendibilem, nec pro eo deberi pretium, cum sit aliquid intrinsece malum.

201 *Non debet.*

Non debet restituere. Quia licet actus ille nõ sit licite vendibilis, cum non sit licitè ponibilis, non est tamen contra iustitiam eius venditio, qua enim parte delectabilis est, dignus est pretio. Et quia dans meretrici mere libera donat, absque vlla coactione, aut vi, nam sine vi, aut necessitate dat, cum posset, imo deberet ea, quã expetit, delectatione carere. Ita Lessi. *lib. secund. c.* 14. *dub.* 8. Mol. *to.* 1. *tract.* 2. *d.* 94. Caiet. Mensi. Richard. Gabr. Angel. Sylu. Sotus, & alij, quos refert, & sequitur Turrian. *d.* 14. *dub.* 1. Vasq. *de rest. cap.* 7. *dub.* 1. Arag. Azor. Sayr. Salon. Sylui. Rebel. Tanner. Villalob. & alij quos refert Diana *citatus.*

202 *Hoc commune, & verum.*

Hæc sententia communis quidem vera omnino est. Moneo tamen, hoc intelligendum de lucro, quod non per fraudem, & mendacia ab amasio sit extortum. An vero idem dicendum sit de eo, quod nimiis fœminæ blanditiis, vel aliis persuasionibus fuerit extortum affirmat Medina, sed aptius negat cum Soto Vasquez *ibid.* Quia blanditiæ illæ non causant inuoluntarium.

DVBIVM XXXVIII.

Pretium à fœmina acceptum ante vsum corporis concessum, debetnè & non debet restitui.

203 *Certum suppono.*

VEl datum fuit ex pacto explicito siue implicito pro vsu corporis dando, vel datum fuit liberaliter ab amasio, ad alliciendam fœminæ voluntarem, & vsum corporis impetrandum;

trandam. Si primo modo datum fuit, retineri non potest, sed restitui debet. Quia vel habet fœmina voluntatem observandi pactum, & dãdi vsum corporis, & iam tunc peccat contra castitatem, vel non habet talem animum, & & tunc peccat contra iustitiam retinendo pretium absque animo reddendi id, pro quo datum est pretium. Quæsierim verò, si munera data sint secundo modo an id debeat à fœmina restitui?

204 *Debet restitui.* Debet quidem. Quia retinendo munera illa videtur fœmina dantis peccato cooperari, qui non nisi turpi animo illa donat. Sic Ludouicus Lopez apud Dianam *part. secund. tract. 2. resolut. 40.*

205 *Restitui non debet.* Non debet. Quia nullo modo fœmina cooperatur, nam postquam amasius semel illa munera dedit, iam à se illa alienauit, nec postea vllo modo continuat donationem, cum iam non pendeat amplius ab eius voluntate, aut influxu, sed solùm retinet spem turpem ex præterita donatione, ad quam spem fœmina non concurrit, neque illam fouet, imo reddit irritam & destruit negando libere ac clare rem speratam. Ita Mol. *tom. tertio de iustit. d. 735. numero 3.* Rebel. *de iustit. part. prim. libro tertio quæst. 7. numero 6.* Valerus *in different. vtriusque fori, vers. Restit. different. 34.* Diana *vbi suprà.*

206 *Hoc teneo, & expono:* Cum his sentiens existimo fœminam retinere posse munus ab amasio acceptum seruata pudicitia, ac donatori manifestata. Quia ille nec explicite nec implicitè sub pacto dederat, sed solum ad eius animum allicendum. Sic etiamsi aliquis ad finem obtinendi dignitatem, aut beneficia pinguia collatori munera pretiosa donet, absque vllo tamen pacto explicito, ve implicito, quamuis indecorè quidem accipiantur, absque iniustitia tamen possunt retineri, etiam si is, qui dedit, spe sua defraudetur. Quia solùm data sunt liberaliter, ad alliciendum eius animum, & benevolentiam captandam?

DVBIVM XXXIX.

Quemadmodum meretrices possint pretium turpitudinis suæ, aliæ quæuis fœminæ retinere?

207 *Retinere non possunt* Quæstio est, an sicut meretrices retinere possunt turpitudinis suæ pretium, ita fœminæ aliæ possint, siue virgines sint, siue viduæ, siue coniugatæ, siue Deo Sacræ? Minime possunt. Quia meretricibus publicis eiusmodi retentio conceditur, non alijs, aliæ enim omnes contra legis prohibitionem accipiunt. Sic Cynus & Angelus *ad leg. secund. Codic. de condict. ob turpem causam.* Abbas *ad c. Quia plerique de immunit. Ecclesiast. numero 14.*

208 *Possunt retinere.* possunt plane, nec vlla differentia apponenda est saltem in foro conscientiæ. Quia quòd commune omnibus non est plus est pretio æstimabile, quam quod vulgariter prostituitur. Ergò si meretrix potest pretium turpitudinis retinere, potiori iure aliæ verecundiores fœminæ. Ita Adrian. Sylu. Couar. Sot. Medin. Nauar quos affert, & sequitur p. Vasq. *de rest. C. 7. dub. secund.*

209 *Hæc sententia communis, & vera.* Hæc sententia communis est, & admodum vera in conscientiæ saltem foro, quidquid sit, an in foro externo competat eiusmodi mulieribus actio ad petenda talia promissa, de quo Couar. *reg. peccatum p. 2. §. 2.* An vero quæ à Religiosis accepere meretrices vel aliæ fœminæ ob vsum turpem valeant retinere, vel debeant restitui, alibi expendibus.

DVBIVM XL.

Accepta ob quodlibet aliud peccatum, verb. gratia ob homicidium, ob Sacrilegium, ob maleficium, seu incantationem, ob peccatum contra naturam, &c. sunne restituenda?

210 *Restituenda sunt.* Restituenda sunt. Quia peccatum non est aliquid pretio æstimabile, nec vendibile. Sic Medina apud Vasquez *de restitut. cap. septimum dub. secund.* Alij dicunt, quando opus malum est in materia æstimabili retineri posse pretium, vt si acceptum fuerit ob homicidium Patrandum, secus verò si materia non sit pretio æstimabilis. Sic Couar. *reg. peccatum par secund. §. 2. numero 5.* vt notauit Vasq. *numero 19.* Alij docent, tunc restituendum esse, quando turpitudo fuit ex parte dantis, & accipientis, secus si fuit solutum ex parte dantis. Sic Paluld. *in 4. dist. 15. q. 5 concl. 3. &* 4. Alij affirmant, restituendum esse, quod accipitur ob peccatum contra iustitiam, secus de acceptis ob peccata contra alias virtutes. Quia quando accipitur ob peccatum contra iustitiam iniustè accipitur, sed iniusta acceptio obligat ad restitutionem: Ergo debet restitui, quod ita accipitur, sic nonnulli apud Vasq. *vbi supeà.*

211 *Non sunt restituenda* Attento iure naturæ, & nisi leges reddant inhabiles ad dandum, vel accipiendum, non debet restitui, facto iam opere criminoso, quod pro eo patrando est acceptum. Quia pretium id acceptum est pro re aliqua emptori grata, & vtili, & ad quam venditor non tenebatur. Ita Nauar. D. Anton. Sylu. Nauarra, quos refert ac sequitur Turrian. *d. iust. d. 14 dub. 2. n. 7.* Vasq. *de rest. c. 7. dub. 2. n. 25.* Mol. *to. 1. tr. 1. d. 94.* Les. *l. 2. c. 14. dub. 8.* & alij communiter.

212 *Cum his opinor.* Certè quæ de meretricibus *Dub. 38. & 39.* dixi, eadem de lucro ob quæque alia crimina affirmarim, eadem enim ratio hìc, & inibi militat. Addidi verò, *Quando leges non reddunt incapaces retinendi*, quia non est animus modo tractandi quæstionem illam, num Iudices, & alij publici ministri teneantur in conscientia restituere, quę vltra proprium stipendium à litigantibus accipiunt. de hoc enim suo loco agendum. Fateor profectò peccatum non esse aliquid pretio æstimabile, aut vendibile, sed in nostro casu non tam venditur peccatum, quam rectitudo, qua aliquis in gratiam emptoris se priuat. Et licet actio illicita non possit licite vendi, re tamen vera est pretio æstimabilis; cum afferat delectationem, & vtilitatem emptori tali pretio dignam.

DVBIVM XLI.

Qui promisit prodigè ob peccatum patrandum teneturne postea, totum implere, præsertim si cum iuramento promisit?

213 *Non tenetur quoad quantitatẽ prodigè promissam.*

NOn tenetur quoad quantitatem prodigè promissam, sed solum quoad partem, etiam si promissio cum iuramento fiat. Quia promissio rei de se malæ non obligat etiam cum iuramento: sed quoad excessum, in quo est prodigalitas, dare pecuniam illam est malum saltem venialiter, cum prodigalitas sit culpa saltem venialis: Ergo quoad illum excessum promissio est prodiga, & non debet impleri. Quare si quis etiam cum iuramento meretrici promisit centum aureos, non tenetur postea nisi ad illam summam, quæ eiusmodi mulierculis dari consueuit à viris eius conditionis, Ledesma, Mercado, Palacios, Salon, Bañes Manu. Aragon. quos refert Sancius *l. primo decal. c. 9. num. 27.* dicens, id esse probabile. Suar. *l. 2. de iuram. c. 28. fine.*

214 *Tenetur plane.*

Promittens siue cum iuramento, siue sine illo tenetur, patrato iam dare totum, quod promisit, dummodo non sit inæqualitas in contractu oneroso, etiamsi prodigalitas adsit. Quia promissio obligat, & debet obseruari, quoties res promissa potest, præcedente promissione, sine peccato poni. Ad iudicandum ergo de obligatione promissionis, non debeat attendi, an illicite res promittatur, nec an res illa promissa secundũ se illicita sit, sed an sit talis, vt posita etiã promissione, illicita maneat: quando enim promissio non tollit malitiam à re promissa, sed adhuc illicita manet, promissio non obligat. quando vero promissio facit, vt res, quæ antea non erat licita, iam tunc licitè poni possit, obligat proculdubio. Talis autem promissio est in casu nostro, quæ tollit à datione illius pecuniæ malitiam totam, quam prius habebat: erat enim mala, quia erat prodiga) eo tamen ipso, quod pecuniæ postea dantur ex promissione, non dantur gratis, & sine causa, sed ex grauissima causa nempe propter ius à propromissario acquisitum: Ergo eo ipso non est prodiga, imo nec est donatio, sed debiti solutio. Ita Molina *tom. secund. d. 271.* Sanchez *suprà citat.* in eam inclinat. Lugo *tom. 1. de iust. d. 18. num. 6.*

215 *Standa ratione hoc probabilius esse iudico.*

Prima sententia cum communis sit, probabilis quidem valde est. At in ratione standa multoiuerior secundam esse crediderim. Quia qui promisso coniugio virginem defloruit, etiamsi ipse sit nobilis & dines, fœmina autem sit infimæ sortis, & pauper, atque adeo ille prodigè promiserit adhuc teneatur postea promissum implere, saltem si non ficte promisit; quia licet promissio fuerit prodiga, ac turpis, posita tamen promissione, & debito ex contractu oneroso, impletio nec turpis, nec prodiga est, sed rationabilis, ac debita ex iustitia: Ergò quod meretritia stulte, ac prodigè aliquid promittatur, non facit, quod impletio sit prodiga & irrationabilis, atque adeo debebitur; quia promissio de re quæ licitè potest impleri potest, obligat ad sui obseruationem.

DVBIVM XLII.

Quæ alicui dantur, vt faciat, vel omittat id, ad quod faciendum ex iustitia tenebatur, debetne, restitui?

SCio Iudices, ac Ministros publicos non posse aliquid accipere pro iis, ad quæ ex iustitia tenebantur propter officium, de quo alibi: Quæstio procedit de cæteris iustitiæ obligationibus. Profecto in foro conscientiæ non debent restitui, quæ alicui dantur ne fiat peccatum aliquod contra iustitiam. Quia nulla lege redditur incapax retinendi. Et quia licet ille ex iustitia teneretur ad id præstandum, non tamen tenebatur id in tui gratiam præstare: Ergò propter hoc potest aliquid accipere. Sic Nauar. *summæ capite 17. numero 33. & 34.* Sotus *de iust. l. 4. q. 7. a. 1.* 216 *Restitui non debent.*

Debent restitui in foro conscientiæ ea omnia quæ dantur ob opus, vel omissionem, ad quam quis ex iustitia tenebatur. Quia illud inuoluntarie datum est, ad redimendam vexationem iniustam. Et quia æqualitas violatur, quoties pro eo, quod quis debet ex iustitia, aliquid amplius accipit, quasi non deberetur. Ita Couar. *reg. peccatum, §. 3.* Corduba *lib. primo quæstionar. quæst. 32.* Medina *Codice de restit. q. 25.* Mercard. *l. sexto capite. 16.* Syluest. Gabr. & Adrian. apud Vasquez. *de restitut. capite 7. dubit. 5. numero 32.* Lessi. *l. secund. capite 14. dub. 9. numero 93.* & alij communiter. 217 *Debent restitui.*

Hæc sententia regulariter vera mihi. Addiderim tamen quandam limitationem, & exceptionem. Potest enim contingere, quod pretium illud ei detur non ab illo cui ex iustitia debebat opus vel omissio nihil debebat. Et tunc aliqui dicunt, posse acceptum retineri. Quia licet opus illud deberet, non tamen debebat facere in huius gratiam. Sic Sotus, quam impugnat Lessius *numero septimo.* Quia quando res ipsa vendi non potest, affectus circa illam minime potest vendi; alioquin vsurarius posset aliquid vltra sortem accipere non pro mutuo, sed quia in tui gratiam alteri det mutuum; & reuera ille qui dat pro affectu, quo in eius gratiam dos mutuum, sed pro mutuo, quod solùm intendit obtinere; quare accipis pretium pro re non digna pretio. Aliter ego distinxerim, vt limitem secundæ sententiæ doctrinam. Nam tertius ille, qui dat tibi aliquid, vt facias, quod ex iustitia debes, dupliciter potest id præstare primò vt proximus iniuriam non patiatur, & in eius gratiam, ac commodum; secundo solum in gratiam tui, quem diligit, & ne pecces, vel ne te periculo infamiæ exponas, vel pœnæ temporariæ ea de causa subeundæ, si primo modo se gerat, pretium illud retinere non potest, secus si secundo. Ratio differentiæ est quia in primo modo qui pretium dat, vere dat pro re quam tu gratis dare debes, & ad quam ius habet ille, cuius causam geris. In secundo autem casu qui dat pretium non curat de immunitate alterius, aut pretium pro illa impertit; sed de indemnitate tua, & bono tuo spirituali aut temporali, ad quod bonum ipse nullum habet ius ex iustitia; neque etiam tu cuius ille 218 *Hanc magis probo cum limitatione sentẽtiam.*

partes

partes agit, & vtilitatem procurat, debet tibi ex iustitia illud bonum; cũ nemo habeat erga seipsum iustitiam; non dat ergò pretiũ pro aliquo, quod tu deberes illi gratis dare, seu quod ex iustitia illi debeas, vel alteri, cuius partes agit, & ideo in hoc secundo casu non apparet, cur debeas restituere, quod accepisti.

DVBIVM XLIII.

Qui accipit, vt faciat quod debet ex aliis præceptis, extra materiam iustitiæ facere; debetne id restituere ex iustitia?

219 *Ristitnere debet.*

REstituere debet, præsertim si accipiat pro operibus debitis ex Religione in Dei obsequium, vel etiam propter ea quæ debentur ad propriam operantis vtilitatem, aut etiam ob ea, quæ ex charitate debentur. Quia id non est voluntarie datum, sed ab inuito, qui aliter non poterat obtinere, quod sibi ex aliqua alia virtute debebatur. Et quia acceptio est iniusta, saltem quando accipitur pro re quæ soli accipienti vt ilis erat, & nondanti: v. gr. si detur tibi pecunia, ne inebrieris, ne luxurieris, ne ludas: quæ omnia tibi soli vtilia sunt: vendis ergo id, quod emptori non est vtile, atque ideo non est vendibile. Sic Sylnestr. *v. Restitutio* 2. §. 2. Couar. Cordub. Medi. apud Vasquez *de restitut. cap. 7. numer. 33.* sed certè si hæc tententia consequenter procedat, idem debet dicere de acceptis ob vitandum aliquod peccatum præsertim mortale, cum omnia peccata mortalia habeant malitiam contra Religionem, quatenus includunt Dei contemptum.

220 *Non debet restituere*

Minimè debet restituere acceptum propter opus bonum, vel omissionem ex alia virtute ex debito iustitiæ. Quia sine alterius iniuria acceptum est ex dantis voluntate: non est ergò obligatio restituendi ex re accepta, quia translatum est dominium à potente transferre; neque etiam ex iniusta acceptione, cum non interueniat iniuria. Ita Card. de Lugo *to. 1. de iust. d. 18. numero 67.*

221 *Idem affirmo.*

Idem affirmo adiiciens, ex debito alterius virtutis aliquando restituendum eirt, aliquando non. Ex. gr. aliquando erit obligatio restituendi pretium acceptum propter opus, quod ex charitate erga proximum debebatur, aliquando non erit obligatio; vt si non teneberis alicui extreme laboranti ex charitate subuenire, & nolis, nisi accepto pretio, id agere: non teneris ex iustitia pretium reddere, quia iustitia non obligabat ad subueniendum ei, vt suppono: Ergò nec obligat iustitia ad subueniendum absque acceptione pretij, seu ad non accipiendum pretium pro subuentione. Aliquando tamen erit obligatio ex eadem charitate non accipiendi, vel etiam restituendi pretium, quando scilicet charitas obligabat ad gratis subueniendum; quia ea obligatione posita, acceptio pretij impedit, ne possit fieri satis charitatis præcepto, cũ pretio accepto, non subueniatur gratis proximo, provt charitas præcipiebat.

DVBIVM XLIV.

Tradìt alicui vinum tuo nomine vendendum, quem scis venditurum minuendo mensuram, vel aquam admiscendo: Peccasne contra iustitiam teneriśne ad restitutionem?

PEccas contra iustitiam, & ad restitutionem teneris. Quia tu re vera vinum illud vendis, ac iniustitiam per tabernarium tanquam per tuum ministrum censeris committere. Secus si vinum tabernario iusto pretio venderes, qui tamen postea suo nomine cum illis fraudibus vendit: tunc enim non peccas, si absque graui tuo damno non potest illud vitare, eo quod non facile tabernarium valeas inuenire, cui absque eo periculo vendere possis. Sic Sanchez *lib. primo Decalog. cap. septimo numer. 37.* Molfesius *summ. tractatu octauo cap. 11. numero 63.* Lugo *tom. primo de iust. disc. 18. numer. 84.* 222 *Peccas contra iustitiã, & teneris ad restitutionem.*

Non peccas contra iustitiam, nec ad restitutionem teneris, si iusta adsit causa tradendi vinum tabernario, vt tuo nomine vendat, & si id tradas iusto pretio vendendum. Quia ex iusta causa simili potest absque peccato pecuniam tuam apud vsurarium deponere, etiam si scias, cum pecunia tua ad illicitas vsurum vsuras. Nam traditio vini, & depositio pecuniæ indifferens ex se est, sic Caietan. 2. 2. *q. 78. articulo 4.* Bannes *ibi quæst. 77. articulo 4. dubio primo ad secund.* Arago. *quæst. 62. articulo quinto* Salon. *ibidem controu. 2. fine* Valent. *disc. quinto quæst. 21. puncto vltim.* Molina *tom. secund. tract. 2. disc. 331.* Rebellus *p. secund. leg. 2. quæst. 16. sect. 4. num. 20.* Diana *tom. secund. tract. 6. resol. 44.* 223 *Nec peccas contra iustitiam nec ad restitutionem teneris*

Ego quidem existimo hanc sententiam haud solido fundamento niti. Nam præter Dianã reliqui Auctores loquuntur in casu omnino diuerso, in quo non ex iustitia, sed solum ex charitate obligaris ad impediendum peccatum vsurarij, quando sine tuo graui incommodo potes, nec tu vsuram per vsurarium exerces, nec ille tuo nomine mutuum impertit. Aliud tamen est, quando tu vinum per tabernarium vendis; tunc enim ex iustitia obligaris ad seruandum emptorem indemnem, cui vinum vendis. 224 *Hanc non approbo sẽtentiam.*

DVBIVM XLV.

Iniuste Ionnes litteras alienas aperuit, quibus Antonius in Cura existens de Beneficio vacante admonebatur, iterum causas Antonio reddit, illum tamen præuenit, & Beneficium impetrat. Teneturne Ioannes Antonio restituere Beneficium?

NOn tenetur. Quia & si Ioannes commisit iniuriam aduersus Antonium in legẽdis & 225 *Non tenetur.*

& aperiendis litteris, non tamen in comparando Beneficio, cum Antonius non haberet maius ius, quàm Ioannes. Sic Diana *p. 2. tr. 6. res.* 33. Palao *to. 2. tr. 13. de Benef. p.* 11. §. 5. *nu.* 7. citans Les. *l. 2. c. 12. dub.* 18. *n.* 124. quod tamen in prioribus editionibus inueni, inueni in posteriori *num.* 130.

226 *Tenetur plane.* Tenetur planè. Quia violans iniustè secretum (vt *Volum.* 5. vidimus) tenetur, ad reparandum damnum, quod ea de causa siue in fama, siue in bonis fortunæ passus fuerit is, cuius secretum iniustè violatum est. Ergò qui iniustè violauit sigillatæ epistolæ secretum eam aperiendo, ac legendo, tenetur ad reparandum omne damnum, quod ea de causa Dominus Epistolæ passus fuerit. Ita Lugo *to. 1. de iust. d. 18. n.* 104.

227 *Eiusdem sum mentis.* Eiusdem sum mentis. Vnde si ea occasione, ac publicatione iniusta Epistolæ secretæ alius tertius impetraret beneficium, teneretur ad restitutionem pro hoc damno ille qui literas aperuit, & publicauit, cum ex ipsius iniuria totum hoc damnum passus fuerit Epistolæ dominus. Si ergo ipsemet, qui iniustè Epistolam aperuit impetret beneficium, multo magis tenebitur ad restitutionem damni, cum totum hoc damnum ex sua iniusta actione procedat, ita vt etiam ab aliis illatum teneretur ipse compensare, & impedire, quantum posset, ne ab alijs inferretur, quantò magis debet ex iustitia impedire, ne à se ipso inferatur.

DVBIVM XLVI.

Quis mendacijs, ac fraudibus impedit, ne confiscentur sua, vel alterius bona, quæ in commissi criminis pœnam fisco addicenda erant: Teneturne ad restitutionem?

228 *Tenetur quidem.* Tenetur profectò. Quia cũ fiscus ius habeat ad tom, quatenus potest iuste petere, quod ea bona ipsi applicentur, qui per fraudem impedit, nè talia bona applicentur, videtur iniuriam in fiscum committere, & per consequens obligationem restituendi contrahere. Sic Diana *p. 3. tr. 6. res.* 35. Mol. *to. 1. de iust. tr. 2. d.* 95. *n.* 36. Laym. *l. 3 sect. 5. tr. 2. c. 6. n.* 4. Sot. *de iust. l.* 1. *q.* 6. *a.* 6. Castro *de l. pœn. l. 2. c.* 15. §. *ex his.*

229 *Non tenetur.* Non tenetur. Quia huiusmodi occupatio bonorum constituta est in pœnam criminis, sed pœna non debetur ante sententiam saltem declaratoriam criminis, vt communiter fatentur Doctores, imò soluenda non est ante sententiam constitutiuam pœnę, qua ipsa pœna solui iubeatur: Ergo sententia non secura, pœna huiusmodi non debetur. Ita Tanner. 2. 2. *d* 5. *q.* 6. *dub.* 2. *n.* 76. Les. *l. 2. c. 12. dub.* 18. *n.* 134. Azor. *to. 1. l.* 5. *c.* 8. *q.* 5. Sanch. *to. 1. Decal. l. 2 c.* 22. *n.* 22. Vasq. 2. 2. *to.* 2. *d.* 175. *c.* 12. *n.* 13. & 14. Nau. *sum. c.* 18. *n.* 49. & alij.

230 *Hoc probabilius esse reor.* Hoc probabilius esse reor. Annoto tamen, præfatum impedientem confiscationem, vel applicationem pœnæ eo animo, vt noceat iis, quibus pœna erat applicanda, peccare contra iustitiam, & debere illis restituere pro damno illato. Eos autem qui non eo animo faciunt, sed solùm vt se vel amicum ab eo damno teneantur, obligandos ad restituendum non esse.

DVBIVM XLVII.

Furatus est quis modium tritici, qui valebat duos aureos, sed postea creuit pretium vsque ad tres; Postea ille restituere debet, & non debet tres aureos, si Dominus venditurus esset id quando duos valebat?

231 *Non debet tres aureos restituere.* NOn debet tres aureos sed duos solùm restituere quia solum debet reddere quantum valet damnum domino illatum: Cùm ergò dominus non sit damnificatus quoad illum excessum, nam triticum non erat habiturum apud dominum illum valorem, non est aliquid pro excessu, quem nunc habet, restituendum. Sic Bonac. *de contract. distin. 1. quæstion tertia puncto 11. numero 9.* & probabilem dicit Diana *part. secund. tract. tertio resol.* 51.

232. *Tres debet restituere aureos.* Debet tres aureos restituere, siue triticum reddere iuxta summum valorem, siue intrinsecum, siue extrinsecum, quem habuit tempore intermedio. Quia cum res maneat Domini, valor etiam extrinsecus domino crescit. Si ergo res conseruata est vsque ad illud tempus, iam ex parte fortunæ domini auctæ sunt qui habet in bonis rem maioris pretij, vndecumque illud augmentum prouenerit. Non potest ergò fur priuare dominum illo augmento sine noua iniusticia, quam committit dum eo tempore, quo triticum plus valet, non restituit domino, prout restituere deberet. Ita Nauarra *sum. cap.* 17. *numero* 26. Gabriel. *in* 4. *distinctione* 15. *quæstion. secund. articulo* 3. *dubio primo concluſ.* 3. Sylvest. *v. Furtum. quæst.* 16. Angel. *ibi*, §. 44. Malder. 2. 2. *tractat.* 4. *cap.* 18. *dub.* 9.

233 *Mediam capio viam* Mediam capio viam asserens, non attendendum esse in restitutione ad valorem, quem res habuit, sed ad damnum, quod domino illatum est per iniustam ablationem, aut retentionem, Quam quidem sententiam, & regulam ego verissimam existimo, si debito modo intelligatur, quare Medin *de restitution. quæstion.* 6. Vasq. *de restitutio. cap.* 5. §. *prim. dubio* 12. Turtian. *de iustit. distinctione* 10. *dub. secund.* Rebel. *de iustit. part. prim. libro secundo quæstione* 6. Mol. *tomo tertio distinct* 725. *num.* 6. & alij huius meæ sententię Auctores variant multum in huius regulæ ad casus particulares applicatione, vnde ipsi consulendi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DVBIVM XLVIII.

An quando dubitatur, an dominus rei seruaturus fuisset triticum, verb. gratia ad tempus, quo plus, vel minus valet? In dubio iudicandum sit contra furem secundum id quod vilius est domino?

234 *In fauorem domini est iudicandum.*

IN fauorem domini est iudicandum. Quia dominus potuisset illo maiori pretio vendere. Sic Vasq. *de rest. c.* 5. §. 1. *dub.* 12. *n.* 77. & hanc esse communem aliorum Doctorum sententiam docet Les. *l. c.* 2. 12. *dub.* 16. *n.* 109.

235 *Non est iudicandū in domini fauorem.*

In fauorem furis iudicandum est, & aliquid detrahendum de meliori statu, ac valore, quem res habuit, propter illam incertitudinem. Quia pro damno incerto non debet tantum restitui, quantum pro certo. Ita Les. *citat.* Turrian. *de iust. d.* 10. *dub.* 2. *n.* 7. Lugo *tom.* 1. *de iust. d.* 18. *n.* 133. Molina *tom.* 3. *d.* 725. *n.* 8. Diana *p.* 2. *tr.* 3. *resolut.* 52. Imo Vasq. à sua sententia discedens, huic se se dedidit.

235 *Magis mihi hæc placet sententia.*

Mihi magis hæc placet. Quia quoties agitur de restitutione lucri cessantis, vel damni emergentis, regula generalis ab omnibus tradita est, quod debeat restitutio fieri non integrè, sed iuxta maiorem, vel minorem talis lucri, vel vitandi damni certitudinem, quantum scilicet spes illa incerta valere poterat, attentis ijs omnibus, quibus effectus poterat impediri. Et hoc etiamsi obligatio restituendi ex delicto descendat. Cum ergo in casu nostro agatur de restituendo maiore valore rei, quam habuit, eo quod poterat eam dominus vendere tunc, quod lucrum ob furtum pendidit; non debet fieri restitutio integra illius lucri, quando dubium est, an dominus vendere voluisset, sed solum quanti illa incerta spes potest æstimari.

CAPVT XVIII.

Circa obligationem restituendi ex cooperatione ad damnum iniustum.

DVBIVM XLIX.

Vt cooperantes ad damnum iniustum ad restitutionem obligentur estne necesse, eos ita influere, & concurrere ad damnificationem, vt sine illis damnificatio iniusta non fieret?

236 *Necesse est.*

NECESSE est. Quia si absque eorum cooperatione ea damnificatio iniusta non fieret, accidentale est, quod ipsi sua cooperatione concurrerent. Ergo ad restituendum non tenentur, qui simpliciter non concurrére ad inferendum damnum. Sic D. Thom. *in* 4. *d.* 15. *q.* 1. *a.* 5. *ad* 3. *quæst.* Nauar. *sum. c.* 17. *n.* 17. D. Anton. Sylu. Palud. Richard. apud Less. *libro secundo cap.* 13. *dub.* 2. *numero primo*, Layman. *l.* 3. *sect.* 5. *a.* 2. *c.* 5. *n.* 5. Gab. Adrian. Angel. Alexand. Alens. quos affert Vasq. *de rest. c.* 9. §. 1. *num.* 2.

237 *Non est necesse.*

Necesse non est, sed sufficit, quod causa illa influat, & concurrat ad opus, & damnum iniustè illatum. Quia quotiès tuum consilium verè mouet, & influit, licet eo deficiente, damnum id inferretur, adhuc tu verè es causa damni. Ita Caiet. Sotus, Med. quos refert, & sequitur Vasq. *n.* 3. Les. *n.* 2. Mol. *to.* 3. *d.* 736. *n.* 5. & alij recentiores communiter.

238 *Hoc mihi verius.*

Existimo hāc sententiam esse veriorem. Quia esse causam, non est, quod illa deficiente effectus non fieret, sed quod illa etiam influat de facto influxu proportionato in suo genere. At tunc re vera consilium tuum influit, cum ab illo moueatur fur de facto ad furandum, licet non ab illo solo: Ergo re vera denominat te causam damni, ac per consequens facit te restitutionis reum, ad quam solum requiritur, quod vere sis causa damni iniuste illati.

DVBIVM L.

Quando volenti furari post duodecim dies, consuluisti furari cras, teneriſne ad totum damnum restituendum?

239 *Teneris quidem.*

TEneris quidem. Quia ad id totum cooperatus es. Et quia si non furatus ille fuisset cras, potuit ante duodecimum diem mutare consilium, vel aliis modis à furto impediri. Sic Mol. *to.* 3. *d.* 736. *n.* 3.

240 *Non teneris.*

Minime teneris. Quia ille non verè furatus est, quod tu consuluerit, tu enim non consuluisti furtum, sed ex suppositione furti, circumstantiam temporis, quæ parum, vel nihil damni domino superaddit. Vnde qui iuste vel iniuste occidendus est meridie, petere potest, vt tribus potius horis ante meridiem occidatur, qua hora minor concursus hominum erit, vel ipse erit melius ad mortem dispositus, nec per hoc censetur ad suam mortem cooperari, quia id solum petit ex suppositione, quod occidendus sit, sic in casu nostro non censetur cooperari ad furtum, qui ex furti suppositione solum consulit horam, vel diem. Ita Cardinalis de Lugo *tomo primo de iustit. distinctione* 19. *numero* 15.

241 *Auctoris resolutio.*

Equidem si consilium tuum non fuit absolutum, sed conditionatum solummodò, vt si furaturus erat, furaretur cras: vel si fur non est motus tuo consilio ad furandum, sed solum ad temporis circunstantiam ex suppositione, quod furaturus erat, nullam reor te restituendi habere obligationem, nisi forte illa circumstantia referret ad ipsam substantiam furti

furti ponendam, & esset spes, quod furtum dilatum impediretur. Alioquin potuit illud consilium esse bonum, vt si dies à fure statuta esset festiua, in qua deberet etiam festum violari propter opus seruile necessarium fortasse ad furtum exequendum,

DVBIVM LI.

Quando adest perseuerans dubium, an ex tuo consilio, vel cooperatione secutum re vera fuerit damnum, teneriùne partem aliquam restituere?

243 *Non teneris partem restituere.*

NOn teneris vel partem aliquam restituere, perseuerante dubio post sufficiens examen. Quia in dubio melior est possidentis conditio. Sic Gordon. *to.* 1. *Thol. mor. l.* 5. *q.* 2. *c.* 2 §. 4. *n.* 13. Sylu. *v. Restit.* 5. *q.* 6. Ioan. Medina *de rest. q.* 7. Henriq. *l.* 14. *c.* 3. *n.* 4. *lit.* C. Reb. Sayr. & Tabien. apud Sanch. *l.* 1. *Decal. c.* 10. *n.* 44. Diana *p.* 2. *tr.* 5. *resol.* 84. *& p.* 3. *tr.* 5. *res.* 20. *&* 63. alios afferens recentiores.

243 *Teneris plane.*

Teneris restituere partem pro ratione dubij perseuerantis. Quia ille, qui causam iniustam damni apposuit, æquiparare debet ei, qui cum fide dubia incipit rem aliquam possidere: hic autem facto postea examine, & perseuerante dubio, debet partem restituere iuxta dubij proportionem. Et quia si constat vnum ex tribus, qui singuli causam sufficientem apposuere, damnum intulisse, & quisnam ex illis sit ignoratur, debent singuli restituere plus minusue pro maiori, vel minori probabilitate, quod ipsi damnum cum effectu intulerint. Ergo similiter in casu nostro. Ita Mol. *tom.* 3. *de iustit. d.* 736.

244 *Equior distinctio vtrinque vberius expenditur.*

Ego distinguendum existimo inter eum, qui consilium v. gr. dedit, & dubitat, an fuerit suo consilio motus fuerit, & inter eum, qui suffragium tulit, & ignorat, num fuerit inter priora, quibus damnum illatum est, an inter posteriora. In primo casu videtur esse contra illum præsumptio, quare in foro externo, dum consilium datum probatur, & non probatur eius inefficacia, condemnabitur, quia præsumptio est, quod consilium, secuta postea executione, acceptatum fuit, & mouit, quæ præsumptio etiam in foro interno locum habet, vt annotat Sanchez *libro prim. Decal. cap.* 10. *numero* 44. ponens in eo casu obligationem restituendi integrum damnum. At verò quando dubium est, an suffragium tum illud damnum intulerit, non est possessio aut præsumptio aliqua pro efficacia suffragij (suppono enim quod aliqua suffragia nihil damni dedere, nam fuerunt superflua, nec maiorem esse rationem ad indicandum de his, quam de illis) tunc esse in possessione eum, qui suffragium tulit, videtur, atque adeo procedere primam sententiam. Adhuc tamen in hoc casu sentio cum Molina, facto examine, ac remanente dubio, teneri eum, qui suffragium tulit iniustum, ad restituendam partem pro ratione ac mensura dubij. Quia si habes aliquid alienum, & ignoras, quis ex tribus sit Dominus, debes restituere, dando singulis plus minusve iuxta dubij proportionem, vt docent Caietan. 2, 2. *quæstione* 62. *artic.* 5. *ad* 3. & Sotus *libro quart. de iust. quæstion.* 7. *artic.* 1. *ad* 3. Ergo similiter si dubitatur, quis ex tribus damnum intulerit, singuli debent partem restituere pro dubij ratione.

De Mandante. *Iussio.*

DVBIVM LII.

Mandat quis homicidium, vel furtum patrari, sed voluntate mutatâ, renocat mandatum, & hoc mandatario intimat: qui tamen putat id à mandante non seriò dici, & ex vi primæ iussionis occidit, aut furatur mandans, teneturne restituere damna?

245 *Non tenetur ad restitutionem*

REcole ex *sectio prim.* Carmina illa *Iussio, consilium &c.* & circa verborum iussio. Quæstio sit, an mandatarius ad restitutionem teneatur, si falso credidit, iussionem illam non fuisse verè reuocatam? Non tenetur. Quia per ipsum non stetit, nec effectus sequitur iam ex suo mandato, sed ex ignorantia mandatarij putantis verba illa in alio sensu, vel alio fuisse animo prolata. Et quia si consulens homicidium putauit bona fide, sufficere reuocationem solam consilij, non est irregularis, etiamsi sequatur ex vi consilij prioris, alioquin esset necessaria bona fides, si non ex consilio, sed aliunde sequeretur nex, ad excusandam irregularitatem: Ergo à fortiori si mandans bona fide putauit, mandatum esse sufficienter reuocatum, non contrahet restituendi obligationem: ad minus enim tenetur mandans, quam consulens, vt impediat suum influxum, mandato reuocato. Sic consequenter ex casu illo irregularitatis debent profiteri Diana *part. tertia tract secund. resol.* 14. & alij, quos affert.

246 *Ad restitutionem tenetur.*

Tenetur quidem ad restitutionem. Quia ad hanc non est attendendum, quod ex eius culpa mandatum postea non reuocetur, sed sola culpa commissa, quando primum mandauit, quidquid enim ex illa culpa sequitur, licet sine vlla noua eius culpa sequatur, imputari debet mandanti in ordine ad restitutionem, nec potest impediri ille influxus, nisi impediatur, quod mandatarius in operis executione moueatur à mandato prius accepto. Hoc autē impeditur per mandati reuocationem ipsi intimatam, & ab ipso intellectam. Quānis enim ipsi intimetur si ipse propter inditatem, vel distractionem non perciperet, vel

non attenderet, non impediretur influxus prioris mandati, quia adhuc verè mandatarius in opere exequendo à priori mandato moueretur. Perinde verò est, non intellexisse sensum verum eorum verborum, ac illa non audisse, aut non percepisse. Qui enim non intelligit verborum significationem, quamuis materialiter verba audiat, non tamen audit formaliter. Si ergo constat mandanti, reuocationem suam non esse auditam, seu intellectam à mandatario non excusatur ab obligatione restituendi, quia adhuc effectus sit dependenter à priori mandato, & ab illo mandatarius mouetur. Ita Cardinal. de Lugo *tomo primo de iustit. d. 19. numero 26.*

247 *Huic applaudo sententiæ.*

In rigore metaphysico loquendo veram hanc sententiam existimo eius fundamento applaudens. Nec enim rationes pro prima expressè vrgent. Nam prima iam ex ipso nostræ sententiæ fundamento corruit. Ad secundam respondeo, doctrinam illam falsam esse, si vniuersaliter intelligatur, nam bona fides consulentis excusare poterit nouam culpam consiliarij, non tamen impedit influxum consiliarij præcedentis in effectum, quod sufficit ad irregularitatem contrahendam, & ad restituendi obligationem. Nam si consiliarius, vel mandans reuocationem per nuncium misisset, qui nuncius falso diceret, se litteras mandatario dedisse, mandans, vel consulens bona fide putaret, se satisfecisse, ac sufficienter reuocasse, & tamen non liberaretur ab obligatione ex opere sequuto, quia re vera reuocatio non fuit intimata, & per consequens nec mandati aut consilij influxus fuit sufficienter impeditus.

DVBIVM LIII.

Quis mandauit fieri Antonio damnum, & non potest iam tempestiuè admonere mandatarium, vt ab inflictione damni desistat: Debetne Antonium admonere, vt rebus suis consulat?

248 *Non debet monere.*

NOn debet. Quia in hoc differt mandans à consulente, quod mandans solùm debeat reuocare mandatum, consulens verò debeat etiam monere verb. gr. occidendum, quando videt reuocationem consilij non sufficere ad homicidium impediendum. Sic Stephan. de Auila *de censur. part. septim. d. 6. sectio. secund. dub. quart. conclus. 3.* Hentiq. *libro 14. cap. 16. numero secund.* Villalob. *tom. primo sum. tract. at. 21. difficultat. 20. num. 7.* & videtur tenere Diana *p. 3. tract. 2. resolut. 14.*

249 *Debet monere.*

Debet profecto. Quia mandans homicidium non solum debet reuocare mandatum, sed etiam monere occidendum, vt caueat, si reuocatio mandati non sufficiat. Ergò strictiori iure tenebitur eum monere, si non possit primum reuocare mandatum: Tenetur enim totum id præstare, quo possit proximi, quem lædere intendit damnum euitare. Ita Cornejo *in 3. p tr. 5. d. 1. dub. 2. q. 2. n. 2.* Turrian. *de censur. l. 7. d. 63. dub. 3.* Hurtad. *de irregul. d. 2. diffi. 6. num. 24.*

Ego vero distinguendum reor. Nam vel mandans potest monere proximum absque periculo longe maioris proprij damni, vel non potest. Si potest tenetur proculdubio eum monere, vt mandati impediat executionem. Quia etiam si damnum esset illatum, deberet restitui, quando potest id fieri sine longe maiori damno proprio, vt omnes sentiunt: Ergo à fortiori, quando nondum est illatum, debet impediri etiam cum æquali periculo, vel non longe maiori damni proprij. Si non potest, non tenebitur. Quia sicut non est obligatio restituendi cum grauiori longe incommodo proprio, ita non erit obligatio impediendi effectum ex causa iniuste posita, quando iam non est in tua potestate, nec potest impedire absque longe maiori tuo incommodo. Vnde si mandasti damnum fortunarum Antonio inferri: nec potest mandatum reuocare: non teneris cum graui infamia tua; vel etiam cum longe grauiori damno tuo fortunarum Antonium præmonere, sed sufficiet postea damnum illatum relarcire, ad quo i planè teneris; quia id ex tua actione iniusta processit.

250 *Distinguendum existimo.*

DVBIVM LIV.

Qui non mandauit, damnum alteri inferri, sed ratum postea habuit, teneturne ad restitutionem, sicut si mandasset?

QVia Regula 1. iuris docet *ratihabitionem retrotrahi, & mandato non est dubium comparari.* Habetur *reg. Ratihabitionem 10. de reg. iur. in 6.* Sic Nauar. *sum. c. 17. n. 133.* Angel. *v. Furtum §. 20.* Syluest. & Palud. apud Vasq. *de rest. c. 9. §. 1. n. 18.*

252 *Tenetur quidem.*

Minimè tenetur in ordine ad restitutionis obligationem in foro conscientiæ: Quia ratihabitio subsequens non potest me vllo modo facere, causam damni iam illati, non possum enim nunc verè producere effectum præteritum: Ergo damnum illud non processit ex mea iniuria, atque adeo non teneor restituere ex iniusta læsione. Sed neque teneor ex re accepta, cùm illa ad me non pronenerit: Ergo ex nullo capite teneor. Ita Medina *q. 7. de restitut. ad 4. argument.* Lessius *libro secundo cap. 13. dub. 3. numer. 12.* Vasq. *de rest. c. 9. §. 1. num. 19.*

252 *Non tenetur.*

Tenetur quidem ad restituendum, si ratihabitio subsequens esset causa saltem conseruans damnum illatum, vt si esset causa, quod non restitueretur, tunc enim iam esset cooperatio ad iniustam retentionem subsequentem. At respectu præteriti nullo modo potest ratihabitio esse causa cum positum iam inueniat effectum, ad illam verò iuris regulam respondeo ratihabitionem subsequentem posse non physicè, sed æquiualenter, & per fictionem iuris acceptari eiusdem

253 *Auctoris sententia.*

iuris

furis interpretatione in ordine ad aliquos effectus pro mandato; hoc tamen non habere ex natura sua, atque ideo in foro externo non potest inducere obligationem restituendi, quæ fundari debet in vera causalitate, non in ficta. Poterit tamen prodesse ratihabitio ad firmandos aliquos contractus, ad quos à iure acceptatur loco mandati. Potest etiam inducere obligationem ad pœnam post sententiam, quia leges instæ in pœnam possunt ratum habentem obligare ad restitutionem, ne detur occasio scelerum sub spe futuræ ratihabitionis.

De Consulente.

Consilium.

DVBIVM. LV.

Qui consilio aliquem ad damnum inferendum mouet, & postea re integra consilium reuocat, & constat illi cui, consilium dedit, eum serio, & ex animo non coactum, vel propter aliquem extrinsecum respectum id agere: Damno secuto, hic liberne est à restituendi obligatione?

234 *Liber quidem est.* LIber quidem est. Quia operator damni iam proprio ex marte rem gerit, cum illius consiliarius iam se omninò exemerit à delicti illius participatione dùm consilium reuocauit. Sic Nauarra, Salonius, & alij, quos refert Lessi. *l. 2. cap. 13. dub. 3. numer. 18.* dicens eam sententiam non esse improbabilem. Præposit. *in 3. p. q. 5. de irregular. dub. 8. num. 62. & 64.* Diana *p. 2. tr. 2. res. 17. &* 18. Layman. *l. 2. tract. 6. p. 2. c. 5. numer. 7.* Aulla *de censur. p. 2. capit. 5. d. 3. dub. 7.* Tanner. *2. 2. d. 4 qu. 6. dub. 14 numero* 394.

235 *Non est liber.* Non est liber. Quia consilium reuocatum adhuc influit. v. gr. si consuluit abortum vel homicidium ad vitandam infamiam ostendens modum etiam si postea consilium reuocet, & consulat contrarium, poterit adhuc qui consilium accepit moueri ab iis motiuis, quæ ei prius proposuit, vel aliis artibus vti, quas ei manifestauit, & tunc illius consilium, non obstante reuocatione influit, & facit eum restitutionis obligationi obnoxium. Ita docent agnoscentes quoad hoc differentiam inter mandatum, & consilium Molin. *tom. 3. d. 731.* Lessius *vbi suprà, dub. quinto* Vasq. *de restitutione cap. 9. §. prim. numer. 10. & 11.* & alij communiter.

236 *Respondeo quæstioni distinctione vtens.* Distinguendum esse reor. Aliquando enim consilium petitur ad sciendam solùm veritatem, aliquando vero ad sciendam vtilitatem, & commoditatem: In primo casu, si serio consilium reuocetur, liberabitur consulens ab omni obligatione. In secundo autem casu fieri potest, vt consilium reuocatum adhuc influat, vti exposui, & ideo qui dedit à restituendi obligatione non eximatur. Quia consilium non influit propter voluntatem perseuerantem consulentis, sed propter motiuum vtilitatis, vel commoditatis, quam in opere iniquo ille manifestauit. Hæc autem motiua sunt sicut arma, quibus si aliquem ad homicidium, vel furtum semel iniuste armasti, licet postea petas, ne illis vtatur, semper denominant te causam damni inferendi, nam totum illud prius voluisti in causa, & præuidere debebas fore vt postea non posses, etiam si velles arma repetere, vel motiua illa, quibus animum ad operandum damnum instruxisti.

DVBIVM LVI.

Quando consuluisti alicui duellum, vel homicidium, & is, cui consilium dedisti ea occasione occisus fuit, ésne irregularis teneriue restituere?

IRregularis es, & ad restitutionem teneris. Quia ex tuo consilio damnum sequutum est, quo contrahitur irregularitatis pœna, & restituendi damnum obligatio. Sic Suarez *de censur. d. 44. sect. 3. numero* 18. Nauarr, & Coninch. quos refert Hurtad. *de irregul. d. 2. difficultat. 6. numer. 22.* Aulla *de censur. part. septim. d. 6. sect. secund. dub. 5. conclus. quart.* Sayr. *in clau. libro septim. cap. tertio numero 3.* Cornejo *in 3. p. tract. 5. d. 1. dub. 2. quæstion. 2. num. 3.* Villalob. *sum. to. 1. tr. 21. difficult. 20. num. 16.*

257 *Irregularis es, & ad restitutionē teneris.*

Non est irregularis, nec ad restitutionem teneris. Quia irregularitas ex consilio homicidij non est in iure inflicta, nisi quando consilium directe tendit ad ipsam occisionem, tunc enim secuta occisione, ad quam consilium tendebat, irregularitas contrahitur. Ita Turrian. *de censur. l. 9. d. 63. dub. quart.* Hurtad. *citat.* Præposit. *in 3. p. q. 5. dub. 10. n. 76.* Quibus occasionem dedit P. Vasq. *1. 2. d. 100. nu. 45.* vbi dicit, eum, qui alteri suadet furtum, ex quo scit illum puniendum pœna capitali irregularitatem non incurrere. Henriq. *l. 14. c. 16. nu. 1.* Lug. *to. 1. de iust. d. 19. n. 40.*

258 *Non es irregularis, nec teneris ad restitutionem.*

Ego quidem cum his sentiens, hanc sententiam admodum probabilem esse reor non solum quoad irregularitatem, sed etiam quoad restituendi obligationem. Hoc tamen limitandum puto, vt non procedat, quando eo animo consilium illud dedisti, vt ille occideretur, vel aliud damnum incurreret. Tunc enim verè causa fuisti illius damni. Nec alia de causa Dauid dicitur occidisse Vriam gladio filiorum Amon, nisi quia in bello alioquin iusto eo animo constituit Vriam in loco magis periculoso certaminis, vt ab hostibus occideretur.

259 *Cum his sentio.*

DVBIVM LVII.

Consulens furtum minus ex bonis Antonij, vt aduertat aliquem à furto maioris ex bonis Ioannis: tenetur ne illud minus damnum Antonio restituere?

260 *Certum statuo.* QVando illa duo mala inferenda erant eidem personæ, certum mihi est non debere consulentem quidquam ei restituere. Quia vtiliter potius eius negotium gessit, verbi gratia si volenti occidere Antonium consulo, vt auferat ei pecuniam, & non vitam, non potest Antonio de huiusmodi consilio conqueri, sed potius gratias agere. Vnde licet consiliarius opem furi obtulerit, ipsumque inuerit positiue ad furtum exequendum, ad restitutionem non tenebitur; quia id totum fecit in gratiam Domini, vt eum à nece iniusta liberaret. Difficultas est, quando vtrumque malum respicit diuersas personas, an si consulat quis furtum minus ex bonis Antonij vt furem auertat à furto maiori ex bonis Ioannis, teneatur restituere illud minus damnum Antonio?

261 *Non licet.* Minimè licet. Quia cum fur de Antonio non recordaretur, vt ei damnum inferret, consulens id, causa est singularis totius illius damni: cum neque ex iustitia, neque ex charitate teneretur huiusmodi furi consilium exhibere. Ergo debet Antonio illud minus damnum resarcire. Sic Valquez *de restitut. c. 9. §. 1. nu. 14.* quando fur tantum decreuisset furtum maius Ioanni facere, & alij.

262 *Licet plane* Licet equidem. Quia qui solum dicit, minus malum esse furtum Antonio factum quàm Ioanni, explicat solummodo veritatem honestam, non reddens per hoc possibile furtum, quod antea fieri non posset, sed solum excludit furem à domo Ioannis ostendens maiorem malitiam illius furti, quam alterius minoris, quod propriè non est allicere ad aliud furtum, sed remouere ab isto, ostensa maiori malitia eius. Ita aliqui apud Nauarrum, & Salonium, vt annotat Sanchez *lib. 7. de matrimonio. dub. 22. n. 14.*

263 *Auctoris resolutio.* Ego autem existimo, negari non posse, quot aliquando valeat licite consuli minus malum volenti omnino facere vel vtrumque, vel alterum è duobus, nec data spe eum ab vtroque auertendi. Quia consilium illud non est absolutum sed conditionatum saltem implicitè, quod est dicere si alterum faciendum est, hoc minus malum potius, quàm illud maius præsta. Vnde etiamsi mala illa sint respectu diuersarum personarum, cogitanti iam de illis duobus malis consulere poteris, vt faciat minus furtum. Antonio, & non grauius Ioanni. Quia per hoc solum explicas illi veritatem quandã certissimam, quod scilicet maius peccatum sit hoc quam illud; nemo autem potest rationabiliter esse inuitus aut conqueri, quod veritatem vtilem & honestam explices indigenti nam licet Antonius ius habeat ad rem suam, non tamen habet ius, vt non explices proximo veritatem honestam. Quod quidem negari non potest, si fur te de hoc interrogasset; deberes enim tunc veritatem respondere. Quod autem id non interroget, parum videtur referre; quia etiam nõ interrogatus poteris suggerere veritatem, quam ipse vtiliter interrogatus, & quam interrogatus explicare deberes. Quare in hoc magis consequenter videtur locutus P. Vasquez *vbi suprà* concedens, quod dubitanti inter malum minus Antonij, & maius Ioannis & volenti alterum facere, licet consulere minus Antonij, quam Sanchez, qui id negauit licere, nisi vellet omnino facere vtrumque.

DVBIVM LVIII.

In eo casu, quo licet minus furtum consulere sine restituendi obligatione, poterit ne etiam absque eiusmodi obligatione consuli æquale malum parato tam ad alterum faciendum?

264 *Quæstionis status.* VErbi gr. volenti Antonio furari modium tritici, vel pecuniam potius furetur in gratiam tui, quia desideras triticum illud ab Antonio emere? Item volenti furari centum à Petro, vel à Ioanne, dubitanti vtri furetur, an consulere possis, vt furetur potius Petro, quam Ioanni, qui amicus tuus est?

265 *Minimè licet.* Minimè licet. Quia electio æqualis mali nullam rationem boni inducit, quo possit cohonestari, ac proinde obiectum talis consilij malum est: sic Sanchez *de matrimonio. li. 7. d. vndecimo n. 26.*

266 *Licet omnino.* Licet omnino. Quia obiectum talis consilij non est malum nam explicite vel implicite conditionatum est, vt supponi debet; Ergo consilium ex obiecto iniustum non est. Non enim consulis, si furandum sit, vt fiat potius hoc furtum æquale, quam illud: hoc autem conditionatum nihil continet contra Dei præceptum, aut voluntatem; imò huiusmodi obiectum videtur esse tale, vt sit volibile à deo; Deus enim iuxta satis communem Philosophorum sententiam determinat indiuiduationem effectuum, qui fiunt à causis secundis; quare quando fur habet voluntatem furandi ex concursu Dei prouenit, quod fiat hæc numero volitio circa tale obiectum potius, quàm alia numero diuersa, quę posset esse circa idem omnino obiectum. Deus ergò licet non velit absolute quod fur velit furari, vult tamen quod si velit furari, velit potius per hunc actum voluntatis A, quam per actũ B. omnino æqualem, qui posset esse circa idem omnino obiectum materiale, ac formale. Illa ergò electio conditionata inter duo peccata æqualia non continet ex parte obiecti aliquid in ordinatum, sed potest esse cum omnimoda à peccato auersione. Ita Lugo *to. 1. de iust. d. 19. n. 52* Carbon. *de restitut. quæstione 69. in solution. ad 4.*

267 *Auctoris resolutio* Verius existimo, non solùm non obligari ad restitutionem vt Sanchez concedit, sed nec etiam peccare, qui consulit æquale furtum respectu eiusdem personæ. Quod etiam verum puto in furtis æqualibus respectu diuersarum

sarum personarum quando iam fur de vtraque cogitat, & non potest dimoueri à furto alteri ex illis inferendo, & anceps est inter illos. Et quidem quando furta æqualia sunt respectu eiusdem personæ, non video dubitandi ratione. Quando verò sunt respectu diuersarum, dubitari magis posset, quia tunc videtur consulens inclinare positiuè furem ad damnum Petro inferendum quare videtur esse Petrus rationabiliter inuitus, & conqueri posse de illa inclinatione adhibita contra ipsum, quandiu fur adhuc dubius erat. Cæterum in rigore non videtur id esse contra iustitiam. Quia ego habeo ius etiam tunc auertendi furem, quantum possum à furto mihi, vel meo amico faciendo. Ergo possum petere absolutè, ne amico meo furetur: ergo possum petere, vt si sit furaturus non furetur meo amico in mei gratiam, per hoc enim non inclino illum directè ad furandum alteri, sed auerto à damno inferendo amico meo, licet ex hoc indirectè sequatur damnum alterius propter firmum decretum, quod fur habet furandi alicui.

Consensus.

De consentiente

DVBIVM LIX.

Scholasticus, cui desunt requisita accidentalia ad suffragium, peccatne, suffragium ferendo?

168 *Nonnulla præmitto.*

PRæmitto consentientem in præsenti appellari eum cuius consensus desideratur; & influit ad effectum iniustum, vt consensus Principis, Senatoris, Electoris, & similium, qui suffragijs aliquid decernunt. Is autem, cuius consensus non præstat auctoritatem, nec influit, non tenetur ac restitutionem, cum non sit causa damni. Porrò aliqua, quæ specialiter magis spectant ad Scholasticos, qui in aliquibus Academijs ius habent eligendi Magistros, qui stipendijs publicis cathedras moderantur, adnotare iubet, certum autem mihi, scholasticum, cui desunt substantialia requisita ad ius suffragij, si se ingerat ad id ferendum, peccare contra iustitiam, & ad restitutionem teneri ei, cui suo suffragio damnum intulit. Requisita autem substantialia sunt, quod fuerit auditor illius facultatis, vel scientiæ, ad quam cathedra conferenda pertinet, per annum quare qui cum sit Theologiæ auditor in Cathedra iuris Canonici, vel ciuilis suffragatur, peccat contra iustitiam, quia ius suffragij non habet. Item qui plures cursus fingit, vel qualitates, quam habet, vnde suffragium ipsius est magis qualificatum, & alijs minùs qualificatis præponderat, peccat contra iustitiam, quia desunt substantialia ad illud genus suffragij. Certum etiam mihi, quando non desunt requisita substantialia, sed accidentalia solum suffragium esse validum, atque adeo non peccari contra iustitiam si alias fe-vocito, si non sit matriculę Scholasticorum adscriptus, si non habuit approbationis schedulam, quæ prius exigi assolet à publico Grammatices Præceptore ad superiorem disciplinam audiendam, idem dixerim de eo, qui aliqua commisit, ob quæ in pœnam, vel ob suspicionem suffragio priuatur ex Academiæ statutis, quæ priuant suffragio actiuo eum, qui fuerit ingressus domum alicuius ex oppositoribus, vel acclamauerit publicè ob eius gratiam, vel si munera accepit data eo animo, vt pro aliquo suffragetur, & similia. Quę tamē omnia dāt quidē ius vt suffragio priuetur, ante sententiam tamen & condemnationem non debet à suffragio abstinere, & hoc videtur praxi receptum, nec in alio sensu statuta illa accēpta esse crediderim. Iam quæsierim, num scholasticus habens huiusmodi defectus accidentales peccet?

169 *Peccat plane.*

Peccat plane. Quia antequam suffragium ferat, interrogatur sub iuramento, an aliquod ex illis statutis violauerit. Sic nonnulli, quos, presso nomine, memorat Lugo *de iust. to. 1. d. 19. n. 57.*

270 *Non peccat*

Non peccat. Quia illa interrogatio debet intelligi iuxta mentem interrogantis, v.g. si loquutus est cum oppositoribus in materia graui ad id negotium pertinenti. Quare si de alijs rebus loquatur, vel leuiter de eo negotio, nihil refert. Et quia quoties non præcedente infamia, vel indiciis probatis interrogatur, nec præcedente semiplena probatione, non tenetur se prodere, sed potest æquiuocatione vti, & negare in aliquo sensu, vt vitet periurium. Ita Sanchez *l. 2. Consil. cap. prim. dub. 52. & 53.* & alij apud ipsum, Rebellus *l. 3. de iust. quæstione 7.* qui nimis strictè loquitur.

271 *Cum his opinor.*

Cum his opinor. Nam illa omnia interrogantur, & suffragium aufertur propter præsumptionem suffragij non rectè, & sincerè dandi. Quare qui scit, se in his omnibus motum non fuisse, vt à iustitiæ debito declinet, sed curaturū se iuxta merita suffragari, perinde ac si ea non præcessissent, iam curat iuxta mentem interrogantis, & præcipientis, qui de ijs rogat, quatenus rectum suffragium impedire possunt, & quatenus ad id mouere potuerunt.

DVBIVM LX.

Si Scholasticus interrogatus an aliquod ex statutis vniuersitatis accidentalibus violauerit, neget, & ita absoluatur, & suffragium ferat, teneturne postea ad restitutionem, si causa fuit, quòd qui dignus erat, cathedram non fuerit assecutus?

272 *Tenetur quidem.*

TEnetur planè. Quia qui interrogatus negauit iniustè manet priuatus iure suffragij perinde ac si fuisset condemnatus. Sic Sotus, & Ledesma apud Sanch. *l. secund. Consil. capite prim. dub. 52. numero 14.* Ipse vero Sancius fatetur, suffragium fuisse validum, quia ante condemnationem ius suffragandi non perditur: asserit tamen manere cum obligatione restituendi, ei qui exceptionem veram opposuerat, si ea de causa impedinit à cathedra

E. SCOBAR
Theol. Mor.
Tom. VI. VII.
E. IV
C

obtinenda. Quia licet reus iuridicè interrogatus negans veritatem non teneatur ad pœnam ante condemnationem : tenetur , tamen ad damnum inde secutum lege Doctorem *l.* 10. *de matrim. d.* 8. *n.* 14

273 *Non tenetur.* Non tenetur. Quia licet reus iniustè negans, & ideò euadens pœnam teneatur ad damnum quod pars diuersa legitimè, ac iuste litigans cogitur ea de causa subire , vt si cogitur expendere in lite , & alia similia : non tamen videtur , quod teneatur illa restituere damna , quæ pars aduersa incurrit præcisè ex eo quod pœna non sit imposita , hæc enim cum ipsa pœnæ carentia computatur. Quare sicut non habet ius iustitiæ ad pœnam obtinendam , nisi mediante sententia , & condemnatione, ita minus videtur habere ius iustitiæ ad ea emolumenta, quæ ex pœnæ applicatione consequeretur. Ita Lugo Cardin. *tom.* 1. *de iust. d.* 19. *n.* 59.

274 *Mihi hæc placet opinio.* Placet mihi sapientissimi Doctoris sententia. Quia in hoc casu cathedræ consecutio non aliter ei obueniret , nisi quatenus in pœnam condemnaretur reus ad suffragij priuationem, ex qua pœna executioni mandata accusator haberet illud commodum , quod contra se vnum suffragium minus adesset, & posset cathedram consequi : Ergo sicut ante sententiam non habebat ius ex iustitia ad hoc vt reus non suffragaretur , ita nec videtur habere ius iustitiæ ante condemnationem ad ea commoda , quæ ex illa suffragij priuatione posset consequi; nam hæc non debentur illi immediatè , sed mediante sententia. Suppono autem contra Sotum & Ledesmam , reum iniustè negantem non debere restituere postea pœnam, ad quam condemnari debuisset, si non iniustè negasset, quod etiam ipse Sanchez fatetur. De quo alibi.

DVBIVM LXI.

An scholastici , qui in cathedræ collatione nolunt ferre suffragium , peccent , contra iustitiam teneantur , quoad restitutionem?

275 *Peccat & tenetur restituere.* PEccat quidem & ad restitutionem tenetur non solum qui positiuè iniustum suffragium tulit , sed etiam ille , qui suffragium non tulit , cum suffragaris posset. Quia ex negatione illa suffragij facilis admodum actionis, causa fuit , vt cathedra dignus aliquis priuaretur. Et sicut delinqueret , qui proximi diuitias non tuetur, si facile ac sine proprio incommodo posset furem arcere ; sic qui abnegatione voti alium à cathedræ consecutione priuauit. Sic Molina *to.* 3. *d.* 732. dicit cum Innocen. *ad c.* 1. *de iis , quæ à maiori parte capituli* , & Syluestro *v. consensus , q.* 3. docet eos, qui sua suffragia in capitulo renunciant, quãdo ea de causa aliquid iniustè decernitur, prælatibus pro parte iniusta suffragiis, peccare lethaliter, & ad restitutionẽ teneri damnorũ, quæ ex omissione suffragij sũt consecuta. Quia tenebãtur impedire ea damna tanquam partes communitatis illius, cui ius suffragãdi competit. Quod de Cardinalibus , Senatoribus, Consiliariis ac Decurionibus ciuitatum asserunt Cardin. *de sacro consist. p.* 2. *q.* 6. & 7. Gracia *de Benefic. to.* 1. *p.* 3. *c.* 2. *num.* 525. Molfesius *summ. to.* 1. *tr.* 6. *c.* 7. *n.* 93. Diana *p.* 2. *tr.* 2. *resol.* 6.

Scholastici , qui in cathedræ collatione nolunt ferre suffragium non peccant contra iustitiam , nec ad restitutionem tenentur. Quia illud suffragij ius non videtur illis ex officio competere , sed potius in eorum gratiam vt possint sibi idoneos Magistros eligere , & non cogantur habere Magistros minus aptos ab aliis constitutos. At possunt huic facultati renunciare , & accipere Magistros ab aliis electos: nullum enim gessere pactum , aut officium publicum susceperc, cui tale onus sit iniunctum. Ita Armil. *v. electio, num.* 20. Gutier. *qq. Canonic. l.* 2. *c.* 11. *n.* 187. Peregrin. *in commentar. ad constit. clericor. Regul. p.* 3. *c.* 9. *lit. T.* §. 13. *n.* 6. Lugo *to.* 1. *de iust. d.* 19. *n.* 63. 276 *Nec peccat contra iustitiam, nec tenetur ad restitutionem.*

Ego autem huic sententiæ adhærens eam vberius expendam. Aliquando ius suffragij datur in fauorem eius, qui illud habet: v. gr. in aliquibus Religionibus iis, qui tot annos docuerunt Theologiam in præmium conceditur, vt in capitulis Prouincialibus ius suffragij habeant sicuti superiores locales. Aliquando verò hoc ius competit ratione officij non solum in gratiam habentis illud ius, sed in ordine ad bonum publicum. Porrò quum ius suffragii conueniat priori modo, non tenetur ex iustitia, qui illud habet ad eius facultatis vsum , vnde potest sine iniustitia , aut restituendi obligatione non ferre suffragium , sed vel congregationi abesse, vel in ea à suffragio ferendo abstinere. Quia vnus quisque potest suo fauori renunciare. Cum igitur Scholasticis hoc ius ex officio non competat, possunt sine iniustitia à ferendo suffragio abstinere. Secus dixerim de iis , quibus suffragij ius ratione officij competit , qui quidem tenentur ad consulendum bono communi, & suffragium ferendum. Quod etiam procedit tametsi officium illud concedatur alicui in eius gratiam, & ad eius meritorum remunerationem. Quamus enim in collatione officij attendatur fauor illius , cui conceditur: datur tamen officium cum oneribus ipsi officio annexis. 277 *Huic hæreo sententiæ.*

De Adulatore, & Receptatore. *Palpo, Recursus.*

DVBIVM XLII.

Aduocatus , vel alius qui furem adiuuat in iudicio , vt à pœna capitali euadat , teneturne ex iustitia procurare, vt ablata restituat?

278 *Certa suppono.* ADulator , qui & palpo , seu palpator dicitur , tunc , ad restitutionem tenetur, cum, adulatione seu laudibus causa est, quòd vel damnum fiat vel factum non restituatur. Ideò autem est dicendum de eo , qui ita alicui exprobrat irridetve , si iis opprobriis, vel irrisionibus tandem motus ille alius damnum iniustè intulit , vel illatum non compensat. Hæc enim sunt quasi consilia, quare qui eo

eo modo concurrit, perinde obligatur, ac si concurreret. Receptio autem seu recursus tunc inducit restituendi obligationem, cum influunt ad iniustitiam inferendam : vt cum quis concurrit, furem recipiendo, prædam seruando, vel occultando, securitatem præbendo, quibus fur animosior fit ad damnum inferendum vel retinendum. Ad quod genus causæ reducitur Aduocatus, vel procurator, aut quilibet alius, qui furem in iudicio defendit, vel excusat. Quod non intelligo, quando ipse fur possit se licitè à pœna imponenda defendere: tunc enim posset licite ad eum finem ab aliis adiuuari. Quæsierim vero, an in eo casu teneatur Aduocatus, vel Procurator ex iustitia procurare, vt fur ablata restituat ?

279 *Tenetur ex iustitia procurare vt fur satisfaciat.* Si sciat, furem damnum iniuste dedisse, pro quo in conscientiæ foro restituere debet : tenetur ex iustitia prouidere, vt fur occultè statim restituat, si possit: vel si non possit : præstet cautionem sufficientem, qualem in iis circumstantiis præstare valeat. Quia alias illa eius defensio redderetur iniusta, cum causa sit, quod proximus læsus non possit bona sua recuperare, vnde ipse Aduocator, vel procurator tenebitur reficere. Sic Molina *to. 3. de iust. d. 733. numero 2.*

280 *Non tenetur ex iustitia id facere.* Non tenetur ex iustitia prouidere, vt fur mox restituat si possit, aut si nō possit, det captionē. Quia quādo criminaliter causa agitur ad imponendā pœnā corporalē furi, raro contingit, quod ex ea condemnatione possit Dominus res suas recuperare. Et quia quando de pœna corporali, præsertim capitali agitur si delictum non est saltem semiplene probatum, potest fur iustè negare, & se defendere: iniustè enim ab eo crimen ad talem finem exquiritur ; Ergo quilibet alius potest ei consulere, vt neget, & se tueatur ; potest namque ei consuli id quod ipse licitè potest facere ; Ergo & potest ei quilibet in ea defensione cooperari eumque iuuare, etiamsi sciat, ea occasione furem postea non restituturum, hoc enim per accidens sequitur, & præter adiuuantis eum in causa iusta intentionem. Ita Cardin. de Lugo *to. 1. de iust. d. 19. n. 71.* & alij.

281 *Huic sententiæ applaudo.* Huic sententiæ applaudens, existimo, cum qui videt furem iniustè vexari, dum exquiritur eius delictum ad pœnam contra iuris ordinem, posse illum licite defendere ab iniusta inuasione, licet ea occasione fur postea abutatur ad non restituendum domino. Fateor debere aduocatum, vel procuratorem ex charitate procurare, vt fur restituat, vel det cautionem, ex iustitia tamen non video, cur ad id sit obligandus, cum vtatur iure suo consulendo furi id solùm, quod ipse fur licite facere potest & ad hoc sō modo illum adiuuet.

***

DVBIVM LXIII.

Qui in domo sua recipit ad ludendum filiosfamilias, vel alios de quibus constat, aut suspicio est res esse alienas, si cooperetur dans chartas, aut aleas ad ludendum, lumen, mensam, sedilia, &c. teneturne ad restitutionem?

282 *Tenetur planè.* TEnetur profecto. Quia cooperatio illa positiue non concurreret, sed permissiuè tantum, sciens eos ad id esse ingressos, & eos non eiiciens, contra iustitiam non delinqueret. Quia solum ex charitate, & non ex iustitia eiusmodi ludum impedire tenebatur. Sic Molina *to. 3. de iust. d. 733. n. 3.*

283 *Non tenetur.* Non tenetur. Quia cooperatio illa dando mensam, lumen, chartas, & domum accommodando, est adeò remota, & indifferens, vt possit sæpe intervenire causa rationabilis, quę illam à peccato graui contra iustitiam excuset, provt de locante domum vsurario saltem indignè fatentur multi, quos refert, ac sequitur Sanchez *l. 1. Decalog. c. 7. num. 20.* ita Lugo *to. 1. de iust. d. 19. n. 76.*

284 *Eiusdem sum mentis.* Eiusdem sum mentis. Nam licet in peccatis contra requiratur ad excusandum à peccato cooperationem, quam in aliis, potest tamen sæpe talis causa inueniri præsertim quando cooperatio est adeo remota, & te non cooperante peccatum non impediretur ; quia alius similiter necessaria ministraret. Qualis autem debeat esse causa proportionata, & quæ pensanda sint ad eam proportionē in casu particulari astruendam indicat Sancius *ibi* qui bene aduertit, maiorem causam requiri ad cooperationem in peccato contra iustitiam, quam contra aliam virtutem

De Participante.

Participans.

DVBIVM LXIV.

Coopperans positiuè ad damnum, teneturne restituere partem, non totum?

285 *Tenetur totum restituere.* QVoties causa cooperans positiue influit non in vnam solam partem damni, sed etiam in totum, licet influat particulariter, & licet sine ipsa fieret damnum, obligatur ad restituendum : (quod intelligo non restituentibus aliis suas partes) Quia saltem ea causa facit, vt citius ac facilius fiat, & ad substantiam rei semper concurrit. Quod autem magis confirmauerit, colligi potest ex eo, quod citius, vel atrocius gessit, vel quia prius non omnino firmiter decreuerat, vel ex aliqua varietate in opere externo: quæ si nulla fuerit non facilè poteris dici causa damni. Sic Medina, Caiet.

E. SCOBAR Theol. Mor. Tom. XVI. VII. F. IV. G.

Caiet. & Sotus apud Vasques *de restitut cap.* 9. §. 1. *dub.* 2. *num.* 29. Molina *tom.* 3. *d.* 734. Couarruuias Laym. & Tanner. quos affert Diana *p.* 2. *tr.* 5. *resol.* 86. Lessi. *l.* 2. *cap.* 13. *dub.* 4. Qui explicat, id intelligi debere, quando damnum est individuum, vt si ignes ad eandem domum incendendam, ad eundem gregem abigendum. Nam si damnum sit sit diuiduum non teneris ad totum, sed ad partem, quam irrogasti, nisi forte solum impuleris, citius vel alacrius faceret, vel nisi omnes sese vicissim permouerint, vel animauerint. Vnde infert, militem gregarium in bello iniusto non teneri ad totum damnum, sed ad illud, quod ipse dedit.

286 *Non tenetur restituere totum.*

Quoties plures concurrunt partialiter partialitate causæ ad idem damnum etiam indiuiduum non tenentur singuli ad totum damnum indiuiduum sed ad partem illius. Quia illi tunc non sunt singuli causæ adæquatæ, nec sufficientes sed partiales, ex quibus fit vna causa adæquata, & sufficiens; vt quando plures auferunt lapidem, quem singuli auferre non possent. Si plures traherent vnam nauem, quam singuli trahere non possunt, non debetur certe singulis integra totius tractionis merces, sed omnibus simul qui debent inter se diuidere: Ergo sic etiam quando damnum inferunt, non debebunt singuli damnum integrum, sed debent illud diuidere inter se, vt læso satisfaciant Ita Henricus Strouesdorff. *de iustit. quæst.* 62. *articulo* 7. *d.* 4. *conclus.* 1. quem affert Diana *parte* 3. *tr.* 4. *resol.* 79. qui dicit, idem in Academia Louaniensi anno 1615. docuisse publicè Doctorem Alardum Vvielium publicum in illa Academia professorem.

287 *Sententiam hanc quoad aliquid veram esse crediderim, quod expono.*

Ego quidem sententiam hanc quoad aliquid veram esse crediderim, in cuius expositionem præmitto, causam partialem aliquando ita concurrere, vt tamen ex modo concurrendi ipsa sola sufficeret; aliquando vero non ita, sed taliter vt ipsa sola non habeat sufficientiam ad ponendum effectum. Quando ergo causa partialis primo modo se habet contrahit omninò obligationem ad totum damnum; quia ex modo, quo influit, totaliter ponit effectum, & vt causa simpliciter illius, quare si duo simul lethaliter vulnerent aliquem singuli eum occidunt, quia singuli ponunt id, quod sufficit ad eius mortem. Quando vero causa partialis ob suam imperfectionem indiget illa concausa, quam ipsa ponere non potest, nec determinare ad concurrendum, tunc licet ei correspondeat totus effectus, non tamen correspondet totaliter; quia non correspondet illi, vt causæ sufficienti, atque adeò non continetur in virtute illius nisi solum partialiter. Hoc supposito satis probabile existimo, eum qui insufficienter cooperatur ad dānū nec monet totaliter alios ad illud opus, & illa causa ablata opus fieret, nulla addita alia causa; nó contrahere, obligationem restituēdi totaliter sed solum partialiter pro damno In quo sensu sententia Nauarri *sum. c.* 17. *n.* 17. & 21. & aliorum, qui negarunt huiusmodi obligationem, quando damnum sine tali concausa fieret, recipi potest; quam quidem probabilem esse dicit Lessius *l.* 2. *cap.* 13. *dub.* 2. *numer.* 8. & alij, quos affert, & sequitur Rebellus *p.* 1. *l.* 2. *q.* 14. *sect.* 2. *num.* 5. Reddo rationem, quia cum tota obligationis ratio sit causalitas & influxus in damnum, non debet maior esse obligatio, quam sit ipse influxus; Ergo qui solum partialiter concurrit, solum partialiter obligatur

DVBIVM LXV.

Concurrens per suum suffragium ad damnum iniustum, quod solo suo suffragio inferri non poterat: teneturne, ad totum damnum?

288 *Non tenetur.*

QVi suis suffragiis damnum iniuste dedere, quando singulorum suffragium sine suffragio aliorum non erat efficax, non tenentur singuli ad totum damnum. Quia non sunt singuli causæ adæquatæ; nec sufficientes, sed partiales, ex quibus fit vna causa adæquata, & sufficiens. Sic Stronesdorff. apud Dianam *p.* 3. *tr.* 4. *resol.* 79.

289 *Tenetur plane.*

Ad totum damnum singuli tenentur, aliis non restituentibus. Quia vel suffragium datum est postquam alia suffragia sufficientia ad damnum irreuocabiliter data fuerant, & tunc suffragium superueniens non inducit obligationem nisi forte pro maiori illo dedecore, aut damno aliquo emergente ex maiori suffragiorum contrariorum numero. Vel suffragium fuit ante alia suffragia sufficientia ad damnum: & tunc singuli ad restitutionem totius obligantur Quia damnum infertur statim ac ponuntur suffragia irreuocabilia sufficientia, quæ sola ad illud concurrunt, & singula concurrunt vt causæ partiales, sine quibus aliæ concausæ & alia suffragia per quæ de facto damnum infertur non possent id inferre, nisi loco huius alia causa partialis adderetur. Potuit ergo suffragator ille impedire, ne damnum inferretur saltem sine aduentu alterius causæ. Ita Lugo *p.* 1. *de iustit. d.* 19. *n.* 85.

290 *Idem affirmo.*

Dixi *Dubio* 64. sententiam Stronesdorff. quo ad aliquid esse veram, quia quoad hoc punctum falsum esse credo, quia vti dixi, poterit suffragator ille impedire, ne damnum inferretur, saltem sine alterius causæ aduentu, quod autem ipso non concurrente, alia causa concurreret, quæ modo non concurrit, parum refert; quia tunc illa alia causa subiret onus restitutionis, quod modo non subit, inuenit enim iam damnum positum ab aliis causis præcedentibus.

DVBIVM LXVI.

Miles gregarius, qui adiuuit in bello iniusto, teneturne in solidum ad totum damnum, aliis sociis non restituentibus?

291 *Tenetur quidem.*

TEnetur quidem. Quia nec excusari potest ex eo, quod ipso non militante alij militarent, cum hæc excusatio neminem ex

eo

eo, quod sine hoc milite damnum etiam illatum fuisset, quia concurrere de facto sufficit, licet sine eius concursu res geret, ad hoc vt obligatio integra ad totum damnum oriatur. Sic Adrian. Gabr. Caietan. Sotus, Couar. & Angl. quos refert, ac sequitur Laym. *lib. 3. tract. secund. cap. 6. num. 5.* Tannerus 2. 2. *dict. quarto quæstio. sexta dubio 14. n. 396.*

292 *Non tenetur.* Non tenetur. Quia totius damni causa non fuit. Neque obstat, quod singuli iuuerint ad integram expugnationem, & ingressum in Vrbem: quia solùm iuuarunt agendo partem suam non antè procurando, vt alij suam in illo damno facerent, aut vt Vrbem expugnarent. Vnde sicut iste non est causa damni nisi ratione partis, quam ipse intulit; ita non tenetur ad restitutionem nisi pro sua parte; sicut enim totus exercitus est causa totius damni, ita singuli suæ tantum partis, nisi alia ratione alios iuuerint, vel incitarint. Ita Lessi. *lib. secund. cap. 13. dub. 4. num. 37.* Vasquez *de restitut. cap. 9. paragrapho primo dubio secundo numero 36.* fatus, *Quia ipse non fuit causa totius, cum in manu illius nec fuit bellum impedire, nec ipse totum damnum fecit sua industria.*

293 *Auctoris sententia.* Profectò Molina *tomo tertio d. 734. num. 3.* efficaciter contra hanc sententiam arguit. Quia nullum fere damnum vnus miles infert, ad quod omnes alij milites non concurrant. Nam si hic miles solus esset sine sociis, qui eum defenderent, & comitarentur, certè ipse solus non auderet vllum damnum inferre; Ergò ideo audet, quia videt se numerosè numeroso exercitu stipatum: Ergo ad damnum quod hic miles infert, concurrunt omnes alij saltem pro tegendo, animum, & audaciam dando, quæ abundè sufficiunt ad aliquod cooperationis genus. Quæ ratio cum de omnibus militibus procedat consequens videtur esse, quod singuli ad omnia damna teneantur Propterea ingenuè fateor de rigore iustitiæ asserendum esse singulos milites ad totius damni restitutionem teneri Attamen excusari posse reor vel propter impotentiam, quam singuli habent ad totum restituendum. Vel quia recurritur ad præsumptam benignitatem eorum, qui damnum subiere. Quia non est credendum ita inhumanos esse, vt post damnum inflictum velint tanta seueritate singulos obligare ad restituendum secundum vltimum de potentia; sed contenti erunt, quod singuli milites gregarij damnum, quod ipsi dedere, restituat.

***

De concurrentibus negatiuè ad damnum.

Mutus, non obstans, non manifestans

DVBIVM LXII.

Quando ex officio, vel ex contractu non obligatur quis ad damnum impediendum, sed ex charitate solum: teneturne ad restitutionem

REcolo *Mutuum* esse, qui non præcipit non consulit, non clamat, non monet, non scribit ante damnum factum: *Non obstantem*, qui non defendit, non repellit, non custodit, non impedit, *Non manifestantem*, qui post damnum factum non reuelat, non admonet. Iam quæsierim, an qui solùm ex charitate tenebatur impedire damnum, obligetur ad restitutionem? 294 *Quæstionis status.*

Cum certum sit teneri cum qui ex officio vel contractu debebat impedire: quales sunt Gubernatores, Ministri publici, custodes, Medici, Chirurgi Procuratores, Aduocati, Tutores, Curatores, licet inuiti coacti fuerint ad id munus suscipiendum, quia munus quomodocumque impositum affert secum obligationem iustitiæ eo quod sint causa damni; etiam qui solum ex charitate tenebantur, ad restituendum obligati sunt. Quia etiam hi sunt indirectè damni causa, sic Caiet. *v. Restitutio, c. 1.* Richard. *in 4. dist. 15. articulo 5. q. 4.* Maior. *eadem dist. 15. q. 26. ad 3.* Innocent. III. *cap. Quanto, de sent. excom.* dicens, eos qui consentiunt iniicientibus violentas manus in clericos, & eos qui iniiciunt condemnari pari pœna ab Ecclesia, nempe excommunicatione. Alexand. III. *ad cap. sicut dignum, de homic.* ait. *Qui potuit hominem liberare à morte, & non liberauit occidit.* 295 *Tenetur plane*

Non tenetur. Quia obligatio ex sola charitate non affert secum restituendi obligationem Ita D. Thom. 2. 2. *q. 62. articulo 7. ad 3.* & alij plurimi quos referunt, ac sequuntur Molina *tom. 3. d. 735. num. 2.* Lessi. *l. 2. cap. 13. dub. 10. num. 63.* Vasquez *de restit. c. 9. §. 3. dub. 1. n. 6.* & alij passim. 296 *Non tenetur.*

Hoc certum omninò. Quod quidem Innocentius Alexander minime abnegant. Nam Innocentius vt adnotat Glossa ibi loquitur de iis, qui ex officio tenebantur, quod satis indicat verbum illud *Consentiens*, nam consensus est aliquid positiue influens. Alexander verò agit de præsumpta voluntate ac fauore præstito, infertur enim immediate ex illo dicto, *Constat ab homicidij reatu immunem non esse, qui occisoribus opem contra alios præstare venerunt: nec caret scrupulo societatis occultæ qui manifesto facinori desinit obuiare.* 297 *Hoc certum omnino.*

DVBIVM

DVBIVM LXVIII.

Quò ex iustitia non tenebatur impedire damnum alterius, sed ex charitate tantum, attamen ex odio, & affectu vt damnum sequeretur, non impediuit: Is teneturne restituere?

298 *Tenetur quidem.*

TEnetur profectò. Quia eadem actio potest esse contra iustitiam propter nocendi affectum, quæ sine tali intentione, non esset contra iustitiam. Ergo licet qui solum ex charitate obligatus erat damnum impedire, & non impediuit, non teneatur ad restitutionem, ad eam tenetur, qui prauo illo affectu iniustam reddidit illam actionem, sic Angel. *v. Furtum num.* 26.

299 *Non tenetur.*

Minimè tenetur. Quia affectus ille internus non efficit, quod ille sit causa damni, cum verè non influat in damnum quantumuis depranatus affectus. Ita Molina *tom.* 3. *d.* 735. *nu.* 2. Lessi. *l.* 2 *cap.* 13. *dub.* 10. *num.* 63. Vasq. *de restit.* 9. § 3. *dub.* 1. *num.* 6.

300 *Verissimum hoc mihi.*

Hanc sententiam verissimam esse profiteor. Nam ille, qui non influit vllo modo positiuè, sed solum negatiue, vere & in rigore non est causa, nec influit. Quare quando peccat contra iustitiam est causa solùm imputatiue, quatenus propter debitum iustitiæ imputatur ei, ac si non influat. Cum ergò tota ratio imputandi sit debitum iustitiæ, & tota ratio influendi sit imputatio, consequens est, vt cessante debito ex officio, vel contractu, cesset fundamentum imputandi, atque adeò effectus solus nocendi non facit vere causam neque etiam imputatiuè in ordine ad restitutionem. Quia licet proximus habet ius iustitiæ vt ego non procurem eius damnum etiam per causas remotas & ideò peccem contra iustitiam quando ex intentione pono causam etiam remotè, & per accidens influentem; non tamen habet ius iustitię vt ego sine alio debito ex officio, vel contractu procurem eius bonum positiue; satisfactio enim toti eius iuri, dum non procuro eius malum; permittere autem ex tali fine, non est in rigore procurare.

DVBIVM LXIX.

Quis sine vi ac fraude suadet alicui ne furtum Petro inferendum impediat, qui tamen non tenebatur ex iustitia impedire, sed solum ex charitate, vel fortasse absque vlla obligatione illud impedire volebat: teneturne ad restitutionem.

301 *Omnino tenetur.*

TEnetur omninò. Quia licet ille, cui persuadet, non peccet contra iustitiam non impediendo, peccat hic suadendo, nam ille negatiue se habet, hic verò positiue concurrit suadendo; sicut, qui non defendit proximum, quando ex officio non tenetur, non peccat contra iustitiam, quantum auferret alicui arma quibus se poterat defendere, contra iustitiam delinquit, sic in casu posito dissuadendo defensionem Petri à furto, videtur hic positiue ei auferre arma, quibus sed defendere posset. Et hoc quidem licet non adsit vis, seu fraus sed nuda persuasio. Sic Ioan. Medina *de restitut. q.* 9. Cuius sententiam approbat Vasquez *de restitut. cap.* 9. §. 3. *dub.* 1. *num.* 9.

302 *Minimè tenetur.*

Minimè tenetur si absque vi, vel fraude furtum fieri Petro non impediat. Quia cessante vi ac fraude, is qui impedit bonum alterius, quod illi ex iustitia non debetur, etiam si id ex odio eius faciat, non peccat contra iustitiam vt si volenti Antonium relinquere hæredem suadeas sine vi ac fraude, ne id faciat propositis veris rationibus, non teneris ad restitutionem. Sic autē se habet, qui suadet alicui nè impediat damnum Petri, quod ex iustitia impedire non debet, & hoc non per vim, & fraudem, sed propositis veris rationibus: si enim ille solùm ex charitate debet impedire, iam tuis suasionibus non tollis aliquid, ad quod Petrus iustitiæ ius haberet. Ita Molina *tom.* 3. *d.* 735. *num.* 4. Lessi. *l.* 2. *cap.* 13. *dub.* 10. *num.* 66. Lugo *tom.* 1. *de iustit. d.* 19. *num.* 101. & alij.

303 *Hoc verum esse puto.*

Hoc verius esse crediderim. At si ille alius nec ex charitate tenebatur, sed ex misericordia volebat damnum illud Petri impedire, & tu proponis veras rationes; sicut ille potest licitè his rationibus moueri ad non impediendum: ita & tu poteris eisdem ad id suadendum moueri. Peccabis ergo si ex odio facis, non tamen contra iustitiam; quia nihil debitum impedis.

DVBIVM LXX.

Fur dat tibi aliquid, nè eius furtum impedias, quod non tenebaris ex iustitia impedire: Teneturne ad restituendum?

304 *Quæstionis status.*

CErtè si id quod accipis sit ex ipso furto, debes id Domino restituere. Quæstio est, quando fur dat ex rebus suis, de quibus disponere potest, num ad restituendum damnum illatum?

305 *Teneris quidem.*

Teneris quidem. Quia tunc non solum non impedis, sed etiam positiuè concurris animando furem actu quodam externo positiuo, nempe acceptione pretij, qua videris furi securitatem spondere. Sic Salonius *pag.* 273. Nauarra *de restitut lib* 3. *cap.* 4. *num.* 132. Lessi. *lib. secund. c.* 13. *dub.* 10. *num.* 68. Diana *par. secund. tract.* 6. *resol.* 58.

306 *Non teneris*

Non teneris, si ex iustitia non debebas furtum impedire, quia sicut potuisti ob preces furis tacere absque iniustitia, cur non poteris ob muneta, seu pretium acceptum? Ita Sotus *libro quarto de iustit. quæst.* 7. *articulo* 3. Nauar. *summa capit.* 17. *numer.* 21. Lugo *to.* 1. *de iustit. dict.* 19. *numer.* 102.

307 *Hoc verum plane existimo, & propono.*

Verum hoc existimo. Nam quod pretij acceptio animum addat furi, hoc ipsum dici posset furem animare. Non ergò omnis animatio furis est iniusta ex parte eius, qui non debet ex iustitia impedire; sed animatio, quæ positiuè influit;

fiuit, non illa, quæ oritur ex ablatione sola terroris, quem non tenebaris incutere. Nam sicut absque iniustitia potes illum non terrere, ex quo animatur etiam, dùm videt te non moueri, poteris etiam absque iniustitia dicere, ego non te impediam, ego nolo me ingerere in ijs, quæ ad me non pertinent. Ergo nec hoc ipsum dicere pretio accepto, erit contra iustitiam?

DVBIVM LXXI.

Qui à fure accepit pretium, ne eius furtum impediat, vel nunquam non taceat, teneturne semper restituere, quod ab eo accepit.

308 *Tenetur semper.*

TEnetur planè semper. Quia contractus, quo accepit pretium illud, est nullus, nec eum obligat, nec furem, sed vterque debet ab illo contractu resilire, eumque dissoluere, datum enim fuit pretium, vt in perpetuum taceret, id autem implere non potest absque peccato, saltem contra charitatem, cum ex charitate teneatur, saltem postea furtum, & furem domino reuelare: Ergo sicut fœmina accipiens pretium pro fornicaria copula reddenda, tenetur pactum non implere, & pretium acceptum restituere, desistendo à pacto inito, quod sine peccato implere non potest, ita ille debet pretium furi restituere, & desistere à pacto quod sine peccato vnquam implere non potest. Sic Mol. *to. 3. d. 335. n. 3.*

309 *Non semper tenetur.*

Non semper tenetur. Quia aliquando non recipitur pretium illud pro re illicita, non enim semper secluso illo pacto, & pretio accepto, tenebatur ex charitate manifestare furem, vel illum impedire, nam fieri potest, vt propter graue damnum, quod vel ex manifestatione, vel resistentia ei prudenter timetur siue iuste, siue iniustè inferendum, possit licitè non impedire, nec manifestare furtum, quo casu non promittit id, quod licite non possit obseruare. Ergo potest pretium pro eo acceptum non restituere absque peccato, cum valeat licitè obseruare promissum. Ita Lugo *tom. 1. de iust. d. 19. numer. 104.* Soto *lib. 4. de iust. q. 7. articulo 3.* Nauarr. *sum. cap. 17. numero 21.* Lessius *lib. secund. cap. 13. dub 10. numer. 68.*

310 *Hæc sententia mihi magis arridet.*

Horum sententia mihi magis arridet. Quia licet ex taciturnitate nullum illi periculum immineat videtur semper aliquid dignum pretio promittere, etiamsi absque peccato possit tacere. Nam semper interuenit damnum amici vel noti, cui damnum infertur, vel certè damnum Reipublicæ ex delicto commisso, quod damnum tolerare, & impedire, si possis, aliquid pretio dignum est propter affectum, quem quisque habet ejusmodi damna amicorum, vel Reipublicæ auertendi. Semper ergo ponis ex parte tua aliquid pretio dignum comprimendo affectum illum, etiamsi aliud damnum tibi ex taciturnitate non immineret. Quoties ergo id, pro quo pretium datum est, potest fieri peccato impleri, vel iam positum est, datio valida sit, & poteris pretium retinere, vt Doctores secundę sententiæ asserunt, siue tenereris: siue, non tenereris furtum impedire. Quando vero nondum est positum id, quod ob pretium promisisti, nec illud sine peccato implere potes, tunc locum habebit Petr. Molinæ sententia, & debebit pretium furi reddere, contractumque dissoluere, vt tuæ obligationi satisfacias.

DVBIVM LXXII.

Famulus, cui peculiariter custodia aut cura domus demandata non est, videt non à domestico, sed ab extraneo furtum de rebus Domini fieri, non impediat, aut manifestet teneturne ad restitutionem?

FAteor non teneri, quando furtum ab alio famulo domestico fieri videt, nisi ei cura, & custodia speciali munere commissa sit Nauarr. *sum. capite 14. numero septim.* Lessius *libro secund. cap. 13. dub. 10. numero 75.* Molina *tomo tertio d. 735. numer. 5.* Layman. *libro tertio sectio. 5. tract. 1. secund. capite quinto numero septim.* & alij communiter. Vnde teneretur etiam famulus, quando ei datur, canis ad extrahendum aliquid de aliquo loco, nam pro tunc custodia eius loci ipsi committitur. Tenentur etiam qui curam penus habent, vel ad custodiam, & vigilantiam suprà res domesticas, vel familiam præficiuntur. Quæstio autem est, an famulus communis, cui peculiariter cura, atque custodia demandata non est, quando videt non à domestico, sed ab extraneo furtum de rebus domesticis fieri, & non impedit, aut non manifestat, ad restitutionem teneatur.

311 *Nonnulla mihi certa iudico.*

312 *Non tenetur*

Non tenentur. Quia si non tenetur ex communi sententia ad restitutionem damni famulus, cui non est specialis domus custodia aut cura commissa, cum videt conseruum, aut domesticum de rebus domini furari, nec tenebitur, quando furtum ab extraneo patratur, esse enim domesticum, aut non domesticum nihil addit ad furti substantiam, & ad obligationem, cum ex eo quod furtum ab extraneo patratur, non reddatur famulus illius rei specialis custos. Sic Molina *tomo tertio d. 735. numer. 5.* fatus. *Quando vnus famulus videret aliquem famulum, aut quemuis alium accipere aliquid de rebus, quarum cura aut custodia, aut defensio nullo modo esset ei commissa, ac taceret, non teneretur id restituere.* Rebel. *de iust. l. 2. q. 14 sect. 8. num. 62.* Azor. *tom. 3. Decal. l. 8. c. 13. de locato, & cond q. 8.* Bon. *de rest d. 1. q. 2. pun. 7.*

313 *Tenetur omnino.*

Tenetur omnino. Quia aliqua domus custodia huiusmodi famulo videtur esse commissa, licet non cum speciali vigilantia. Et ita communis hominum sensus habet. Ità Nauarra *de rest. l. 3. c. 1. num. 224.* Lessius *l. 2. c. 13. n. 71.* Sot. *l. 4. de iust. q. 7. a. 3.* Lugo *tom. 1. de iust. d. 19. numero 106.*

314 *Mihi hæc verisi.*

Mihi hoc verius videtur. Vnde infero primò idem dicendum, si famulus videret alium famulum ex rebus domesticis congerere, vt noctu cum illis au fugiat. Quia iam furtum esset quasi ab externis factum. Infero secundò, idem asserendum, si famulus dum dominum extra damnum comitatur, videret furem Domino crumenam arripere. Quia famuli sunt tunc quasi custodes domini, vt eum defendant.

CAPVT XVIII.

Circa Ordinem Restitutionis.

DVBIVM LXXIII.

An debita certa præferenda sint, debitis incertis?

315 *Præferenda sunt certa debita incertis.*

NOn est dubium, quando omnibus debitis potest satisfieri, sed quando nõ potest, num debita certa incerti præferenda sint? Sunt planè. Quia debita incerta non sunt pauperibus restituẽda, vel in pia opera ex iure naturæ sed ex humana lege, lex autẽ humana non potuit, nec debuit cõtra ius naturale, quod creditores certi habent ad sua debita repetenda, distribuere bona illa in pauperes, & pios vsus: hoc enim esset contra bonum commune, cui lex humana debet prospicere; ad quod commune bonum pertinet, quod creditores certi non careant eo, quod sibi debetur, eò quod Respublica bona, ex quibus soluendum esset, distribuat ex æquitate ob debita incerta in vsus pios, & in pauperes, quibus nihil debebatur. Sic Lessius *lib. secund. capite 15. dubio primo* D. Antonin. Caietan. Sylvestr. Armil. Angel. Ioan. Medin. Gabriel, Maior. Natar. quos refert, ac sequitur Vasquez *de restitutione capite vndecimo numer. 3.* & alij communiter.

316 *Præferenda non sunt.*

Præferenda non sunt debita certa incertis Quia non est fundamentum ad eum ordinem inter debita certa & incerta petendum, tam ex naturali, quam ex humano iure. Et qua restitutio in pios vsus non fit propter ius, quod pauperes, vel loca pia habeant; sed propter ius ipsius veri creditoris, quod habet ad sua credita. Quare cum creditores illi quicumque sint, æquales sint in iure suo cum creditoribus certis, & aliunde velint voluntate interpretatiua, hoc modo expendi, quod ipsis debetur: non est, cur debeant aliis creditoribus postponi, sed in suo gradu antelioritatis, vel æqualitatis debent retineri. Ita Molina *tomo tertio disput. 760. numero secundo.* Quam sententiam probabilissimam esse Cardinalis de Lugo fatetur *tomo primo de inst. d. 20. n. 5.*

317 *Non semper esse certa incertis præferenda crediderim*

Idem existimo. Attamen nè à communi sententia penitus recedam, supponens obligationem restituendi pro huiusmodi debitis incertis esse ex iure naturæ, asseruerim, regulariter loquendo præferenda esse debita certa incertis, non tamen semper, & in omni casu Nam cum tota ratio, cur creditori incerto, vel longe distanti testituendum sit circa opera pia & pauperes sit voluntas præsumpta creditoris: consequens est, iuxta diuersitatem circumstantiarum, diuersimode interpretanda sit eiusdem creditoris voluntas. Vnde quando debita omnia solui possunt iuxta voluntatem creditoris incerti præsumptam, debent in pios vsus debita incerta expẽdi, quia ita creditor tunc ita velle, existimatur. Quãdo vero non possunt omnia solui, & vrgent alia debita certa: tunc possunt, & debent regulariter alia debita certa solui ex voluntate etiam præsumpta creditoris incerti. Sicut enim quando omnia possunt solui, præsumitur creditor incertus velle, quod expendatur, & solnatur in pios vsus: sic à fortiori, quando omnia solui non possunt, præsumitur velle, quod creditoribus certis solnatur.

DVBIVM LXXIV.

Quando venditio facta est, Dominio rei venditæ verè in emptorem transeunte, sed nondum soluto pretio; venditor debetne, circà rem illam aliis creditoribus, donec pretium soluatur, præferri?

318 *Nonnulla suppono ad quæstionis statum.*

SVppono, venditionem duplicite fieri posse. Primò, si venditor, non accepto statim retio, tradat adhuc rem emptori sed emptore offerente pretium, per venditorem stetit, nè illud reciperet: vel non offerente, fideiussorem accipiat, vel pignus, aut pretium pro soluto habuit, & contentus fuit emptoris promissione, vel denique emptoris fidem sequatur. Secundo modo, si nihil horum interueniat. In primo casu res empta, etiam non soluto pretio, transit in dominium emptoris ipsa traditione; in secundo casu non transit donec pretium soluatur, vt constat ex *paragrapho venditæ, Institution. de rerum diuis. lege Procuratoris, paragrapho planè, vers. sed si quis ff. de tribut. action. & obseruation.* Quando igitur facta est venditio secundo modo, omnes fatentur venditorem præferendum esse aliis creditoribus, cum res vendita maneat adhuc in eius dominio donec pretium soluatur Difficultas est, quando venditio facta fuit primo modo, & Dominium rei venditæ transiit verè in emptorem, an venditor adhuc præferri debeat circà rem illam aliis credioribus donec, pretium soluatur.

319 *Debet præferri.*

Debet præferri. Quia res vendita manet hypothecata, & obligata venditori pro pretio, quę quidem hypotheca est imperfecta & limitata, qua

qua res obligatur solummodò quamdiu apud emptorem primum perseuerat. Sic Caietan. Fumus, Sylvester. Medin. Nauarra Archidiac. Bald. & alij quos refert ac sequitur, Lessius, *libro secund. cap. 15. dub. secund numer.* 11. Rebellus *de iustit. libro secundo quæstion. 19. numer. secund.* Bonac. *de rest. d. 1. q. 8 p. 2. num. 9.* & alij communiter.

320 *Non debet præferri.* Præferri non debet. Quia talis prælatio, vel hypotheca nullo iure naturali, vel positiuo inuenitur inducta. Ita Couarru *libro prim. variar. capit. 7.* cum aliis, quos ipse refert. Molin. *tom. secund. d.* 336. Nauarr. *de rest. libro quart. c. 4. n. 39.* & alij, quos affert, ac sequitur Vasquez *de rest. cap. 11. dub prim. numer. 19.* Turrian. 2. 2. *d. 19. dub prim. numer. 6.*

321 *Mane sententiam plus appreb.* Mihi secunda hæc sententia magis probatur. Quia etiam si venditor non solum tacitè, sed expresse vellet, & significaret, se intendere rem venditam hypothecatam, & obligatam manere specialiter pro pretio adhuc non deberet omnibus alijs creditoribus præferri circa rem illam. Nam minime potest aliquis facere, quòd hypotheca posterior anterioribus præferatur, nisi ex iure tale habeat priuilegium. Et quia non posset illa voluntas venditoris prænalere circa hypothecas priuilegiatas in iure, cui iuri priuata voluntas non valuit derogare. Vnde ille, qui priuilegiatam hypothecam haberet deberet venditori præferri circa rem illam. Cùm ergò neque ex iure habeat talem prælationem, neque ex voluntate venditoris possit illam habere cum omnimoda prælatione, fatendum est, absque sufficienti fundamento fuisse inductam.

DVBIVM LXXV.

An debita ex delicto soluenda prius sint quam debita ex contractu?

322 *Prius soluenda ex delicto debita.* PRius soluenda sunt. Quia prius recedendum est à grauiori peccato quàm à leuiori, ergo prius recedendum est à retentione magis iniusta, quam à minus iniusta, sed magis est contra iustitiam rapina, & furtũ, quam vsura, & hæc omnia magis, quam debitum ex contractu licito: Ergo prius pro illis restituendum. Sic Ioann. Medin. *quæstion. secund. de restitution. dub. 5.* Saloni. *quæstion. 62. articul. 8.* Angel. *ver. Restitutio secundo numero. 18.* D. Antonin. *part. secund. titul. tertio capite septim. §. prim. & secund.* D. Thom. *opusc. 37. capite 18.* Lessius *lib. secund. c. 15. dub. 3. numer. 14.* citat D Bonauenturam, sed nusquam Doctor de hoc egit, vnde existimo calami æquiuocatione pro *Angelico*; scripsisse *Seraphicum*.

323 *Non soluenda prius debita ex delicto* Non sunt prius soluenda debita ex delicto, sed potius debita ex iusto contractu orta. Quia nõ sunt accipiẽda aliena, vt ex ijs, inuito domino, restituantur aliena alia male accepta. Si autẽ debita ex contractibus iustis non redderentur, vt soluerentur priora debita ex delicto, iam inciperent retineri aliena, inuitis creditoribus, ad soluenda debita ex delicto: Ergo prius soluendum est pro debitis ex contractu iusto, pro debitis ex delicto. Ita Caietan. *verb. Restitutio, capit. 8.* Nauarr. *sum. cap. 17. nu. 52.* Barthol. Medin. *libro prim. sum. c. 14. §. 33.* Armil. *v. Restitutio q. 35.* Tab. *ibi, n. 26.*

Ego autem existimo non esse ordinem inter illa debita siue ex delicto, siue ex contractu iusto oriantur, neque inter ipsa delicta esse asseruandum ordinem, vt prius soluatur debitum ex maiori iniuria, quam ex minori. Quia neque in iure positiuo talis ordo assignatur, neque ex iure naturali colligi potest: Non est ergò fundamentum, statuendi eiusmodi ordinem, vel prælationem. Hæc sententia satis iam communis est, & verior mihi exponitur, quam tenent Sylvester *verb. Restitutio sexto quæstione 5. punct. 5.* Nauarra *de restitution. libr. 5. capit 4. numero quart.* Vasq. *de restitutio. capit. 11. dub. secund.* Mol. *tomo tertio d. 760.* Lessius *libro secund. capit. 15. dub. 3. numer. 15.* Turrian. 2. 2. *d. 19. dub. secund. n. 4.* Bannes, Aragon. Azorius, & Reginal. quos refert, ac sequitur Bonac. *de rest. d. 1. q. 8 pun. 2. n. 11.*

324 *Auctoris resolutio.*

DVBIVM LXXVI.

An Dos præferatur hypothecis anterioribus etiam expressis?

325 *Præfertur quidem.* PRæfertur quidem. Quia id iure communi statuitur. Sic nonnulli apud Vasquez *de restitution. capite quinto §. secundo numero 36.* qui fatetur rem esse dubiam de iure communi.

326 *Non præfertur.* Non præfertur. Quia fiscus, & dos æquiparantur, & tamen fiscus non præfertur hypothecis anterioribus expressis ex *leg. si pignus ff. qui potior in pign. & l. si fundum, C. eod. tit.* Ergo nec dos. Et quia nisi clare exprimatur non censetur lex iuri reali iam acquisito præiudicare, cum ergo non sit expressum, quod vxor præferatur habentibus hypothecas expressas priores, non debet affirmari. Imo licet cum hypotheca expressa fuerit dos promissa, vel tradita hypothecis anterioribus expressis non præfertur. Ita fere omnes, quos sequitur Mol. *tom. 2. d. 423. §. dubitant Doctores, & §. Dubium deinde est.*

327 *Hoc fere verũ vnicè* Hoc verius omninò, imò ferè vnicè verum. Fateor tamen præferri dotis tacitam hypothecam expressis posterioribus, vt contra Angelum docet Vasq. *n. 37.* Quia cum hypotheca tacita inducatur semper ex iuris beneficio, potuit lex illud beneficium à se concessum anterioribus coarctare, ne procederet contra dotem vxoris etiam posteriorem, ij autem, qui expressam hypothecam anteriorem habebant, ex voluntate habebant contrahentium, quibus difficilius erat ius illud sibi à semetipsis acquisitum adimere.

E. SCOBAR
Theol. Mor.
Tom. V. VI. VII.
E. IV
G

DVBIVM LXXVII.

An in foro interno præualeat scriptura priuata prior, si eius veritatem secundus creditor fateatur?

328 *Præualet quidem.*

PRæualet quidem in foro externo si eius veritatem secundus creditor fatetur; atque idem dicendum, si lecta fuit, recognita & intellecta per tres testes, antequam fieret scriptura publica secundi creditoris, licet in illa non subscripserint. Ergò etiam in foro interno standum est veritati. Quia si in foro externo sufficit confessio prioris creditoris: Igitur quoties ipse scit, verum esse prius debitum, & hypothecam, & per consequens apud semetipsum id confitetur, debet in conscientia pro primo creditore, sic Couar. apud Vasquez *de restitution. cap. quinto* §. 4. *num.* 22. Mol. *to.* 2. *d.* 536.

329 *Non præualet.*

Non præualet, neque in conscientia tenetur secundus creditor priori cedere. Quia cum hoc priuilegium prælationis habenti scripturam publicam totum proueniat ex concessione legis, quæ tamen lex noluit illud concedere scripturæ, nisi habenti tales conditiones: Ergò quoties illæ desunt, scriptura priuata non æquiualet publicæ quoad hypothecæ prælationem. Vnde in foro conscientiæ, dum restitutio fit ordo nõ est seruãdus secundum priuilegium, sed creditor ille iudicandus est, ucut si scripturam non haberet. Ita Vasquez *de restit. cap. quinto* §. 4. *numero* 14.

330 *Hoc verius esse existimo.*

Hoc verius esse existimo. Quia si sufficeret creditorem, quod de veritate ad excludendum prioris hypothecæ cõstet, sequeretur, nunquam secundum creditorem posse, tuta conscientia, petere illam prælationem lege cõcessam, quoties probatur debitum sufficienter ad excludendum emptorem, cum iam semper constet de prioris hypothecæ veritate: Consequens videtur falsum, cum ius etiam eo casu audiat secundum creditorem & eius petitionem approbet.

DVBIVM LXXVIII.

Qui rem accipit siue titulo lucrativo, siue oneroso conscius impotentiæ debitoris ad soluendum suis creditoribus in foro conscientiæ teneatur restituere, si debitorem ad ita alienandam rem, in damnum creditorum non incitauit?

331 *Tenetur soluere, si debitorem incitauit, si non incitauit, non tenetur.*

SI ille, qui à debitore rem accipit, ex quo debitor impotens fiat ad restituendum creditoribus, siue eam titulo oneroso siue lucrativo accipiat, sciat, ea acceptione debitorem fieri impotentem ad soluendum suis creditoribus, & tamen incitauit, debitorem ad ita alienandum, tenetur restituere. Quia contra iustitiam deliquit. Attamen si, ad id non incitet, sed debitore offerente, ipse accepet, siue gratis siue ex pretio rem oblatam, restituere non tenebitur. Quia contra iustitiam non peccauit. Sic Molina *tom. 2. disp. 328 & 330*; Couar. *l. 3. variar. cap. 3. numer.* 6. Nauarra *lib. 3. de restit. cap. 4. numer.* 218. Lessi. *lib. secund. cap.* 15 *dub.* 19. *num.* 268.

332 *Etiamsi debitorem non incitauit, soluere tenetur.*

Tenetur procul dubio restituere damnum creditoribus, etiamsi debitorem non incitauerit ad ita alienandum in illorum damnum. Quia ille qui mala fide accepit, seu conscius fraudis, & damni creditorum propter illam soluendi impotentiam, eo ipso peccat iniustitiæ crimine contra creditores, cooperatur enim impedimento, quo debitor reddit sibi impossibilem solutionem; & cooperantur quidem non indifferenter, sed determinatè, cum non sit in potestate debitoris postea soluere, aut non soluere; Ergo adiuuat debitorem ad actionem iniustam, & ad damnum creditoribus iniustè inferendum, quod quidem nullo proprio lucro aut emolumento excutari, aut iustificari potest. Ita graues Theologi, quos refert, ac sequitur Rebel. *l. 1. de contr. in genere. q. 7 sect. 2. n. 14.* Vasquez *de rest. c. 11 dub. 3.* & alij plures, quos congerit ac sequitur Bonac. *de rest. d. 1. q. 8 pun. 2. n. 27.*

333 *Hanc eligo sententiam.*

Hanc sententiam eligo, quam ad hominem arguendo, confirmo. Quia primæ sententiæ Auctores ad seruum, peccare te contra iustitiam, si inducas debitorem ad alienandum, quia iam tunc causas damnum iniustum, quod creditoribus infertur; sed non minus id causas acceptando rem gratis vel pretio oblatam, quam si induceres. Ergò tunc etiam peccas contra iustitiam. Minorem probo, quia ad damnificationem creditorum non minus conducit acceptatio tua, quam inductio; si enim tu rem non acceptaras, maneret adhuc apud debitorem & ipse non esset impotens ad soluendum; Ergò per acceptationem non minus, quam per inductionem cooperareris ad damnum, quod creditoribus infertur; imò tu comples, & perficis illud, quod per oblationem debitoris solum erat inchoatum, & quasi in affectu; per acceptationem verò perficitur, & in effectu ponitur.

***

DVBIVM

DVBIVM LXXIX.

An Peccet, & contra iustitiam, qui aliquid petit ab vsurario habente firmum propositum non restituendi, si animum habeat qui accipit ille reddendi, quoties vsurarius, mutata voluntate, soluere voluerit creditoribus, vel eius bona ad eum effectum auctoritate publica occupentur?

334 *Non peccat contra iustitiam.*

NOn peccat contra iustitiam. Quia per alienationem illam non fit vsurarius minus potens soluere, cum accipiens habeat animum reddendi, quod accepit, quoties debitor suis creditoribus voluerit restituere. Sic Lessius *libro secundo cap. 15. dub. 19. numero 168.*

335 *Contra iustitiam peccat.*

Peccat contra iustitiam. Quia licet accipiens id ab vsurario eum animum apud se habeat, si tamen illum non manifestat debitori, ipse non poterit illum præsumere, atque adò non minorem habebit difficultatem restituendi videns se alienasse id, ex quo restituere potuisset, quàm si accipiens eum animum non haberet. Cæterum ad minus in morte debitoris, quando iam creditores haberent ius ad bona extantia illius, ille est causa, quod minus sit in eius bonis, per quæ possit illis satisfieri, vel si creditores incerti essent, quod pauperibus pro animabus creditorum distribuatur. Ita Cardinalis de Lugo *tomo primo de iustit. disputatione 20. numero 118.*

336 *Auctoris iudicium.*

Ego quidem existimo casum hunc non esse moralem in praxi, sed metaphysicum, nam in praxi qui ab huiusmodi personis petunt, & accipiunt, non se constituunt quasi depositarios rei acceptæ, sed volunt libere de ea disponere sicut de alijs omnibus. Attamen posse id forsàn concedi crediderim, quando rem illam accepturus, vel petiturus quis sciret, creditores de eo non curare, quia non sperant, solutionem sibi vllo modo faciendam, & ideo non sunt inuiti, quod per illam acceptionem, vel etiam inductionem debitor magis impotens ad soluendum reddatur.

DVBIVM LXXX.

An Debita ex contractu oneroso debeant præferri debitis gratuitis cæteris paribus?

336 *Præferri non debent.*

PRæferri non debent. Quia alias sequeretur, quod inter debita ex contractu illud etiam præferendum sit, in quo contractus fuit magis onerosus creditori: quare si emisti viliori pretio ab vno, quam ab altero rem æqualem, præferendus erit, qui viliori pretio vendidit, quod non est admittendum, sic Vasq. *de restitution. capite 11. dub. secundo, numero 47.* dum solùm ponit ordinem prælationis inter debita realia & personalia, inter personalia verò adinuicem nec ibi, neque *in tractat. de pignor.* vllum ordinem ponit, sed omnia illa debita æqualia facit, quando non habent aliquod iuris priuilegium. Turrian. 2. 2. d. 19. *dub. 4. numer. quart.* Azor. *tomo tertio l. 4. c. 38. fine.*

338 *Debent præferri.*

Cæteris paribus prius soluenda sunt debita ex contractu oneroso, quam ex promissione gratuita. Quia in gratuita promissione semper intelligitur conditio illa, Dabo, nisi rerum status mutetur, vel quantum decet, & potero sine magna difficultate. Cum ergo magis obligare se intendat quis per contractum, prius debet eiusmodi debita ex contractu soluere. Ita Mol. *tomo tertio distinction. 760. numero quarto* Ioan. Medina *de restitution. quæstio. secund. dub. 5. concl. 4.* Nauar. *sum. cap. 17. numero 5.* Rebell. *de iust. p. l. 2. quæstio. 19. numero 14.* Lessius *l. 2. capit. 15. dub. 4. numero 35.* Reginal. & alij, quos refert, ac sequitur Bonac. *de rest. d. 2. q. 8. punct. 2. n. 12.*

339 *His subscribo.*

Ab hac communi sententia non recedo, quam video ciuili confirmari iure *l. inter eos, §. quoque, ff. de re iudicata*, ibi. *Qui ex causa donationis conuenitur, in quantum facere potest, condemnatur, & quidem is solus, deducto ære alieno.* Quia nimirum cum ex sola sua liberalitate debitor sit, æquum videtur, vt non cogatur ad paupertatem reduci. Quod si non soluerit alia debita prius, cum alij creditores eiusmodi exceptionem, & excusationem non admitterent, cogeretur ad egestatem reduci, si debita etiam gratuita simul cum alijs soluere cogeretur. Debet ergo prius debita ex contractu soluere, & postea donatariis soluere quantum commode poterit, itavt ad egestatem non reducatur.

DVBIVM LXXXI.

An inter debita personalia paria, & eiusdem generis prius debitum sit ei, quod tempore est posterius?

340 *Præferendum non est.*

PRæferendum non est. Quia omnes creditores personales habent æquale ius: Ergo si vni soli soluitur, aliis omnibus iniuria irrogatur idé ius scilicet habentibus. Et quia si prioritas temporis daret ius prælationis, id esset vel ex iure positiuo vel ex naturali, non quidem ex positiuo, quia leges potius contrarium supponunt, sed neq; ex iure naturali, quia si hoc esset, leges non auferrent ptiori creditori hanc prælationem, quę ei naturali iure competit. Sic Bald. *ad l. pro debito C. de bon. auth iud. possid.* D. Ant. *p. 2. ti. 2. c. 7. §. 3.* Angel. *v. Restitut. 2. nu. 16.* Sylu. *v. Restitut. 6. q. 5. n. 5.* Nauar. *sum. c. 17. n. 51.* Vasq. *de restit. 11. dub. 2. n. 49.* Mol. *to. 2. d. 536.* Les *l. 2. c. 15 dub. 16.* Turrian. *2. 2. d. 19. dub. 4. n. 2.* Azor. Reginal. Bannes, & Aragon, quos refert, ac sequitur Bonac. *de rest. d. 1. q. 8. p. 2. num. 18. & 19.* Et in legibus ciuilibus ita expresse sup ponitur *l.*

Priuilegia, ff. de priuileg. credit. leg. si hominem § vlt ff. depositi. l. Pro debito. C. de bonis author. iud. possid.

341 *Est præferendum.*

Plane est præferendum, iuxta regulam illam à Bonifacio VIII. ex pressam. *Qui prior est tempore potior est iure.* reg. 54. *de reg. iur. in 6.* Quia prioritas temporis non solum dat prælationem habenti ius in re attento iure naturali, sed etiam habenti ius personale. Quod probarim exemplo à Doctoribus etiam contrariæ sententiæ admisso, quando scilicet eadem res ex interuallo duobus est vendita; & neutri tradita, quo casu neuter ius in re acquirit, sed solum ius personale, & ad rem, & tamen priori emptori debet proculdubio tradi, vt fatetur Lessius cum aliis *libro secund. capite 21. dub. 19.* Hinc arguo vniuersaliter, quia ibi prior emptor ideo solum præfertur, quod prius tempore obligauit venditorem ad rem illam sibi tradendam, quæ cum non possit duobus dari in solidum, dari debet priori, quia cum prior sit tempore, est potior in iure. Sed similiter in casu nostro prior creditor obligauit debito rem ad sibi ex propriis bonis soluendum debitum: ergò si non potest vtrique creditori integrè solui, debet solui priori propter eandem omninò rationem. Ita D. Thom. *opusc. 73. capite 8.* Gabriel *in 4. distinctione 15. quæstion. secund. articul. 3. dub. 6.* Ioan. Medin. *de restitutio. quæstione secund.* Maior *in 4. distinctione 15. quæst. 50.* Valent. *2.2. quæst. 6. punct. 10.* Suar. *opusc. de iustit. sect. 3. numero septim.* Sà *verf. Restitutio, numero 61.* Saloni *quæstio. 62. articul 8.* Lugo *de iustit. tomo primo disputatio. 20. numer. 146.* Tolet. *l. 8. c. 25.* Rebel. *de iust. l. 2. q. 19. n. 11.* & alij.

342 *Secunda sententia mihi magis arridet.*

Fateor, primam sententiam probabilissimam proculdubio esse tantorum Doctorum authoritate confirmatam. At secunda mihi videtur magis iuri naturali consona, vti & Lessius profitetur. Quia quando quis se priori obligat creditori ad solutionem debiti, eo ipso implicitè se obligat, ad gerenda ad eum finem necessaria, & ad non ponenda solutionis obstacula. Ergo tenetur ad non se obligandum alijs creditoribus nisi saluo prioris iure: hoc enim modo tollit impedimenta, quæ moraliter possunt sub oriri, ne priori satisfaciat alioquin semper exponit illum periculo omittendi vel in totum, vel in partem suum debitum. In hoc ergò sensu debemus intelligere omnes obligationes, quas cum alijs postmodum contrahit.

DVBIVM LXXXII.

An creditor pauper debeat, creditori non pauperi præferri.

343 *Potest ac debet.*

POtest, ac debet. Quia grauius nocumentum patitur pauper, sed à maiori iniuria prius est recedendum, quam à minus graui. Ergo prius est persoluendum pauperi, quam diuiti. Sic D. Thom. *opusc. 73. capite 18.* Sylvest. *verf. Restitutio 6. fine*, Ioan. Medin. *Codic. de restit. quæstione secund. dub. 5.* Salon. *quæstione 62. artic. 8.* Sà *verb. Restitutio, numer. 63.* Sayr. *in claui libro decimo tract. 5. capite 10. numero 36.* Aragon. *quæstione 62. articul. 8.* Rebellus *de iustit. libro secund. quæstione 19. numero 13.* & probabilem fatetur Lessius *citandus.*

344 *Nec debet, nec potest.*

Non debet, nec potest. Quia nec ius positiuum concedit pauperi tale priuilegium, nec iure naturæ id probari potest, cum æque diues, & pauper habeant ius ad æqualitatem cum illis seruandam, & non sit maius præceptum non nocendi pauperi, quàm non inferendi æquale nocumentum diuiti. Ergo proportione seruata ad nocumentum illatum eadem est restituendi vtrique obligatio. Ita Lessius *libro secund. capite 15. dub. septim.* Azor. *part. 3. libro 11. capite 17. quæst. quart.* Vasq. *de restitut. cap. 11. dub secund. numero 39. & dub. quart. numero 92.* Turrian. *2.2. distinction. 19. dub. 3. numero quarto* Bonac. *de restitution. disputatione 1. quæstione 8. puncto secundo numero 24.* & alij passim.

345 *Auctoris placitum.*

Crediderim, nullam habendam esse quoad hoc paupertatis rationem. Retenta enim nostra sententia superius expressa, quod priori creditori personali prius soluendum sit, consequenter dicendum est, siue pauperis damnum extrinsecum, siue intrinsecum maius sit, si tamen diues sit prior tempore, huic esse prius integrè soluendum, quam pauperi. Quia sicut si essent duo diuites, quorum primo deberentur centum & secundo mille, prius esset soluenda integrè illa centum, quam pars aliqua secundo, licet huius secundi damnum grauius esset, quam illius primi, sic licet pauperis damnum æstimetur duplum propter eius inopiam, vel propter damnum extrinsecum, si tamen sit posterior tempore præferendus est diues quoad integram sui debiti, etiam minoris solutionem, sic etiam faciendum esset si essent creditores cum hypotheca, & hypotheca diuitis esset prior. Ergo eodem modo faciendum erit, licet sint debita personalia, cum prioritas temporis in nostra sententia det ius prælationis contra alios creditores personales non priuilegiatos, sicut dat hypotheca.

DVBIVM LXXXIII.

An primò petens possit præferri aliis creditoribus eiusdem qualitatis, hoc est, non hypothecariis, nec habentibus priuilegium prælationis?

346 *Præferri potest.*

PRæferri potest. Quia id debetur ei ob vigilantiam maiorem suam in petendo; dummodo, in quam, ij; quibus præfertur, hypothecarij non sint, nec habean tprælationis priuilegium, in iis enim antiquitas hypothecæ, prælatione priuilegiata obseruanda est. Sic Nauarr. *sum. cap. 17. num 52.* Sylu. *v. Restit. 6. q. 8.* Lessi. *l. 2. c. 15. dub. 5.* Eandem sententiam quoad forum externum amplectitur Mol. *tomo secundo d. 536.*

Præferri non potest. Quia in foro externo negatur actio contra eum, qui suum debitum 347

à

præferri. à debitore prius accepit impotente aliis soluere dummodo id non fiat, postquam facta est bonorum cessio, vel ad publicam authoritatem sit auocata debitoris solutio: in quo casu non potest creditor exigere à debitore, nec accipere solutionem præter iuris ordinē à Iudice seruandum. Leges autem negantes actionem aliis creditoribus contra solutionem prius factam non reddunt tutum in conscientia creditorem, qui prius petit, vel accipit conscius debitoris impotentiæ. Quia ad multa negatur actio in foro externo, quæ tamen in conscientia debentur, vt contingit in venditione supra iustum pretium, quando excessus dimidium iusti pretij non attingit; hoc enim fit in foro externo ad vitandas lites, relicto tamen onere conscientiæ illius, qui iniustè læsit. Ita Vasquez *de restit. c. 11. dub. 5.* Turrian. 2.2.d. 19.*dub.3.n.6.* Medina autem *Codic. de vsur.q.4.* addit creditorem non posse prius petere, posse tamen solutionem à debitore oblatam accipere, & retinere. Si autem posterior sit tempore non posse exigere, quia hoc esset inducere debitorem ad id, quod ipse non potest iustè facere.

348 *Idem affirmo.* Ego quidem, retenta sententia, quod inter creditores æquales non priuilegiatos, vel non magis priuilegiatos præferri debeat, qui prior est tempore: consequenter affirmarim, debitorem non posse iustè soluere creditori posteriori etiam prius petenti, & multo minus non petenti cum aliorum creditorum præiudicio. Qui cum solus ille habeat ius prælationis, qui prior est tempore, nec petitio prior afferat ex iure positiuo, vel naturali eiusmodi priuilegium iniustè peruertitur ille ordo contra eos, quibus prælatio de iure naturali competebat.

CAPVT XIX.

Circa alias Restitutionis circumstantias.

DVBIVM LXXXIV.

Restitutio debita ex delicto, faciendane est, expensis debitoris, quando creditor ad alium locum abiit?

349 *Quæstionis status.* NOMINE restitutionis ex delicto comprehenditur, quod debetur ex furto, & vsuris, & ex iniusta læsione, vel damnificatione, &c. Igitur si debitor abiit ex loco, vbi creditor aderat, ad alium locum, expensis debitoris res est immittenda ad creditorem, Quid vero si creditor in alium locum abiit?

350 *Expensis debitoris nō est immittenda, sed creditoris.* Immittenda res est creditoris expensis, non debitoris. Quia hic non fuit causa discessus, & ei sufficit præsto esse ad reddendam rem eo loco, vbi eam iniustè à creditore accepit. Sic Palud. *in 4. distinct. 15. quæst. secund. articulo quinto casu* 4. D. Antonin. *p.2.tit. 2. capite. 3.* Abbas, Anan. & Rauenna *ad c. cum tu. de vsur.* quibus faueo *mihi* Glossa.

Immittenda res est non creditoris, sed debitoris expensis. Quia qui ex delicto debet, consequenter tenetur creditorem indemnem seruare, perinde ac si delictum non præcessisset: quare parum refert, quod creditor, vel debitor discesserit, solùm enim considerandum est, quid creditor haberet, si non passus fuisset iniuriam; atque ideò si creditor rem illamatulisset secum ad illum alium locum, eo etiam mittenda est debitoris expensis, deductis tamen expensis illis, quas creditor vltra eas, quas de facto gessit, addidisset, si rem secum apportasset. Ita Doctores communiter, asserente, & approbante Cardinali de Lugo *to. 1. de iustit. dicto 20. numer. 181.* 351 *Expensis debitoris est immittenda non creditoris.*

Equidem primam sententiam merito reiici à communi Doctorum iudicarim ob adductam rationem. Addo tamen, si creditor rem ante profectionem vendidisset posse pretium eo mitti expensis debitoris, nisi dominus mallet rem suam adhuc extantem ad se remitti: quod tunc expensiis creditoris ipsius faciendum erit, si expensas transmissionis pretij excederent; nam hos sumptus non faceret dominus ob delictum, sed mutato consilio voluit rem habere in eo loco, in quo, delicto non præcedente, non habuisset. 352 *Primam sententiam reiicio.*

DVBIVM LXXXV.

Si dominus plus expendisset rem secum deferendo, nisi furto ablata fuisset, quam nunc expendit fur ad illam transmittendam; debitorne potest, illum excessum ex re ipsa extrahere, & sibi retinere, nolente Domino illum soluere?

MInimè potest. Quia debitor non debet ex delicto suo lucrum re portare. Sic Rebellus *de iustit p. 1. lib. secunda. q. 13. sectio. 2. numer. 8.* 353 *Non potest.*

Potest plane. Quia lucrum illud non est ex delicto immediate, sed ex industria, ac bona fortuna. Ita Bonac. cum aliis quos tacito nomine memorat *d. 1. de restitut. quæst. quinta num. 8.* cui videtur fauere P. Vasquez *de rest. cap. 10. dub. 1. n. 29.* 354 *Potest: plane.*

Ego autem vtor distinctione. Nam vel diminutio sumptuum prouenit ex eo quod decreuerit pretium trajectionis, rerum, vt si pecunia transferenda erat, quia decreuit pretium cambij: vel si mari transferendum erat triticum, decreuit pretium nauli soluendi. Vel diminutio prouenit ex peculiari debitoris industria, cui minoris stat transmissio quam communiter etiam nunc aliis stet. In primo casu existimo non posse debitorem illud lucrari, quia in Domini vtilitatem facta est illa decretio pretij qui cum non dum transtulerit rem suam nunc minori pretio transfert; sicut si rei ipsius valor creuisset in Domini, vtilitatem crescit, licet hoc occasione delicti prouenerit. In secundo autem casu admitto, lucrum illud debitori cessurum; quia ipse solùm tenetur, dominum indemnem seruare, deductis expensis, quas Dominus fecisset; non autem tenetur, peculiarem industriam adhibere, vt sine expen- 355 *Distinctione quæstion satisfacio*

sis nunc res mittatur, & Dominus lucretur illas expensas, quas fecisset.

DVBIVM LXXXVI.

Si facienda sint magnæ expensæ ad restituendam rem in loco, vbi creditor commoratur; gerendane est restitutio debitoris ex delicto expensis?

356 *Gerenda est*

GErenda est restitutio expensis debitoris quęcumque illæ sint. Quia ex suo delicto delicto ad id totum manet obligatus, deductis tamen expensis, quas Dominus facturus fuisset rem illam secum apportando.) Sic Caiet. 2. 2. *quæst. 62 articulo quinto* D. Tho. Armil. *v. Restitutio, numero 25.* Nauar. *summa cap. 17. numero 43.* Medi. *cap. de restit. quæst. secund.* Couar *reg. Peccatum p. 1. num. 7.* Vasq. *de rest. c. 10. dub. 1.*

356 *Gerenda non est.*

Si magnæ faciendæ sint expensæ ob loci distantiam, vel alia ex causa, non est gerenda restitutio debitoris ex delicto expensis. Quia iustitia non obligat, vt qui vnum aureum, v. gr. furatus est, & non valeat ad Dominum immittere nisi centum expendat, insumat centum, vt vnum restituat. Ita Scotus, Richard. Gabriel. Angel. Almain. quos affert Vasquez *ibi, numer. 13.* Sylvest. *v. Restitutio 4. quæst. 4.* Molina *tom. 3. d. 752. numero 5.* Lugo *tomo primo de iustit. dict. 20. num. 185.* Lessi. *l. 2. secund. capite 15. dubio 8.* Salon. Arag. & alij, quos affert, ac sequitur Bonacin. *d. 1. de restit. c. 5. n. 5.*

358 *Idem asserementemque verius expono.*

Profecto primam sententiam cum toto illo rigore, & vniuersalitate, qua eam Caietanus, Paterque Vasquez amplectuntur, veram non iudico, stando etiam in rigore iustitiæ & exclusa omni Epiikeia, vel liberali condescendentia creditoris. Quis enim dicat, iustitiam ex se obligare, vt si vnum aureum furatus esset non possis illum ad Dominum immittere, nisi centum, imò centum millia (vt ex vniuersali Caietan, & Vasquez sententia colligitur) aureorum expendas, adhuc debeas hæc omnia expendere, nisi Dominus liberaliter consentiat, quod alio modo restituas, elargiendo pauperibus. Certè iustitia cum sit virtus, & prudenter percipiat, non potest ad hoc obligare; quia nemo prudens dicet, creditorem tunc esse rationabiliter inuitum nisi ei debitum cum tantis sumptibus restituatur. Vnde Auctores citati variè ad quæstionem in particulari respondent. Gabriel, Scotus & Richardus docet, excusari debitorem à transmittenda re ad creditorem, quando debitum sumptus excederent. Sylvester, quando expensę æquarent debitum, vel parum deficerent. Angelus, & Almainus, quando debitum non esset magni momenti, & mittendum esset cum maiori damno debitoris. Lessius dicit, si res sit parui momenti, & sine duplo, vel triplo sumptu restitui non valeat dari posse pauperibus pro anima creditoris, si res sit magni momenti, & adsit spes, quod sine tanto sumptu aliquando Domino restituatur, posse differri restitutionem, nisi probabile sit, Domino non displicere, quod amicis eius vel pauperibus detur. Molina affirmat, posse differri, vel omitti etiam restitutionem, quando longè maiores expensæ faciendæ essent, quam sit valor ipsius debiti, & tunc dandam esse pauperibus, vel operibus piis. Cum Molina opinor.

DVBIVM LXXXVII.

Quod ex contractu licito debetur, restituendumne est, debitoris expensis, ipso longius recedente?

359 *Debitoris expensis est restituendū*

DEbitoris expensis est restituendum, quando ipse longe discessit, & expensæ, non magnæ essent. Quia in debitoris vtilitatem contractus ille cessit, & ideo debet damna subire, sic aliqui, quos refert Vasquez *de restitutione capite decimo, dubio secundo, numero 30.*

363 *Non est restituendum expensis debitoris*

Non est restituendum debitoris, sed creditoris expensis. Quia etiamsi absque culpa, & ob necessitatem vel vtilitatem propriam debitor longius discesserit, creditor qui mutuum Romæ dedit cogetur absque sua culpa solutionem recipere in Hispania, vnde non nisi magnis expensis Romam possit deferri: nec contractus iustus cum eo onere fuisset: quod idem à fortiori dicendum est in emptione & venditione; pretium enim solui debet, vbi res traditur, & æstimatur, vt emptio iustè fiat. Ita Caietan. & Sotus apud Vasquez *num. 31.*

361 *Auctoris resolutio.*

Pro resolutione aduerto contractus esse in triplici differentia. Primò in aliquibus reddi debet idem, quod acceptum est, vt in depositi, & commodato. Secundò in aliis non redditur id, quod accipitur, vt in emptione, locatione, censu, &c. Tertiò in aliis nihil redditur, vt in donatione, promissione, legato, &c. De debitis hoc tertio genere contractuum omnes conueniunt, solutionem non debere fieri expensis donatoris, sed reddendum esse id in loco, in quo erat, quando donatum, vel promissum fuit. Lessi. *libro secund. cap. 15. dub. 8. numero 59.* Vasquez *de restitut. cap. 10. numero 58* Bonacin. *de restitut. dict. 1. quæst. quinta punct. vnic. n. 13.* Quod ad reliqua duo genera contractuum, qui proprie contractus dicuntur, hãc regulam vniuersalem cum Molina *to. 3. d. 752. num. 2.* statuo. Vt si locus designetur in contractu, ille seruandus sit, si verò nullus designatus sit, ibi debeat solutio fieri, vbi quando contractus fuit factus, intelligebatur debitorem solutionis tempore habiturum domicilium. Quare si debitor præter id, quod tunc credebatur, aliò migret, debet suis expensis mittere solutionem ad creditorem in eum locum vbi debitor permansurus credebatur.

DVBIVM

DVBIVM LXXXVIII.

An debeat, absolui pœnitens, qui admonitus aliàs Confessario restitutionem promisit, & non obseruauit?

362 *Status Quæstionis.*

QVod ad tempus attinet, certum est, debita ex delicto, vel ex re accepta, statim esse soluenda: debita autem ex contractu soluenda esse tempore illo, quo expresè vel tacitè in contractu est designatum. Quæsierim verò an debeat absolui pœnitens qui admonitus aliàs a confessario restitutionem promisit, & non obseruauit?

363 *Debet absolui.*

Debet absolui, si adest animus restituendi, & creditor non graue damnum patitur ex dilatione solutionis. Quia tunc debitor non est culpæ grauis reus, Molina. *tomo tertio dict.* 753.

364 *Non debet absolui.*

Absolui non debet, donec restituat. Quia meritò dubitat Sacerdos de verò restituendi proposito, & timet factum pœnitentem quod aliàs fecit. Ita Caiet. *v. Restitutio cap. 6.* & alij communiter.

Hoc certũ esse crediderim. Quia sicut non est relinquendus cum concubina intra domum vel cum alio periculo proximo peccandi; sic nec cum rei alienæ debito, quod maximo obnoxium est perseuerandi in peccato periculo. Secus esset, si non posset nunc totum, vel partem restituere, vel si sint tales circumstantiæ quæ suadeant pœnitentem, nunc magis ex animo id promittere, & re ipsa obseruaturum. Oportet tamen in hoc casu saltem pœnitenti imponere, vt non prius ad Eucharistiam accedat, quam re ipsa restitutio sit facta.

DVBIVM LXXXIX.

Quando pœnitens petit indulgeri sibi aliquod tempus, vt paulatim restituat, & iudicatur, id melius esse creditori, & pœnitenti: potestne id tempus indulgeri, si mox soluere valet?

365 *Indulgeri potest.*

INdulgeri quidem potest. Quia si melius est creditori, qui hoc modo certius debitum recipiet, & melius etiam esse debitori, qui adduci non potest, vt debitum totum simul restituat: absolutio cedet in creditoris vtilitatem, & debitor tandem ab hac obligatione expedietur. Sic Nauar. *summæ cap. 17. num. 65.* Angel. *v. Restitutio vltim. §. 3.* D. Anton. *p. 2. tit. 2. cap. 8.* Nauarra *de rest. libro 4. cap. 4. dubio quinto.* Quando creditor non parum sibi noxiam.

366 *Non potest indulgeri.*

Non potest indulgeri. Quia si debitor tenetur, & potest statim totum debitum restituere, & non vult, eo ipso non est dispositus ad absolutionis beneficium, nec potest illi confessarius obligationem remittere, cum non sit creditoris procurator. Ita Molina. *tomo tertio dicto 756. numer. 1.* Medi. *de restit quæstio. quinta* Sotus *lib quarto de iustit. quæst. 7. articulo 4.* qui immeritò citat pro contraria sententia Syluestrum, tenet enim hanc, vt notauit Molina Aragon. Saloni. Sayrus, & alij, quos affert, ac sequitur Diana *p. 2. tract. 6. resol. 5.*

Ego quidem hanc sententiam vnicè veram esse iudicans, existimo. Auctores pro contraria citatos id asseruisse; sed quod ex circumstantiis præsentibus possit confessarius præsumere creditorem contentũ esse, vel esse debere, quod talis dilatio concedatur, quæ eidem creditori erit vtilior. Sed neque tunc poterit pœnitens semper absolui, sed tunc solum, quando creditor irrationabiliter vrgere, & inuitus esse censeretur. Si verò creditor præsumitur illi dilationi consentire, eo quod debitor aliter non vult soluere: tunc quidem confessarius vtiliter gerit creditoris negotium, eam dilationem concedendo, vt creditor suum debitum recipiat ex præsumpta creditoris voluntate; non tamẽ poterit debitor absolui, quia tota illa volũtas, & licentia præsũpta creditoris nõ est libera, sed coactaeo, quod debitor aliter nõ velit soluere, provt debebat. Non ergò manet debitor in conscientia tutus, dum debitum totũ non offert, cum possit, atque ideò non est in eo statu dispositus ad absolutionem recipiendam.

367 *Hoc teneo, & confirmo.*

DVBIVM XC.

Qui non habet opportunitatem, aut potentiam restituendi, teneturne tamen habere propositum restituendi, quando poterit?

TEnetur planè. Quia in praxi ferè est impossibile, vt qui habuit semel animum restituendi, quandiù mentem non mutat per contrariam voluntatem non maneat habitualiter in illo affectu, ità vt data occasione prorumpat in eundem actum voluntatis, & committat nouum peccatum saltem in affectu cum id propositum non fouet. Sic Sotus *de iustit. l. 4. quæst. 7. articulo 4.* Nauar. *summa. capite. 17. numer. 67.*

368 *Tenetur quidem.*

Non tenetur. Qui à præceptum iustitiæ non obligat nisi ad restituendum: Ergò sicut iustitia non obligat ad dicendum. Nolo occidere, sed ad non occidendum: ita præceptum restitutionis solum ad restituendum obligat, non autem ad dicendum, volo restituere, quando actu non est opportunitas. Ita Rebellus *de iust. lib. secund. quæstio. 17. numero sexto* Azor, & alij, quos refert, ac sequitur Bonac. *de restitut. disc. 1. q. 6. n. 8.* Lugo *to. secund. de iust. dict. 20. n. 215.*

369 *Non tenetur.*

Hæc sententia in rigore Metaphysico vera est mihi: sed vt absolui possit debet illum actum positiuum habere saltem in confuso: debet enim habere propositum seruandi omnia præcepta, quorum vnum est restituendi cum poterit. In praxi verò (vti prima sententia annotat) difficile est, vt ille affectus habitualis non remaneat.

370 *Auctoris iudicium.*

DVBIVM

DVBIVM XCI.

Qui multo tempore restituere omittit, committitne plura peccata?

371 *Committit vnum solummodo peccatum.*

COmmittit vnum solummodo numero peccatum non plura quamuis ea omissio per multum duret tempus, & peccatum non discontinuatur per sumnium, nec per alia, nisi per propositum restituendi statim accommodè possit. Quia omissio restitutionis pro toto eo tempore quamuis longo, est tantum vna, imò ipsa prima acceptio moraliter continuatur cum ipsa restitutionis omissione, nam prima acceptio, & omissio sunt moraliter vna retentio: Ergò quamuis longo tempore duret, & tantum vnum numero peccatum. Quod verò discontinuetur per subsequens restituendi propositum, quando eo cessante, iterum non restituere proponit, probatur: Quia eo proposito elicito, ipsa retētio præcedens, aut omissio restitutionis præcedens desinit esse peccatum; Ergò formaliter seu in ratione peccati discontinuatur à retentione aut ab omissione restitutionis sequente post dictum propositum; nam post ipsum cessans incipit esse rursus peccatum, Sic Nauarra *de restit. l. 4. cap. 4. n. 9.*

372 *Non cēmittit vnum solummodo peccatum, sed plura.*

Non committit vnum solummodo numero peccatum, sed plura, quando eo longo tempore omissionis non adest aliqua sufficiens differendi causa. Quia omissio restitutionis, aut retentio rei debitæ quando longo tempore durat pluries moraliter discontinuatur, seu in ratione peccati; Ergò qui longo tempore restituere omittit, plura omissionis admittit peccata. Consequentia patet, antecedens probatur; Quia toties omissio restitutionis discontinuatur moraliter, seu in ratione peccati, quoties discontinuatur in esse liberæ, seu quoties desinit esse libera; nam omissio absque libertate nequit esse peccatum; omissio autem restitutionis pluries longo in tempore desinit esse libera; nam in primis desinit esse libera in somno, & in proposito restituendi statim accommodè possit, & impotentia restituendi, quamuis non adsit restituendi propositum; & etiam in consideratione naturali ipsius omissionis, tunc enim ipsa omissio desinit esse libera, & humana, seu capax malitiæ; & etiam in consideratione naturali ipsius malitiæ, quamuis omissio ipsa eluertatur; quia tunc desinit esse libera in ratione peccati, quāuis sit libera in ratione omissionis; Ergo cū saltē aliquid ex his, quibus omissio desinit esse libera, accidat omissioni, quando longo tempore durat, is qui longo tempore omittit restituere, non vno tantum peccato omissionis, sed pluribus numero distinctis irretitur. Ita Vasquez *de rest. c. 5. §. 1. dub. 3.* Rebel. *de iust. p. 1. l. 2. q. 17. sect. 2.* Bonac. *de rest. d. 1. q. 6.* Hurtad. *de iust. disp. 8. diffic. 6.* & alij.

373 *Idem affirmo.*

Idem affirmo. Quia licet tota omissio sit physicè vna, imo & prima acceptio in esse physico moraliter continuetur cum ipsa omissione, quando etiam res retinetur in esse tamen morali, seu peccari discontinuatur non solum proposito restituendi in quo Nauarra mecum conuenit, sed etiam in reliquis præfatis.

CAPVT XIX.

Circa causas à Restitutione excusantes.

DVBIVM XCII.

Licitè quis clam accepit decem aureos à quodam, vt suæ extremæ necessitati subueniret, sed sine aureorum illorum insumptione extrema illa necessitas abscessit: Teneturne restituere aureos huiusmodi?

374 *Non tenetur.*

NOn tenetur. Quia in extrema sunt communia, sicut ergò in ea necessitate potuit ille rem alienam accipere, & mox absumere, ita à fortiori poterit sibi vsurpare, cum per accidens fuerit, aureos illos nūmos, quorum tunc extremè indigens dominus erat, absumptos non fuisse, sic viri de literaria Republica optimè meriti, quos consului.

375 *Tenetur omnino.*

Tenetur planè si res extet in propria specie, elapsa ea necessitate, eam Domino reddere. Quia ea non eguit ad suam necessitatem sublenandam, cum adhuc non consumpta perseueret; extrema autem illa indigentia fuit, quæ acceptionem illam honestauit, qua non existente, nullus adest titulus, qui huiusmodi iustificet retentionem. Ita Vasquez *c. 2. de eleemos. dub. 4.* Coinch. *d. 27. de charit. dub. 10. num. 167.* Lugo *to. 1. de iust. d. 21. n. 1.*

376 *Cum his sentiens aliqua adiicio.*

Certè qui accipit aliena ad suam necessitatem subleuandam, aliquando potest illa sibi omnino vsurpare absque restituendi obligatione; aliquando autem solum potest ad tempus accipere cum obligatione restituendi postea rem acceptam, vel etiam eius valorem, imo & pretium vsus rei acceptæ. Vnde in casu nostro dixerim, si res extet in propria specie restituendam esse Domino ob rationem pro secunda sententia expressam. Addiderim, si quis mutuum acceperat ante illam necessitatem, ob quam à restitutione excusatur, transacta necessitate soluere mutuum debere. Quia per mutuum præcedens translatum est Dominium in illum pecuniæ mutuo acceptæ

Ergò in necessitate non eguit pecunia, sed per illam iam suam

suæ occurrit necessitati.

DVBIVM XCIII.

Pecuniam vel rem quis ex delicto habebat, & in necessitate extrema consumpsit; manetne obligatio postea pecuniam, aut rei valorem restituendi?

377 *Obligatio manet*

MAnet obligatio, quia licet pecuniam, vel rem alienam sine delicto habens posset vt necessitati extremæ succurreret, absumere sine restituēdi obligatione: delictum, quo huiusmodi pecuniam, aut rem acquisiuit, raptorem facit restitutioni obnoxium, ne sua cui faueat aut commodum afferat iniquas. Sic Scot. Richard. Palud. & Syluest. quos citat, & sequitur Lessi. *l. 2. c. 16. dub. 1. n. 6.*

378 *Non manet obligatio.*

Obligatio non manet, quia quod obligatio fuerit ex delicto, vel ex contractu, nihil refert si extrema necessitas superueniens ius illi dedit rem illam consumendi. Ergò si obligatio ex contractu restitutioni obnoxia non est, consequenter idem est asserendum de obligatione orta ex delicto. Ita aliqui, quos presso nomine memorat, & sequitur Lugo *to. 1. de iust. d. 21. n. 3.* Vasquez, Conineh, & Nauarra ab ipso citati.

379 *Idem sentiunt, aliqua addita.*

Ego autem sic dissoluo quæstionem. Si fur ante necessitatem pecunias furatus fuerit, & ita suis admiscuit, vel mixtione Dominium earum comparauerit, & postea necessitate superueniente, eas absumpsit, obligatus manet ad restitutionem; quia tunc nihil alienum ob necessitatem accepit, sed proprias pecunias: obligatio autem personalis ad soluendum tantundem pecuniæ, non fuit ob necessitatem extincta, cum obligatio illa nihil deseruierit ad occurrendum necessitati. Similiter si triticum adhuc alienum furtiuum in necessitate postea cōsumpsit, videndum erit, an necessitas fuerit talis, qua posset tantumdem tritici denuo accipere absque obligatione vlla soluendi postea pretium; an verò vt solum posset accipere cum tali obligatione; & ita etiam iudicandum erit de fure consumente in necessitate triticum, quod antea furatus fuerat.

DVBIVM XCIV.

Qui pressu necessitate rem assumpsit alienam, teneturne restituere, quando creditor in æquali necessitate versatur?

380 *Quæstionis status*

COnueniunt Doctores quod si subtractione rei illius creditor ad æqualem necessitatem deueniat non liceat cuique auferre, ad suam necessitatem subleuandam, ideóque si accepit, ad restituendum obligatur. Quia in pari causa ac periculo melior est conditio domini possidentis. Quid autem si quis extremè indigens ab alio accepit pecuniam simili egestate laborante?

381 *Restituere non tenetur.*

Restituere non tenetur. Quia creditor, minimè retinet illius rei ablatæ dominium, cum in extrema necessitate omnia sint communia, & melior sit conditio debitoris possidentis, etiam si ex delicto possidere inceperit, & differre restitutionem; Ergò à fortiori, si ad extremam necessitatem subleuandam tunc egente creditore accepit. Sic. Bonac. *de rest. d. 1. q. vlt. punct. 1. numer. 31.* Lessius *lib. secund. capite 16. numero 31.*

382 *Tenetur restituere.*

Si quis rem extra necessitatem furto accepit & postea Dominus incipiat extremè indigere, debet illi restituere, etiam si ipse simul, vel etiam post illum extremè indigeat. Quia ille alius cum dominus adhuc sit, debet aliis præferri in æquali necessitate. Ita Vasquez *de eleemos. c. 1. dub. 9.*

383 *Auctoris iudicium*

Sententiam P. Vasquez reiicit Bonacina, quia supponit falsum, nempe creditorem adhuc retinere rei ablatæ dominium. Sed verius hæc sententia falsum supponit. Nam fur nunquam potuit Dominium illius rei acquirere aut creditorem suo Dominio priuare; quia necessitas extrema non dat ius rem alienam vsurpandi, appropriandique sibi, quando eius Dominus in æquali inest necessitate, si ergo iam Dominus extreme re illa indigebat, quando fur cœpit illa indigere, non potuit necessitatis titulo eam rem è Dominio prioris Domini extrahere. Profecto si non attendendum esset ad dominium, sed solum ad possessionem iustam, vel iniustam, sequeretur, quod si in extrema necessitate abstulisti panem à domino in necessitate æquali existente, licet peccauerit auferendo, non tamen teneris postea ad restitutionem, & possessio præsens postea te Domino præfert; consequens verò est falsum, & negatur ab illis Auctoribus: Ergo necessitas extrema non tollit, quod præferendus sit Dominus.

DVBIVM CXV.

Ob extremam necessitatem non solùm tuam, sed tuorum parentum liberorum, vxoris, fratrum, poterisne restitutionem omittere, vel differre?

384 *Non poteris omittere vel differre.*

NOn poteris omittere, vel differre. Quia hoc solùmodo concessum est ad propriam necessitatem subleuandam: aliis autem extremè egentibus id etiam licebit accipere & eius omittere restitutionem, vel differre, tibi autem non licet ad eos subleuandos accipere. Sic Couar. & alij apud Lessium *l. secund. cap. 16. numer. 15.*

385 *Poteris quidem.*

Poteris quidem. Quia licet cuilibet accipere etiam aliena ad subueniendum proximo cuilibet extremè indigenti, (proximus enim alter ego,) quando ex propriis bonis non potest illi subuenire; Ergò & poterit restitutionem omittere, vel differre; Ergo à fortiori id licebit ad tuorum parentum, liberorum, vxoris fratrum extreme egentium necessitatem subleuandam. Ita Sotus, Ludon. Lopez ab eodem Lessio citati. Toletus *de septem peccat. capital. cap. 39.* id de fratribus asserit quod probabile iudicat.

Lessius

Lessius. Lugo. *tomo primo de iustit. disput. 21. numer. quinto.*

385 *Idem asse-ro.*

Non solum id verum existimo ad tuorum parentum, liberorum, vxoris, fratrúmque extremam inopiam sublevandam, sed & ciuilibet extremè egenti succurrendum. Certè Lessius *numero* 15. id concedit de graui proximi necessitate, à fortiori id debebat concedere de extrema, si ergò licet aliena ob eam causam accipere, multo magis licebit retinere, differendo restitutionem, quamdiu durat necessitas.

DVBIVM XCVI.

An ob graue detrimentum, quod quis ex restitutione in bonis fortunæ incurret, possit eam differre?

386 *Potest quidem.*

POtest quidem. Quia probabilis admodum sententia est debitorem ex delicto, quando longe maiores expensas facturus esset in restituenda domino, quam esset illius valor, non debere cum tanto suo onera eam Domino mittere, sed posse expectare tempus, quo sine tanto suo onere eam restituat. Ex qua Doctrina apertè sequitur, detrimentũ magnũ in restitutione subeũdũ dare facultatem differẽdi restitutionem. Parum enim refert, quòd detrimentum sequatur ex expensis ad rem mittendam necessarius, vel ex alio capite, si debitor æquæ patitur in vno casu, ac in alio. Igitur qui debet centum aureos, potest differre solutionem, si non potest nunc restituere, nisi domum, vel prædium multo minoris vendat, quam valet. Item potest solutionem vir nobilis differre, ne cogatur priuare se omni famulorum obsequio, & à sui similium abstinere consortio. Sic D. Antonin. Scot. Henric. Nauar. quos affert, ac sequitur Bonac. *de restit. d. 1. quæst. vltim. pun. 1. num. 22.* Less. *lib. 2. c. 16. n. 22. & 25.*

387 *Minimè potest*

Minimè potest. Quia non videtur creditor debere consentire, dilationi, vt debitor à statu non decidat. Nam superior status non est debitus magis vni, quam aliis, spectata hominum conditione, sicut enim fortuna solet quosdam ad superiorem statum eleuare, sic eadem fortuna alios ad inferiorem deiicit. Et quia in foro externo quando adcessionem bonorum deuenitur debitor spoliatur iustè omnibus suis bonis relictis solùm quotidianis non pretiosis vestibus, ac alimentis, iuxtà suum statum. Neque obstat aliquibus ex priuilegio concedit vt non cogantur soluere vltra id, quod commodè possunt; hæc enim sunt indulta specialia, quæ potius ostendunt, rigorem iuris in contrarium esse, & obligare ad restituendum statim etiamsi debitor egere in posterum compellatur. Ita Molina *tomo tertio de iustit. disputation. 754.* cum alijs Caietan. *v. Restitutio. quæstion. sexta* Sotus *libro quarto de iustit. quæstion septima articulo* 4. si id ex delicto debeat.

388 *Auctoris resolutio.*

Profecto sententia hæc licet speculatiuè possit sustineri; in praxi tamen nimium est rigida, & argumenta pro ea adducta nimium probare iudico. Primò, quia concluderent, quando soluere debitor non potest debitum centum aureorum, nisi perdat centum millia propter expensas in restitutione faciendas, vel quia cogetur vendere bona illius valoris pro centum aureis, adhuc ad id obligari, & creditorem posse vrgere pro solutione sui debiti statim facienda: quod tamen non est credibile, neque æquitas naturalis id patitur. Fatendum ergo est, aliquando ex detrimento, quod debitor sequitur, posse licite saltem differri ad tempus restitutionem, quo sine tanto detrimento geri valeat. Deinde quia illa argumenta ex foro externo deducta probarent, etiam in quasi extrema debitoris necessitate restituendum esse; nam in foro externo vix admitteretur excusatio debitoris in extrema necessitate. Vnde primæ sententiæ adhæreo.

DVBIVM XCVII.

An quando debitor iustè excusatur à restitutione statim facienda ob notabile detrimentum; debeat postea vltra debitum ipsum restituere etiam damnum lucri cessantis, quod creditor ob eam dilationem est passus?

389 *Debet profecto.*

DEbet profecto. Quia tenetur tacito pacto, velle dilationem sub onere resarciendi damna, quæ ea de causa creditor patietur; nec enim creditor tenetur ex iustitia, sed ex charitate illud damnum propter debitorem sustinere. Sic Caietan. *22. q. 62. articulo* 8. dicens, si debitor restitutionem distulit, vt vitaret damnum proprium in bonis fortunæ, tenetur ad compensandum postea damna creditoris; secus quando distulit, vt vitaret damnum in bonis ordinis superioris, vt in bonis corporis, famæ, vel honoris. Molina *tomo tertio de iustit. disput. 755. ad finem,* dicit, vtroque casu teneri. Rebellus *p. 1. de iust. lib. secundo quæstione 17. sect. 4. numer. secund.* & Nauarra *lib. 4. de restit. cap. 4. num. 56.* contestantur

390 *Non debet*

Minimè debet. Quia neque ex iniusta acceptione tenetur, cum in ea mora non peccauerit; neque ex priori delicto processerit; neque ex re accepta; neque etiam ex contractu, quia ad casum fortuitum, & inculpabilem non te obligasti vti ille est casus. Ita Less. *libro secund. cap. 16. num. 32. & 31.* Lugo *to. 1. de iust. d. 21. numero* 18.

391 *Quid dicendum expono.*

Ego existimo in præsenti differentiam esse inter debitorem ex delicto, vel ex contractu, nam qui debet ex delicto, cum culpabiliter sit causa totius damni secuti, etiamsi illud postea fortuito eueniat, totum debet restituere, etiam si absque noua eius culpa postea subsequatur. Vnde etiamsi postea non teneatur, nec possit restituere etiam ob grauem vel extremam necessitatem, debebit postea omnia creditoris damna resarcire; quia omnia ex eius delicto primo ortum habuere, si autem debitor sit ex re accepta, certum est, non teneri ad damna emergentia interim suo domino, quandiu in mora culpabili non fuit, si verò fuit in mora culpabili, iam erit deinceps debitor ex delicto, & tenebitur ad damna omnia. Si autem nondum fuit in mora culpabili, & quidem moraliter peccaminosa,

minosa non tenebitur ad damnum graue restituendum.

DVBIVM XCVIII.

An detrimentum graue debitoris sufficiat, non solum ad differendam solutionem, sed etiam ad omittendam, quando non est spes, quod cum minori detrimento poterit postea restitui?

392 *Non sufficit.* NOn sufficit. Quia eo in casu creditor ius habet ad rem suam recuperandam, nec vllo ex capite tenetur ab eo onere debitorem liberare. Sic Mol. *to. 3. de iust. d.* 754. §. *Quando vero absque.* Quod videtur supponere Les. *l. 2. c. 16. dub.* 2. vbi semper ex graui detrimento facultatem solùm concedit, ad differendam solutionem, nunquam tamen ad omittendam.

393 *Sufficit plane.* Sufficit plane, vt simpliciter omittatur restitutio, perseuerante eadem causa, & ratione, quando debita non sunt contracta ex delicto. Quia si necessitas hæc concedit, vt possint aliena capi; etiam liberat omninò à restitutione: nam si potest debitor in eo casu aliena accipere, quanto magis poterit non solnere; quod debet. Ita Reb. *de iust. p. 1. d. 2. q. 17. sect. 4. n. 26.* & alij.

394 *Meum exprimo sentiã.* Certè si debita nõ sint ex delicto crediderim, posse detrimentum illud debitoris perseuerans in perpetuum à restitutione excusare. Debet autem ad hoc detrimentum debitoris esse multo maius, quàm ad restitutionem differendam, quia multo maius detrimentum est creditoris fraudari in perpetuum, quam solum ad tempus suo debito, quare maius detrimentum debitoris requiritur ad hoc maius creditoris detrimentum superandum. Posito tamen excessu in debita proportione, idem erit dicendum, quia sicut detrimentum, vt quatuor, quod creditor ex dilatione patitur, potest permitti propter detrimentũ maius aliquod debitoris, ita detrimentum vt decem eiusdem creditoris ex omissione proueniens, poterit superari ex detrimento maiori eiusdem debitoris semper perseuerante.

DVBIVM XCIX.

An Debitor excusetur, à restitutione facienda creditori nocitura?

395 *Statuque fiens.* EXemplum commune est, quando domicus petit à te tuum gladium tibi commodatum, quo vult se se, vel alterum iniuste interimere, vel petit solui mutuum tibi datum, quia vult ludere, vel meretrici dare ad peccandum. Conueniunt autem omnes, si creditor repetat suum debitum ad lædendum aliquem contra iustitiam, & possis absque graui tuo damno differre solutionem, esse obligationem differendi, ad damnum proximi vitandum. Lege Lessium *l. 2. c. 16. dub. 4.* & Molinam *to. 3 d. 755.* Quæsierim itaque, num quando restitutio non affert detrimentum alteri, nisi solummodo ipsi creditori, sit etiam illam differenti obligatio?

396 *Non excusatur debitor.* Non est obligatio differendi, nec debitor excusatur ab ea gerenda restitutione. Quia petit creditor quod suum est, & sufficit correctione n præmittere debitorem, ne ille re sua abutatur. An non vxor tenetur reddere coniugale debitũ marito petenti, etiamsi ipse illicitè petat contra votum castitatis? Quis dubitet? Ergo debitor etiam debet reddere creditori pecunias, licet ipse illicitè petat, vt eis cum peccato abutatur. Sic Nauar. *de rest. l. 4. c. 2. n. 34.* Azor. *p. 3. l. 4. c. 39. fine*, Sanch. *de matr. l. 9. d. 6.* Bon. *de rest. d. 1. q. vlt. p. 1. n. 1.*

397 *Excusatur plane.* Est quidem differendi obligatio, excusaturque debitor à restitut one tunc gerenda. Quia charitas obl gat ad impediendum proximi dãnum, quoties absque graui incommodo quis potest. Ita Les. *citat.* Mol. *vbi sup. n. 2.* Reginald. & alij, quos affert, Bonac. *ibi.* Lugo *to. 1. de iust. d. 21. n. 26.*

398 *Idem affirmo, & vbe rius expono.* Crediderim, per se loquendo, debere illum solutionem differre, ex qua graue nocumentum soli creditori sequatur, quando id sine graui incommodo gerere potest. Nam charitas obligat ad impediendum proximi peccatum, quoties id fieri potest, Quare sicut tunc debeo ad eũ finem correctionem præmittere, vt aduersarij fatentur, sic etiam debeo solutionem differre, si absq; graui incommodo facere possum. Vnde si carnes alienas creditor à me petat (v. g.) ad violandum ieiunium debeo differre in sequentẽ diem restitutionem, si facile possum, vt eis licitè ille vesci valeat. Profectò consequenter dixerim, vxorem posse, ac debere negare debitum marito voto castitatis obstricto, si commode valeat ita eius futurum peccatum impedire. De facto tamen rarò tenebitur ad negandum, quia actio reddendi ex se semper est indifferens, & quia parum vtilitatis ex negatione illa speratur, nam maritus vrgebit, & alias fortasse causas negandi in vxore esse concipiet, & passione pressus insistet. Cętetum cum vxor habeat ius petendi (nisi ipsa etiam sit castitatis adstricta voto) potest tunc facile ipso iure suo vti, ac petere, quo casu iam maritus licitè reddet vxori petenti, licet voto sit castitatis obstrictus.

DVBIVM C.

An peccet contra iustitiam, qui restituit creditori debitum, quo ipse abusurus est, debitore sciente, in alterius iniuriam?

399 *Non peccat contra iustitiã* NOn peccat contra iustitiam, sed solummodo contra charitatẽ, nisi eo animo reddat, vt creditor in alterius iniuriam abutatur. Quia illa actio reddendi debitum, gladium; v. g. indifferens est reddenti, qui non intendit proximi damnum. Si autem sciat gladium à creditore requiri ad occidendum, peccabit quidem contra charitatem, cum impedire potuerit damnum illud, differens solutionem Sic Mol. *to. 3. d. 755. n.* & alij.

400 *Contra iustitiam peccat.* Contra iustitiam peccat. Quia proximus, quẽ creditor tuus conatur occidere, habet ius ne gladium ei absque vrgente necessitate, submistres; quando eum vult occidere, nam illa actio reddendi gladium nimis proximè accedit

accedit ad eius necem, nec nisi ex grauissima necessitate licita reddi potest, in nostro autem casu nulla vrget necessitas, vt gladium reddas, imò saltem ex charitate est necessitas non reddendi, vt aduersarij fatentur: Ergo agis contra ius proximi, & verè ad eius mortem cooperaris. Ita Les. *l.2.c.16.n.59.* quem cum alijs sequitur Bon. *de rest.d.1.q.vlt.pun.1.n.8.*

401 *Hoc mihi verius:* Hanc sententiam probabiliorem esse crediderim. Nam ille, qui proprium gladium commodat volenti alium occidere, peccat contra iustitiam, & ad necem cooperatur, quia subministratio gladij in ijs circumstantijs est cooperatio nimis proxima, & quasi determinata ad necem, atque adeo contra ius illius, qui occiditur, nisi grauissima causa necessitatis excusetur. Ergo cum in nostro casu non sit talis necessitas, non minus erit contra iustitiam, siquidem non minus influit. Quare tenebitur ille ad restitutionem damnorum, sicut vera causa cooperans iniustè homicidio.

DVBIVM CI.

An sicut fas est, solutionem differre propter creditoris detrimentum, sic liceat ei vsurpare res suas, & ad tempus retinere ob eandem rationem.

402 *Non licet.* NOn licet. Quia rarissimũ erit, vt quis sine grauissimo incommodo proprio id valeat præstare, cum se se exponat periculo infamiæ furto suspectus, & fortasse pœnæ, si furtum detegatur; sic nonnulli non infimæ notę Theologi.

403 *Licet plane* Licet omnino. Quia iustum est procurare, vt proximi peccatum impediatur, ob quod vel vitam prostituere, & despicere fatum: sanctum prorsus est. Vnde fas erit surripere fœminę fucos, & pigmenta quibus allicit homines ad libidinem, & lusori iustrumenta lusoria, quæ habet ad inique ludendum. Ita Mol. *to.3.d.755.n.3.* Sot. *l.4.de iust.q.7.a.1.* D Ant. *p.2.to.1.c.14 §.2.* Nauar. *sum c.17.n.5.& 63.*

404 *Hoc mihi vnice verũ, quod tamen expono.* Hoc mihi verum vnicè, si tamen illo modo impediatur peccatũ, alioquin si alia similia statim essent emenda, non liceret ea surripere. Addiderim, ad hoc faciendum non esse obligationem ex iustitia in persona saltem priuata, quia hic non impediens eo modo peccata illa, nullatenus eis censetur cooperari, sed solum permittere, seu non impedire; quod non est contra iustitiam. Deinde annoto, maiorem causam requiri ad hoc faciendum, quia multo maius habet ius dominus ad furtum prohibendũ; quam ad exigendam solutionem, quæ sæpe ob minores causas differri licitè potest, propter quas tamen non licet aliena accipere. Denique multo maior, & granior causa desideraretur, vt esset obligatio ex charitate ad id gerendum, quod rarissimum erit, quia vix (vt Auctores primæ sententiæ innuunt) sine notabili incommodo suo poterit quis id facere, cum se periculo infamiæ, ac pœna exponat.

DVBIVM CII.

An aliquando liceat priuato cuique, per vim auferre volenti peccare, quod suum est, vt peccatum impediatur?

405 *Nunquam id licet.* NVnquam id licet priuato cuique. Quia peccata eo modo impedire proprium est solum publicæ potestatis, vel eius, cui id ex officio incumbit, sic Mol. *to.3.d.755.n.3.*

406 *Id licet aliquando.* Id licet aliquando. Quia si aliquis vult se se ipsum occidere, licitè quidem auferetur ei per vim gladius, ne se interimat, imo sæpe obligatio erit, per vim auferendi. Ita Lugo *to.1. de iust.d.21.n.34.*

407 *Verius hoc puto; imo vnicè verum.* Existimo propter hanc rationem P. Molinæ sententiam in vniuersum loquendo, veram non esse. Monuerim tamen ad hominem à crimine vi reuocandum, grauissimam requiri causam. Nam volentem verb. grat. ad patrandam libidinem pergere non licebit priuato per vim detinere, & includere, ac ligare, ne ire valeat, quia vsurpatio illa iurisdictionis non potest sine grauissima causa in inuitum assumi absque iniuria notabili, posita tamen causa proportionata, vel aliqua superioritate personæ cogentis; licitum hoc erit, & aliquando, licet raro, obligatorium.

DVBIVM CIII.

Quando cessio bonorum fit in loco publico cum certis caremoniis ignominiosis à lege statutis, extinguiturne, omnino vlterius integrè debita soluendi obligatio in conscientia?

408 *Nonnulla Recolo.* REcolo ex *sect.1.* ob commune bonum introductum esse iure ciuili cessionis bonorũ beneficium, vt debitores, qui propter debita ciuilia conueniuntur, ac detruduntur in carcerem, quando non sunt soluendo, possint cedere bonis suis, eaq; omnia iudice tradere, vt creditoribus: quantum fieri possit, ex illis satisfiat, *l.1.C.qui bonis cedere possunt.* Verùm facta bonorum cessione, duo priuilegia, seu commoda consequitur, qui bonis cedit. Primum est, quod à carcere liberatur; nec amplius potest molestari *l.4.§.Sabinus, ff. de cess.bonor.* secundũ est, quod si postea aliqua bona acquirit, non spoliatur omnibus hisce bonis, sed solum conuenitur in quantum commodè facere potest, & relicta ei parca quidem, sed congrua sustentatione, dicta *leg.& duab.seqq.ff.de cess.bonor.l.ex contractu, C.de bon.auctor.iud.possid. §. vlt.Inst. de action.* Quod etiam in conscientiæ foro locum habet, cum sit priuilegium iure concessum, & contractus iuxta leges sint celebrati. His suppositis; quæsierim, an cessio bonorum facta in loco publico cum cæremonijs ignominiosis à lege statutis, extinguitur omnino

omninò in conscientia obligatio vlterius integrè debita soluendi?

406 *Omnino extinguitur*

Omninò extinguitur. Quia illa pœna, & ignominia subitui videtur integræ loco solutionis. Sic nonnulli, quos, presso nomine, memorat Les. *l.2.c.16.n.49* Elisæus Danza *in pugna Doctor. c.3. de contumace, nu.12.* Nauar. *collect. 35.n.2.* apud Dianam *p.3.tr.4. res.78.*

407 *Non extinguitur omnino.*

Non extinguitur omninò obligatio in conscientia vlterius integrè soluendi. Quia ignominia illa non extinguit, obligationem naturalem soluendi debitum, sed est pœna propter culpam præsumptam contrahentis debita suprà suas vires, & ad deterrendos alios; ne prodigalitate, ac negligentia ad similem deueniant statum. Ita Couar. *l.2. var.c.1.n.6.* Les. *citat.* Mol. *to.3. de iust. d.755.§. Quamuis qui bonis,* Fill. *to. 2.tr.32.n.153.* Bonac. *de rest. d.1.q.vlt.p.1.nu. 38.* Turrian. *de iust. d.17. dub.2.n.2.*

408 *Hoc tenendum.*

Certè hoc omninò tenendum. Quia nec in foro externo id nullus admisit, vt constat ex *l. Cum, & filiusfamilias C. qui bonis cedere possunt.*

DVBIVM CIV.

An qui bonis cedit, possit de bonis antea habitis licitè occultare aliqua ad viuendum iuxta suum statum?

409 *Licitè id potest.*

Licitè id potest. Quia ex legibus ciuilibus aperte colligitur. Sic Les. *l.2.c.16.n.49.* & alij postea citandi.

410 *Non potest id licitè.*

Id licitè non potest. Quia nullum est in legibus, ad id asserendum, fundamentum, loquuntur enim leges solùm de bonis postea acquisitis, ex quibus retinere poterit debitor, quantum sufficit ad se, parce quidem, iuxta suam conditionem sustentandum. Ita Lugo *tom. 1. de iust. d.21.n.41.*

411 *Verum prima hæc sententia, tam explico & confirmo.*

Scio, Theologos communiter dicere; de bonis etiam antea habitis posse retinere illum, quantum satis est, vt tenuiter iuxta suum viuat statum. Syluest. *v. Restitut. 7.q.6.* Nauarra *de rest. l.4.c.4.n.60.* Bonac. *de restitut. d.1 quæst. vltim. p.ánct. 1.n.37.* Qui affert Rebellum *l.2. de rest. q.17. sect.4.n.30.* sed ille solum videtur loqui de bonis post cessionem acquisitis, licet non se satis explicet. Loquuntur autem hi de debitore, qui absque culpa bonis cecit, non de debitore ex delicto. Quare immerito Diana dicit, id etiam procedere in debitore ex delicto notorio. Pro qua sententia citat Les. *n.63.* ex errore, nempe pro *n.46.* sed ibi Lessius loquitur de bonis acquisitis solum post cessionem, ibi. *De quibus etiam is, qui debitor est ex delicto potest retinere quantum necessarium est, vt pro sua conditione non indecorè viuat.* Postea autem loquens de bonis, quæ erant ante cessionem, de quibus falsò dicit, quod leges permittant ex ijs etiam retinere alimenta necessaria, subdit. *Quod est aequitati consentaneum in debitore, qui absque culpa non est soluendo.* Non ergo loquitur de debitore ex delicto, imò neque de debitore ex contractu, qui culpa sua factus est impotens ad soluendum. Loquendo ergò de re ipsa, dixerim, ex natura rei, & in foro conscientiæ, posse debitorem retinere sibi necessaria ad se parcè sustentandum, quando sine illis esset in graui necessitate constitutus, de bonis ante cessionem habitis. Aduerto tamen, quando debitor ex contractu ea de causa occultat, & retinet sibi necessaria alimenta, non posse in conscientia vti priuilegijs in iure concessis eis, qui bonis cedunt. Quia cessio bonorum in iure tunc datur, Quando omnia bona præsentia ceduntur ad debitorum solutionem, qui autem aliqua bona sibi retinet ad alimenta necessaria, non facit veram bonorum cessionem. cui in iure priuilegia conceduntur. Quare ex bonis postea acquisitis non poterit tantum fortasse retinere, quia priuilegium illud, quod ex ijs bonis non debeat soluere, nisi quantum commode possit, concessum est solum post veram bonorum cessionem, & postquã omnia bona debitoris semel vendita sunt, poterit tamen ex ijs in foro conscientiæ retinere, quantum necesse est; vt extremam, vel grauem necessitatem non patiatur, hoc enim non ex priuilegio, sed ex iure naturæ ipsi conceditur.

DVBIVM CV.

An cessio bonorum cum priuilegiis consequentibus concedatur non solum pro debitis ex contractu, sed etiam pro debitis ex delicto ortis?

412 *Quæstionis statum.*

NOmine debiti ex delicto intelliguntur illa etiam, quæ licet ex contractu descenderint, postea verò vel propter moram culpabilem, vel propter aliud debitum admixtum, facta fuere iam debita ex delicto. Quæsierim itaque, an pro huiusmodi debitis possit fieri cessio bonorum, sicut pro debitis ex contractu obortis?

413 *Potest quidem.*

Potest quidem. Quia iura indifferenter de vno, & altero debito loquuntur. Sic Gregor. Lopez *l.4.tit.15.partita 5.glo.penult.* Couar. *l.2. var.c.1.n.8.* Gutier. *de iure consir.c.17.n.27.*

414 *Non potest*

Minimè potest. Quia de iure communi non est id concessum nisi debitoribus, qui merè ciuiliter debent, de quibus solis leges loquuntur, quando bonorum cessionem concedunt. Ita Mol. *to.3. de iust. d.572.§. His tamen constitutis.* Lugo *to.1. de iust. d.21.n.43.* & alij.

415 *His adhæreo.*

His adhæreo, sciens tamen, de iure Hispano id peculiariter extendi ad debitorem ex delicto *l.9. tit.16. l.5. noue collect.* non tamen de *reo* pœna ob delictum parti offensæ applicata. Quod etiam de iure Gallico sancitum esse ex Repellano refert Couarruuias. Vnde infert P. Molina, facta illa extensione ad debita ex delicto, gaudere fortasse clericos in eisdem Regnis priuilegio, vt nec propter debita ex delicto possint incarcerari, sicut prius non poterant propter debita ciuilia ex *cap. Odoardus, de solut.*

***

DVBIVM CVI.

Priuilegium clericis concessum Cap. Odoardus *nè indigeant cessione bonorum, vt pro debitis non incarcerentur, intelligiturne, de omnibus clericis sacro ordine non initiatis?*

416 *Nonnulla præmitto.*

IN *Cap. Odoardus, de solut.* conceditur quod Clericus, qui soluere non potest, non possit pro debitis excommunicari. Vnde Glossa *in c. Miles, ff. de re iudica.* & *cap. Studeat, dist.* 50. Abbas, Imola, Archidiaconus, & alij Doctores colligunt, Clericum non posse pro debitis ciuilibus carceri addici, nec conueniri, nisi quatenus facere possit, deductis necessarijs ad alimenta: nè in statu Ecclesiastici opprobrium mendicare cogatur. Vnde non potest Clericus huic priuilegio renunciare, quia esset in præiudicium status Ecclesiastici: ideò mihi certum non indigere eum bonorum cessione, quæ introducta est ad vitandum carcerem, & retinendum ex postea acquisitis, quæ necessaria fuerint ad alimenta, & ad decenter viuendum. Requisierim autem, an hoc intelligendum sit de omnibus Clericis, an solum de solis ordine sacro initiatis?

417 *Non intelligendum de omnibus Clericis.*

Non intelligendum de omnibus Clericis, sed solùm de eo, qui sacro ordine est initiatus, vel qui proprio ministerio Ecclesiæ inseruit. Quia ad hos speciatim pertinet incarcerationis indecentia, à qua ex huiusmodi priuilegio liberantur, sic Couar. *l. 2. variar. c. 1. n. 9.*

418 *De omnib. Clericis intelligendū.*

De omnibus Clericis intelligendum priuilegium. Quia semper indecens est, Clericum vel sola tonsura prima initiatum ob debita ciuilia carceri addici. Vnde non coarctandum priuilegium ad solum Clericum in sacris constitutum, dum expresse id in textu illo non annotatur. Ita Rebuffus apud Lessium *l. 2. c. 16. n. 51.*

419 *Auctoris resolutio.*

Ego autem priuilegium illud extendo cum eodem Lessio ad eos, qui iuxta Tridentinum *sess. 25. c. 6.* gaudent priuilegio fori exceptis tamen coniugatis. Quare comprehendit omnes habentes ordinem Sacrum, vel Ecclesiasticum beneficium: ac eos, qui cum habitu, ac tonsura alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiũt ac denique eos, qui in seminario Clericorum aut in aliqua Schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores Ordines diuersantur, habitum, & tonsuram deferentes, non tamen Clericos coniugatos, qui cum Virgine contraxerint, & alicui Ecclesiæ ex deputatione Episcopi inseruiunt, & habitum Clericalem, ac tonsuram deferunt, qui licet gaudeant priuilegio fori, non tamen cæteris Clericorum priuilegiis, vt constat ex *Capite vnico de Clerico coniugato l. 6.*

***

DVBIVM CVII.

An contrahens possit se ad debita obligare, renunciando ius ad bonorum cessionem faciendam?

420 *Non potest*

NOn potest. Quia in commune bonum id videtur concessum, & per Epiixeiam censendum est, non fuisse ita concessũ vt posset renunciari, sic Mol. *to 2. d. 572. §. vlt.*

421 *Potest plane.*

Potest planè. Quia effectus priuilegij huius potest quis renunciare, nempe non posse carceri addici, & non soluere debita ex acquirendis cessionem, sicut ex antea acquisitis, quod est indirecte priuilegio cessionis renunciare. Ita Lugo *to. 1. de iust d. 21. n. 24.*

422 *Auctoris distinctio.*

Iuxta quam Doctrinam ego sic distinguo. Illa obligatio ad tria diuersa posset teminari. Primò ad cedendum bonis. Secundò ad non petendam liberationem ex carcere ob cessionem bonorũ. Tertiò ad non retinendum eodem titulo alimenta necessarja iuxta statum ex acquirendis post cessionem. Quod ad primum attinet, existimo non posse debitorem ad id se obligare, quia cedere bonis, vt satisfiat creditoribus, est actus bonus, & maiori ex parte debitus ex iustitia, quæ exigit, quod debita soluantur; quomodo ergò obligabit se debitor ad non soluenda debita ex bonis, quæ habuerit? Quod autem attinet ad secundum, poterit quidem se debitor obligare directe ad non petendam è carcere liberationem. Sed Iudex ex officio poterit, & debebit eum è carcere liberare, facta cessione quia leges ob commune bonum ita disponunt, ne frustrà carceres occupentur, & miseri debitores sine causa vexatione afficiantur. Quoad tertium denique censeo, posse, si velit debitor se obligare ad non vtendũ, eo priuilegio cessionis, sed ad soluenda debita etiam ex acquirendis post cessionem, sicut ex antea acquisitis; quia ad id potest se expresse obligare, & postea licite facere. Nam cum possit postea, si velit, applicare ea bona omnia ad integram debitorum solutionem non video, cur non valeat sponte sua ad id antecedenter se obligare?

DVBIVM CVIII.

An Remissio creditoris sit, libera, quando ei solutio non offertur?

423 *Certa supponо.*

CErtum est apud omnes (quod ex *sect. 1.* recolo) condonationem creditoris potentis condonare, si libere fiat liberare debitorem à restituendi obligatione: sicut & consensus creditoris liber permittentis dilationem liberat ab obligatione restituendi statim. Duplex ergò conditio requiritur. Prima est, quod creditor libere condonet, sed dilationem consentiat.

consentiat. Ex quo fit, non sufficere remissionem per vim, fraudem, aut metum extortam. Secunda est, vt fiat à potente condonare. Quæsierim autem circa primam, an sit libera remissio, quando creditori solutio non offertur.

424 *Non est libera.* Libera non est. Quia visa pecunia præsente, raro debitori creditor debitum assolet condonare: facilius autem condonat, quando non sperat adesse substantiam, ex quo debitum recuperare possit. Vt igitur liberam constet esse condonationem, necessum est creditori offerri pecuniam, precibusque ac rationibus expressis eum allicere, vt non accipiat, sed condonet. Sic D. Antonin. & alij citati à Mol. *to. 3. d. 757. n. 2.*

425 *Libera est.* Libera ac valida est remissio, licet solutio non offeratur, quia licet visa pecunia præsente fortasse creditor non condonaret, non ideò involuntarie, non visa condonat: semper enim habet ius ad debitum illud exigendum, cui cedit volens condonare. Ita Caietan. *2. 2. q. 62. a. 6. ad 3. & in sum. v. Restitutio, cap. 7.* Medina, Sotus, Nauar. quos refert, & sequitur Molina *citatus* Lessi. *lib. 2. cap. 16. n. 35.* & alij communiter.

426 *Idem affirmo.* Idem affirmo consulens cum his Doctores, ne offeratur creditori pecunia, quia fortasse à remissione concedenda retardabitur. Aliud esset, me auctore, si proponeretur impotentia, vel paupertas debitoris maior quam sit: tunc enim si creditor ab ea moueretur ad remittendum, remissio esset inuoluntario mixta, & oporteret creditorem in plenam libertatem restiani à debitore, vt omnino libere remittat, vel retineat debitum.

DVBIVM CIX.

An sit graue furtum, quando aliquis accipit rem non petitam, quam si petiisset Dominus impertiret?

427 *Quæstionis status.* REgulam generalem indico ad excusandos plures pœnitentes à restitutionis obligatione, quando scilicet putant, quod si per se, vel per alios manifestarent Domino suum debitum, ipse liberaliter condonaret, vel nollet obligare ad restitutionem; iam enim datur voluntas præsumpta Domini sufficiens, vt retentio non sit quoad rei substantiam Domino inuito. Sed circa huiusmodi præsumptam voluntatem quæsierim, an sit graue furtum, quando quis accipit rem non petitam, quam si petiisset, Dominus impertiret?

428 *Non est graue furtum.* Non est furtum graue. Quia licet modus displiceat, non videtur substantia displicere. Sic. D. Antonin. Rosel. Angl. Sylvest. Tabien. Arag. Sayr. quos refert. Sanchez *l. 7. de Regular. cap. 19. numer. 13.* quando aliquis accipit rem non petitam, quam si petiisset, Dominus dedisset. Extendêdum ad eum casum, quando Dominus displiceat modus ille accipiendi si ceat. Caietan. Armil. Nauar Mendoza, Graf. Sà, Bassarel. Rebel. Petr. de Ledes. Manu. quos affert, & sequitur idem Sanchez *vbi suprà.*

Lessius *lib secund. capite. 12. dub. 8. numero 48. & 49.*

Furtum graue est. Quia similis licentia interpretatiua solùm secundum statum conditionalem, quatenus daretur, si peteretur, non sufficit ad actuum valorem, v. gr. ad audiendam confessionem, vel ad desistendum matrimonio. licentia enim conditionalis, non est licentia, sed esset si peteretur; Ergo nec sufficit ad accipiendam, & alienãdã rem alterius, eo inscio. Ita Suar. *to. 3. de Religios. lib. 8. cap. 11.* Ex cuius obiectione nonnulli à communi prima sententia recessere. 429 *Furtum est graue.*

Immerito sanè enim respondeo, negando consequentiam, quia ad Sacramenta, & eorum valorem, ad iurisdictionem, &c. requiritur voluntas positiua antecedens, quæ caulet illos effectus: at verò ad excusandam malitiam furti, non requiritur voluntas positiua Domini, sed solùm quod non sit positiuè inuitus. Hoc autem tollitur, quoties Dominus sic est dispositus erga me, vt si ego peterem, rem mihi impertiret; iam enim non habet repugnantiam, sed voluntatem absolutam, qua velit, me rem illam non vsurpare. Limito tamen primæ nostræ sententiæ Doctrinam, vt locum non habeat, quando Dominus non concederet rem ad illum vsum, vel illum; vt si Dominus concederet quidem libenter ad comedendum, tu autem accipias ad vendendum, ad quod etiam Dominus rogatus, non concederet. 430 *Primam sententiam defendo.*

DVBIVM CX.

Debitor ex delicto mittit debitum creditori per confessarium, nuncius autem vel confessarius id retinuit: Debitor liberaturne, ab onere restituendi?

Liberatur quidem. Quia debitor in hoc casu fecit ex parte sua, quod debuit, & potuit, cum non posset per se ipsum restituere sine infamia, nec posset commodiorem modum restituendi inuenire; Ergo non est amplius ab eo exigendum. Certè si creditor expresse consensisset, vt restitutio hoc modo fieret, debitor proculdubio satisfecisset; sed in hoc casu implicitè consensisse censetur; si enim interrogatus fuisset, debuisset consentire, vt non alio modo restitutio fieret, cum debitor alio modo restituere non potest; Ergo non minus debitor liberatur, quam si expresè consensisset. Sic aliqui, quos presso nomine refert Lessi. *lib secundo cap. 16. dub. sexto* quam sententiam ipse *numero 67.* dicit non esse omnino improbabilem. Idem indicat Filliuc. *tract. 32 numer. 235.* Et absolutè amplectitur Cenedo *de paupertate, Religios. dubio 34. numero octauo* & tutam esse in praxi docet Diana *tomi primi parte secunda tractatu tertio resolutione secunda.* 431 *Liberatur quidem*

Non liberatur. Quia si debitor ex delicto liberari posset eo casu à restituendi debito, à fortiori idem deberet concedi de debitore 432 *Non liberatur.*

ex contractu, qui inculpabiliter debet, & non tenetur ad damna soluta. Nam si ex contractu debeas centum aureos, & non possis ad per amicum fidelem, qui ad illum locum tendit, gratum etiam haberet creditor, quod per illum mittas, cum alta via non valeat debitum recuperare? & tamen nemo dicet debitorem ex contractu liberum esse, si eius amicus in itinere cum pecunia submergatur, vel si sibi retineat, quia vere adhuc nondum soluit creditori quod debebat; Ergò multo minus liberabitur debitor ex delicto, maximè quando non debebat rem alienam in individuo, sed pretium damni illati. Ita D. Antonin. *p. 2. titulo secund. cap. quart. paragrapho primo* Nauar. *Som. cap. 17. numer. 67* Lessius *citat.* Rebellus *lib. secund. de re. iust. quæst. 13. sectio. 6. num. 12.* Molina *tomo tertio disput. 754. num. 1.* Nauarra *lib. 4. de restit. capite quinto dubio primo, num. 19.* Toletus *l. 5. cap. 24. numer secund.* Faber, Lazar. Sylui. Conrad. Sayr. Homobon. apud Dianam *ibidem.*

433 *Auctoris resolutio*

Profecto stando in ratione parum probabilitatis in prima sententia inuenio, eius namque fundamenta vel nihil probant, vel probant minimum contra eius Auctores. Fateor, debitorem fecisse totum id, quod potuit, ac debuit in illis circumstantiis dando debitum confessario, vt restitueret: id tamen totū licet fuerit satis ad vitandum nouum peccatum, non tamen satis fuit ad debitum extinguendum, quia ex delicto præterito obligatur ad seruandum dominum indemnem cum effecta, nec ad id satis est facere totum, quod potuit, si re. ipsa effectus non sequitur. Certè creditor consentiret, vt res per confessarium restitueretur, sed retento suo iure, vt quomodocumque ad ipsum non peruenirent, absque suo perirent detrimento; non enim tenebitur ad renunciandum huic iuri quod ex delicto habebat.

436 *Mediam tero viam.*

Ego autem mediam terens viam, existimo, si breui tempore qui speret, posse debita in totum, vel magna ex parte solui, debere ferre Religionis ingressum: secus autem si necesse esset per longum tempus expectare. Mecum Ludouicus Lopez *p. 1. Instr. cap. 29.* Azor. *tom. 1. lib. 12. cap. 1. q. 5.* Lessi. *lib secund. cap 16. dub. 8.* Nauar. *comment. 1. de Regular. n. 8.* Nauarra *de restitut. l. 4. cap. 4. n. 78. & 79.* Sanchez *vbi supra num. 8.* Diana *parte secund. tr. 2. resol. 41.* Explicat autem Sanchez, tempus illud breue ad biennium extendi. Attamen sententia hæc expositione indiget. Si expresse te obliges ad debita soluenda, etiamsi ad hoc necesse sit, non inire Religionem, obligaberis ad id præstandum cum sine peccato possis implere. Ratio ergo cur de facto ad manendum in sæculo non teneatur, esse debet, quia quando se obligauit, non habuit intentionem explicitam, vel implicitam se ad id obligandi: imo censetur habuisse intentionem implicitam excludendi illum casum, vt patet in promissione matrimonij, cui etiamsi iuramento firmetur, inesse censetur conditio illa tacita. Nisi ad Religionem transiero. Affero igitur, neque in promissionibus gratuitis, neque in debitis ex contractu oneroso, neque ex delicto debere te vltra biennium in sæculo expectare, sed satis esse, si integre, vel magna ex parte soluantur. Imo licet spes sit, quod debita dicto biennio soluantur, non tamen sine difficultate notabili, crediderim, non esse obligationem differendi eo tempore ingressum.

DVBIVM CXI.

Qui soluere non potest debita, sperat autem, quod postea manens in sæculo, poterit, potestne, omissa restitutione, Religionem ingredi?

434 *Minime potest.*

Minimè potest. Quia creditores possident ius suum vt eis debita soluantur, quo iure spoliandi non sunt ob ingressum debitoris in Religionem, præcipuè si speratur fore, differendis ingressum valeat creditoribus satisfacere. Sic Gerson *p. 2. tract. an liceat grauato debitis intrare Religionem? alphab. 39. lit. X. & Y.* Vbi refert, multos Doctores Parisiētes ita sensisse. Supplem. Gabriel *in 4. q. 1. articulo quinto dubio secund. corollar. 2.* Valent. *2. 2. d. 5. qu. 6. puncto 7.* Medin. *C. de restit. q. 3. causa 8.* Angl. & Carb. apud Sanchez *lib. 4. decal. cap. 19. num. 6.* Molina *tom. 2. d. 758.*

435 *Potest quidem.*

Potest planè. Quia persona hominē liberi non est creditoribus obligata, sed eius bona: Ergo cedendo bonis omnibus in fauorem creditorum, illis satisfacit, nec ad aliud tenetur Ita D. Thom. *2. 2. quæst. 189. articulo sexto ad 3.* Palud. *in 4. dist. 39. q. 3. articulo 1. concl. 7.* Syluest. *v. Religio. secund. quæst. 4.* Angel. *ibi numer. 6.* Caietan. *articulo sexto,* D. Antonin. *p. 1. titulo 11. cap secund. paragrapho primo,* Rosel. Tabien. Viguer. Armil. Pedraza, Arag. & alij, quos affert Sanchez *ibidem numero septim.* Excipiunt tamen D. Thom. & alij, nisi debitor obligatus esset ad aliquid certum in singulari, vel ad reddendam rationem. Alij verò addunt posse ingredi Religionem, quamuis se iuramento obligasset ad debita soluenda.

DVBIVM CXII.

An religiosus debeat laborare in Monasterio, vt ita possit suis soluere creditoribus?

437 *Non debet.*

Minimè debet. Quia dum cunctis bonis cessit ad religionis ingressum, omnino liber à debitis euasit. Sic Paludan. Antonin. Rosel. Angel. Sylnest. Tabie. & Aragon. apud Sanchez. *lib. quarto Decalog. capite 19. numer. 14.*

438 *Debet plane.*

Debet profecto salua regulæ obseruantia, & modo id non sit contra status Religiosi decentiam. Quia quod prius bonis cesserit, non liberat eum in conscientia, ne debeat modo communi, & ordinario integram debitorum solutionem procurare. Ita Medina *de restitut. quæst. tertia causa 8.* Nauar. *commentar. 1. de Regular. numer. octauo.* Angl. & Maior apud eumdem Sanchum. Addunt Medina, & Maior, debere Prælatum quantum honeste possit Religiosum ob hanc causam excusare à multis horis ad diuina, vel ad officia Monasterij deputatis. Maior adiicit, Prælato licentiam denegante.

gante, Regligiosum debere ad huc eam sibi accipere, & operari. Alij alia.

439 *Quid Auctor sentiat.*

Ego existimo obligari eum religiosum ad opera, ac labores illos, qui iuxta statum Religionis, & qualitatem etiam ac conditionem ipsius Religiosi difficiles non essent, nec extraordinarij, & non nisi ex licentia Prælati, qui licentiam hanc dare non teneretur. Prima pars, nempe quod debeat eodem modo laborare ad soluendum creditoribus, probatur, quia status Religiosus non aliter excusat à soluendis debitis, nisi quatenus impedit modum, quo in sæculo solui possent. Si enim eum non impedit, non apparet, cur magis Religiosus status, quam matrimonium denuò contractum vel status clericalis assumptus à debitorum solutione excusent. Secunda verò pars, quod scilicet laborare non debeat nisi iuxta qualitatem & decentiam sui status, & per consequens non nisi ex sui Prælati consensu, ostenditur, quia etiam in sæculo manens non deberet nisi iuxta sui status conditionem, eiusque decentiam laborare, vel negotiari ad eum finem: Ergò neque in Religione debet aliter laborare. Itaque debitor factus Religiosus cum statum mutauerit, non debet alio modo creditoribus satisfacere, nisi illo, qui iuxta præsentem statum & conditionem suam deceat; quare non debet laborare contradicente Prælato, & multo minus extra conuentum in sæculari habitu, vt alij docuere. Vtrumque enim indecentissimum & extraordinarium est, in Regulari, quam habet, statu.

DVBIVM CXIII.

Qui in sæculo operam determinatam alicui promisit, Religionem ingressus, teneturne ex bonis suis soluere damna sequuta promissario ex eo, quod fides ei seruata non fuerit?

440 *Non tenetur.*

NOn tenetur. Quia in ea promissione intelligitur conditio, *Nisi ad Religionem transiero.* Sic Sanchez *lib. 4. Decal. c. 19.* cum Paludano, & Antonio.

441 *Tenetur planè*

Tenetur planè. Quia debebat ille differre Religionis ingressum, donec impleret opus promissum: si ergò promissario fides seruata non fuit, tenetur debitor damna inde sequuta resarcire. Ita Rosel. Angel. Sylvest. & alij apud eundem Sancium.

442 *Auctoris resolutio*

Ego autem id concedo in iis casibus, quibus debebat differre debitor Religionis ingressum donec impleret opus promissum, v. gr. si promissa est res determinata, quæ breui tempore absolui potest absque magno debitoris incommodo, differendus erat ingressus, donec absolueretur. At si Religiosus bona non habeat, ex quibus damna illa valeant resarciri; dicendum est de hoc debito, quod de aliis debitis ex delicto quæ habet, quoad obligationem soluendi illud, si possit.

DVBIVM CXIV.

Debitor, qui compositione accepta, soluit partem illam à Pontifice designatam pro debitis incertis, manétne ita liber, vt etiam comparente postea vero domino, aut creditore, cui restitui facile possit, non debeat amplius ei restituere

443 *Manet liber.*

MAnet omnino liber in conscientia, nec tenetur amplius restituere. Quia hæc compositio æquiualet præscriptioni comparatur Dominium irrenocabiliter, ita & compositione, potest enim Respublica, & Princeps supremus iustis de causis Dominia transferre. Sic Bañes 2. 2. *q. 62. articulo quinto dub. 8 concl. 5.* Sotus *in 4. dist. 21. quæst. secund. articulo 4.* Henriq. *l. 7. cap. 34. num. sexto* Acosta *in Bul. Cruc. quæst. 93.* Trull. *ibi l. 3. dub. 4 numer. 8.* Diana *p. 3. tract. 4. resol. 112.*

444 *Liber non manet.*

Liber omnino minime manet. Quia Pontifex per compositionem non intendit, nec potest iuri priuatorum præiudicare, ne recuperent sua bona; nec concedere potest compositionem nisi conformando se ab rationabilem, mentem creditorum, quæ est vt compositione non impediantur consequi sua bona, quando, secluſa compositione, illa obtinuissent, nisi à detentoribus culpabiliter impedirentur. Ita Cordub. *lib. quinto quæst. 41.* Couar. *reg. Peccatum p. tertia §. 1.* & alij, quos sequitur Turrian. *disp. 748. num. 9.* Villallob. *tom. 1 Summ. tract. 19. n. 9.* Manuel. *in Bul. compos. dub. 6.*

445 *Quid tenendum.*

Profectò Bulla compositionis non habet locum nisi in iis bonis ac debitis, quæ attentis præsentibus circumstantiis deberent iuxta mentem præsumptam creditorum dari pauperibus vel operibus pijs, propter hunc enim titulum pertinet ad Pontificem eorum distributio, & applicatio, qui generalem administrationem habet circa opera pia. Quando verò circumstantiæ tales sunt, vt iuxta præsumptam & rationabilem domini intentionem bona illa adhuc non essent danda in opera pia, Pontifex non vult se in illis ingerere. Dato ergo illo casu, & positis circumstantiis, in quibus iuxta rationabilē voluntatem præsumptam domini res esset in pios vsus expendenda, prima sententia mihi probabilior esse videtur. Quia si debitor maneret adhuc cum obligatione restituendi creditori, cum compareret, nulla esset compositionis vtilitas.

DVBIVM CXV.

Pauperes quæ ex compositione hac in eleemosynam accepere, si apud ipsos extent, cum verus dominus compareret, debetne si ipse velit, ei restituere?

446 *Debent restitui.*

SI quæ in eleemosynam pauperes accepére, comparente postea vero domino reddere debent domino quidquid apud ipsos ex iis extant, si ipse dominus ita velit. Quia distributio

tio prior ea conditione facta est, si non comparet dominus, antequam bona ab ipsis pauperibus consumantur: alioquin non gereretur vtiliter negotium domini, vel creditoris, atque adeò nec valide. Sic Molina *to.3.disp.746.§.vlt.* Lessius *l.2.cap.14.dub.6.num.43.* Idem dicendũ quando res inuentæ, facta diligentia, & non inuento Domino, applicatæ fuere aliquibus Religionibus, vel operibus pijs. Nam Couar. *reg.Peccatum p.3.§.1.nu.5.* & Mercado *de cont. tit.de restit.capit.* 15. asserunt Domino comparente, debere Religionem reddere quod accepit.

447 *Restitui non debẽt.* Res semel debito modo applicata ab Episcopo, vel confessario pauperibus, non debet postea, Domino comparente restitui, etiamsi in propria extet specie. Probatur Cruciatæ exemplo. Quia id quod Cruciatæ applicatur, supponitur debere esse ex iis, quæ in talibus circumstantijs deberent absolute pauperibus distribui vel in vsus pios erogari: hinc est, quod nunquam intelligitur Cruciatæ applicari pars illa, quæ per compositionem datur, cum onere restituendi Domino, etiamsi sit magni momenti summa. Si autem ratio pro prima sententia adducta vera esset vniuersaliter, non posset debitor dare Cruciatæ partem illam absolutè, quia hoc esset contra voluntatem Domini nolentis priuare se iure recuperandi, quod ad se pertinet, si detur occasio, debitum agnoscendi, aut inueniendi. Cum ergo debitor licitè det partem illam Cruciatæ absque tali onere, fatendum est, aliquando eiusmodi res posse absolutè pauperibus applicari absque onere illis imposito, restituendi Domino comparenti. Ita Nauarra *lib.secundo de restitut.capite secundo numero* 57. Henriq. *de indulg.cap.34.num.*8. quod idem dicunt, quando ipsi debitori, quia pauper erat, applicata res fuerat. Lugo *to.1.de iustit.disput.*21.*n.*102.

448 *Hanc sententiam eligo, & debito modo expono.* Hæc quidem sententia, si debito modo intelligatur mihi satis probabilis videtur, eamque mihi eligendam duxi dixi. *Si debito modo intelligatur*, quia in praxi sæpè fortasse necesse erit illam rem Domino comparenti reddere; nam de facto ex hac manifestatione Domini, arguitur communiter non adfuisse adhuc circumstantiam illam quod nulla post diligentiam factum, nulla esset spes inueniendi dominũ, ad hoc, vt res irrenocabiliter in vsus pios erogetur; quare dominus adhuc retinet ius suum ad rem suam recuperandam, quando eam inuenit; quia non fuit iuxta eius intentionem rationabiliter præsumptam ita cito aliis distribuenda, vel applicanda; & ideò communiter loquendo, si torques, vel quid simile loco pio applicetur habere etiam ad hoc peculiare priuilegium, restituendum id erit domino comparenti; quia verisimile est, non fuisse ita nullam spem inueniendi dominum, vt posset præsumi domini voluntas, quod statim res illa pro eius anima expenderetur absolutè, & sine vllo onere restituendi. Cæterum si tales diligentiæ tamdiù factę fuissent, vt attentis omnibus circumstantijs, nulla esset spes quod inueniretur vnquam dominus, & ideo in vsus pios res erogaretur, vel distribueretur egenis tunc videtur absolutè & sine vllo onere eius translatum fuisse dominium.

DVBIVM CXVI.

Cum non adest causa sufficiens compositionis cum Pontifice, esne valida compositio?

449 *Valida est.* LIcet illicitè concedatur valida tamen erit. Quia hæc bona subsunt dispositioni, & distributioni Pontificiæ. Sic Corbuba *quæst. vltima de indulg.* Turrian. *in præsenti d.41.dub.1.n.6.* Alens. *p.4.q.86.memb.2.a.2.*

450 *Non est valida.* Valida non est. Quia Pontifex sine causa non potest rem alienam, inuito domino, alteri applicare. Ita Couar. *reg.Peccatum, p.3.titulo 1.* Sotus *lib 4. de iust.quæst.7.articulo primo ad 3.* Nauar. *summæ capite 17.num.93.* Medina *de restitut.q.3.causa 11.* Molina *to.3.d.748.num.5.* & alij communiter.

451 *Vtor distinctione.* Distinguendum existimatim. Nam si restitutio fieri debeat ob legem aliquam Ecclesiasticam id præcipientem, non expectata sententia, vel reddentem debitorem incapacem ad restituendum: tunc Pontifex validè posset compositionem sine causa sufficienti concedere, quia in lege propria potest validè dispensare, quidquid sit, an peccet grauiter, vel leniter in ea dispensatione: & in hoc consensit Molina *n.4.*; Quando autem bona debent restitui propter obligationem aliunde prouenientem, verius mihi, requiri causam sufficientem ad valorem compositionis pro minori summa; quia in iis Pontifex non est dominus, sed administrator: administrator autem non potest pro libito disponere de rebus alienis, cum ergo ea debita habeant creditorem licet incognitum, iuxta cuius voluntatem debent expendi, non potest Pontifex pro libito creditorem suo iure defraudare. Hoc autem concedi posset, quando licet re vera non esset causa sufficiens, æstimaretur tamen sufficiens, saltem à Pontifice, id sufficere ad valorem compositionis. Quemadmodum ad valorem indulgentiæ crediderim sufficere causam prudenter existimatam sufficientem à Pontifice, licet re vera sufficiens non esset.

DVBIVM CXVII.

An Episcopus possit huiusmodi compositionem pro debitis incertis in sua Diœcesi suis subditis concedere?

452 *potest quidem.* POtest Episcopus. Quia nec iure naturali, nec humano constat id esse Papæ reservatũ & id videtur esse iuxta voluntatem creditorum, vt possit Episcopus spirituali subditorum saluti consulere. Sic Henriq. *l.7.de indugl. capit.33. n.4.* Villalobus *to.1 sum.tr.19.numer.11.* Trullench. *in Bul.l.3. dub.1.num.3.* Diana *p.3. tractat.4.resol.112.* addens non esse in vsu, quia hoc fortasse provenit ex eo, quod Papa concedi de

de facto Bullam compositionis, qua sufficienter prouidetur conscientiæ fidelium. Attamen hæc responsio solum deseruiret pro Hispania, & Sicilia, vbi nulla hæc conceditur, non pro Italia Gallia, Germania, & aliis Regnis, quibus non conceditur: & tamen Episcopi eam potestatem non exercent.

453 *Minimè potest.* Minimè potest. Quia Pontifex summus hoc sibi de facto reseruauit. Ita Sylvest. Cordu. Rodriguez apud Dianam *citatum*. Molina *tom. tertio. d. 748. numero septimo* Turrian. *de iust. d. 41. dub. 2. n. 12.*

454 *Auctoris placitum.* Ego existimo Episcopum non posse eiusmodi compositionem concedere, quod vsus omnium Episcoporum satis confirmat. Quia vel Episcopus id potest, quatenus ad eum pertinet disponere de bonis subditorum in ordine ad bonum commune, & hoc non pertinet ad Episcopum, sed ad Rempublicam, vel Principem supremum, propter dominium altum, quod quidem non habet Episcopus, vel ad summum Pontificem, quatenus ipse indirectè potest res temporales gubernare, quando id est ad bonum spirituale necessarium. Vel potest id facere Episcopus, quatenus illa debita pertinent tam ad opera pia, & debent in vsus pios expendi ex præsumpta dominorum voluntate: & ex hoc etiam capite non potest Episcopus compositionem concedere; quia ipse non potest alterare, vel commutare vsum in iis, quæ à fidelibus dantur, vel destinantur ad vnum pium vsum, vt in alio pio vsu expendantur, quando circa primum potest dantis voluntas mandari executioni. Hæc enim alteratio pertinet ad sedem Apostolicam, vt definitum est in clem. *Quia contingit de religios. Dominis*, ibi: *Cum ea, quæ ad certum vsum largitione sunt destinata fidelium ad illum debeant, non ad alium (Salua sedis Apostolicæ authoritate) conuerti.* Cum ergo eiusmodi bona inuenta, siue debita incerta debeant creditorum præsumpta voluntate, aut dominorum pauperibus dari vel in vsus pios expendi pro eorum animabus, & id fieri possit, non potest Episcopus facere, quod alium expendantur in vsum, condonando illorum partem creditoribus.

457 *Resolutio Auctoris.* Ego autem, existimarim, vtraque bona in duplici statu posse considerari. Primò quando adhuc est spes, quod possint domino reddi, & per consequens quàdiu dominus non vult, in vsus pios distribui. Secundò, quando iam non est talis spes, & per consequens quando dominus præsumitur velle, quod in eius vtilitatem spiritualem expendantur, & ad vsus pios applicentur. In primo statu locum habere potest prima sententia, quia adhuc non sunt ex voluntate dominorum ad vsus pios destinata, atque ideò potest sæcularis princeps pro cura temporalis gubernationis, quam habet, & ex præsumpta etiam voluntate dominorum, assignare aliquam personam, quæ eorum bona retineat, & procuret dominum inuenire, dato eis personis pro tali cura iure ad acquirenda postea illa bona, si dominus non compareat; quia totũ hoc si debito modo executioni mandetur videtur esse in vtilitatem temporalem creditoris ac domini, qui sæpe hac via sua bona recuperabit. In Secundo autem statu, quando iam non est talis spes, & ideò dominus præsumitur velle, quod in eius vtilitatem spiritualem expendantur, iam sæcularis Princeps non poterit de illis disponere; quia dispositionem circa bona destinata ad vsus pios Ecclesia sibi reseruauit, & per talem destinationẽ saltem præsumptam, & interpretatiuam facta sunt quasi bona Ecclesiastica ad Ecclesiæ spectantia gubernationem.

DVBIVM CXVIII.

Princeps sæcularis potestne huiusmodi compositionem concedere subditis?

455 *Potest quidem.* POtest quidem. Quia hæc bona temporalia subsunt Domini temporalis dispositioni, sicut apud infideles. Et quia circa res inuẽtas id videntur de facto fecisse sæculares Principes per suas leges. Sotus *in 4. dist. 21. quæst. secunda articulo quarto* Heringius *lib. septimo de indulgent. capite 33. numer. 4.*

456 *Non potest.* Non potest. Quia tam debitorum incertorum quam rerum inuentarum dispensationem summus Pontifex sibi reseruauit. Ita Corduba *quæstio. vltim. de indulgent.* Molina *tomo tertio disputat. 748. num. 7.* Turrianus vero in præsenti *disp. 41. dub. secund. num. quinto & sexto.* Ait concedit circa res inuentas, negat vero circa debita incerta.

DVBIVM CXIX.

Nouit quis creditorem, sed propter eius absentiam & distantiam à restitutione ei mittenda excusatur, & concurrunt circumstantiæ, in quibus posset ex præsumpta creditoris voluntate in vsus pios restitutionem agere: Hoc in casu poteritne se per Bullam componere?

458 *Non poterit.* NOn poterit. Quia Bulla solum concedit compositionem, quando creditor est incertus; in eo autem casu certus est creditor; Ergo ne quid debitum illud per Bullam componi. Sic Sotus *in 4. distinct. 21 quæstione secunda articulo quart. & l. 4. de iustit. q. septim. articulo primo* Henriq. *lib. septim. indul. c. 34. §. 2.*

459 *Poterit planè.* Poterit quidem. Quia ex verbis ipsius Bullæ id proculdubio constare videtur. Ita Couar. & Angel. quos refert, ac sequitur Manuel. *in Bulla compositi. numer. tertio* Turrian. *de iust. d. 41. dub. 3. numer. 28.* Lugo *tom. primo de iustit. d. 21. numero. 139.*

460 *Hanc sententiam eligo, & confirmo.* Hanc sententiam eligo, & confirmo, eius expendens fundamentum. Quia si debitum ex iniusta acceptione oriatur, colligi potest nostra conclusio ex verbis Bullæ in fine, vbi conceditur compositio pro re quacumque male habita quocumque modo, dum sciri non possint ij quibus legitime *debebat*, & *possit fieri* restitutio. In casu autem posito vere non scitur dominus, cui debeat, & fieri restitutio valeat nam'

nam licet creditor cognoscatur, ei tamen non debet, nec potest restitutio fieri in talibus circumstantiis, ob quam impotentiam, & spei defectum quod postea possit, supponimus, posse iam egenis restitui: Ergò in hoc casu verificatur id, quod Bulla exigit ad compositionem faciendam. Si verò debitum non oriatur ex iniusta acceptione, sed ex causa licita, & iusta, adhuc videtur ex eiusdem Bullæ verbis id colligi, nempe ex illis, quæ in principio Bullæ habentur, vbi dicitur concessa compositio omnibus, qui aliquid deberent male acquisitum, vel male habitum, ablatum, inuentum, atque etiam per vsuram comparatum, vel quolibet alio modo: dummodo non constet certa persona, cui huiusmodi bona legitimè debeantur, & possint restitui. Ex quibus verbis colligitur, debita etiam incerta non orta ex iniusta ablatione per Bullam componi. Addiderim vero, etiamsi creditor sciatur, si tamen ob distantiam, vel aliud impedimentum non sit spes, quod possit ei restitui, posse etiam fieri compositionem; quia tunc etiam non constat persona certa, cui legimè debeat ac possit restitui, cum licet de creditore constet, ei tamen restitui nec debeat, nec possit propter distantiam vel alia impedimenta.

DVBIVM CXX.

An debitor excommunicatus excusetur à restitutione agenda?

461 *Excusatur*

EXcusatur quidem. Quia vt soluat debet cum creditore communicare; at non potest communicare, cum aliis, quando excommunicatus est: ergò à restitutionis obligatione liberatur. Sic Sayr. *in thauil. 2. c. 9. n. 20.* Vgolin. *tabula 2. c. 20. §. 2.* & aliqui Canonistæ, quos refert Les. *l. 2. c. 16. dub. 9.*

462 *Non excusatur.*

Minimè excusatur. Quia passim debitores excommunicantur, vt debita soluant, nec absoluũtur donec solutio fiat; Ergò supponitur, quod durante excommunicatione, possunt, ac debent soluere. Ita Les. *citatus* Glossa *ad c. Nos Sanctorum.* Sylu. *v. excommunicatio 5. q. 12.* & alij.

463 *Primam sententiam vt improbabilem reiicio.*

Primam sententiam omninò esse improbabilem existimo, cum ex vsu, contrarium manifestè constet. Profecto communiter non confertur excõmunicationis absolutio, nisi satisfacta prius parte; Ergo satisfacere debitor debet antequam ab excommunicatione absoluatur; ergo ad restitutionem gerendam excommunicatio non excusat.

DVBIVM CXXI.

An excommunicatio creditoris excuset à restitutione faciendâ debitorem?

464 *Excusat quidem.*

EXcusat quidem. Quia quando cum creditor est excommunicatus, non potest debitor cum illo communicare, & ideo non potest ei debitum soluere; hæc enim aliqua ciuilis communicatio esset. Sic Gloss. *ad c. Nos Sanctorum 15 q. 3.* Panormit. & Felin. *ad cap. Inter alia, de sentent. excom.* Glos. *ad c. vlt. de hæret.* Adrian. *in 4. q. 3. de clauib.* & alij quos refert, Couar. *reg. Peccatum p. 1. n. vlt.* Probabilemque dicit hanc sententiam Mol. *to. 3. d. 759.* & Less. *l. 2. c. 16. dub. 9.*

465 *Non excusat.*

Non excusat. Quia licet excommunicatio creditoris eum impediat à petendo in iudicio suum debitum ex *cap. Quia de exceptionib. in 6.* (quod tamen in aliquibus tribunalibus sæcularibus nõ est in praxi) loquendo tamen de petitione prinata extraiudiciali creditor excommunicatus potest debitum petere, & debitor potest ac tenetur illud soluere. Ratio est, quia excommunicatio non prohibet communicationem cum excommunicato, quando id spiritualis vtilitas exigit, vel temporalis ipsius excommunicati requirit; Ergo nec prohibet debiti solutionem, quę creditori vtilisi ac necessaria est. Ita Couar. Les. Molin. quos citat, & sequitur Card. Lug. *to. 1. de iust. d. 21. n. 151.* Aula *de censur. p. 2. c. 6. sect. 11. dub. 4.* Arag. Valent. Nauarra, quos affert, ac sequitur Bonac. *de rest. d. 1. q. vlt. pun. 2. nu. 31.* Et alij quos affert, ac sequitur Suar. *de censur. d. 15. sect. 8.*

466 *Hanc mihi verius, & communius*

Hanc sententiam veriorem, ac magis communem esse reor. Nam nullo iure constat, id esse prohibitum; quæ enim pro contraria sententia afferuntur, id non probant, nec illud *cap. Nos Sanctorum* nec *cap. Iuratos*, in quibus solum prohibetur militibus, & Vasallis, seruare fidelitatem promissam, quę prohibitio cum sit odiosa, non debet extendi ad debita pecuniaria, nisi id exprimatur.

Enim vero de iniuriis, circa bona corporis nempè circa vitam & membra, de iniustitia adulterij, de iniustitia in materia famæ, & honoris, de iniuriis in rebus spiritualibus, & de restitutione pro eis facienda iam *Volumine quinto* disserui per dubia, ea quæso requiras. Iam autem ad materias circa contractus in particulari euoluendas me accingo, qui *volum. 1.* eas generatim indicaui.

LIBER

LIBER XXXVIII.

CONTRACTVS GRATVITI.

CVM volum. 1. de contractibus in communi disseruerimus de contractibus in particulari inchoanda tractatio. In primis verò agendum de Gratuitis, siue lucratiuis, qui simpliciores sunt, ac faciliores. Sunt autem quinque: Depositum, Donatio, Commodatum, Precarium, ac Mutuum. Vbi de Vsura, Testamentis, ac Codicillis materiæ elucidantur.

SECTIO PRIMA.

De contractibus Gratuitis Receptiores sine lite Sententiæ.

CAPVT I.

De Depositio.

1 Depositi diffinitio.

DEPOSITVM est contractus? *Quo sola rei custodia alteri committitur, vt ipsa res integra restituatur.* In hoc contractu non transfertur dominium, neque vsusfructus in depositarium; sed sola rei custodia ei committitur: vnde ex hoc differt à mutuo, & à commodato. Vlpianus *lib. prim. ff. depositi.* Reginaldus *l. 25. numer. 556.* Sylueſt. *v. Depositum, num prim.* Leſſius *lib secund. cap. 27. dubio primo.*

2 In triplici casu, potest depositarius rei deposito, alias minime

Solummodo in triplici casu potest depositarius vti deposito. Primus est, si id à deponente est concessum. Secundùs si depositarius bona fide existimet, domino id non displicere. Tertius, quando depositum est res vsu consumptibilis, & depositarius certus est, se, cum depositum repetatur, paratum habiturum tantumdem eiusdem mensuræ, ac bonitatis. Extra hos casus depositum alienans, furtum committet, & ad restitutionem damni tenebitur. *l. si saculum, ff. depositi.* Laym. *lib. tertio sect. 5. tract. 4. cap. 25. num. 3.* Manu. *tom. prim. sum. c. 72. n. 6.*

3 Duplex est Iudiciale, & Priuatu.

Duplex est Depositum, quoddam *Iudiciale*, quoddam *Priuatum*, Iudiciale est, cum res aliqua litigiosa sub hac conditione depositario traditur, (vocatur *sequestrum*) vt eam custodiat, & retineat, donec ex litis decisione constet, cuinam cum suis fructibus debeatur. Priuatum verò est, quod simpliciter fit custodiæ gratia apud quemcumque priuatum, de cuius fidelitate confidimus. *lege licet, ff. depositi.* Garzias *de controuers. capit. secund. numer. 3.* Azor. *tom. tertio lib. 7. capit. 7. quæst. 7.* Molina *tomo 2. de iustit. disputat. 526. & 522.*

4 Omnes possunt esse depositarij.

Possunt esse depositarij omnes tam masculi, quàm fœminæ, qui rationis vsu pollent. Si pupillus sine tutoris authoritate depositum suscipiat, licet res repeti, seu vindicari possit illa pereunte, non amplius obligatur pupillus quam vnde ditior est factus: Religiosus haud rectè facit, si munus depositarij suscipit absque prælati facultate: tamen Monasterium non tenebitur, si res deposita etiam dolo Religiosi perit, vel absumpta fuit, nisi quoties in eius vtilitatem aliquid versum fuerit. Idem dixerit de Ecclesia respectu beneficiati. Quando autem Ecclesia, aut Monasterium depositum suscipit, v. gr. Prælatus cum capituli consensu, tunc sicut alij depositarij obligabitur. Bonacin. *de contr. d. 3. q. 14. pun. 2.* Azor. *parte tertia lib 7. capite tertio* Leſſius *lib. secund. capite 27. dub. 3. num. 12.* Filliuc. *tract. 34. c. 1. n. 8.* Sylueſt. *v. Depositum numer. 3. & 4.*

5 Quanam res ordinariè deponãtur

Res, quæ deponuntur, vel sunt *mobiles* vt vestis, Liber, &c. vel *se mouentes*, vt bos, equus, &c. Porrò res mobiles, aut sunt vsu consumptibiles, vel non. Consumptibiles vt pecunia, vel aliæ res in mensura, aut pondere consistentes, vinum nempe, frumentum, æs, plumbum; vsu non consumptibiles sunt libri, arma, vestes, &c. Pecunia vero vel est numerata, vel non numerata, sed obsignata, clausáue sacculo, & deponitur, vt eadem numero reddatur, vel vt alia eiusdem speciei, & in æstimatione, vsúque æqualis, Azor. *parte tertia lib. septimo cap. 4.* Leſſius *l. secund. cap. 27. dub. 1. numer. tertio* Molina *to. secund. d. 522.* Sylueſt. *v. Depositum.*

6 Ad quæstuor obligatur depositarius ex depositi contractu.

Ad quatuor obligatur depositarius ex depositi contractu. Primò, rem apud se depositam custodire ea fide, ac cura, qua res assolet suas, Secundò, regulariter rem depositam reddere absque mora, quando dominus illam repetierit. Tertiò, rem depositam reddere in eo statu in quo eam suscepit. Quartò, non potest vti re

re deposita absque expresso, vel tacito depositoris consensu *cap. Bona fides, de deposito. l. 1. §. Est autem, ff. depositi.* Reginaldus *lib. 25. numero 561.*

7 *In quinque casibus non tenetur depositum reddere.*

In quinque autem casibus non tenetur depositarius depositum reddere. Primus est, donec expensę factæ, in re deposita custodiēda, soluātur. Secundus, quando bona deponentis confiscata sunt, postquam deposuit: tunc enim fisco est reddendum. Tertius, quando depositu redditio in alicuius vergeret iniuriam, vel in commune Reipublicæ damnum. Quartus, quando quis rē deposuit apud proprium dominum ignorantem esse rem suam: cognoscens enim, non tenetur eā deponenti reddere. Quintus, quando res deposita est furto ablata, & repetunt eā furi, qui deposuit, & verus dominus: in conscientia vero domino, & nō furi est reddenda. Les. *l. 2. c. 27. dub. 4. n. 14.* Reginal. *l. 25. n. 569. & 570.* Sylu. *v. Depositum. n. 11.*

8 *Si depositū perit exqua culpa depositarius teneatur.*

Si depositum perit, quando depositio tantum cedit in deponentis commodum, solum, tenetur depositarius ex dolo lata culpa, non autem ex leui, vel leuissima. Si verò cedit in commodum vtriusque, tenetur etiam ex culpa leui, vt si pretium pro custodia accipiat. Si autem depositio fiat in solius depositarij commodum, de leuissima culpa tenetur. Sylu. *2. 2. q. 62. a. 4. quæsti. 3. concl 3.* Faust. *in spe. d. 8. q. 6.* Reginal. *l. 25. n. 563.*

9 *Quandonā possit depositarius fructibus rei depositæ frui.*

Quamuis non liceat depositō vti, si fructus rei depositæ non sint, sed industriæ, laboriquę depositarij, v. gratia, si ex pecunia negotietur emēdo, vel cambiando: ipse non tenetur ad restitutionem, sed potest perinde ac de suo partū retinere. Si tamen eiusmodi lucrum sit fructus rei depositæ, depositarius tenetur, illud reddere deponenti, cui res illa tanquam Domino fructificauit, v. gr. si quis equum apud se depositū locādo, aliquid acquirat. Azor. *to. 3. l. 4. c. 35. q. 3.* Reginal *l. 25. n. 571.* Diana. *p. 4. tr. 4. resol. 68.*

10 *Quando depositario quando deponenti cedat incrementum pecuniæ depositæ?*

Cum depositum non exuat naturam depositi ante vsum, vel distractionem rei depositæ: hinc incrementum pecuniæ perseuerantis apud depositarium ipsi deponenti cedit. Quia vt apud deponentem manet rei depositæ dominium, ita etiā ad eum pertinet illius siue damnum, siue cōmodū. Quando verò depositum degenerat in contractum, quo dominium transfertur in depositarium, ad ipsum pertinet rei depositę tam damnum, quam commodum. Nauar. *sum. ca. 17. n. 181.* Azo. *p. 3. l. 7. c. 7. q. 7.* Reginal. *l. 25. n. 573.*

CAPVT II.

De donatione.

11 *Donationis diffinitio.*

DONATIO est, *contractus, quo gratis ac liberaliter aliquid alteri confertur, nullo ad id cogente iure. Contractus* hic accipitur pro pacto ex quo saltem ex vna parte obligatio oritur. Per donationem liberalem intelligitur actio donanti natura sua apta ad transferendum dominium rei donatæ, quæ non sit ex debito iustitiæ, sed ex mera liberalitate, aut ex gratitudine Lessius *lib. secundo capite 18. dubio secundo* Azorius *tomo tertio lib. 11. cap. 1. quæstio. 1.* Sylu. *2. 2. quæstione 66. articul. secund. quæst. 5.*

12 *Duplex donatio, perfecta, & imperfecta*

Donatio est duplex, *Perfecta*, quando res simul traditur, & tunc dominium transfertur & *Imperfecta*, quando est verbalis tantum sine dominij nempe translatione. Quia ius positiuum ad taansferendum dominium ordinariè requirit traditionem; quare per verbalem Donationem solùm transfertur ius ad rem. *lege Traditionibus Codic. de pactis.* Bonac. *de contract. disp. 5. qu. 12. pun. 1. n. 1.*

13 *Illi possunt solummodo donare qui habent dominium.*

Illi possunt solummodo liberè donare, qui habent dominium, & administrationem cum alienandi facultate. Quare non sufficit dominiū tantum; quia donatio pertinet ad dispensationem bonorum, & regimen; nec tantùm administratio; quia præiudicaret domino. Denique debet esse facultas alienandi, alioquin non potest, nisi provt superior vel ius permittit. *l. cui ius ff. de reg. iuris* Filliuc *tr. 34. nu. 38.*

14 *Donare non potest quia rationis vsu caret nec impubes, nec minor 25. annis, si curatori subsit nec filiusfamiliæ.*

Donare non potest, qui rationis vsu caret. Quia hic non potest actum humanum exercere. Nec impubes sine tutoris facultate, præterquam ad causas pias: quamuis sine tutore possit sibi acquirere. *lege Pupillus, ff. de acquir. rerum Dominio.* Nec prodigus, qui à Magistratu positus est sub curatore, eique est interdicta bonorum administratio: Vnde quia tali aliquid acceperit, tenetur restituere. *l. 2. ff. de curator. furios.* Nec minor 25. annis, si curatori subsit, potest donare de bonis suis, quæ castrensia, vel quasi castrensia non sint, absque consensu expresso, vel tacito, aut debita sui curatoris, nisi donationem approbauerit maior factus aut iuramento confirmauerit. Consensus autem curatoris tacitus, vel debitus censetur, vt possit donare ea, quæ alij suæ conditionis donant. *l. 1. C. si. maior factus.* Gomez *2. vari. c. 14.* Sanch. *de matrim. l. 6. d. 38. n. 21.* Nec filiusfamilias, quamuis pubes sit sine patris consensu: nisi habeat aliquod bonum aduētitium, cuius vsusfructus non sit patri acquisitus, sed ipsi filio, poterit id donare cuique *l. Filiusfamilias ff. de donat.* Couar. *de testam. p. 3. n. 8.* Clarus *l. 4 sentent. §. donatio, quæst. 6.*

15 *Quid possit & non possit donare vxor.*

Nec vxor de bonis communibus, quorum administratio ad virum pertinet, & maximè quando esset rationabiliter inuitus. Quia si irrationabiliter inuitus esset, posset donare, v. gr. eleemosynas iuxta statum largiendo; succurrendo in extrema, aut graui necessitate, si sit amens maritus; quando maritus est absens si pater vel mater miserabiliter iuxta statum victitent, si habeat bona paraphernalia, vel alia suo labore, ac industria acquisita. Filliuc. *tr. 28. num. 101. 102. 103.* Lessius *lib. secund. c. 12. lib. 14.* Sayr. *in claui, l. 9. cap. 16. numero octauo* Nauarra *de restitut. l. 3. cap. 1. nume e 83. 161. & 114.* Porrò Diana *parte quinta tracta. 8. resol. 34.* Bañes *2. 2. q. 32. a. 8.* & Malder. *ibid.* docent, posse donare vxorem nescientе viro vigesimā partem lucri annualis, seu annui prouentus; nam talis dispensatio debet esse interpretatiue à bono viro volita.

16 *Quid possint, & non possint Clerici beneficiarij, aut regula res beneficiarij donare?*

Non possunt donare Clerici beneficiarij ad suum libitum fructus beneficij, qui supersunt post congruam sustentationem, in vsus profanos; sed tantum in pias causas, sub graui piaculo, si materia sit grauis, est tamen valida donatio, nec ad restitutionem tenentur. Regula res vero beneficiarij donantes ad causas non pias vltra peccatum, ad restitutionem tenerentur; quia

quia non sunt domini ob paupertatis votum. Lessius *lib. 2 secund. cap. 18. dub 11. num. 82.* Filliuc *tract. 34. num. 47. & 48.* Diana *parte quinta tr. 8 resol. 31.* Azorius *tom. prim. l. 12. cap. 11. q. 135.*

17 *Quid Regularium superiores, officiales domaste-rij, reliquique Religiosi.*

Regularium superiores non possunt donare ad vsus profanos, vt locupletandos consanguineos, ambiendas dignitates, fouendam liberalitatem: & qui ab eis acceperint, ad restitutionem non tenentur: quia sunt tantū administratores. Moderate verò possūt donare pro ratione administrationis tum subditis Religiosis, tum etiam externis ad fouēdā beneuolentiā, &c. In morte tamen nihil legare possunt absque expressa sūmi Præsulis licentia. Possunt tamen & debent de superfluis Ministerij, imo de non superfluis eleemosynas facere prudentis arbitrio, Molina *de cont. d. 276. Less. l. 2. cap. 18. dub. 11. n. 83.* Filliuc. *tr. 34. num. 50.* Officiales autem inferiores Monasterij, vt procurator, cellarius, ac similes possunt facere eleemosynas iuxta regulam & consuetudinem, aut iuxta superiorum voluntatem rationabiliter præsumptam. Religiosi vero subditi in Monasterio degentes non possunt donare vel ad causas pias nisi ex consensu Prælatorum expresso, vel tacito. Qui autem causa studiorum, vel negotiorum extra Monasterij degunt, possunt facere eleemosynas, aliasque impensas minutas, quas vsus receptus habet, nullatenus tamen ad res illicitas. Nauar. *comment. 2. de Regular. n. 9* Mol. *vbi sup.* Sylvest. *v. Religio, 6. q. 7. dicto 2.* Diana *p. 5. tr. 8. resol. 32.*

18 *Donare non potest fur & qui non est solvendo creditoribus & ille, cuius bona sunt fisco addicta.*

Fur & raptor donare non possunt res furto acquisitas. Quia harum rerum dominium non habent. Similiter qui non est soluendo creditoribus. Nec ille cuius bona fisco sunt addicta, post sententiam condemnatoriam criminis *l. 1. 2. & 3. ff. de donat. c. Donatio, de donat.* Sanch. *de mat. l. 6. d. 1. n. 1.*

19 *De donatione patris in filios.*

Donatio patris in filium legitimum, nondum emancipatum regulariter iure communi est inualida, itavt pro patris arbitrio reuocari possit. Quia filius dum adest sub patris potestate pro vna persona in iure reputatur, sicut autē nullus potest sibi donare, ita nec parer filios. In aliquibus autem casibus donatio valet. Primò si aliquid detur in dotem, vel ad matrimonium. Secundò, si titulo remunerationis ob accepta obsequia. Tertiò, quando pater filio remittit vsumfructum, quem in illius bonis aduentitiis habet. Quartò, quando donat bona mobilia filio ad castra euntí. Quintò, quando valet donatio inter coniuges, valet etiam parentis in filium *l. vlt. Cod. de imp.* Filliuc. *tr. 34. num. 107. & 108.* Az. *p. 3. l. 11. c. 9. q. 1.* Sà *v. Donat. numero 13.*

20 *De donatione filiorum in patrem.*

Filius autem emancipatus potest donare patri, si viginti annos excedat. Quia est tunc sui iuris, & alienare potest: & præcipue in his casibus: Si habeat peculium castrense vel quasi. Si habeat donatum à Principe. Si habeat peculium aduentitium in quo vsusfructus patri non est iure prohibitus habet liberam administrationem Reginal. *l. 25. numer. 157. ex. c. Constitutus, de integra. rest.* Mol. *de contr. d. 242.*

21 *De inualiditate, ac validitate donationis*

Donatio inter vinos, qua quis donat alicui omnia bona sua tam futura, quam præsentia, iure communi est inualida. Quia per huiusmodi donationem aufertur potestas testandi, quod leges prohibent. Si tamen hæc donatio fieret causa mortis, vel bonorum tantum præsentium, valida esset. Quia per eam non adimit quis sibi potestatem de futuris bonis testandi. In duobus tamen casibus iure Canonico donatio inter vinos omnium bonorum præsentiū, ac futurorum est valida. Primus est, quando fit Ecclesiæ, vel in aliquam piam causam. Quia ius ciuile non potest pietatis officia, & consilia Euangelica impedire. Secundus, si donatio iureiurando confirmetur. Quia iuramentum accedēs contractui alias inualido robur addit, illumque confirmat, modo contra bono mores naturales existat. Equidem si omnium bonorum donatio præsentium, ac futurorum fieret inter fratres, vel ex causa onerosa à patre pro coniugio contrahendo à filio, vel filia, valida esset. *l. stipulatio hoc modo, ff. de verb. obligat.* Couar. *rubr. de testam. par. 1. secund. n. 8. & 13.* Laym. *lib. 3. tr. 4. capite. 12. numero. 16.* Caramu. *l. 2. Theol. moral. 615.*

inter vinos omnium bonorum.

22 *Donatio excedens quingentos solidos inualida est quoad excessum, nisi fiat cum insinuatione.*

Donatio excedens quingentos solidos, seu 700. vel 750. nummos aureos Hispanicos inualida est, quoad excessum, nisi fiat cum insinuatione. Nomine autem *insinuationis* intelligitur simplex mentis donantis declaratio, qua Iudici in scriptis fatetur, se libere tantam summam alteri donare. Non vero requiritur causæ cognitio, nec Iudicis decretum, sed sufficit ipsius præsentia. *l. penult. C. de donat. sub finem.* Iuli. Clar. *§. donatio. q. 15. & 16.* Azor *p. 3. l. 11. c. 6.* Caram. *l. 2. Theol. Mor. n. 675.* In aliquibus tamen casibus valida est huiusmodi donatio sine insinuatione. Primò, si iuramento confirmetur. Secundo si fiat ad captiuorum redemptionem. Tertiò, si ad reparationem ędium, incendio, vel ruina destructarum. Quarto, cum magister militum dat militi mobilia, quantumuis pretiosa. Quintò, quando donatio est obsequiorum remuneratoria. Sextò, cum quis renūciat bonis, vel iuribus speratis, nondū obtentis Septimò, cum fit donatio causæ piæ, quia sæcularis Princeps non potest legem condere in salutis animarum detrimentum. Mol. *de contr. d. 279. n. 9. & 13.* Gomez 2. *variar. c. 4. n. 10.* Clar. *l. 4. sen. §. donatio, q. 17.* Caramu. *Theol. mor. l. 2. n. 665.*

23 *De donatione inter vinos, quæ quidē tribus causis potest reuocari.*

Donatio inter vinos, id est illa, quæ fit sine mortis respectu, & cum sic quis donat, vt etiam se viuo velit rem absolute esse alterius, non potest rescindi, ac reuocari ad donantis arbitrium nisi in tribus casibus. Primò, quamuis sit acceptata, & res sit tradita potest reuocari ob donatarij ingratitudinem, puta, si iniurias atroces in donatorem effuderit, si impias intulerit manus, si iactura nōleuē bonis eius attulerit periculō, si inopia pressu non aliuerit, vel non impleuit conditiones in donatione appositas. *l. senatus, §. 4 ff. de mortis causa don.* Azor. *p. 3. l. 11. c. 8. q. 1.* Filliuc. *tr. 34. n. 127.* Bonac. *de contr. d. 3. q. 13 pun. vltim.* Caramu. *l. 2. Theol. mor. n. 680.* Secundo, rescinditur ipso iure ratione susceptionis prolis legitimæ non præcognitæ. Quia præsumitur fuisse facta donatio sub tacita conditione, nisi filij donatori nascerentur. Et quidem si extraneo donatio facta sit, tota renocatur: si autem alicui ascendentium, v. gratia, patri, auo, vel Ecclesiæ, aut piæ causæ, reuocatur solum quoad legitimas filiorum postea susceptorum: donatarius tamen non tenetur restituere superuenientibus filiis,

antequam res donata à donatore repetatur; quamdiu enim non repetitur, præsumi potest condonari Multo minus tenetur reddere fructus perceptos ante aduentum filiorum: illorum enim est verus Dominus *lege si vnquam Cod. de reuoc. donat.* Couar. 1. *variarum. c.* 19. Molina *de contr. d.* 283. *num. prim.* Gomez *dec.* 40. Filliuc. *tr.* 34. *num.* 132. Clar. *q.* 22. *n.* 4. Tertiò reuocari potest, quando est inofficiosa, id est, quando pater tantùm donat, vt non retineat quantum postulat legitima portio filiorum, & idcirco est contra officium pietatis paternæ in filios. Hinc si hæc donatio facta sit alicui ex filiis, reuocatur solum vsque ad aliorum legitimam, si verò extraneo animo fraudandi hæredes nullis bonis relictis filiis, reuocatur solùm quoad legitimam filiorum. Quod si Ecclesiæ, vel piæ causæ facta est, solum vsque ad portiones filiorum legitimas reuocatur Adnoto tamen huiusmodi inofficiosam donationem reuocari à liberis non posse, nisi post parentis obitum; quia tunc primum legitima filiis debetur. *l.* 1. *C. de inoffic. donat.* Azor. *parte tertia l.* 11. *c.* 8. *q.* 6. Couar. 1. *variar. cap.* 19. Less. *l.* 2. *c.* 18. *n.* 112.

24 *De donatione causa mortis quæ totidē causis reuocari valeat.*

Donatio vero causa mortis est, cum quis sic donat, vt res sit donatarij post donantis mortem: & ideo vt talis sit debet fieri ob mortis periculum, vel cogitationem. At huiusmodi donatio potest ob tres causas reuocari. Primò, si expresse vel implicitè pœniteat donatorem, pro arbitrio enim donatori hæc donatio vsque ad mortem, sicut testamentum, & legatum, potest reuocari. Secundò si donator dedit intuitu alicuius periculi instantis, ex quo periculo euasit, censetur tacite donatio reuocata. Tertiò, si donatarius moriatur ante donatorem, ipso iure reuocata est. Secus est de donatione inter viuos, quæ morte donatarij non extingu tur si sit acceptata, sed ad hæredes transit, quamuis sit conditionata donatio, vel in diem. In dubio autem, an donatio sit causa mortis, nisi facta sit causa mortis, vel inter viuos, donatio inter viuos est iudicanda; quia non est iudicanda donatio causa mortis, nisi facta mentio mortis, quamuis tempore ægritudinis sit facta *l. Qui mortis causa donat.* Molina *de contract. d.* 287. *n.* 15. & *d.* 286. *n.* 10. Azor. *p.* 3. *l.* 11. *cap.* 11. *qu.* 4. Clar. §. *donat. q* 4. Caramu. *l.* 2. *Theol. mor. n.* 682

CAPVT III.

De Commodato.

25 *Commodati definitio.*

COMMODATVM est *alicuius rei ad solum vsum grauita concessio.* Dicitur. *Alicuius rei*, ad indicādā cōmodat materiā, per quā distinguitur à mutuo, quia cōmodati materia est nō quæuis res, sed quæ vsu nō cōsumitur, siue sit immobilis vt domus siue mobili vt liber: siue se mouens, vt equus; mutui autem materia est res vsu consumptibilis. Dicitur, *Ad solum vsum*, in quo commodatū differt à pignore, & depositō, quorum vsus nō conceditur. Dicitur denique, *Gratuita*, quia si merces interueniat, erit locatio, aut contractus innominatus, do, vt des vel do, vt facias. *Institut. lib. tertio titul.* 15. *paragrapho Item is.* Layman. *lib. tertio tract. quart. capit.* 14. Sylu. 2. 2. *q.* 77. Lessius *lib. secund. cap.* 27. *dub.* 1 *n.* 4. Syluest. *v. Comm odatum.*

26 *Diuiditur ex parte contrahentium. Commodatary obligationes, quinque.*

Commodatum ex parte contrahentium diuiditur: nam fieri potest in bonum tantum commodatarij, quod frequens est, vel in bonum tātum cōmodatoris: vel in bonum vtriusque. Profecto ex commodato habet commodatarius quinque obligationes, Prima est, vt re commodata vti non possit, nisi ad id, ad quod est commodata. Secunda, vt debeat commodatum restituere tempore præfinito. Tertia, vt eandem rem numero reddere teneatur. Quarta, vt reddat rem commodatam non factam sua culpa deteriorē. Quinta, vt debeat rem seruare ea cura & diligentia, qua propria bona asseruari solent. Regin. *l.* 25. *n.* 470. & 471. Syluest. *v. Commodatū.* Filliuc. *tr* 34. *n.* 176. Bonac. *de contract. d.* 3. *q.* 16. *pun. vni.*

27 *De qua culpa teneatur commodatarius si res pereat aut deterior fiat*

Quando commodatum fit in gratiam tantùm commodantis, commodatarius non nisi de dolo, aut culpa lata, quæ dolo æquiparatur tenetur si res pereat, aut deterior fiat, sin autē commodatum fiat in ipsiusmet commodatarij gratiam, tenetur de dolo, & omni culpa etiam leuissima. Si demum in gratiam vtriusque, vt si commodata sint vasa ad excipiendum hospitio communem amicum vtriusque nomine, tenetur commodatarius de culpa lata, & leui, non de leuissima. Hæc autem vera sunt, spectata cōtractus natura: si tamen aliter conuentum sit, standum erit pacto *l. si vt certo, §. sed interdum ff. commodati.* Nauar. *sum. c.* 17. *n.* 184. Becanus *de rest. q.* 48. *n. n.* 8. 9. & 10.

28 *Quando teneatur vel non tenetur decasu fortuito.*

Non tenetur commodatarius de casu fortuito, nisi contrarium deductum sit in pactum: vel vsus fuerit re commodata aliter, quam sibi cōcessa sit: aut nisi illius mora reddendi talis casus euenerit. Tamen si res commodata eodē modo peritura erat, quamuis commodatarius in mora non fuisset, aut vsus non esset aliter quam sibi concessa erat ipse non teneretur ad illius restitutionem, sed solum ad æstimationem, lucri cessantis, aut damni, quod domino emerserit ob talem morā. *c. vnic. de commodato.* Reginal. *l.* 25. *n.* 9. ex Syluest. Les. *l.* 2. *c.* 7. *d.* 8. *n.* 36. & 37.

29 *Potest tunc res suas, quæ pretiosiores sunt reb. commodatis præferre.*

In periculo incendij, naufragij hostilis irruptionis commodatarius potest res suas, quæ sunt pretiosiores rebus cōmodatis, depositis, conductis, oppignoratis præferre, vt eas saluare possit si vtraque nequeat. Quia nemo tenetur damnū maius subire, vt alterius damnum minus auertat. Si tamē res aliena erat apud te in tuum solius commodum, quamuis ex decentia, & gratitudine tenearis alteri interitum rei snæ tuis ex rebus compensare: probabile tamen satis est te non teneri. Quia res illa absque tua culpa deperiit, ac proinde periit domino. Angel. *v. Commodatum.* Mol. *de contract. d.* 296. Les. *l.* 2. *c.* 27. *n.* 23.

30 *Quid, si res commodata sit pretiosior.*

Quando res commodata pretiosior est, tenetur commodatarius eam præferre suis rebus, vilioribus, eamque, his relictis, saluare. Quia depositō, commodato, pignori, locato ea debetur custodia, quā quisq; prudens suis reb. adhiberet. At si res illa erat apud eum illius dumtaxat cōmodi causa, non potest exigere cōpensatiēnē pro rebus suis secus si causa solūmodo alterius, vel

vel vtriusque apud illum erat. Quia tunc non tenetur cũ proprio damno eam incolumen asseruare. Lay. *l. 3. tr. 4. c. 7. n. 7.* Lef. *l. 2. c. 27. n. 29.*

31 *Quid si res commodata, & commodatæ quæ sint æqualis.*

Quando vero res tua & alterius sunt æquales, rem tuam potest præferre, si res alterius, est apud te solùm alterius, vel in commune commodatarij, & modum tui solius, teneris præferre rem alienam eamque, tua relicta, saluare: nec ille tibi compensationem debet. Azor. *to. 3. l. 7. c. 7. q. 6.* Messi. *l. 2. c. 27. n. 29.*

Quãdo res duob. commodata fuit, quis num damnum præstabit?

Quid si res duobus fuit commodata? Certè ille solus damnum præstabit, cuius dolo, aut culpa deperiit. Si neuter culpa caruit, insolidum vterque obligatur; sed postquam vnus totum dedit, ab altero dimidium repetet: Si autem duo ex pacto se obligarint ad casum fortuitum rei cõmodatæ, locatæ, vel depositæ, re pereunte, singuli tantum pro parte tenentur, nisi expresse conuentum sit, *l. si vt certo, § si duob. 2. commodati.* Mol. *to. 2. d. 297. sin.*

32 *Potest repetere à commodãte expẽsas extraordinarias.*

Potest commodatarius à commodante impensas maiores, seu extraordinarias, repetere, quas circa rem commodatam sine sua culpa facere debuit, v. gr. in equi curationem; modica autem impendia, ficuti & cibariorum ad commodatarium spectãt. *l. In rebus. § posſunt. ff. commodati.* Reginal. *l. 25. n. 582.*

33 *Quando nam possit commodatũ ante tẽpus repeti?*

Commodatum potest repeti ante tempus præscriptum ob par incommodum vel damnum vitandum commodatarij. Quia ócmodator non censetur, talem euentum voluisse comprehendere; nam si de eo rogatus fuisset, expresse negasset. Lopez *l. 2. de contr. c. 34.* Nauar. *sum. c. 17. n. 282.* Mol. *to. 2. d. 294.* Angel. *v. Commodatũ, n. 4.*

CAPVT IV.

De Precario.

34 *Precarij definitio.*

PRECARIVM est *quod precibus petenti vtendum conceditur tamdiu, quamdiu is, qui patitur,* id est, non reuocauerit. Constitit hic contractus in eiusd. rebus, in quibus commodatum; potest enim precario concedi res mobilis, res immobilis, & res se mouens. Iura etiam seruitutis tùm Vrbanæ, tùm rusticæ dari possunt. *l. 1. ff. de precar.* Azor. *parte tertia l. 7. cap. primo* Caram. *lib. secund. Theol. mor. n. 685.* Lessius *lib. 2. c. 27. dub. 1. n. 4.* Laym. *l. 3. tr. 4. cap. 14.*

35 *Requisita ad eius substantiã.*

Ad contractus precarij substantiam pertinet primò consensus dantis ac recipientis. Secundò traditio, in ea enim perficitur. Tertiò, vt id qui dat precario, possit reposcere rem datam quãdo voluerit, & in hoc commodatum datur ad certum tempus expressum, vel tacitum. precariũ non ita. Attamen non potest statim reuocari, nisi aliqua rationabilis causa superueniat: alioqui dolus in concedente præsumeretur; imo pactum, ne is, qui dedit, possit repetere ante certum tempus, & nullum, quia est contra substantiam, ac naturam precarij. nec contraria consuetudo quicquam potest efficere. possessio autem ciuilis rei precario datæ apud dominium illius manet, naturalis verò est penes accipientem. Potest precarium etiam inter absentes constitui, dummodo res tradatur. Filliuc. *tr. 34. p. 1. n. 197. & 198.* Nauar. *sum. c. 17. num. 182.* Reginaldus *lib. 25. num. 480. & habet § cum quis, ff. de prec. & l. Precaria, ff. de precar.*

Qui precario accepit, & habet, solùm tenetur ex dolo & lata culpa, non autem ex leuissima. Quia licet in contractibus, qui solùm fiunt causa recipientis, obligetur is, qui accipit, ex leuissima etiam culpa, ab hac tamen regula generali excipitur precarium; quoniam & si solùm sit ad accipientis vtilitatem, potest tamen ad eius, qui dedit, nutum reuocari. *l. contractus, ff. de reg. iur.* Sylueſt. *v. Precarium, q. 2.* Azor *p. 3. l. 7. c. 2.* Laym. *l. 3. tr. 4. c. 14. n. 15.*

36 *Qui precario accipit, tenetur ex culpa lata, non ex leui aut leuissima.*

Quatuor modis precarium finitur. Primo, obitu eius, cui datum est. Quia est beneficium in personam eius, qui accepit, collatum. Secundo voluntate eius, qui concessit. Tertiò, finito tempore, ad quod est res precario data. Quartò quando is, qui concessit, rem precario datam alienauit: tunc enim nisi voluntate noui domini res maneat penes eum, qui ab initio precarium possidebat, id finitur, ac soluitur. Couar. *l. 3. variar. c. 15. n. 1. 2. 3.* Molin. *tom. 2. d. 298.* Bonac. *de contr. d. q. 15.* Laym. *l. 3. tr. 4. c. 14. n. 5.*

37 *Quatuor modis precarium finitur.*

Cum precarium conceditur non ad tempus definitum, censetur concessum quousque non reuocetur, ac pœniteat concedentem; vnde adhoc vt finiatur, necesse est reuocari per contrarium actum concedentis. Quando verò ad tempus certum, necessarius est idem actus contrarius, vt ante id tempus cesset. Quando autem conceditur aliquid ad beneplacitum concedentis, tunc finitur concedentis obitu, absolutè tamen loquendo, precarium non finitur morte concedentis; quia precarium datur, vt ab eo vtatur is, qui accipit, donec voluntatem reuocauerit, qui cõcessit: sed voluntas reuocata obitu non censetur. *l. 2. § 1. ff. de precario*, Couar. *l. 3. variar. c. 15. n. 2.* Filliu. *tr. 34. n. 202. & 203.* Molina *to. 2. d. 298. n. 8.*

38 *Quid quãdo conceditur ad tẽpus definitum & quãdo non conceditur ad definitum tẽpus, num finitur concedentis obitu?*

Ex precario simpliciter absolutè concesso nulla ciuilis actio oritur, qua repetatur, sed tantum reposcitur interdicto de precario, ex dato autem precario expressa conditione, vt redderetur, quando repeteret is, qui dedit, oritur actio quæ dicitur *Præscriptis verbis*, quę ciuilis est, sed innominata. Quod si datum sit ex stipulatione, tunc repetitur actione ciuili, quæ dicitur. Ex stipulatu. *l. Interdum. ff. de precar. l. & habet. § tum qui ff. de prec.* Azor. *p. 3. l. 7. c. 3. q. 2.*

39 *Quandonam ex precario ciuilis actio oriatur, quando non?*

CAPVT V.

De Testamento.

40 *Testamenti definitio.*

TESTAMENTVM est *voluntatis nostræ iusta sententia de eo quod post mortem fieri volumus, cum directa haredis institutione.* Differt à Codicillo in duobus. Primo, quòd Codicillus non fit ad constitutionem hęredis, sed ad mutuandum aliquid, vt ad legata, fideiue commissum faciendum. Secundò, quod ad illud sufficiant quinque testes, etiamsi rogati non sint, & possunt etiam esse mulieres, ad testamentum autem

requiruntur septem rogati mares, & puberes, *lib.1.ff.de testam.* Mol. *tom.1.d.124.* Sylvest. *v. Testamentum, 1.n.11.* Fill. *tr.34.c.14.* Reginal. *l. 25.n.621.*

41 *Testamentum dupl'ex clausum & nuncupatiuum. Quinque requiruntur ad clausum.*

Testamentum est duplex vnum in scriptis seu *clausum*, eo quod testator latére velit; quod in eo continetur. Alterum dicitur *Nuncupatiuum*, eo quod testator sine scriptura corã testibus declaret; quid post obitum fieri velit, & ob id assolet testamentum *Apertum* vocitari. Ad testamentum in scriptis seu clausum quinq; requiruntur. Primum, vt conficiatur scriptura, & claudatur, in quo contineatur testatoris volũtas. Secundum, vt septem testes adhibeantur mares libere, & puberes ad id rogati. Tertium, vt corã illis vno eodemque tempore dicat testator, illud esse suum testamentum, idque propria manu subscribat: si possit, sin minus adhibeat octauũ testem, qui loco eius illud subscribat. Quartũ, vt eodem tempore illud subscribant septem illi testes suoq; vel alieno annulo firment. Quintum, vt hæredis nomen subscribatur, *l. hac consultissima. C. de testa.* quar. *de test. c. cum esset*, Sà *v. Testament. n 6.* Vaiq *de testam. c.1 §.4.n.14.* & 15. Mol. *to.1.d.125.* & 126. *de contr. d.3.q.17.p.1.*

42 *Duo ad nuncupatiuum requiruntur.*

Ad testamentum nuncupatiuum seu apertũ duo requiruntur. Primum, septem testes modo dicto. Secũdum, debent hi audire testatoris voluntatem vel scriptã, vel voce prolatam, subscriptio autẽ, & sigillum non sunt necessaria. Præterea, vt sit validum, debet absolui, nec sufficit, quod cœptum sit, *l Hac consultissima, C. de test. § per nuncupat.*

43 *De testamento militari.*

Ad testamentum militare intentorijs factum requiruntur, ac sufficiunt duo testes rogati, & hoc testamentum sustinetur per annum post iustam missionem, seu recessum ab exercitu, lapso verò anno non sustinetur. Quod si miles à castris aufugiat, hoc priuilegio non gaudet, in pœnã enim fugæ priuilegijs militarib. priuatur. Ad testamentum verò in hostũ conflictu factũ, nulla iuris solemnitas requiritur sed satis est, vt miles suam scripserit voluntatem in clypeo, vagina, vel re alia proprio sãguine, & eius manus duobus testibus etiã nõ rogatis probetur, *l. Miles, C. de test. milit. l. Desertorem, ff. de re mil. §.8.*

44 *De testamento ad pias causas.*

Vt testamentum ad pias causas sit validum etiamin foro externo, non requiruntur solẽnitates iuris ciuilis, sed sufficiunt eæ, quæ sunt iuris gentium, nempe vt duo testes adsint. In foro autem conscientiæ non sunt necessarij, sufficit enim, vt sit potestas in disponente, capacitas in eo; in cuius fauorem disponitur, & in dispositione libertas, *C. Relatum 1. de test.* Coua. *de test. c.11.n.9.* Clar. *§. testam. q.6.n.1.* Fill. *tr.34.n.153.* & 154. Porro relicta ad pias causas dicitur, si quid Ecclesiæ, vel monasterio relinquatur, hospitali. confraternitatibus, pauperibus, viduis, pro anima, pro captiuorum redemptione, pro alimentis, pro dote virginis, pro publica vtilitate, refectione pontium, viarum, &c. Denique ad piam causam relictum esse dixerim, quod meretrici datur, vt ad frugem redeat melioremLege Dianam *part.7. tr.6. resolut.29.* & 30.

45 *De testamento ad causas non pias.*

Testamentum ad causam non piam sine solemnitatibus iuris in foro conscientiæ est validum, in externo minime. Validum quidem est in foro interno, quia ex testamento minus solemni oritur obligatio naturalis, vnde licitè retinetur, quod ex tali possidetur testamento, siue titulo hæreditatis siue legati; & hæres ab intestato tenetur in foro animæ restituere hæreditatem, vel legatum ei, qui sic est institutus, & sciat voluntatem defuncti fuisse, vt hæres, vel legatarius haberet, quod si dubius sit, debet componere cũ illo pro debiti ratione. Imo hæres ab intestato posset cogi in foro externo restituere hæreditatem instituto in minus solemni testamento, si fateatur voluntatem testatoris fuisse, vt alteri traderetur, vel nolletiurare, oblato ei iuramento, in hoc tamen casu esset detrahenda *Trebellianica* idest, quarta pars hæreditatis Clar. *§. testam. q.90.n.1.* Mol. *to.1.d.81.* Les. *l 2.c.19.dub.3.* Fill. *tr.34.c.7.q.4.* Sylu. *v. Hæreditas 3.q.7.*

46 *Qui possint, & non possint testari.*

Quilibet (nisi prohibeatur) testari potest, modo sufficientem rationis vsum habeat, & liberã bonorum administrationem: Testari non possunt, qui iuris dispositione prohibẽtur, nẽpe qui *sint* vsu rationis carent, & furiosus, qui lucida non habet intervalla, *l. Furiosũ, C. Qui vsiam facere non possunt.* Surdus simul, & mutus à natiuitate testari non potest ad causas profanas, nisi Principis priuilegio factus sit habilis ad testandum, *l. Discreti C. ii. eodem.* Qui non potest articulate loqui, itavt hæredẽ exprimere queat, *l. Iubemus, C. de testam.* Impubes, idest, masculus ante annũ decimum quartum expletum, & fœmina ante expletum annum duodecimum, *leg. vltim. Cod. de testament. milit.* Filusfamilias, si tamen pubes sit, potest testari de bonis castrensibus, vel quasi: idem dicendum de filia, hæc enim quamdiu sub patris potestate existit, non potest de dote aduentitia testari. Clar. *libro tertio sent. §. testam. quæstione 18.* Prodigus, cui prohibita est bonorum administratio, quamuis testamentum ipsius conditum, antequam prodigus fieret, validum sit, *Institut. Quibus non est permis. facere testament. §. prodigus.* Qui commiserunt aliquod crimen, cui iure annexa est pœna, qua ipso facto sunt intestabiles; vt qui Cardinalẽ hostiliter percussêre, vsurarij notorij, hæretici post sententiam criminis declaratoriam *c. Felicis, de pœnis in 6.* Mol. *to.1.d.138.* Les. *l.2.c.19.dub.4.* Fil. *tr.34.n.157.* Sà *v. Testamentum, num.1.* Damnati ad mortem naturalem, vel ciuilem, vt electi in exilium perpetuum. Damnati ob libellum famosum. Damnati ad perpetuum carcerem, testari non possunt nisi ad causas pias. Religiosi nisi ex summi pręsulis concessione. *Authent. Ingressis. C. de Sacrosc. Ecclesiis.* Possunt tamen cum superioris licentia aliquid donare tempore mortis etiam per Schedulam scriptam, quia tota dispositio manet in libera voluntate superioris, nec est testamentum vel codicillus, quare id licitum est etiam Fratribus Minoribus, quia si res modica sit vt Prælatus licentiam possit dare donandi inter viuos, cur non etiam causa mortis? Manu *to.3.qq.Reg.q.69, a.2.* & 3. Diana *p.5.tr.3.res.128.*

47 *Qui possint & non possint hæredes, vel legatarij instituti.*

Omnes lege non prohibiti instituti possunt hæredes, & legatarij, vnde infantes, amẽte, surdi prodigi, & Religiosi (in cõmuni tamen) esse possũt hæredes. Iure autẽ prohibentur, ne hæredes, vel legatari instituti valeãt hęretici, & apostatę credẽtes, hęreticorũ receptatore, defẽsores, fautores, si intra annũ nõ pœnituerint, vnde Catholici possũt tales hæredes excludere, illi autẽ

non

non tenẽtur restituere, quæ tali successione acquisierẽ ante sententiam Iudicis. *C. Excommunicamus 1. §. credentes, de hæret.* præterea illi, qui sunt intestabiles actiuè propter delictum, sunt etiam intestabiles passiuè, hoc est, non possunt hæredes, vel legatarij instituì. *Clement. Exiui de verb. sign. §. 1.* Porro Fratres Minores de obseruantia, & Capucini non possũt hæredes instituì, ita vt ipsum acquirant ius ad bona immobilia defuncti, & ad eius onera vti hæredes teneatur: potest tamen in eorũ fauorem hæreditas relinqui, seu legatum, vt vẽdatur per alios, & Fratribus pretium tradatur, per hoc enim Fratres nullum ius acquirunt, nec violant suam specialẽ paupertatis voti rationẽ. Manu. *p. 1. qq c. 132.* Possunt constituì hæredes non solũ priuati, sed etiã cõmunitates vt Ecclesia, Ciuitas, Oppidũ, Collegiũ, &c. Excipe ciuitatẽ hostiũ, & Iudæorũ cõmunitatẽ, & collegia illicita, quæ scilicet publica authoritate creata nõ sunt, priuatæ tamen personę de collegio illicito possũt instituì. *l. 1. C. de sacros. Eccles. l. omnibus. ff. ad Trebellianum l. collegi. C. de hæred. l. Cum Senatus. ff. de reb. dub.*

48 *De filiis naturalib. quos hæreditatem, & legatũ.* Filij naturales, qui scilicet nati sũt è parẽtibus inter quos conceptionis tempore, vel nativitatis poterat inesse matrimoniũ, possunt constituì hæredes vniuersales à parentibus, si legitimã prolẽ non habeant, si pater habeat ascendentes, debetur illis portio legitimæ iure Cæsareo, *Auth. de hæredib. ab intestato*, licet hæc lex plerisque in locis in vsu non sit. Si habeant nepotes natos ex naturalibus vel spuriis, possunt etiã eos hæredes instituere. Ab intestato autẽ naturalis non succedit nisi in sexta parte bonorũ: in duodecima autem potest succedere, si pares habeat legitimos & testetur. *l. si qua illustris. C. ad S. C. Orficianũ.* Deniq; matri carenti prole legitima etiã intestatæ naturalis succedit ex asse, hoc est in tota hæreditate: si verò habeat prolẽ legitimã, cum illis succedit ex æquo Mol. *to. 1. d. 166* Regin. *l. 25. n. 626.* Sà, *v. Hæreditas, n. 1. & 7.* Bonac. *de contr. d. 3. q. 17. pun. 3. n. 12.* Conar. *p. 2 c. 8. n. 15. §. 4. de matrim.*

49 *De filiis spuriis.* Spurij verò, idest, qui nati sunt è parentibus inter quos tempore cõceptionis, vel partus erat impedimentũ dirimẽs non possunt aliquid à patre accipere siue ex testamẽto, siue ab intestato, siue ex contractu inter viuos. Quia per leges facti sunt incapaces. Quod intelligendum est de spuriis patris: nam si vxor habeat spurium, is est marito instar extranei, & sicut extraneo potest illi relinquere. *l. licet. C. de natural. liber.* Conar. *de matr. c. 8. §. 5. n. 5.* Filliuc. *tr. 34. n. 163.* similiter spurius non potest succedere matri etiamsi nulla proles alia supersit. Scio tamen, doctores probabiliter edocere, posse spurium retinere ea, quæ mater ipsi reliquit, donec per Iudicem prouideatur modo, notabiliter legitimis filiis nõ noceat. Spuriis tamen debentur alimenta, id est, ea quæ pertinent ad victum, vestitum, medicinas, habitationem, &c. iuxta personæ qualitatem, si aliunde non valeant sibi prouidere. Vnde pater quamuis Sacerdos sit, potest filiæ spuriæ tradere dotẽ, quia dos in locum alimenti succedit, Mol. *to. 1. d. 167.* Sà, *v. Hæreditas, n. 7. & 16. & v. Testamẽtum, num. 29.* Filliuc. *tr. 34. n. 165.*

50 *Filia exhæredari non potest ob* Porrò filia exhæredari non potest, eo quod contraxerit matrimonium inuito patre, vel cum nij repugnare. Si vero turpem vitam agat, ex

hæredari potest Sanchez *de matrim. l. 4. dub 24.* Molina *to. 1. d. 176.* Conar. *c. Reynutius, de test. n. 21.* Regin. *l. 20. n. 37.*

Coniugium inuito patre initum.

Ex iusta causa, & secluso scandalo, potest pater saltem in foro conscientiæ, vni filio plus relinquere, quàm alij, modo reliqui filij legitima portione non priuentur. Quia huiusmodi bona sunt ipsius testatoris propria, & testator habet iustam causam, ob quam plus vni, quam alteri relinquit Nauar. *Sum. c. 17. nu. 159.* Sylvest. *v. legitima, num. 8.* Sà *v. Testamentum, num. 27.* Diana. *de contr. p. 1. resol. 83.*

51 *Potest pater vni filio plus quàm alteri relinquere.*

Denique vltimarum voluntatum executores possunt constituì omnes, qui iure non prohibentur. Vnde Episcopi, vel Clerici, seu Sacerdotes sæculares possunt constituì, licet hoc munus eis olim fuisset interdictum *c. Te quidem 11. q. 1.* & *c. Episcopus, di 88.* Quia hoc tempore id eis permissum videtur, vt patet ex *l. Hæreditas 53. ff. de petit. hæredit.* & Tridentinum. *sess. 22. c. 8.* Item fœmina constituì potest testamenti executrix. *l. A filio. ff. de aliment legat.* Nullus autem Religiosus claustralis potest esse executor testamenti seu ad pias, seu ad profanas causas, nisi cum Prælati facultate, qui est immediatus Monasterij superior, nisi aliud ferat consuetudo, vel Religionis constitutiones. *cap. secundo de testam. in Sexto Clement. vnic. eodem titulo.* Ipsi verò ordinum superiores executores testamentorum esse non prohibentur nisi præcepto superioris, aut constitutionibus, vel ordinis consuetudine aliud caueatur. Quia facultatibus, quas prælatus Monasterij subditis concedere potest, ipsemet vti non prohibetur, nisi à superiori ipsi interdictum. At si Regularis extra claustra licite perpetuo degat, aut si alicui inserviat beneficio, absque superioris licentia potest esse testamenti executor. Quia factus est quasi ipsi iuris, vnde in eo cessat prohibitionis ratio. Gloss. *ad c. 2. de testam. v. Religiosus* Rodriguez *to. 3. qq. Regul. quæst. 70. a. 1.* Sanch. *l. 6. Moral. c. 11. n. 5.* Diana *p. 8. tr. 5. resol. 4. 7. 11.* Certè si Religiosi claustrales testamenti executores fuerint, rationem reddere debent locorum Ordinarijs, à quibus etiam puniti poterunt, si in executionis officio deliquisse reperiantur; quamuis alioquin à iurisdictione illorum sint exempti, vt in Clement. citata præscribitur. Lezana *to. 4 sum. v. Testamentum.* Diana *vbi supr. resol. 36.*

52 *De vltimarum voluntatum executores qui possit, qui non possit hoc munere fungi.*

CAPVT VI.

De *Codicillo*.

53 *Quid Codicillus.*

CODICILLVS dicitur quasi *paruus codex*, siue scriptura vltimam aliquam voluntatem continens absque hæredis directa institutione, & est quasi imperfectum testamentum ob duplicem causam. Prima, quia testamenti solemnitates non requirit, quinque enim testes, etiam non rogati, & fœminę in Codicillo sufficiunt. Secunda, quia Codicillo hæreditas neq; dari, neq; adimi potest seruisit præcipue Codicilli ad fideicõmissa, legata

relinquenda, ad testamentum declarandum, immutandum; & addendum *l. vltim. tit. de codicil.* Lessius *libro secundo capite 19. numero secund.* Bonac. *de contr. d. 3. quæstione 17. numero secund. leg. Hæreditatem, Cod. de codicill.*

54 *Plures codicillos quis facere potest.*

Codicillos plures quis facere potest, modò inter se contrarij non sint, alioqui prior à posteriore reuocatus censebitur. Testamenta autem duo simul consistere non possunt, sed semper posterius, quod iure factum est, priori derogat; quamuis nemo ex illo hæres extiterit. *Instit. §. codicillos, de codicill.* Bonac. *de contract. disputat. 3. quæstion. 17. numero 7.*

55 *Codicillus fieri potest tam ab eo, qui intestatus, quam qui testatus decedit.*

Codicillus fieri potest tam ab eo, qui intestatus, quàm qui testatus decedit, & hoc non solum post factum testamentum, sed etiam ante id: & cum ipso, ita ex testamento vires codicilli pendent, tanquam accessorij ex principali. Si vero nullum testamentum factum sit, quasi loco testamenti est codicillus obligans hæredem ab intestato venientem, etiam posthumum, §. *Non tantum, instit. de codic. leg. conficiuntur, ff. de iure codicil.* Bonac. *de contr. d. 3. quæstion. 17. numero quinto.*

56 *Addita clausula codicillari, vices testamenti exerit codicillus.*

Quando testator intendit condere testamentum, sed tamen non adhibet ad id solemnitatem necessariam, censebitur tunc esse codicillus rite effectus testamenti vices exerens, si expresse adiungat clausulam codicillarem, verb. gr. si dispositio mea non valet vi testamenti, volo, vt valeat vi codicilli. Idem dixerim, quamuis solum tacite, ac virtualiter hoc exprimat, verb. gr. si hæc dispositio mea non valet vt testamentum, valeat eo modo, quo valere potest, *leg. prim. ff. de iure codi. l. vltim. §. illud quoque C. eodem*, Lessius *libro secund. capite 19. numero 3.* Sà *verb. Testamentum, numero decimo* Sylvest. *verb. Testamentum, 1. numero 11.* Vasquez *de testament. capit. prim. §. septim. dub. secund.* Quando verò clausula codicillaris testamento minus solemniter condito neque adiecta est, neque ob coniecturas pro adiecta haberi potest, dispositio nec vt testamentum, nec vt codicillus consistit, etiamsi omnia ad codicillum alioqui requisita adsint, *l. 1. ff. de iure codic. l. vlt. C. eod. tit.*

57 *Clausulæ codicillaris effectus.*

Effectus verò clausulæ codicillaris seu expresse, seu tacitè intellectæ sunt tres. Primus, ex testamento minus solemni, & si hæredis institutio irrita sit omninò, hæres tamen ab intestato soluere cogitur legata. Secundus, si testator carens hæredibus necessarijs, in testamento minus solemni extraneum instituat, virtute eiusdem clausulæ institutio directa vertitur in fideicommissariam. Tertius, si testator hærede necessario scienter præterito, vel iniustè exhæredato, in testamento minus solemni instituat extraneum, virtute illius clausulæ censetur hæres necessarius grauatus, vt detracta portione legitima, reliquam hæreditatem instituto restituat, *leg. si iure non subsistit. Cod. de testament. numis, leg. Ex ea scriptura, §. ex his verbis, ff. qui testam. facere possunt*, Molin. *tomo primo disputatione 132.* Layman. *libro tertio tractat. quint. capit. 8.*

58 *Bifariam fieri possunt codicilli ad testamenti similitudinem.*

Ad testamenti similitudinem dupliciter possunt fieri codicilli. Primo, in scriptis, adhibitis quinque testibus, qui se subscribant. Secundo, sine scripto per nuncupationem declarata vltima voluntate coram quinque testibus, tametsi ea postea in scripturam redigatur. Sylu. *v. Testamentum, 1. q. 2. l fin. C. de codic.*

59 *Differentia inter hæredis institutionem & legatum*

Demum inter hæredis institutionem, & legatum hoc interest, quod testator hæredem proprio ore saltem ad interrogationem alterius proferre debet, at verò legatum nutu relinqui potest, si morituro morbo impeditur, articulatè loqui non valeat, *leg. Iubemus, Codic. de testament. leg. Nutu, ff. de legatis, libro 32.*

CAPVT VII.

De Mutuo.

60 *Mutui definitio, & à commodato ac permutatione differentia.*

MVTVVM est contractus, *quo quis alteri rem suam tradit numero, pondere, vel mensura constantem, vt statim fiat accipientis, cum obligatione, vt similis specie, ac bonitate restituatur.* Differt à commodato, & permutatione, quia in commodato eadem res reddenda est, in permutatione verò reddenda est res alterius speciei, sed in mutuo recipitur res similis in specie, & bonitate. Vnde patet, mutuum celebrari tantùm de ijs rebus quæ recipiunt functionem ideſt, quorum vna dari, ac substitui potest loco alterius, vinum pro vino, pecunia pro pecunia, itavt vna sufficientet vice alterius fungatur, *libro secundo ff. si certum petatur*, Fill *tractat. 34. capite decim. quæstion. prim.* Lessius *libro secundo capit. 20. dub. prim. numero tertio, quarto & quinto:* Reginal. *l. 25. numero 165.* Caspens. *tractat. 19. d. 3. sectio prim.* Aragon 2.2. *quæstio 78. articulo 1.*

61 *Mutuum diuiditur in expressum, & tacitum.*

Mutuum multipliciter diuido tùm ex parte rei quæ traditur in rem consistentem in numero, vel pondere, vel mensura, tùm ex parte modi, & sic diuido in *expressum*, seu formale, & in *tacitum*, seu implicitum, ac virtuale. Expressum contingit, quando quis mutuat alteri, tradendo rem ipso facto mutuatario, tacitum vocitatur illud, quod virtute in alijs contractibus includitur, & ob id mutuum palliatum nuncupatur, vt quando quis vendit alteri domum maiori pretio concessa dilatione ad soluendum, censetur enim virtualiter mutuare pretium emptori vsque ad terminum illi concessum, & ad soluendum præfixum, Molina *de contract. d. 303.* Bonac. *de contr. d. 3. q. 3. punct. 1. nu. 4.* Fil. *tr. 34. cap. 10. quæst. 5.*

62 *Qui possunt contrahere, iure naturæ ex mutuo obligantur? Sed in quibusdam*

Naturæ iure ex mutuo obligantur omnes, qui possunt contrahere, nisi iuris positiui priuilegio eis sit concessum, vt in certis casibus non obligentur, vel certè obligationem possint elidere exceptione, *libro primo ff. de senat. consul. Macedoni.* Tale autem priuilegium concessum est filiofamilias, Ecclesiæ, Ciuitatibus,

dam casibus non obligantur ex priuilegio iuris filij, ac filiafamilias Ecclesia & minores.

uitatibus, ac minoribus. Vnde si filiusfamilias absque patris consensu mutuam pecuniam acceperit, non tenetur in effectu ad restitutionem; ne post mortem quidem patris, quia potest opponere mutuatori exceptionem Senatusconsulti Macedoniani, quo concessum est ei, vt soluere non teneatur, Filliuc. *tr. 34. capite 10. quæstione sexta, & septima.* Hæc autem exceptio competit etiam filiæfamilias, & parentibus tam filij, quam filiæ, & hæredibus, & fideiussoribus eorum, *l. 7. & 9. ff. de S. C. Macedon.* Ius autem hoc decreuit, ad præcauenda incommoda, quæ occasione mutui à filijs, vel filiabusfamilias accepti suboriebantur, filij enim ad persoluendam pecuniam mutuo acceptam occasionem mortem parentibus inferendi accipiebant. Porro quamuis verbis huius priuilegij solum videatur tolli ciuilis obligatio, tamen etiam tollitur obligatio naturalis (probabiliter satis) itavt in conscientiæ foro non teneatur vnquam huiusmodi mutuum filius vel filiafamilias restituere, si lubeat hoc vti priuilegio, Molina *de contract. d. 301.* Lessius *l. 2. cap. 20. numer. 8.* Sanch. *de matr. l. 6. d. 39. num. 3.*

63 *In multis casibus filius, ac filiafamilias tenetur mutuum soluere.*

Scio tamen, multos esse casus, in quibus filius vel filiafamilias ad restitutionem accepti mutui teneatur. Primus est, si habet bona castrensia, vel quasi. Secundus, quando accepit mutuum iussu, vel consensu patris. Tertius, si pecunia in patris vtilitatem. Quartus, quando accepit mutuo pecuniam, ad ea quæ insumenda erat pecunia à patre, vt si filius absens studiorum causa mutuum necessarium, vt victiter, & vt libros necessarios emat, accipiat. Quintus, si publice filius sui iuris esse putabatur. Sextus, si filius iurauit se soluturum. In hoc tamen casu potest filius, qui iurauit, à Prælato iuramenti relaxationem obtinere, quia in fraudem legis oppositum est, & aliàs lex facilè inutilis redderetur. Imo si filius post acceptam mutuo pecuniam, patre viuente priuilegio Macedoniano renunciaret, adhuc non teneretur soluere. Quia hoc priuilegium videtur principaliter concessum in fauorem parentum nullus autem cedere potest priuilegio in alterius fauorem concesso, Gomez *tomo secundo capite sexto numero secundo* Bonac. *de contr. d. 3. q. 3. puncto primo numero 7. & 8.* Lessius *l. 2. c. 20. n. 9. & 11.*

64 *Quando Ecclesia vel pius locus, vel oppidum ad reddi-tionem mutui tenean-tur?*

Quando aliquid mutuo traditum est Ecclesiæ, vel loco pio, vel oppido, Ecclesia, locus pius, vel oppidum non tenetur ad restitutionem, nisi mutuans probet pecuniam mutuatam conuersam fuisse in Ecclesiæ, loci pij, vel oppidi vtilitatem, *l. ciuitates, ff. si certum, Authent. Hoc ius porrectum, de Sacrosanct. Eccles. libro primo C. de solutionibus*, Molina *de contract. d. 300.* Rebel. *libro sexto quæstione primo sect. 3.* Lessius *libro secund. capite 20. numero 15. 16. & 17.* Fill. *tract. 34. capite 10. quæst. 10.* Gomez *to. 2. c. 14. numero 2.*

65 *Obligatio reddendi mutuum, quod tutor vel curator nomine pupilli, vel*

Si nomine pupilli tutor, vel minoris nomine curator mutuum acceperit, non tenetur pupillus aut minor postea etiam maior factus soluere, nisi creditor probarit, id in eius vtilitatem esse conuersum. Datur tamen actio aduersus illum, qui mutuum accepit alterius nomine, potest enim cogi ad seruandum indemnem eum, qui pecuniam tradidit. Imo si minor mutuum acceperit, & inde se læsum deprehenderit, quia pecuniam inutiliter consumpsit, potest petere restitutionem in integrum, vt non teneatur, nisi quatenus inde factus est locupletior, Molina *de contr. d. 300.* Rebel. *l. 8. quæstione prim. sect. 3.* Lessius *l. 2. capit. 20. numero 15. 16. & 17.* Filliucius *tract. 34. capite 10. quæstione 10.* Gomez *tomo secundo capite 14. numero secundo.* *minoris, accepere.*

CAPVT VIII.

De Vsura.

66 *Vsuræ definitio.*

VSVRA est *lucrum immediatè ex mutuo proueniens. Lucrum* vocatur acquisitio rei suprà sortem pecuniæ æstimabilis, & alias indebitæ, vnde si mutuem tibi mille, vt reddas depositum, non erit vsura. Dicitur, *Immediatè*, quia debet hoc lucrum ex vi pacti mutuationis prouenire, si enim immediatè proueniat ex amicitia, vel gratitudine, vel ex spe alliciendi mutuantem ad continuandum mutuum, vsura non erit. Additur, *ex mutuo proueniens*, nam si vendas rem tuam vltra iustum pretium, lucraris quidem, sed hoc lucrum non est vsura, quia prouenit non ex vi mutui, sed ex iniqua venditione, Molina *de contr tract. secund. d. 303.* Valent. *2. 2. d. 5. q. 5 pun. 21.* Lessius *libro secund. cap. 20. dub. 3.* Layman. *libro tertio tract. 4. cap. 16. numero 1. & 2.*

67 *Ad vsuræ rationem quinque requiruntur?*

Ad vsuræ rationem quinque requiro. Primum, vt adsit mutuum, cuius communissima materia est res vsu consumptibilis. Secundum, lucrum vltra sortem seu summam capitalem, ita scilicet, vt mutuans vltra summam, quam mutuauit, accipiat aliquid, quod antea suum non erat. Tertium, vt lucrum illud sit res pretio æstimabilis, vnde non foret vsurarius, qui ex mutuo speraret, vel intenderet amicitiam, vel quid simile, quod non assolet pretio æstimari. Quartum, vt hoc lucrum ex vi mutui proueniat, hoc est, ratione mutuationis. Quintum, vt lucrum intendatur principaliter ex mutuo, iuxta nonnullorum sententiam, de quo *sect. 2.* Sylueft. *v. Mutuum.* Nauarr. *sum. capite 17. numero 206.* Sotus *libro sexto de iustit. quæstio. 1. articulo primo Institut. libro tertio titul. 15.* Caiet. *v Vsura* Mol. *tract. 2. d. 303.* Sylu. *2. 2. q. 78. a. 1.*

68 *Vsura alia aperta alia palliata, alia extrinseca, alia mentalis,*

Vsura alia est *formalis, & aperta*, quæ scilicet committitur in mutuo formali, cum quis de lucro expresse vel tacitè pacisci tur. Alia *virtualis*, & *palliata*, quæ quidem latet in alio contractu, vt cum venditur merces credito maiori pretio, prima facie videtur esse contractus emptionis, & venditionis, & solum esse excessus pretij, virtualiter tamen est mutuum cum vsura, idem enim est, ac si statim numerata pecunia fuisset merces vendita iusto pretio, & deinde propter mutuum eiusdem pecuniæ vsque ad tempus dilatæ solutionis ille iusti pretij excessus acciperetur. Præterea alia vsura est *realis*, & *externa*, alia *mentalis*, & *interna*.

Realis contingit, quando interuenit pactum saltem implicitum reddendi aliquid supra sortē. Mentalis est, quando nullum adest pactum, sed mutuans dat eo animo, & intentione, vt ex mutuo lucrum acquirat. Tolet. *l. quinto cap.* 29. Sylui. 2. 2. *q.* 78. *a.* 1. & 2. Nauar. *sum. c.* 17. *n.* 206. Filliuc. *tr.* 34. *c.* 2. *q.* 1. & 2.

69 *Vsura est iure positiuo diuino ac humano imo naturali prohibita.*

Profectò vsura non solùm iure positiuo diuino, vel humano; sed etiam naturali illicita est: imo hæreseos erit reus, qui dixerit vsuram non esse peccatum, vt definitur in Concilio Viennensi, ex pluribus Sacræ Paginæ locis colligitur. Quod si alicubi vsurarij permittantur, permittuntur & meretricia. Nau. *sum c.* 17. *n.* 207. Valēt. *to.* 3. *d.* 5. *q* 21 *pū.* 1. Azor. *p.* 3. *l.* 5. *c.* 2. Mol. *d.* 304. Filliuc. *tr.* 34. *c.* 1. *q.* 5. Caspens. *tr.* 19. *d.* 3. *sect.* 1.

70 *Regulæ, quibus vsurarius animus valeat agnosci.*

Vt vero animus vsurarius possit agnosci, quatuor regulas indico. Primā, si mutuator speranit, vel accepit lucrum ex liberalitate, & gratitudine tā tūmodo mutuatarij, sibiq; persuadet, eo animo mutuatarium dedisse, vsurarius non est. Secundam, si mutuator intendit, vel accipit tanquam pretium ex mutuo, vsuræ est reus. Tertiam, si mutuator dubitat de animo mutuatarij, an scilicet dederit ex liberalitate, an ex obligatione, tanquam pretium, vsuram committit; quia vel voluit exercere iniustitiam, vel se illius exercendæ periculo exposuit. Quartam, quando non constat de dantis animo documentum desume ex ipsius tradentis qualitate, nam si tradens sponte sua absque præmo pacto hilari animo exhibeat, cum alioquin sit gratus & liberalis: præsumendus est liberaliter tradere Lessi. *l.* 2. *c.* 20. *dub.* 6. Couat. *ad reg. Peccatum. p.* 2. *n.* 4. Caiet. *opusc. to.* 2. *opusc.* 8. *q.* 3. Bonac. *de contr. d.* 3. *q.* 3. *pun.* 2. 2. *n.* 11. Filliuc. *tr.* 34. *n.* 27.

71 *Plures casus in quib. mutuum vsurarium est.*

Ex præmissis autem facile iam edifices, quodnam mutuum sit vsurarium, quodnam liberum sit ab vsura. Certe vsurarium est pactum de obtinendo a mutuatario (vel eius opera) officio aliquo. Molina *tr.* 2. *d.* 310. Cardin. Lugo *de iust. d.* 25. *sect.* 3. Et pactum, vt à mutuatario Ecclesiasticum beneficium conferatur. Quia cogitur is nouum onus ob mutuum subire. Trullenc. *Decal. l.* 7. *c.* 19. *dub.* 7. Et mutuare frumentum vetus cum obligatione, vt restituatur nouum (præsertim certo tempore) si mutuans sciat nouum fore melius ac maioris pretij. Trull. *decal. dub.* 15. *n.* 11. Et si des mutuum, vt postea mutuatarius ex debito cuilr tibi obligetur rursus mutuari, aut vendere, vel apud te in tua officina emere merces, aut operas suas locare. Quia talis obligatio est pretio æstimabilis, cum priuet mutuatarium potestate alibi emendi, ac operas locandi Lessi. *l. secund. c.* 20. *dub.* 8. Lugo *de iust. d.* 25. *num.* 46. Laym. *l.* 3. *tr.* 4. *c.* 16. *num.* 3. Et mutuare Principi, vel Reipublicæ, eo pacto, vt interim, dum soluitur, sis liber à tributo, vel oneribus iustis soluendis. Lugo *num.* 64. Et mutuare ea lege, vt mutuatarius eam pecuniam exigat à mutuantis debitore, à quo non facile extorsit Quia specialis illa molestia in exquirenda pecunia pretio est æstimabilis. Attamen si sponte onus illud suscipiat eo, quod facile possit obtinere, non erit vsura. Lugo *ibidem.* Et si frumentum, quod alibi habes, des mutuum, obligando, vt tibi reddatur hic, vel alibi (cum maioribus sumptibus vel laboribus) vbi plus valet. Lugo *vbi sup.* Et si obliges mutuatarium, vt partē mutui accipiat in mercibus, quibus non indiget. Lugo *citatus.*

Iam verò vsura non est, si mutuans nihil intendat vt pretium, sed tantum speret aliquid ex gratitudine, & ea intentionæ aliquid illi donetur, licet illud vt finem principalem intendat. Molina *tom. secund. d.* 305. *num.* 6. Lugo *de iust. d.* 25. Attamen si intelligeret, sibi aliquid donatum non gratis, vt putabat, sed vt debitum ratione mutui, teneretur restituere, quantum inde ditior euasisset. Sà *v. vsura* Lugo *d.* 25 *sect.* 3. Nec dare mutuum, alterius amicitiæ captandæ causa, atque vlterius inde sperare officium. Quia amicitia pretio non æstimatur. Lugo *ibidem.* Nec cum quis non potens sua recuperare, mutuat, vt sua sibi reddantur, vel ne sibi iniustè noceatur. Quia hæc iure iam ante debentur, vnde non facit lucrum, nec obligationem nouam imponit. Bonac. *de contr. d.* 3. *q.* 3. *pun.* 3. *n.* 15. ex Azor. & Reginal. Nec exigere aliquid ratione periculi recuperationis, difficultatum, vel expensarum, quæ erunt, vel in etuuntur in recuperanda sorte. Quia pretio æstimari potest, quod quis sese in tale periculum, & difficultatem immittat. Coninch. *Decal. l.* 7. *d.* 3. *q.* 3. *pun.* 5. Necesse tamen esse, vt periculum illud deducatur in pactum expresse vel tacite docet Laym. *l.* 3. *tr.* 4. *c.* 16. *n.* 9 ex Medin. Valent. Molina, Lessio. Nec si timens difficultatem, aut fraudem mutuatarij in reddendo constituto tempore, paciscaris, vt si tunc non soluat, aliquid det vltra capitali loco pœnæ: quæ pœna licite exigetur, dummodo non fiat alia intentione, quam vt mutuatarius sic quasi constringatur, ne sua culpa fallat. Vnde si mutuatarius absque sua culpa soluere non valeat, non licebit pœnam exigere. Toletus *l.* 5. *c.* 32. addens, manifestum esse argumentum pranæ intentionis, si expetas, non solui tibi præfixo tempore, vt pœnam recipias: ac simpliciter vsuram fore, si certo sciens alterum non valiturum soluere, adhuc eum tali oneres pœna. Bonac. *de controuers. d.* 3. *q.* 3. *pun.* 7. Molina *tomo secund. disput.* 317. Lessi. *l.* 2. *c.* 20. *dubio* 15.

72 *Plures casus in quib. mutuū non est vsurarium.*

Nec pacisci, & accipere aliquid ratione damni emergentis, (si quidem mutuum verè illius causa sit) vel lucri cessantis, vel cessaturi: dūmodo de hoc mutuatarius moneatur. Vt si volebas domum reficere, aut poteras nunc commodo tempore emere triticum: priuando autem tua pecunia, in dando mutuo, domus corruit, & postea cariùs triticum emes. Potrò in hoc titulo lucri cessantis supponendum imprimis, quod verè volueris cum ea pecunia negotiari, & aliā non habeas. Deindè quòd malis negotiando, aliterve lucrari, quam sic mutuando, ita vt mutues tantùm in mutuatarij gratiam. Denique vt minus exigas, quam lucrari potetas, & deductis expensis. Quia lucrum cessans non est actu, sed in potentia, & variis adhuc euentibus obnoxium. Vnde ad arbitrium prudentis viri pro maiori eius certitudine, id poteris æstimare, & sic cum mutuatario de eo pacisci. Molina *tomo secundo disp.* 314. Salas *de vsur dubitat.* 18. Lugo *de iustit. disp.* 25. *sectio. sexta* Bonacin. *de controuers. disp.* 3. *q.* 3. *pun. quart.* Quare qui non habuit animum negotiandi, vel si non erant, nec breui sperabantur merces, vel non erat moraliter certus de lucro: nihil potest vltrà

73 *Liberat ab vsura lucrum cessans aut damnum emergens.*

vltra sortem accipere. Quia huiusmodi mutuatio verè non sunt causa lucri cessantis. Eadem ex causa vsura est, si mercatores credito vendẽtes aliquid vltra pretiũ rigorosum accipiant titulo lucri cessantis, verbi gratia, rem solum modo valentem centum, vendant pro centum, & quinquaginta numerandis post annum. Quia vendendo ad creditum (quod est virtualis mutuatio) plures habent emptotes, pluréſque res vendunt, & sic lucrum cessans compensatur, vnde illud non cessat huius causa venditionis, Trullench. *Decalog. lib. 7. capit. 19. dub. 9.*

74 *Quid in mutuo pecuniario, quando crescit, aut decrescit pecunia.*

Certè in mutuo pecuniario (nisi aliter conuentum sit) si quis det mutuos centum aureos, non potest exigere plus quam eorum valor tunc fuerit. Vnde si valor eorum augeatur, non potest repetere centum aureos; quia reciperet aliquid suprà sortẽ. Si vero decrescat, debet mutuatarius reddere plus quam centum, quia alias ad æqualitatem non restitueret, Lessius *l. 2. c. 20. dub. 8.* Laym. *l. 3. tr. 4. c. 16. numer. 15.*

75 *Quid in aliarum rerum mutuo, crescente, vel decrescente earum pretio.*

In mutuo autem aliarum rerum, vt vini, tritici, olei, &c. aliter se res habet, quia si quis, verb. grat. mutuet alteri centum modios tritici, siue pretium crescat, siue non, potest centum repetere. Ratio differentiæ est, quia pecunia non spectatur ordinariè (nisi aliter conuentum sit ob certas licitas causas) nisi valor, siue pretium, vnde non debet restitui pretium æquale. At vero in frumento, &c. spectatur ipsa materia, quia non petitur mutuum frumenti propter pretium frumenti, sed propter ipsum corpus, & substantiam: Ergo etsi crescat pretium illius potest repetere tot mensuras, quot dedit mutuo. Scio tamen quosdam Doctores de his rebus eodem modo loqui, quo de moneta, Layman. *l. 3. tract. 4. capit. 16. numero* 14. Bonac. *de contr. d. 3. q. 3. pun. 3.*

76 *De vsurariorum pœnis.*

Quænam demum sit vsurarij, & cooperantium pœna, si requitas, respondeo, vsurarium, etiam non manifestum, eiusque hæredes ad restitutionem teneri, atque etiam eos omnes, qui ex parte vsurarij cooperantur efficaciter, verb. grat. Iudices, domini temporales notarij, famuli, aduocati, qui quouis modo iuuant, vel cogunt mutuatarios, ad soluendum vsuras. Dixi *positiue*, & *efficaciter*, quia habendo se negatiuè possunt vsurarios permittere ob iustam causam, & pauperem necessitatem. Præterea in praxi ex præsumpta voluntate mutuatarium fieri minus principales, famuli scilicet excusantur. Vsurarius publicus siue notorius non debet admitti ad communionem Altaris, nec absolui, donec vsuras restituat, nec in loco sacro sepeliri, & qui scienter sepelit, ipso facto est excommunicatus. Eius denique testamentum est irritum, nisi ante mortem restituerit. Laym. *l. 3. tr. 4. c. 16. n. 21.* Trull. *Dec. l. 7. c. 9. dubitat.* 22.

***

CAPVT IX.

De Monte Pietatis.

77 *Montis pietatis definitio, & conditiones.*

Mons pietatis est *summa pecunia vel alterius rei mutuabilis, deputata, ad subueniendum per mutuum pauperum necessitatibus.* Ibi quidem montes quinque conditionibus constituuntur. Prima, vt ex illis detur mutuum ad certam summam pauperibus, non autem diuitibus. Secunda, vt certum tempus, verb. grat. ad annum vel paulò amplius est permittatur. Tertia, vt mutuatarij dent pignus idoneum. Quarta vt singulis mensibus aliquid minutum soluant pro sumptibus necessarijs ad montis conseruationem, vt pro ministrorum stipendio, qui montem custodiunt, & administrant, semperque parati esse debent ad mutuandum, ac pignora suscipienda custodienda, reddenda, pro conductione domus, pro rationum libris reliquisque necessarijs instrumentis. Quinta, si contingat mutuatarios non soluere termino præfixo, pignus vendatur sub hasta, vt ex pretio eius monti, & eius ministris satisfiat, quod vero superest Domino pignoris restituatur, Filliuc. *tr. 34. p. 2. n. 165.* Bonac. *de contr. d. 3. qu. 3. pun. 12.* Sylu. *2. 2. q. 78. a. 4. q. 1. conclus. 1.* Lessius *libro secund. c. 20. dub. 23. nu. 190.* Tolet. *l. 5. c. 38.*

79 *Liciti sunt huiusmodi montes.*

Ratio autẽ, cur hi montes liciti sunt, est: Quia nihil à mutuatarijs exigitur mutuationi, ratione, sed solum pro ratione expensarum, quæ necessariè sunt ad montis conseruationem, & administrationem, atqui licitum est aliquid pro his expensis exigere, ergo quod in his montibus datur, iustè recipitur, & nulla æquitas postulat, vt quis cum damno suo mutuet tantum igitur potest exigere, quantum necessarium est ad damnum vitandum. Addo, Concilium Lateranense hosce approbare montes, dum Leo X. ait. *Declaramus, & definimus, Montes pietatis, in quibus pro eorum impensis, & indemnitate aliquid moderatum ad solas ministrorum impensas, & aliarum rerum ad eorum conseruationem pertinentium pro eorum indemnitate donatàxat vltra sortem absque lucro eorumdem montium recipitur, nec mali speciem præferre, nec vllo pacto improbari.* Reginal. *l. 25. n. 407.* Azor. *p. 3. cap. octauo* Lessius *l. 2. c. 20. num. 191.* Filliucius *tr. 34. n. 167.* Medin. *de vsur. q. 10.* & alij communiter.

79 *Priuatus quisque potest montem instituere.*

Priuatus quisque potest montem instituere, etiamsi pecuniam illam sub onere alicuius census accepisset, & exigere à mutuatarijs, quantum opus est; vt se indemnem præstet, etiamsi octo vel decem in centum ab illis esset soluenda. Quia negotium mutuatarij mons vtiliter gerit, cum aliàs maiori sumptu fortasse deberet mutuum accipere. Lessius *libro secundo capite 20. numero 194.* Salas *de vsur. dub. 33. numer. 3.* & 10. Mol. *tomo 2. d. 325.*

Deponentes pecuniam apud montem pietatis 80

Deponentes pecuniam apud montem non possunt aliquid recipere vltra sortem.

tis non possunt aliquid vltra sortem accipere, seclusolucro cessante, vel damno emergente, si enim recipiant erit vsura. Quia inter montem, & tradentes pecuniam non potest esse alius contractus, quam depositi sui mutui, nam deponens pecuniam, dando facultatem depositario, vt illa vtatur censetur mutuare ratione autem mutui non potest aliquid recipi, cum hoc sit contra præceptum naturale; & diuinum, neque etiam ratione depositi, quia contractus depositi debet esse gratuitus. Nauarra *libro 5. cons. de vsur. cons. 17.* Filliucius *tract. 34. part. secund. num. 177. & 178.* Azor. *part. tertia lib. quinto. cap. 9. quæstione 5.* Scio tamen ex Pontificum iummorum indulto pluribus in locis oppositum esse in vsu, nam deponentes apud Montes pietatis pecunias tuta conscientia quatuor vel quinque pro centum vltra sortem annuatim recipiunt. Concessit Paulus III. Conseruatoribus, ac præsentibus monti pietatis Ferrariæ per Bullam, quæ incipit, *Charitatis opera*, die 10. Iulij anno 1549. Vbi derogat constit. in contrarium, etiam Concilij Lateran. Propterea huiusmodi indulto stante licitum est percipere illa quatuor, vel quinque pro centum ex pecunijs, quæ suprà montibus hisce collocantur, quia censentur dari ex liberalitate, & gratitudine montis, qui mutuum recipit, vt hoc pacto alij alliciantur ad tradendam pecuniam, & pauperibus subueniatur. Bonac. *de contract. d. 3. q. 3. puncto 12. numero 9.*

Ex indulto possunt.

81 *Tituli ob quos lucrum euadit iustum ex depositis suprà Montem pietatis.*

Porrò titulos, ob quos lucrum iustum euadit ex depositis suprà montem pecunijs exhibeo. Primus est, emolumentum magnum, quod communitati præstat, qui suam pecuniam apud montem depositat; prouidet enim vnde possint egeni subleuari. Secundus, ratione obligationis, quam in se suscipit mutuandi pauperibus pro tanta summa. Nam cum ad communitatem spectet, quantum fieri potest, egenos subleuare, vt habeat promptam pecuniam, vnde hoc præstare valeat, contrahit cum hoc, & illo, vt se obliget pro aliqua pecuniæ quantitate, ad mutuandum pauperibus, & pro tali obligatione tot pro centum solvit. Cum autem omnis obligatio sit pretio æstimabilis, potest quoque annuatim aliquod pretium iustè accipi. Sotus *libro 6. de iustit. quæstione prim. articulo secund.* Molina *de contr. d. 308. num. 4.* Tertius titulus iustus est, si pecunia non censeatur mutuari, sed accómodari, itavt transeat in locatum. Quod fieri potest, accedente declaratione Principis, & exigente bono publico. Quartus, si fit intuitu translationis dominij, & priuationis eiusdem, non autem mutui respectu. Omne enim Dominium rei vtilis; qualis præsertim est pecunia, est pretio æstimabile, sicut etiam priuatio eiusdem rei vtilis, vnde cum quis se priuat facultate, ac potentia conuertendi pecuniam in obuios vsus lucratiuos, vt esset cambium, mercatura, aut rei fructiferæ emptio potest percipere lucrum, quod posset habere, Med. *de rest. q. 32.* Diana *p. 5. tr. 13. res. 30.* Petr. Ledes. *summæ part. secund. tract. 8. capit. 35. conclus. quart.*

Mons vero pietatis potest exigere à mutuatariis non solum, quod necessarium est pro expensis ministrorum, sed etiam prosoluendis pensionibus, seu censibus, aut quocumque alio titulo pecunijs debitis depositanti. Quia licitè potest mons se seruare indemnem, dum mutuatur, exigendo à mutuatarijs, quidquid ipse soluere tenetur intuitu illius commodi, quod paratum habet pro mutuatarijs, præsertim cum non negotium proprium sed ipsorum gerat. Bonac. *de contract. d. 3. qu. 3. puncto 12. num. 3.* Azor. *tom. 3. l. 5. c. 9. q. 2.* Reginald. *l. 25 nu. 209.* Pasqualig. *decis. mor. 186.* Imo secundum Lessium *in append. de monte piet. q. 2.* potest etiam exigere, quod necessarium est pro paranda, ac instruenda domo, in qua conseruentur, quæ ad montem pertinent, quia habere domum cum omni apparatu necessario, pertinet ad montis conseruationem,

82 *Potest mons aliquid exigere à mutuatarijs ad expensas extruendæ domus.*

Mons potest exigere expensas pro ministris, quas exigit à cæteris, etiam ab iis, qui dant pignora, quæ labore, ac cura non indigent, vt sunt vasa aurea, & argentea. Quia quod exigitur à mutuatarijs non est intuitu conseruandi, pignora, sed pro montis conseruatione, & expensis, quos facit. Les. *l. 2. c. 20. dub. 23. nu. 194.* Salas *de vsur. dub. 33. n. 8.* Salon. *to. 2. de iust. q. 78. a. 2. contr. 27.*

83 *Et ad sumptus ministrorum, etiamsi pignora eorũ labore ad custodiam non egeant.*

Demum mons non potest aliquid accipere à mutuatarijs in sui ipsius augmentum. Quia si aliquid exigeret suprà expensas, ratione mutui exigeret, vnde committeret vsuram. Medin. *de vsur. q. 10.* Arag. *2. 2. q. 77. a. 4.* Non autem improbarim Villalob. sententiam *p. 2. sum. tr. 22. diffi. 14.* asserentis, posse montem augmentum capere ex mutuo, si omnes interse conueniant, vt qui mutuum accipit aliquid tribuat per modum donationis ad montis augmentum.

84 *Non potest aliquid accipere in sui ipsius augmentum.*

SECTIO

SECTIO SECVNDA.

De Contractibus Gratuitis Dubia.

CAPVT X.

Circa Depositum, Commodatum, Precarium.

DVBIVM I.

An quoties res, quæ in numero, pondere, ac mensura consistunt ponderatæ, numeratæ, seu mensuratæ depositario traduntur, sufficiens conjectura sit, depositum id in mutuum transire?

85. *Nonnulla suppono.* SVPPONO, præter ea, quæ sunt propriè deposita, vtpotè quæ traduntur depositario in custodiam cum obligatione eadem ipsa reddendi, sunt alia, quæ in mutuum transeunt. Vti si deponens apud aliquem pecuniam, triticum, oleum, aliaque similia, quæ functionem accipiunt sub obligatione tibi reddendi tantundem eiusdem speciei, & bonitatis. Hoc enim non tam est depositum, quam mutuum, siquidem eæ vi huius depositi dominium ac possessio in depositarium transfertur; & si fortè casu res sic depositæ pereant, depositario, non tibi pereunt, *leg. Lucillus 1. & leg. Cantus, & leg. Diem sponsaliorum ff. locati.* Iam requiro, an sit sufficiens coniectura, depositum in mutuum transisse, quoties res quæ in numero, pondere, ac mensura consistunt, ponderatæ, numeratæ, seu mensuratæ depositario traduntur?

86. *Sufficiens coniectura est.* Sufficiens coniectura est, depositum id in mutuum transisse. Quia alias res illæ non ponderatæ, numeratæ, mensuratæ, sed obsignatæ traderentur. Sic Rebel. *de institit. part. secund. libro 16. quæst. vnic. de deposito, numero 19.* Laym. *l. 3. sect. 5. tr. 4. c. 25. n. 3.* & alij communiter.

87. *Non est sufficiens coniectura.* Non est sufficiens coniectura, vt intelligatur, depositum illud in mutuum transisse. Quia ea numeratio, ponderatio, aut mensuratio fieri possit, & plerúmque fiat, vt depositarius intelligat quantum sibi traditur, quantúmque reddere debeat. Ita Molina *tomo secundo d. 523.* Palao *de institit. tract. 32. d. 3. p. 2. n. 7.*

Hoc verius existimo. Vnde aliis coniecturis id colligendum erit. Certè si deponeres apud aliquem pecuniam, triticum, &c. retinens illorum dominium, & possessionem interim dum non consumentur, concedisque facultatem illis vtendi, sed sub obligatione reddendi tantundem eorum, quæ fuerint expensa, partim instituis depositum, & partim mutuum. Depositum quidem interim ac non expenduntur, mutuum verò postquam sunt expensa, vt aptè cum Nauarr *summæ capite 17. numero 180.* notauit Molina *disputat. 525.* post initium. Vbi optimè probat huic deposito mutuo non posse competere exceptionem intra biennium non numeratæ pecuniæ, quia verè ac propriè mutuum non est, cum in gratiam deponentis fiat, & exigi possit statim ac est traditum, sed est quidam contractus ex deposito ac mutuo mixtus. 88. *Hoc verius existimo.*

DVBIVM II.

Pecuniam aream in depositum accepisti, & consumpsisti, post consumptionem autem Regio decreto valor eius est imminutus, teneris ne reddere quantum in valore accepisti, ac si diminuta non esset.

89. *Teneris reddere quantum in valore accepisti.* TEneris reddere quantum in valore accepisti, & non quantum accepisti in quantitate solum. Quia si tempore, quo nummos illos accepisti in depositum, consumpsisti, maioris erant valoris, & æstimationis, quasi mutuo illos accepisti, atque adeo quasi mutuo obligaris. At si nummos illos mutuo accepisses, non satisfaceres reddendo eris quantitatem, quæ non ad æquat valori, & æstimationi monetæ acceptæ, alias non redderes tantundem, ac accepisti: Ergò idem erit dicendum in hoc deposito. Sic Castro Palao *de institit. d. 3. pun. 4. numer. 4.* & alij.

90. *Non teneris, sed quantum accepisti in quantitate solum modo* Non teneris reddere quantum accepisti in valore, sed solum quantum accepisti in quantitate. Quia solum videris obligatus reddere depositum, ac si id consumptum non esset, si enim accepisses in depositum centum nummos aureos, quos ad negotiationem expendisses certus eosdem posse reddere, cum tibi fuerint petiti, si interim valor eorum auctus fue-

rit, non inde diminuere ex illis centum potes, sed teneris integros centum reddere. Ergò idem est dicendum etiamsi in valore moneta imminuatur, quia in depositi restitutione species, & natura ipsius rei, & valor eius intrinsecus spectandus est, & non extrinseca mutatio. Adde, te non esse obligatum, restituere depositum quod apud te ex casu fortuito perit, si eodem modo esset apud dominum perituru, nisi aliter expresse conuentum esset, at res illa depota in valore extrinseco diminuta eodem modo apud dominum diminuta foret: Ergò illam diminutionem reparare non debes. Ita Abbas, Alexand de Neuo, & alij communiter *ad cap. vlt. de vsur.* Et conducunt quæ latè docuit Tiraquel. *de retract. l. 1. §. 2 glos.* 18 Nauar. *sum. c.* 27. *n.* 294. Fachin. *l. 2. contr. c. 9. q. 1.* Azor. *p. 3. l.* 10. *c.* 7. *q.* 2.

91 *Primam sententiam probabiliorem ducens, fateor primam satis esse probabilem*

Hanc minime mihi admiserim sententiam, firmiter primæ adhærens. Nam esto debeas solummodo reddere, quantum acceperis in quantum acceperis in quantitate, cum depositam monetam æream integram custodisti, eo ipso, quod consumpseris priusquam valor eius imminueretur, teneris eam iuxta valorem, quem habebat, cum accepisti, domino reddere, ex eius enim insumptione factus es ditior, & tuæ vtilitati imminuta non fuit. Attamen quòd mihi secundam sententiam non admitto, non ideo eam reor esse improbabilem, satis enim probabilem esse duco, & in praxi si probabilem esse non existimarem innumeri depositarij furti à me damnarentur.

DVBIVM III.

Cum graue detrimentum commodanti, quam commodatario inopinato sequitur, si ante tempus commodatum non reuocet, illudne poterit reuocare?

92 *Nonnullas suppono ad quæstionis statum.*

COnstat ex *sect.* 1. commodatum perseuerare debere apud commodatarium omni tempore, pro quo expresse, vel tacitè concessũ fuit. Nam ellò commodanti liberũ à principio fuerit non commodare tanto tempore, at facta commodatione, adstringitur, eam ratam habere sub obligatione iustitiæ, & soluendi interesse, *leg. commodato §. sicut ff. commodati, & cap. vnic. eodem titulo.* Quod adeò verum est, vt licet commodans moriatur, non obinde commodatum cessat, quia est gratia facta, quæ morte concedentis non expirat. Quare difficultas tantùm est, an detur aliquis casus, quo commodans, vel eius hæres ante finitum tempus repetere commodatum possint. Et quæstionem Doctores versant, cum commodanti grauius detrimentum sequitur, ex eo quod commodatum non reuocet ante tempus, pro quo fuit concessum, quàm commodatario ex reuocatione sequeretur. Et quidem quandò hoc detrimentum à commodante præuisum est, Doctores conueniunt, reuocari non posse, quia voluntatem habuit commodandi, eo detrimento non obstante, nam quod semel placuit, amplius displicere non potuit. Quæsierim igitur, an commodatum possit, ante tempus reuocari, quando grauius illud detrimentum commodanti inopinato sequitur.

93 *Potest illud ante tempus repetere.*

In foro conscientiæ petere commodatum, seu illud reuocare potest. Quia credendum est velle commodantem sibi potius, quam commodatario prouidere. Negant tamen Auctores citandi in foro externo repetitionem ob *Cap. vnic. de commodato*, & *leg. In commodato*, §. *sicut*, *ff. commodati.* quæ casum necessitatis non excipiunt. Sic Angel. *v. Commodatum, numero quarto* Sylvester. *ibi, quæstione quart.* Ludou. Lopez *libro secund. de contract. c.* 34.

94 *Minime potest.*

Non in foro externo, nec in foro conscientiæ post commodatum ante tempus reuocare. Quia licet commodans sibi potiùs quam commodatario censendus sit velle consulere, cum commodatum constituit, at commodato constituto, locus non est huic voluntati, cum res iam sit alteri applicata, & extra suam dispositionem. Alias posset donans donatum reuocare, si ex non reuocatione grauius detrimentum susciperet, quam donatarius ex reuocatione. Ita Nauar. *sum. c.* 17. *n.* 182.

95 *Primam sententiam eligo, & confirmo.*

Verum satis probabille esse reor, in euentu illo inopinato commodatum repeti posse. Nam in his contractibus gratuitis mensura vinculi, quo concedens astringitur, est eius voluntas, at rationi consentaneum est, vt præsumamus, commodantem pro aliquo determinato tempore, velle eo tempore commodatarium re commodata vti, nisi ipse ea grauiter egeat. Ergo ea indigens repetere poterit, vtpotè in eo euẽtu non concessam. Neque est simile de donatione, in hac enim rei dominium in donatariũ transfertur, quod Reipublicæ, bonoque communi expedit esse firmum, nec reuocandum, nisi in casibus à iure expressis. Secus dixerim in commodato, in quo solus vsus conceditur, dominio apud commodantem retento. Mecum Mol. *tr. 2. d.* 294. Les. *l. 2. c.* 27. *dub.* 5. Laym. *l. 3. sect. 5 tr. 4. c. 12. n.* 3. Sà *v. Commodatum in fine* propendet.

DVBIVM IV.

Statim ac Precarium concessum est, potestne à concedente repeti?

96 *Nonnulla suppono.*

VIdimus *sect.* 1. precarium nullam temporis determinationem necessariò continere. Nam licet aliquando sub determinato tempore concedatur, id solũ est, vt precarius intelligat, eo tempore finito, precarium concedenti reuerti, non verò vt intelligat, non posse ante illud tẽpus finitum à concedente. Quia semper voluntati concedentis subiectum est. Quæsierim tamen, an statim ac concessum est, possit precarium à concedente repeti?

97 *Non potest repeti statim.*

Minimè potest. Quia si poset mox ac concessum est repeti, concessio precarij ridicula, & illusoria videretur, & concedens præsumeretur cõcessione precarij, quo statim reuocat, voluisse recipienti

recipienti nocere, cum iuuare illum debuerat *leg. In commodato §. sicut autem fine, ff. commodati.* Sic Panormit. *c. vltim. de precario.* Couar. *l. 3. variar. cap. 15. numer. septim.* Menoch. *de arbitr. casu 23.* Palao *d. 3. de iustit. commut. pun. quinto num. 5.* Molina *d. 298.* Rebell. *de iust. p. 2. l. 16. quæst. vnic. de commodato.*

98 *Potest statim repeti.*

Potest statim repeti. Quia si pro aliquo tempore sustinendum esset contra concedentis voluntatem, non precarium, sed commodatum deberet appellari. Ita nonnulli non infimæ notæ Theologi.

99 *Hæc longe probabiliora.*

Longè probabiliorem primam sententiam esse crediderim, astruentem, pro aliquo tempore sustinendum esse precarium, quantum necessarium sit arbitrio prudentis, ne concessio illusoria fuisse præsumatur. Quare nisi rationabilis causa intercedat, incontinenti reuocans doli exceptione est repellendus.

DVBIVM V.

An recipiens commodatum sit obligandus ex sola culpa lethali?

100 *Non est obligandus.*

IN foro conscientiæ non esto obligandus, nisi ex culpa mortali, quia non est præsumendũ grauem contrahi obligationem absque graui culpa. Sic Sot. *l. 4. de iust. q. 7. a. 2.* Hering. alios referens *de irregular. c. 15.* Sa *v. Commodat. n. 3.*

111 *Est obligandus.*

Obligari potest commodatarius absque vlla culpa Theologica, & morali, ob culpámque tãtum iuridicam obligatio hæc contrahi potest. Quia & si inspectis iure naturæ legibus nemo teneatur etiam in contractibus damno alteri dato, satisfacere, nisi illius causa moralis fuerit, & consequenter culpam Theologicam commiserit, vti aliis relatis, docuit Lessi. *l. 2. c. 7. dub. 6. n. 24. & dub. 8. n. 36.* attamen inspecto iure positiuo, quod bonum commune, rectamque Reipublicæ administrationem spectat, etiã nulla culpa Theologica intercedente, obligationem habere potest damnum alteri factum reparandi, quando ita factum est, vt prudentibus, aut prudentioribus, aut prudentissimis potuit præcauere, vt constat ex iuribus citandis. iuncta communi expositione *c. 1. de commodato, leg. in reb. commodatis. ff. commodati.* Ita Glos. *ad c. 1.* Nauar. *summ. c. 17. n. 184.* Mol. *d. 295.* Lessi. *eitat. dub. 8.* Rebel. *de iust. p. 2. l. 16. q. vnic.*

102 *Auctoris resolutio.*

Profecto cum hæc obligatio cõmodatarij non delicto, sed contractui innatum, omnes fere Doctores conueniunt, absque vlla culpa Theologica contrahi posse, solum culpa iuridica. Hæc enim obligatione licet non mortali cautiores, vigilantioresque homines reddantur in rerum proximorum custodia, quæ ipsis in eorum vtilitatem plerumque sunt commissæ: & quamuis moraliter non deliquerint non ob inde conqueri debent, cum hæc obligatio omnibus communis est, omnesque priuilegio gaudeãt, vt sibi satisfactio præstetur: tametsi illi, quibus sua commissa sunt, nullam culpam moralem, & Theologicam commiserint: modò eam commiserint quæ à vigilantioribus posset euitari.

DVBIVM VI.

Cum Depositum, vel commodatum receptum est æstimatum, Depositarius, & commodatarius teneturne, de culpa leuissima?

103 *Nonnulla recolo.*

REcolo, commodatum, aut depositum si in gratiam solius commodatarij, aut depositarij concessum sit, & commodatum, vel depositum pereat, aut deterius reddatur, teneri commodatarium vel depositarium de culpa leuissima: si autem in gratiam solius deponentis fuerit concessum tantum de lata culpa commodatarium teneri; ex casu verò fortuito non obligari, nisi in culpa fuerit. Quæsierim itaque num cum commodatum, aut depositum æstimatum receptum est, teneatur commodatarius vel depositarius de leuissima culpa?

104 *De leuissima culpa tenetur.*

De leuissima culpa tenetur. Quia æstimatio aliquid operari debet, ac proinde si secluſa æstimatione, commodatarius vel depositarius de leui culpa tenetur posita æstimatione teneri debet de leuissima solum, id enim videtur tacitè inter partes conuentum cum æstimatio facta est: alias parum, aut nihil æstimatio deseruiret. Sic Bartol. *ad l. si vt certo, §. nunc videndum, ff. commodati.* & *ibi* Paul. & alij, quos refert, ac sequitur Anton Gomez *l. 2. vari. c. 7. n. 1.* Et quidem videtur colligi apertè ex data *lege si vt certo*, ibi, *Et si fortè res æstimata data sit, omne periculum ab eo præstandum, qui æstimationem se præstaturum recepit.*

105 *Non tenetur de culpa leuissima.*

Non tenetur de culpa leuissima. Quia æstimatio nõ operatur, vt cõmodatarius aut depositarius in alio euentu obligetur ab eo, quo obligandus esset, secluſa æstimatione, sed operatur certitudinem æstimationis, & valoris restituendi cum rei æstimatio restitui debet. Ita Ioannes Andr. & Panormit. *ad c. vni. de commodato*, quos refert, ac sequitur Molina noster *tr. 2. d. 395.* Palaus *de iust. commutat. d. 3. p. 6. n. 5.*

106 *Hoc mihi lege verius.*

Hoc longe verius esse putarim, nec contrariũ ex præfata lege colligi. Non enim probat textus ille ex æstimatione augeri obligationem in gradu, sed periculum omne in accipientem reiici, non quia res æstimata est, sed quia simul cum æstimatione conuentum est, vt in omni euentu vel res ipsa, vel eius æstimatio sit reddenda.

DVBIVM VII.

Cum quis rem commodatam aut depositam viliorem propriis rebus negligit iustè, vt suas res protegat: teneneæstimationem rei commodatæ aut depositæ in eius solummodo commodum expensare?

107 *Recolo non-nulli.*

VIdimus *sect. prima* commodatum, aut depositum pretiosum propriis rebus vilibus præferendum esse in custodia, si autem æ-

qualis fuerit æstimationis, præferendum esse propriis rebus, si in tui gratiam factum est secus si in deponentis fauorem: si demùm res commodata, vel depositа vtilior tuis rebus fuerit posse te tua saluare, re aliena relicta, tametsi in tuum solummodò commodum fuerit concessa. Imprudens namque esses, si vtiliora tuis pretiosioribus præferres. Quæsietim autem, an in hoc casu teneatur quis rei commodatæ, vel depositæ æstimationem compensare?

108 *Tenetur quidem.* Tenetur profectò. Quia cum illud periculum eius causa res commodata, aut depositа acceperit, debet commodantem aut deponentem indemnem seruare. Sic Molin. *d.* 296. *initio.* Lessi. *l.*2. *c.* 27. *dub.*6. *n.*27.

109 *Non tenetur.* Minimè tenetur. Quia cum ex vi contractus non teneretur ille rem viliorem cum iactura pretiosioris propriæ custodire, & seruare, illius interitus, vel deterioratio tanquam facta ex casu fortuito accipienda est, nullamque proinde satisfaciendi inducit obligationem. Ità Angel. *v. commodatum, n.*10. Sylvest. *ibid. n.*9. Fumus *n.*11. Et probabilem reputat Lessius, *ibi, num.*25.

110 *Verius hoc mihi* Verius existimo, hanc obligationem solum esse ex decentia, & æquitate, non verò ex iustitia.

DVBIVM VIII.

An commodatarius possit in foro conscientiæ occultè compensare sibi ex re commodata pro debito alio, quod à commodante recuperare non valet?

111 *Non potest* Minimè potest. Quia *lege vlt. C. de commodato* id manifestè constat. Sic Moli. *d.*297. asserens, ad hanc legem Auctores, quos ipse affert Affirmantes licere id, minimè respondere.

112 *Potest planè.* Potest planè. Quia lex illa loquitur solum in foro iudiciali, in quo non facile admittitur compensatio inter res diuersi generis. Aliud est in foro conscientiæ, quando commodatarius scit, non posse se recuperare aliter à debitore, quod sibi debetur. Ità Lugo *tom. secund. de iust. it. d.*33. *numer.*13.

113 *Hanc sententiam* Hoc verius esse censeo, in lege enim illa non præsumitur, commodatarium non posse iudicis auxilio pecuniam sibi debitam recuperare, & ideo non permittit pro ea equum sibi commodatum vsurpare. At si oppositum lex præsumeret, procul dubio decerneret, licere commodatario, aut depositario ex re commodata, aut depositа occultè debitum compensare.

***

CAPVT XI.

Circa Promissionem.

DVBIVM IX.

An promissio consistat, & in solis vocibus, ac signis externis?

114 *Non consistit in solis vocibus ac signis externis.* Non consistit in solis vocibus & externis signis, sed in actu solo voluntatis interno, sicut de voto dicitur. Quia debet intercedere ad veram promissionem ex iustitia actus voluntatis, quo quis velit vere se obligare: alioquin quamuis exprimat exterius obligationem, non erit promissio vera, sed ficta. Sic aliqui apud Turrian. *de iust. d.*64. *dub.*19.

115 *In solis vocibus ac signis externis consistit* Consistit in solis vocibus, & signis externis. Quia debet intercedere ad humanam promissionem obligantem signa externa, quibus obligatio significetur, quæ quidem sufficiunt, vt acceptans promissionem intelligat, promittentem se obligare voluisse. Ità Turrianus *citatus.*

116. *Auctoris resolutio.* Ego autem crediderim, & voluntatem internam, & externa signa esse necessaria. Nam si aliquis haberet quidem interius voluntatem se obligandi, sed nollet id significare, aut exprimere, atque ideò expressio vel signa externa essent illi inuoluntaria, & si præter intentionem exprimeret talem voluntatem, non obligaretur, quia illa non fuit actio humana. Scio alios asseruisse, consistere in actu intellectus, sicut etiam dicunt nonnulli de voto, lege, oratione, & de omni loquutione, qua cum Deo, vel Angelis loquimur, vel qua Angeli ad inuicem loquuntur. Sed existimo non requiri ad promissionem huiusmodi intellectus actum, quo interius talis voluntas exprimatur, quia nec ad loquutionem Angelorum inter se, nec ad hoc vt cum Deo requiritur talis loquutio per intellectus actum, vt ex tract. de Angelis Cardinalis de Lugo supponit nostræ adhærens sententiæ *to.*2. *de iust. d.*23. *num.*2.

DVBIVM X.

An licet promissio externa sine interna voluntate non obliget ex iustitia possit tamen dici promissio?

117 *Potest quidem.* Non quidem potest dici promissio obligans defectu conditionis requisitæ ad obligandum

obligandum, nempe voluntatis internæ, ita vt voluntas hæc constituat quidem partialiter promissionem in ratione obligantis, constituit, tamen in ratione promissionis, sine illa enim videtur dari promissio humana, licet non promissio libera, aut voluntaria. Quia qui promissionem violat, dicitur fidelitatem violare, fidelitas autem pertinet ad veritatem, quæ quidē verbis externis competit, aut signis: ergo in illis consistit etiam promissio, & hoc nomine potest compellari. Sic Turrian. *de iust. d. 64. dub. 19.*

118 *Non potest.* Deficiente interna voluntate, non potest dici promissio. Quia promissio simpliciter dicitur actus humanus inducens obligationem, sicut etiam lex exterius proposita sine voluntate obligandi, non est lex propriè & in rigore: Et sicut matrimonium externum sine interno consensu non est matrimonium. Et votum internum sine voluntate se obligandi non est votum. Ita Lugo *de iust to. 2. d. 23. n. 4.*

119 *Idem esse.* Idem affirmo. Nam si desit voluntas proferendi voces illas, sed casu præter intentionem proferantur, non esse dubium, quod illa non possit dici promissio, quia nec etiam dicitur loquutio humana, loquutio namque debet esse ex intentione mentem manifestandi, si ergò non sit talis intentio significandi, vel manifestandi mentem, prolatio illa materialis vocum non erit locutio, & per consequens nec promissio. Si vero sit voluntas proferendi voces illas, & manifestandi fictè animum se obligandi voluntas, erit quidem loquutio, & manifestatio, non tamen promissio ex iustitia: quia sicut non potest esse loquutio, & manifestatio sine animo loquendi, & manifestandi, sic nec poterit esse obligatio, seu promissio sine animo se obligandi.

DVBIVM XI.

An Promissio facta cum semiplena libertate sufficienti ad peccatum veniale, non autem ad mortale, sufficiat ad obligandum etiam de re leui?

120 *Sufficit quidem.* Licet ad promissionem obligantem ad rem grauē requiratur plena aduertentia, sufficit tamen semiplena, quando promissio obligat ad rem leuem. Quia ad peccatum veniale sufficit eiusmodi semiplena deliberatio. Sic aliqui, quos in obligatione voti referunt Suar. *tom. 2. de Relig l. 1. c. 6. numer. 6.* & Sanchez *lib. 4. Decal. c. 1. numer. 7.* & probabilem esse iudicat Turrian. *de iust. d. 64. dub. 11. numero 5.*

121 *Non sufficit.* Non sufficit. Quia res etiam leuis est sub plena potestate, ac dominio promittentis, quare sine eius integro, ac pleno consensu non potest ab eius potestate auferri, & licet ob leuitatem materiæ non obliget promissio ad culpam grauem, id tamen non oritur ex defectu consensus, sed ex materiæ defectu, quod vero attinet ad consensum obligat quantum potest. Ita Reb. *de iust. l. 18. c. 1. n. 5.* Suar. *citatus*, Vasq. *de matr. d. 5. c. 1. n. 3.*

Hoc teneo, & confirmo exemplo culpæ requisitæ ad incurrendam excommunicationem minorem, ad quam licet sufficiat peccatum veniale non tamen sufficiet, si sit peccatum veniale ob aduertentiæ plenæ defectum, sed requiritur: quod sit peccatum commissum cum aduertentia plena, siue sit mortale, siue veniale, quia alioquin non reputatur actus perfectè humanus, vt probat Suar. *de censur. d. 24. sect. 3. numero 3.*

122 *Hoc teneo.*

DVBIVM XII.

An ad valorem promissionis requiratur, quod non fiat ex vehementi passione iracundiæ, vel alterius effectus?

NOn solum requiritur ad promissionis valorem aduertentia plena, quæ ad peccatum lethale sufficit, sed etiam quod non fiat ex vehementi passione iracundiæ, vel alterius affectus; quæ videtur hominem rapere violentia quadam ad id, quod agit, & ideò cessante passione dolet, & nollet, id fecisse. Quia *Cap. diuortium, de pœnit.* quod desumptum fuit ex *leg. Quidquid 49. ff. de reg. iur.* & *l. Diuortium, 3 ff. de diuortiis*, dicitur. *Quidquid calore iracundiæ vel sit, vel dicitur, non prius ratum est, quam si perseuerantia apparuerit, indicium animi fuisse.* Sic qui hoc ipsum de omnibus contractibus calore iracundiæ factis docuere Barth. Iason. Fel. Tiraq. Roma. quos affert Sanch. *l. 1. de matr. d. 8. n. 4.* Fauent alij docentes votum ac iuramentum calore iracundiæ factum non obligare Glossa *ad Cap. Dubium v Calore, de iureiur.* Hostiens. *ibi.* Ant. *ad c. sicut ex litteris, de iureiur. n. 8.* Roman. Tiraq. & Richard. quos memorat ibi Santius. Excipiunt autem aliqui donationem causæ piæ factam.

123 *Requiritur, quod non fiat ex vehementi passione.*

Ad valorem promissionis sufficit plena aduertentia, non obstante passionis impetu, si esset sufficiens ad lethale peccatum. Quia ad obligandum subditum lege, vel præcepto nō requiritur in superiore, nisi vt cum libertate & aduertentia plena præcipiat id, quod aliundè præcipi potest. Ergo, & ad se ipsū obligandum sufficit eadē libertas, & aduertentia plena, iā enim homo operatur ex pleno, ac perfecto dominio suarum actionum. Ita Nauar. *sum. c. 18. nu. 7.* Mol. *to. 2. d. 267.* Ioann. Andr. Card. Anchar. Imola, Dec. Syln. Angel. Tabie. Armil. & alij innumeri quos congerit ac sequitur Sanch. *vbi sup. n. 5.* Vasq. *de matr. d. 5. c. 1. n. 3.*

124 *Non requiritur.*

Sententiam hanc communem quidē longe puto esse veriorem. Ex qua infero, raro contingere, quod promissio ex defectu plenæ deliberationis non obliget, sicut contingit rarò, quòd homicidium, vel furtum ex eo capite à peccato lethali excusetur, quando in se sunt volita. Deinde infero, breuitatem temporis non arguere defectum deliberationis plenæ ex eo quod statim pœnitentem pœniteat: quia id contingere potest licet aduertentia sufficiens præcesserit, vti adnotat Sanch. *d. 8. n. 8.*

125 *Hanc communem sententiam puto esse veriorem.*

DVBIVM XIII.

An Promissio vel donatio mere interna inducat obligationem in foro conscientiæ?

126 *Nonnulla suppono.*

SVppono, saltem de facto & de iure positiuo non sufficere actum mere internum vt promissio, vel donatio obligationem pariat. Quia de iure positiuo ad obligationem requiritur promissarij acceptatio, qui acceptare non potest, nisi ad eius notitiam promissio perueniat: non autem potest peruenire, quando mere est interna. Sanchez *lib primo de matrim. d.* 3. Vasquez *de matrim. d.* 4. *cap. quart. num.* 38. Molin. *tom. secund. de iustit. d.* 266. Lessius *lib secund. cap.* 18. *dub. quinto*, & alij. Quæsierim verò num in foro conscientiæ obligationem inducat?

127 *Inducit obligationẽ*

Inducit obligationem merè interna promissio. Quia voces sunt signa conceptuum, nec vim habent obligandi, nisi ex actu interno, quem exprimunt, quo aliquis vult se obligare. Et quia si voluntas interna non obligat, ideo erit, quia requiritur acceptatio: hæc autem non requiritur de iure naturæ; sed de iure positiuo. Et quia possessio, & dominium amitti potest sola domini voluntate, ergò sola voluntate obligatio potest induci. Sic Martin. de Ledesm. Pal. & Mend. quos affert Sanch. *l.* 1. *de mat. d.* 3. *n.* 4. Et probabile esse dicunt Sotus, Aragon. & Angl. apud ipsum Sanchez, Sanctarel. *p.* 1. *variar. q.* 66. *num.* 49. Diana *tom secund. tract. quinto resol.* 116. & in hãc sententiam inclinat Molina *tomo secundo d.* 266. & alij.

128 *Non inducit obligationem.*

Interna promissio in foro conscientiæ non inducit obligationem. Quia ex promissione merè interna non potest oriri fidelitatis obligatio: veritas enim & fidelitas inter homines signa sensibilia requirit; nam sicut veracitas obligat ad dicta menti conformanda: ita fidelitas obligat ad conformanda facta dictis, nè alius dictis nostris deludatur; supponit ergo dicta, alioquin non posset esse deceptio, neque delusio; ergo vbi promittens nihil aliud dixit, fidelitas locum non habet. Hinc autem colligitur, neque obligationem iustitiæ oriri posse ex tali promissione mere interna; quia sicut fidelitas est ad alterum, sic & iustitia, & quoties non est obligatio fidelitatis in promissione, non potest esse obligatio iustitiæ, quæ posterior est, & præsupponit semper fidelitatis obligationem. Ita Abul, Turrecrem. Tabie. Sotus, Cordub. Merca. Aragon. Angl. Garcia, Lopez, Henriq. Manu. quos refert, ac sequitur Sanch. *l.* 1. *de matr. d.* 3. *n.* 5. Turrian. *de contr. d.* 64. *dub.* 2. Vasq. *de matr. d.* 4. *c.* 4. *n.* 39. Lessi. *l.* 2. *c.* 18. *dub* 5. Tanner. *hic d.* 4. *q.* 1. *d.* 5. *n.* 59.

129 *Hanc teneo & roboro sententiã.*

Hanc communem sententiam amplector. Nam verba sine voluntate interna fateor obligare non posse: sed nec voluntatem internam sine signo externo posse obligare affirmo; quia non sufficit ad connexionem sensibilem ponendam, quæ fundet ius prælationis ad alios; scio, à contrariis contra nostram sententiam obiici, quod quamuis in promissione interna non impleta non reperiatur mendacium, infidelitatem tamen reperiri: abnego quidem reperiri infidelitatem, vbi non est intimata promissio; cum non possit esse infidelitas, vbi non est deceptio, hæc autem non possit esse, vbi nihil promissario contrarium factis dixeris. Instant, quia si promissio interna iuramento confirmetur, obligabit, quam obligationem tollere potest is, cui res promissa fuerat; ergo promissio interna obligat hominem homini. Respondeo cum Sancio *n.* 7. Si iuramentum illud fiat Deo obligare, quatenus inducit voti rationem, quare non obligabit nisi sit de re bona, & meliori bono; si autem fiat per modum solum promissionis humanæ, minimè obligare.

DVBIVM XIV.

An promissio antè acceptationem, de iure Canonico obliget promittentem?

SCio, de facto ex iure communi positiuo requiri regulariter saltem acceptationem, ad obligationem perfectam ponendam, atque adeo ante acceptationem posse reuocari, *leg. Absenti. ff. de don. l. Nec ambigui. C. eodem. tit. §. in his. vel. l.* 2. *c.* 18. *dub.* 6. Sanch. *l.* 1 *de mat. d.* 6. *n.* 2. Mol. *to.* 2. *d.* 263. multos citãs. Quæsierim verò, an hoc etiã verum sit de iure Canonico?

130 *Certum suppono.*

131 *Promissio ante acceptationem obligat de iure Canonico.*

De iure Canonico promissio ante acceptationem obligat. Quia *c.* 1. & *c. Qualiter de pactis.* præcipitur, pacta unda obseruari. Et quia *c. si tibi absenti de prebend. l.* 6. dicitur, non posse Episcopum Beneficij collationem reuocare, etiam ante acceptationem, cui absenti collatum est. Sic aliqui, quos affert Sanchez *l.* 1. *de matr. d.* 7. *n.* 20. quam sententiam ipse probabilem esse putat, si promissionis saltem verba in aliquem præsentem dirigantur, v. gr. *Promitto tibi me daturum Titio centum.* Quo casu etiam verum ex stimo, nasci obligationem ex acceptatione illius, qui præsens est, de quo inferius.

132 *Non obligat.*

Minimè obligat, si acceptatio non adsit. Quia nullibi inuenitur ius Canonicum corrigens leges ciuiles quoad acceptationis necessitatem, nam si necessaria est acceptatio de iure naturæ à fortiori de iure positiuo Canonico requiretur. Ità plures, quos refert ac sequitur Sanch *n.* 22. Mol. *to.* 2. *d.* 263. Turrian. *de iust. d.* 64. *dub.* 8. Lugo *de iustit. tomo secundo disputation.* 23. *numero* 36.

133 *Hanc sententiam præfero.*

Hanc præfero sententiam, quam certam puto minimè à citatis Canonicis inribus debellari. Nam in prioribus capitibus sermo est de pactis absque stipulationis forma initis non tamẽ sine acceptatione, sine hac enim non est pactum. Ad cap. verò *Si tibi absenti, de præbend. libro sexto* Cum Couarruu. respondetur, procedere in Beneficiis, in quibus est ratio specialis, nam in iis Episcopus non donat, sed exequitur munus suum eligendo, prout debebat eligere. Quia Episcopus non habet supremam & absolutam potestatem disponendi de beneficiis, sed dependẽtẽ ex Pontificis voluntate, qui cõmittit illi electionem

electionem personæ, cui electæ Pontifex censetur Beneficium donare.

DVBIVM XV.

An Necessitas acceptationis ad promissionis obligationem, sit etiam de iure naturali?

134 *Non est de iure natura.*

Est solùm de iure positiuo, & non etiam de naturali. Quia alioquin non posset vllo casu absque acceptatione poni obligatio, pro vt de facto ponitur in quibusdam casibus, in quibus acceptatio non desideratur. Et quia obligatio non oritur ex voluntate acceptantis, sed ex consensu; ac voluntate promittentis, qui se sua priuata lege obligat. Ergo acceptatio non requiritur de iure naturæ ad obligationem. Sic Couarruuias, & alij, quos refert Sanch. *libro 1. de matr. d. 6. numer.* 10. Mol. *to. 2. d.* 263.

135 *De iure naturæ est.*

Necessitas acceptationis ad promissionis obligationem non solum est de iure positiuo, sed & de naturali. Quia licet aliquis possit sua sola voluntate amittere dominium, vel possessionem rei suæ, non tamen potest sola sua voluntate facere, quod res sua ad alium pertineat, ad hoc enim requiritur etiam consensus illius, ad quem debet pertinere. Alioquin posses, me inuito, facere, quod ego essem Dominus omnium rerum tuarum, quod quidem videtur esse contra ipsum naturæ lumen, non enim possumus inuiti, & nolentes, aliquid acquirere: Ita Sanchez *numero decimo* Sotus *libro 3. de iustit. quæstione 5. articulo 3.* Vasquez *de matr. d. 4. cap. 4. numero* 42. Turrian. *de iustit. d. 64. dub. 3.* Lessius *libro secundo cap. 18. dub. 6. numer. 39.* & alij apud ipsos.

136 *Verius hoc mihi.*

Sententiam hanc veriorem esse existimo, quam ratione à posteriori confirmarim. Quia nemo potest voluntate sola alterius, qui superior non est, obligationem aliquam contrahere, ille autem, qui aliquid de nouo acquirit, etiam si id per contractum non onerosum, sed gratuitum sit, semper contrahit eo ipso aliquam nouam obligationem, nam si seruus mihi (v. gr.) donetur, contraho ad minus obligationem, eum regendi, ac debito modo gubernandi: Si vero animalia irrationabilia mihi donentur; debeo illa etiam ita gubernare, vt alienis rebus non noceant. Si denique res alienæ inanimatæ mihi donentur, debeo saltem rebus illis debito modo vti, nec illas sine causa prodigere, aut negligere, sed in vsus honestos, & aliquando in vsus pauperum conuertere.

Has autem obligationes nemo, qui superior non sit, potest mihi sine facto meo de nouo imponere?

***

DVBIVM XVI.

An de facto sint aliqui casus, in quibus, lege ita disponente, non requiritur acceptatio ad obligationem, & irreuocabilitatem promissionis producendam.

Svnt de facto casus aliqui. Primus quando promissio est ad causam piam. Quia acceptatio non requiritur de iure naturæ, sed de ciuili, quod cum circa causas pias disponere non possit, nam ad forum Ecclesiasticum spectant nõ est; cur in iis acceptatio ad obligandum requiratur. Sic Mol. *to. 2. d.* 263. Feli. & alij, quos refert Sanch. *l. 1. de matr. d. 6. n.* 16. Secundus, quando promissio facta est ciuitati, ad reparandum, quod per incendium, terræ motũ, aut aliam ruinam periit, ex *l. Pactum, l. propter incendium, l. ob causam, ff. de pollic.* Vel quãdo facta est promissio ex gratitudine propter honorem à ciuitate, vel Republica promittenti concessum. Vel quando opus promissum est ciuitati, & cœpit est fieri, quo casu cogitur promittens ad illud implendum. Sic Mol. *citat.* qui pro hisce casibus affert Glossam *ad c. scimus, v. Pollicitationem, 12. q. 1.* Couarr. & Antonium Gomez dicentem, hanc esse sententiam communem. Tertius, quando aliquid promittitur infanti. Sic Iuristæ multi, quos affert, ac sequitur Sanch. *d. 6. n.* 15. & 27. Quartus denique, quando promissio iuramento confirmatur. Sic Bartho. Iason. & alexand. & alij plures, quos refert Sanch. *l. 1. de matr. d. 7. n.* 23. Mol. *to. 2. d.* 263. *n.* 19.

137 *Sunt de facto casus aliqui.*

138 *Multi sũt de facto casus.*

Non sunt de facto casus vlli, in quibus acceptatio non requiratur ad promissionis obligationem. Non primus. Quia acceptatio requiritur de iure naturæ, quam necessitatem ius Canonicum nunquam in ordine ad causas pias abstulit. Ita Molina alter & alij Iuristæ communiter, quos congerit, ac sequitur Sanch. *ibi.* Turrian. *de iustit. d. 64. dubitat. 5. numer. 12.* Non secundus, quia leges, quibus ea sententia nititur, nullum, si attente legantur exhibent fundamentum, vt de promissione non acceptata intelligantur, sed de promissione liberali nuda ex qua iure ciuili ob defectum stipulationis actio non oriebatur, imò ex ipso contextu videtur ibi acceptationem non defuisse. Ita Lugo *tomo secund. de iust. d. 23. numero 45.* Non tertius. Quia non debet regula generalis limitari sine lege expressa. Ita Card. *ad c. De illis, 1. de desponsat. impub. numero secund.* Vasq. *de matrim. d. 4. cap. 4. numer.* 48. Turrian. *de iustit. d. 64. dub. 5. numero 6.* Non demum quartus. Quia omnis promissio etiam inrata, quæ homini fit, obligat dependenter à voluntate hominis, cui fit, qui si obligationem remittat promissio amplius non obligat, vt omnes fatentur, sed quandiu promissio non est acceptata, perinde est ac si promissarius remisisset, ante acceptationem enim nullum ius adhuc acquisiuit, quod remittat, cum sine nostro consensu non possit nobis ius ex promissione

missione proprie acquiri: Ergo promittens perinde liber adhuc erit, ac si ei remissa fuisset obligatio; perinde enim promissarius ius vllum non habet, ac si positiue se omni iure spoliasset; ergo non magis ei tenetur promittens quam si remisisset. Ita Bald. Decian. & alij plures, quos refert, ac sequitur Sanchez, *citat. numer.* 24.

139 *Hanc approbo magis sententiã*

Ego quidem existimo quatuor præfatorum casuum exceptionem haud solido imiti fundamento: attamen satis probabilem esse primam sententiam tot Doctoribus stipatam: sed secundam & ratione & authoritate fultam longe probabiliorem.

DVBIVM XVII.

An Remissio debiti sit valida ante acceptationem?

140 *Valida est.*

VAlida est. Quia remittens debitum nullius rei videtur transferre dominium, vel possessionem in alium, sed solum abiicere dominium iuris, vel rei sibi debitæ: potest autem quilibet pro sola sua libertate abiicere à se dominium rei suæ: nam sicut ad acquirendum, sic etiam ad conseruandum dominium requiritur voluntas nostra, qua deficiente, sicut non potest acquiri, sic nec potest conseruari alicuius rei dominium, ergo non est necessarius consensus, nec acceptatio debitoris ad hoc, vt creditor valide debitum remittat: semel autem remisso debito, non potest creditor reuocare remissionem; quia hoc esset denuo obligationem imponere debitori, quia iam semel liber fuit, quod sine nouo debitoris cõsensu fieri nõ potest. Sic Theologi nõnulli nõ immeriti.

141 *Non est valida.*

Non est valida, sed, ad irreuocabilem remissionis valorem requiritur debitoris acceptatio, atq; adeo ante eius acceptationẽ potest à creditore remissio facta reuocari. Quia incredibile videtur, & contra communem sensum, quod si creditor apud se solum ore, vel mente diceret, remittere se velle debitum, nõ possit amplius id reuocare, nec debitum repetere: Ergo illa voluntas debitori non manifestata, eũ irreuocabiliter omnino non liberauit. Ita Suar. *l. 8. de legib. c. 32. n. 22.* vbi in vniuersum docet, non posse aliquem valide renunciare iuri, quod habet aut liberare alium onere soluẽdi aliquid, nisi externo signo id manifestet illi, cuius interest talis renunciatio, & ab ipso acceptetur, quod pluribus rationibus ibi late confirmat.

142 *Huic hæreo sententiæ.*

Eius sententiæ adhæreo. Nam remissio debiti in rigore loquendo, videtur continere donationem aliquam, & ideo assolet *condonatio* appellari, vnde etiam qui donare non possunt, consequenter nec possunt debita condonare, quia illa etiam species donationis est: nec enim minus indiget Religiosus Prælati licentia ad condonandum debitum pecuniarum, quam ad donandum: ergo sicut ad irreuocabilitatem donationis requiritur acceptatio donatarij, sic etiam ad irreuocabilitatem remissionis, seu condonationis propter eandem rationem requiritur.

DVBIVM XVIII.

An ad obligationem promissionis reuocabilis requiratur acceptatio sensibilis & externa promissarij?

143 *Requiritur externa acceptatio.*

REquiritur omninò acceptatio externa & sensibilis. Quia ad adquirendum nouum ius ex iustitia inter homines necessaria est sensibilis connexio, qua res illa connectatur cum nouo domino: Ergò requiritur actio externa, qua per acceptationem sensibilem incipiat connecti sensibiliter ius illud cum eo, qui illud de nouo acquirit. Sic supponunt Sylvest. *v. Matrimonium 6. quæst. 12.* Turrianus *de iustit. disput. 55. dubio duodecimo numer. tertio* Sanchez *libro primo de matrim. d. octauo n. 29.* Manuel *tomo secundo sum. capite 27. concl. 4. num. 4.*

144 *Non requiritur.*

Non requiritur externa, sed sufficit interna promissarij acceptatio. Quia etiam sine acceptatione externa intelligitur connexio sensibilis sufficiens ad fundandum nouum ius posita acceptatione interna donatarij. Neque necesse est, vt sit externa, ac sensibilis ipsa etiam intentio acquirendi ius ac dominium; nam acceptatio in tantum requiritur, in quantum nemo inuitus cogendus est ad aliquid de nouo acquirendum, ad hoc autem sufficit consensus, & acceptatio interna, qua posita, iam connexio illa fundata in promissione externa potest sufficienter fundare ius prælationis, & dominij humani, cum per donationẽ externã mihi intimatam fuerit iam res facta mihi moraliter præsẽs, & in manu mea posita: quare sicut apprehensio physica sufficit ad acquirẽdum dominium, posita voluntate interna sensibili, sic apprehẽsio illa moralis, quæ fit per promissionem mihi intimatam, sufficiet, posita voluntate interna acceptandi; quia hæc intentio sufficienter fit sensibilis, & præsumitur semper in gratuitis, quoties contrarium non significatur. Ità Cardin. de Lugo *tomo secundo de inst. disput. 23. num. 64.*

145 *Eiusdem summentiũ.*

Eiusdem mentis sum, vsui inhærens, ac praxi. Nam si habeas commodatum Antonij librum & ipse scribat tibi librũ donã; eo ipso, quod accepta epistola donũ acceptas, sine aliquo actu externo, censeris sufficienter libri dominium acquirere, & poteris de illo liberè disponere absque vllo scrupulo tanquam de re tua; Non ergo requiritur alia externa acceptatio, ad reddendam donationem irreuocabilem; quare idem dicendum videtur de promissione eodem modo acceptata, cum eadem sit vtriusque ratio.

***

DVBIVM

DVBIVM XIX.

An ad acceptationem validam requiratur, quod promissio intimetur promissario per nuncium, vel Epistolam missam à promittente?

146 *Non requiritur.* NOn requiritur, sed sufficit notitia promissionis quomodocumque habita, vt si aliquis tertius, qui casu audiuit, id illi retulit, & ille acceptet. Quia sic ei moraliter constat de promissionis certitudine. Sic Lessi. Ludou. de Roma, Azeued. & Gregor. Lopez afferens Baldum, quos refert Sanchez *l. 1. de matrim. d. 6. n. 3.*

147 *Requiritur omnino.* Requiritur omninò, nec sufficit notitia quomodocumque habita. Quia nec dominium rei tuæ nec ius aduersum te potest alteri acquiri, nisi te transferente, quæ translatio tunc fit quando tu rem, aut ius illud alteri offers, vel das, quod fieri non potest nisi quatenus id ad illum dirigis; non potest ergo venire ius illud ad alterum nisi ex tua directione. Ita Bartol. Cynus, Paul. Castrens. Villalob. Iul. Clar. Barbo. & alij plures, quos refert, ac sequitur Sanchez *citat.* Molina *tom. secund. disput. 264. num. 3.* Turrian. *de iustit. d. 64. dubio quinto. numer. tertio.* & alij communiter.

148 *Cum his opinor.* Cum his opinor. Nam hæc directio eo ipso est loquutio, vel quasi loquutio, qua voluntatem tuam, illi manifestas; quare debet fieri præsenti, vel absenti per nuncium, vel litteras, alioqui non manifestas ei tuam voluntatem, & per consequens nihil ad illum dirigis, vel ei offers, oblatio enim est locutionis species, vt ex terminis constat. Moneo tamen, in aliquo casu posse verum sensum contrariam sententiam habere; quando scilicet donans non mitteret aliquem determinatum nuncium donatario, sed coram multitudine voluntatem suam manifestaret eo animo, vt hoc modo notitia ad ipsum posset peruenire; tunc enim licet non mittat nuncium determinatum, ex modo tamen dicendi videtur implicitè velle, vt singuli ex audientibus possint esse nuncij, cum ad hoc coram illis dicat, vt possit id ab aliquo donatarius scire, quod perinde est, ac si omnes, & singulos destinaret vt nuncios.

DVBIVM XX.

An ad irreuocabilitatem promissionis requiratur, quod acceptatio ad notitiam promittentis veniat?

149 *Requiritur quidem.* REquiritur non solum acceptatio promissarij, sed etiam imitatio acceptationis, seu quod acceptatio ad promittentis notitiam deueniat. Quia ideo (vt suppono ex *Vgolum. 1. de contr. in communi*) requiritur ad perfectionem contractus, quod acceptatio singulorum sit vtrique manifestata, quia alioquin nondum coniungitur sensibiliter vtriusque voluntas ad gerendum contractum, vel pactum; hoc autem videtur eodem modo procedere in promissione gratuita, in qua non videtur coniungi sensibiliter vtriusque voluntas, nisi acceptatio promissarij manifestetur sensibiliter promittenti. Sic Syluest. *v. Matrimonium 6. quæstio. 12.* Turrian. *de iust. disp. 55. dub. 12. num. 3.* Sanchez *lib. primo de matrim. d. 8. num. 29.* Manu. *tom. 2. summæ capit. 27. concl. 4. n. 4.*

Non requiritur, acceptationem promissarij ad notitiam promittentis venire, sed per acceptationem promissarij completur, antequam promittenti acceptatio intimetur. Quia per illam acceptationem promissarius non se obligat promittenti, nec promittens aliquod ius acquirit, sed solum promissarius est, qui acquirit ius illud aduersus promittentem, ad quod acquirendum sufficit voluntas promittentis ipsi manifestata, & ea voluntate posita, inuenitur ius illud expeditum, vt possit libere à promissario volente acquiri: neque ad hoc necesse est, aliquid aliud promittenti intimare, cum ipse nullum voluntatis actum debeat exercere, neque ad acquirendum cum nihil acquirat, neque ad se obligandum, cum iam prius habuerit voluntatem se obligandi, quam postea non reuocauit. Ita Cardin. de Lugo *tomo secund. de iustit. disput. 22. num. 30. & d. 23. n. 63.*

150 *Non requiritur.*

Certè discrimen inuenio inter contractus respectiuos seu onerosos, & inter gratuitos, asseróque in illis, non in his requiri ad perficiendum contractum, & ponendam obligationem, quod acceptatio promissarij perueniat ad notitiam promittentis. At in contractibus gratuitis ab.que huiusmodi notitia facta promittenti, promissio potest fieri irreuocabilis. Ratio est, quia in contractibus onerosis, qui in vtroque pariunt obligationem, in singulis debent acquirere ius contra alterum, quod non possunt facere nisi notam habeant eam obligationem. At vero in gratuitis, qui sunt semicontractus, eo quod in vno solo pariant obligationem, sufficit si in vno solo coniungantur sensibiliter voluntates, nempe in illo solo, qui ius acquirit, & cui nota debet esse voluntas propria acquirendi, & voluntas alterius se obligandi; in eo autem, qui nihil acquirit, sed solum se obligat, non est necessaria illa coniunctio: quia necesse non est, manifestari ei voluntatem alterius, qui ad nihil prorsus se illi obligat.

151 *Auctoris resolutio.*

DVBIVM XXI.

An mortuo promittente, possit promissarius postea validè promissionem illam acceptare?

152 *Potest planè.* ACceptare valide non potest. Quia non potest voluntas acceptantis vniri cum voluntate defuncti, cum iam non sit superstes, sic Gregor. Lopez, Tiraquellus Paul. Decius, Azeuedo, & alij plures, quos refert Sanch. *lib. 1. de matr. d. 6. n. 5.*

Potest valide acceptare. Quia totum hoc in rigore dependet ex intentione, & voluntate promittentis, qui potest extendere, vel restringere intentionem suam, itavt post suam etiam mortem perseuerat, vel non perseueret voluntas se obligandi. Potest itaque promissor vel donator habere animum promittendi, vel donandi, & transferendi valide dominium etiamsi promissarius, vel donatarius post eius obitum accepter. Ita plures apud Sanch. Lessi. *l.2.c.18.dub.6.n.45.* Turrian. *de iust. d.64.dub. 5.n.6.* Lugo *to.2.de iust.d.23.nu.76.* & alij.

154 *Hoc probabilius mihi.* Hanc sententiam communem ac probabiliorem esse iudico. Cuius veritas à posteriori manifeste colligitur. Nam de facto testator hãc voluntatem habet circa legata, quæ quidem à legatarijs non acceptantur, nec quidem notitiam illorum regulariter habent, nisi post obitum testatoris, & tamen posita nunc acceptatione, transfertur dominium rei legatarium ex voluntate præterita testatoris nondum reuocata. Poterit ergò donator, vel promissor similem voluntatem habere, quando donat, aut promittit, vt efficax sit ad transferendum rei donatę aut promissę dominium, etiam si non nisi post suam mortem donatarius, vel promissarius donationem, vel promissionem accepter: non enim apparet differentia loquendo de possibili, cur voluntas testatoris hanc habeat efficaciam, & voluntas donantis, vel promittentis non valeat eam habere.

DVBIVM XXII.

An ad valorem donationis vel promissionis sufficiat, si donatarius, vel promissarius taceat, vt ita se acceptasse videatur?

155 *Sufficit quidem.* SVfficit quidẽ. Quia in *reg. Qui tacet 43. de reg.iur.in*° 6. dicitur, *Qui tacet, consentire videtur.* Sic Sylu. Conarr. vterque Molina, & alij plures apud Sanch. *l.1.de matr.d.6.n.11.* quorum sententiæ ipse inhæresci.

156 *Non sufficit.* Minime sufficit: Quia in *reg.44.* sequenti dicitur. *Is, qui tacet, non fatetur, sed neque vtique negare videtur.* Ita aliqui, quos refert, ac sequitur Tiraq. ad *l. si vnquam, v. liberis, n.68. C. de reuocan. donat,* Angl. & Manu. quos affert Sanch. *vbi sup.*

157 *Hasce regulas concilio prima facie pugnantes.* Profecto hasce regulas, quæ prima facie videntur contraria docere, ita conciliant primę sententię Auctores, vt prior habeat locum, quoties agitur de commodo tacentis, nam iuxtà vulgare dictum: *Quis nisi mentis inops, oblatum respuat aurum.* Posterior verò locum habeat, cum agitur de afferente aliquod incommodum tacenti. Quare prior regula erit vera in contractibus lucratiuis, posterior in onerosis. Legendus Cardinalis de Lugo mediam viam terens *tom. 2. de iustit. d.23. numer.82.*

DVBIVM XXIII.

Promittit Antonius Ioanni fundum hac lege, vt post Ioannis obitum transeat ad Petrum acceptante Ioanne, Antonius potestne, hanc conditionem in fauorem Petri oppositam reuocare, ante quàm ipse Petrus acceptet?

158 *Minime potest.* MInimè potest. Quia post Ioannis acceptationem, acquisitum fuit ius Petro, nec necessum est, ipsum etiam acceptare. Sic multi Doctores, quorum sententiam refert Sanchez *libro primo consil. capit. 9. dubitat. prim.*

159 *Potest planè.* Potest adhuc reuocari. Quia in hoc casu duplex promissio, vel donatio distincta includitur, altera in fauorem Ioannis, quam ipse acceptat, & acceptatione reddit irreuocabilem, altera in fauorem Petri, quam neque Petrus acceptauit, neque Ioannes potuit illam vice Petri valide acceptare, cum neque in suam vtilitatem redundet, neque habeat mandatum Petri ad acceptandum eius nomine: Ergo quoad illam partem donatio manet adhuc reuocabilis. Ita Sanchez *ibid.num.3.* plures citans.

160 *Verior mihi hæc sententia est.* Hoc verius esse existimo. Nam si Antonius det tibi centum aureos diuidendos inter te, & Petrum absentem, non censetur donatio irreuocabilis quoad dimidiam partem dandam Petro, antequam ipse Petrus acceptet, quia donatio illa non erat indiuisibilis, sed duplex, neque tu acceptare poteras nisi quoad tuam partem (suppono enim, quod tu nullam habeas connexionem cum Petro ratione cuius posses etiam partem eius acceptare.) Alioquin si sufficeret simultas sola donationis, vt vno donatario acceptante, censeretur donatio tota acceptata, & irreuocabilis, facilè possent omnes donationes, vel promissiones absentibus factæ reddi à principio irreuocabiles, & firmæ ante absentis acceptationem, nimirùm faciendo, vt Antonius volens promittere, vel donate absenti mille, promittat simul vel donet tibi centum, dicens. Promitto, vel dono mille, & centum, quæ dimidiantur, & sint pro Petro absente, & centum pro te, quod tamen absurdum esset, cum simultas non faciat, quod illorum mille donatio magis ad te perueniat, quam si tibi nihil simul donaretur.

***

DVBIVM

DVBIVM XXIV.

An promissio simplex acceptata in re graui, obliget sub mortali?

161 *Non obligat.*

NOn obligat. Quia qui huiusmodi promissionem gratuitam facit, vult se se non ex iustitia, sed ex fidelitate obligare. At promissio ex fidelitate, sub mortali non obligat, nullum enim detrimentum infertur proximo, nec vllum eius ius violatur, sed solùm promittens reddit se indignum, cui homines possint fidere: Ergo promissio ex sola fidelitate non obligat per se loquendo sub peccato mortali, nisi aliud detrimentum promissario ex non seruata fide inferatur. Sic Caietan. 2.2. *quæstio.* 113. *articulo primo dub.* 4. Armil. Sotus Petrus Ledesm. Henriq. & alij, quos affert Sanchez *libro prim. de matr. d.* 5. Plures affert Diana *tomo* 1. *part. secund. tract.* 3. *resolut.* 122. pro hac sententia, quam probabilem dicit, & probabiliorem Merati. *tomo secund. tract. de iustit. d.* 19. *sectio.* 10.

162 *Obligat quidem.*

Obligat ex genere sub mortali. Quia violare rei grauis obligationem est lethale, sed non soluere promissum in re graui est huiusmodi, cum ex qualibet promissione oriatur obligatio secundum omnes. Ergò erit mortale. Et quia omnis promissio si fiat per formulam stipulationis, tribuit actionem in foro externo, ergo ex se affert grauem obligationem, etiam sine tali forma, stipulatio enim non addit vim de iure naturæ, sed solemnitatem requisitam à iure ciuili, vt magis constet de deliberatione, qua facta est promissio. Ita Suarez *in opusc. relect. de liberi. diui. d.* 2. *sect.* 2. *numer.* 22. Lessius *de iust. libro secund. capite* 18. *dub.* 8. *num* 55. Nauarr. Turrian. Molder. Filliuc. Salon. & alij, quos congerit Sanch. *d.* 5. *n.* 20. qui eandem sequitur sententiam.

163 *Auctoris resolutio.*

Ego autem existimo, promissionem in re graui acceptatam obligare sub mortali, si promittens se velit ex iustitia obligare, si autem solùm ex fidelitate se obligare velit sub lethali minime obligare. Mecum Molina *tomo secundo d.* 262. & probabile Les. fatetur, Certe totum illud quod potest ex pretiò dari, poterit etiam dari gratis, & sicut potest domum pretio vendere, ita potes etiam gratis eam donare, & in vtroque casu æque das ius proprium iustitiæ in domum: Ergo sicut potest pretio accepto obligare te ex iustitia ad aliquid faciendum postea, vel dandum, ex qua obligatione das ius ex iustitia proprij aduersum te: ita poteris hoc ius ipsum gratis dare, & constituere te debitorem ex iustitia, sicut si pretium accepisses pro hac obligatione. Loquendo ergò de possibili, nulla apparet repugnantia, quod promissio gratuita in lucat iustitiæ obligationem, si in promittente adsit animus ita se obligandi, atque ideo ex ipsius animo pendet, an obligatus maneat ex iustitia, vel solum ex fidelitate. Igitur si ex iustitia intendit se obligare, secunda sententia vera est prorsus, quia obligationis iustitiæ in re graui transgressio lethalis est. Si verò solùm ex fidelitate se obligare intendit primam sententiam veram esse quis dubitet, cum obligatio ex fidelitate ita grauis non sit. Porrò in promissione non gratuita sed onerosa facilius præsumitur animus obligandi se ex iustitia, cum ex iustitia teneatur promittens habere talem animum, ne decipiat promissarium obligando illum sine animo se mutuo obligandi. In promissione autem gratuita plerumque deest animus obligandi se ex iustitia, si tamen promittens dicat, volo me gratuiter obligare, iam eo ipso vult implicitè se ex iustitia obligare, cum non possit ex sola fidelitate se ita grauiter adstringere.

DVBIVM XXV.

Si Antonio fundum promisisti, & postea eundem fundum, addito iuramento promisisti Francisco, præponderatne posterior promissio propter iuramentum?

164 *Præponderat posterior.*

PRæponderat posterior promissio. Quia grauius iuramenti vinculum debet præualere minori. Sic Innocent. Imol. & Abbas quos refert Sanch. *libro* 1. *de matr. d.* 50. *num.* 1.

165 *Præponderat prior.*

Præponderat prima promissio. Quia iuramentum adueniens fuit de re iniqua propter priorem promissionem, ex qua iam eadem res debebatur. Ita Theologi communiter, quos refert, ac sequitur Sanch. *vbi sup. n.* 2. Turrian. *de iust. d.* 70. *dub.* 1.

166 *Quid opinor expono.*

Profectò si prior promisso ex iustitia obligabat, hæc sententia certa est omnino, quia posterior promissio voluntaria, & gratuita non potest anteriori iuri præiudicare, quod ex priori promissione acquisitum iam promissario, nec iuramentum confirmat promissionem de re iniqua, cum eius materia debeat esse semper id, quod aliunde licitum; & honestum est. Quãdo verò prior promissio non obligat ex iustitia, sed solum ex fidelitate, ac per consequens solùm leuiter, magis dubitari posset, quia prauius iuramenti vinculum (vt refert prima sententia) videtur præponderare leuiori ex sola fidelitate, atque ideo prius seruandum videtur iuramentum Deo præstitum, quam fidelitas homini leuiter obligans. Attamen consequenter potius dixerim seruandam fidelitatem prioris promissionis. Nam licet, concurrentibus duobus præceptis incompossibilibus obseruandum sit illud quod grauius obligat, de hoc tamen ipso dubitatur in præsenti, an concurrat vera iuramenti obligatio. Videtur quippe ex regula generali iuramentum illud irritum esse, quoties enim id quod sub iuramento alicui promittitur, est illicitum etiam venialiter, iuramentum non obligat, v. gr. si sub iuramento promitteres alicui in re leui mentiri, vel teruntium furari, vel leuem Sacri Officij omittere partem, iuramentum minime obligaret: Ergo si promittis etiam cum iuramento non dare Antonio id, quod

quod sub veniali ei ex fidelitate debebas, iuramentum etiam non valebit, quia promissa non reddere etiam in re leui est saltem venialiter malum, & illicitum, & per consequens non potes ad id te iuramento obligare.

DVBIVM XXVI.

Qui contra primam promissionem secundo promisit iterum eandem rem siue cum iuramento, siue sine illo, si postea primus promissarius suo iuri cedat, teneaturne primam implere promissionem?

167 *Tenetur plane.* TEnetur planè. Quia ille verè, & cum intentione implendi, promisit, promissariusque secundus acceptauit, & cedente primo promissario iuri suo, videtur vim habere secundam promissionem, quæ quidem iam potest sine prioris præiudicio impleri. Sic Couarru. apud Sanchez *libro prim. de matr. d. 50. numero 5.*

168 *Non tenetur.* Minimè tenetur. Quia considerandum est tempus, quo res promissa illicita erat, atque adeo inualida promissio, quod autem ab initio non valet, tractu temporis non conualescit ex *reg. Non firmatur, de reg. iur. in 6.* & *reg. Quod ab initio ff. eodem tit.* Ita Turrian. *de iust. d. 70. dub. 1. nu. 5.* & alij plures, quos sequitur Sanch. *cit. numer. 6.* Lugo *de iust. tom. 2. d. 23. numer. 107.*

169 *Hoc verius mihi.* Hoc verius existimans puto tamen, aliquando obligare secundam promissionem, quando scilicet animus promittentis fuit se saltem sub conditione, si obiectum redderetur licitum, vel certè voluit se obligare ad curandum, quod prior promissio dissolueretur, tum enim res promissa non fuit aliquid illicitum, vt constat.

DVBIVM XXVII.

An promissio dubia obliget promittentem?

170 *Obligat quidem.* OBligat quidem. Quia in materia iustitiæ tutior pars eligenda, atque adeo soluendum debitum dubium non obstante possessione. Sic aliqui apud Sanchez *libro secund. de matr. d. 41. n. 32. & libro prim. Decalog. capit. 10. numero 11.* Castro Palao alios congerens, *tom. 1. tr. de conscient. d. 3. p. 6.* Diana *part. 3. tr. 3. resolut. secund.*

171 *Non obligat.* Non obligat. Quia in materia iustitiæ non est obligatio tutiorem partem sequendi, quando bona fide possidere cœpisti, & postea superueniente dubio, debito examine, ac diligentia adhibita, non potuisti dubium expellere. In alijs verò materijs tutior pars sequenda, & debito satisfaciendum. Ita alij, quod præfati Doctores referunt *vbi sup.*

172 *Iudicium Auctoris* Ego autem aptius existimarim illorum Auctorum vestigia secutus id locum habere in cunctis materijs quia possessio eodem modo iuuat possidentem, pro quo stat præsumptio, quoties alia præsumptio non obstat, si enim aliunde præsumptio staret pro obligatione, vt si constet de verbis prolatis obligationem exprimentibus, dubites tamen de animo te obligandi, tunc præsumptio pro obligatione staret. Quare non potest melior regula, ac magis vniuersalis tradi, quam quæ ex foro externo desumi potest. Quoties enim in foro externo sententia proferretur pro obligatione, & debitor condemnaretur, non obstante possessione, idem in foro interno est seruandum. Quando vero debitor in externo foro absolueretur, idē etiam dicendum est in foro conscientiæ. Nam quòd actore non probante, reus absolui debeat, & quod actori onus probandi incumbat, de iure naturæ est, quare quoties onus probandi creditori incumberet in foro externo, & ideo probatione deficiente, vel præsumptione sufficienti, reus absolueretur, idem dicendum est in foro conscientiæ, si eædem circunstantiæ inueniantur, neque enim fas est, in hoc puncto forum internum ab externo dissentire, quando iudicium externum in falsa aliqua præsumptione non fundatur, sed æquales omnino probationes in vtroque foro reperiuntur.

DVBIVM XXIX.

An si factum alienum promisisti, adiecta pœna, libersis à pœnæ obligatione, si bona fide sufficiente diligentia adhibita, id procurasti, nec assequi potuisti?

173 *Non est liber.* AB obligatione pœnæ liber non es. Quia promissio illa non censetur de procurando, sed de obtinendo sub pœna apposita, quare illam debebis, nisi difficultas obtinendi contigerit non in ipsius facti alieni promissione, sed in eo, qui facturus est, sic plures Iuristæ, quos refert Couarru. *de pactis part. secund. §. 4. numero 3.*

174 *Liber est.* Adhibita sufficienti diligentia, à pœnæ obligatione liber es omnino. Quia hoc est iuxta naturam pœnæ, vt culpam supponat. Ergo si promittitur mera pœna, non promittitur nisi præcedente negligentia in diligentia adhibenda, vt colligitur ex *lege final. §. idem iuris. ff. ad leg. Rhodiam, de iactu. & libro secund. ff. si quis caution.* etiam promissor dixerit, *Promitto, Petrum cum effectu facturum*, adiecta pœna, ita plures, quos Sanchez *libro primo de matr. d. 25. num. 3.* congerit. Lugo *tomo secund. de iust. d. 23. n. 117.*

175 *Vtor distinctione.* Ego autem cum Couarruu. distinxerim. Nam si solum promisisti expresse, te curaturum, adhibita diligentia, à pœna excusaris si promisisti absolute factum alienum sub certa pœna, & cum iuramento, excusaris etiam, quia ad vitandum periurium, censeris, te solum promittere diligentiam adhibendam. Si non iurasti, tunc iure Canonico, & in tribunali Ecclesiastico liberaris, quia censeris promisisse solum te id curaturum, in tribunali vero sæcu-

lari,

lari, non liberaris à pœna subeunda, quia promissio illa non censetur esse de procurando, sed de sola pœna.

DVBIVM XXX.

Qualibet materia, quæ in furto censetur gravis, censeturne etiam gravis in promissione, vt eius violatio sit mortalis, quando promissor intendit se non solùm ex fidelitate, sed etiam ex iustitia obligare?

176 *Grauis censetur.*

GRauis censetur. Quia gratuitam esse promissionem non excusat à transgressionis granitate. Votum enim non est minus gratuitum, quam promissio homini facta, cum ex liberalitate etiam, & libertate vouentis oriatur, & tamen non minus obligat grauiter ad materiam eandem, quæ posset in alijs præceptis existimari materia gravis, neque audebit aliquis dicere, maiorem materiam requiri ad peccatum mortale contra votum, quàm contra præceptũ Ecclesiasticum, vel diuinum. Quod ergo obligatio oriatur ex liberalitate eius, qui sponte, & gratis se obligat, non facit, quod non possit si ipse velit, apponere obligationem grauem ad quamlibet materiam, quæ ex se esset capax obligationis gravis ex obedientia, vel ex contractu oneroso, aut alijs titulis. Sic Nauar. *sum. cap. 18. numero 4. alias 7.* Nauarra *de restit. libro secundo cap. 2. dub. 7. numero 329.* Qui dicit promittentem liberaliter vnam Missam obligari sub mortali, si animum obligandi se habuit Bonac. *de contr. d. 3. quæstione 11. pun. 1. numero 8.*

177 *Non censetur grauis.*

Non censetur gravis. Quia maior materia requiritur ad obligationem grauem ex promissione gratuita, quam in contractu oneroso, vel furto. Non enim censetur ita graviter se promissor velle obligare, & cum tanto rigore. Quia non est ita certum intercedere obligationem iustitiæ sicut in furto. Et quia qui violans fidem, non aufert rem alienam sicut fur. Et quia minus conqueruntur homines de fide violata, quam de furto. Ita Sanchez *libro prim. de matr. d. 1. numero 24.* Ludou. Lopez *part. 1. Instruct. cap. 180. §. Tertio requiritur, & libr. secund. de contr. cap. vltim.* citans Ioannem de la Pena dicentem, decem argenteos non esse materiam grauem in huiusmodi promissione, secus vero si centum promitterentur. Lessius *libro secund. capit. 18. dub 8. numero 56.* Manu. *sum tom. 4. cap. 107. numero quarto* Malder. 2. *2. tract. 1. de iust. cap. 9. dub. 8.* Diana *tom 1. part. 2. tract. 3.* Quanto autem maior materia requiratur ad obligationem grauem ex promissione, Lessius dicit, si ad furtum requiritur vnus aureus, ad promissionem plures aureos requiri. Sanchez docet, quadruplo maiorem materiam requiri, quam in furto, quod etiam Malderus approbat.

178 Ego iudicarim, hoc totum pendere ex promittentis intẽtione. Loquẽdo enim de possibili, non video posse negari, quod ille etiam, qui liberaliter, & gratuito promittit, possit se gratuiter obligare ex iustitia si velit, ad dandum id, quod ex contractu oneroso grauiter obligaret. Nam sicut potest gratis rem illam omninò donare, & transferre Dominium illius in donatarium, itavt si eam ipsi postea auferat inuito, peccet grauiter non minus, quam si pretio vendidisset, cur non poterit ius ad illam transferre obligando se ad illam dandam quod ius non minus sit, quàm si ex contractu oneroso datum fuisset? Sicut enim donatur gratis liber, ita donatur gratis ius ad dandum librum: Ergò sicut donatio libri obligat grauiter donantem ad non repetendum librum: sic donatio iuris ad librum potest ex promissoris intentione obligare grauiter ad non repetendum, nec violandum ius illud semel promissione concessum.

Hoc totum pendere ex intentione promittentis existimo.

CAPVT XII.

Circa Donationem.

DVBIVM XXXI.

Quando alicui prohibetur donare, prohibeturne etiam ei remuneratoria donatio?

179 *Nonnulla præmitto.*

QVidquid de promissione diximus, possunt facile ad donationem accommodari. Scio tamen donationem à promissione distingui potissimum in hoc, quod promissio solum inducit obligationem ad dandum, & licet det ius ad rem promissam, non tamen dat ipsam rem, donatio verò transfert dominium rei donatæ in donatarium, Recolo autem ex *sect. 1.* donationem diuidi in meræ gratuitam, & in remuneratoriam, vtramque autem esse verè gratuitam, hoc est non debitam ex iustitia. Est tamen differentia, quod altera est merè gratuita sine meritis donatarij, altera vero licet non supponat debitum iustitiæ, supponit tamen debitum gratitudinis, quæ inclinat ad retribuendum benefactori iuxta beneficij accepti mensuram. Potrò licet vtraque sit vera donatio, dubito, an quando alicui prohibetur donare, prohibeatur etiam donatio remuneratoria, an vero sola donatio mere gratuita?

180 *Prohibetur etiam remuneratoria.*

Prohibetur etiam remuneratoria donatio. Quia donatio remuneratoria est verè ac propriè donatio, sicut mere gratuita; Ergò cum donatio alicui prohibetur, vtraque est ei donatio interdicta. Ideo inter coniuges prohibita etiam est remuneratoria donatio, quod sibi inuicem donare non possunt. Sic Pinellus, & Matienzo, quos affert Sanchez *libro sexto de matrim. disputat. 6. numero primo.*

Non

181 *Non prohibetur.* Non prohibetur donatio remuneratoria. Quia non est mera donatio, cum saltem ex debito gratitudinis, quod solvitur oriatur. Ita Molina *tom. secund. d.* 289. Rosel. Angel. Sylvest. Abbas, Menoch. & alij plures, quos affert, ac sequitur Sanch. *citat. num.* 11. *& l.* 1. *consil. cap. sexto dub. secund num.* 4. Et loquentes de Bulla Clementis VIII prohibentis Religiosis donationes, dem tenent Soua, Petrin. Genedo, Barth. à Sancto Fausto, Ricci. Bonac. Valerus, Manu. Scortia, & alij, quos citat, ac sequitur Diana *tom.* 1. *tr. de paupert. Relig. resol.* 15. & 16. & in vniuersum de aliis prohibitionibus similibus idem docent Ioan. de la Cruz, Homobon. Azor. quos affert idem Diana *resolution.* 15.

182 *Hæc arridet sententia.* Hæc mihi magis arridet sententia, quam ex *lege prima ff. de donat.* confirmo, vbi illa solùm dicitur propriè donatio appellari, quam donator *propter nullam aliam causam facit, quam vt liberalitatem, ac munificentiam exerceat.* Si ergò facit, vt debitum naturalis, gratitudinis soluat, non est proprie & stricte donatio. Et ex *lege quod autem, §. si vir. ff. de donat. inter virum, & vxorem.* vbi dicitur positis donationibus mutuis inter coniuges, quibus æqualem summam sibi inuicem donarunt, neutrum posse postea repetere, quod donauit, etiam si vnus solus eorum locupletior factus sit, qui rem donatam conseruauit, non alter, qui consumpsit. Vnde videtur, quod ea solum ratione donatio illa sustineatur, quia remuneratoria fuit, & ideò non intelligitur in prohibitione donandi comprehensa. Plura mitto.

DVBIVM XXXII.

An tutor possit de bonis pupilli donatione remuneratoria sine termino præfixo donare?

183 *Potest quidem.* POtest profectò. Quia *leg. Cum plures, 13. §. cum tutor, ff. de administrat. tutor. & leg. Qui filium, ff. vbi pupillus educari debet.* id significatur nullo termino præfixo. Sic Sanch. *l.* 1 *consil. c.* 6. *dub.* 2. *n.* 4. alios referens.

184 *Non potest.* Minimè potest. Quia varia sunt donationis remuneratoriæ genera, & solum potest tutor donare id quod sufficit, vt obsequia accepta à pupillo ad æqualitatē ita cōpēsētur, vt sine ingēti ingratitudine omitti eusmodi cōpensatio non possit. Vltra hæc curatores vel tutores parū aut nihil donare possūt, nisi diues valde esset pupillus aut minor, & spectatis circumstantiis indicaretur expedire, aut decere, præsertim si titulus eleemosynæ accederet, ei potius congruens, quam donationi profanæ. Ita Mol. *to.* 2. *d* 292. Lugo *to.* 2. *de iust. d.* 23. *n.* 146.

185 *Hoc placet, si aliquantulum amplietur.* Magis placet Doctrina hæc, si aliquantulum amplietur. Quod enim dicit de retributione æquali pro beneficiis, vel obsequiis, si intelligatur de æqualitate stricta, ita vt pro viginti acceptis, seu pro obsequiis valentibus viginti, retribuantur, nimis strictum iudico. Nam si serui obsequia (ex. gr.) valebant viginti, & totidem accepit pro stipendio in pactum deductum posset ei à tutore ex gratitudine dari: quod durum videtur: seruus enim fidelis, qui per multos annos stipendio accepto pupillo seruiuit, potest certe ex gratitudine aliquid à tutore accipere vltra stipendium; debet ergò illa æqualitas moraliter intelligi, ita vt possit tutor aliquid etiam vltra stipendium æqualis valoris retribuere, quantum prudentia dictat; quia totum hoc pertinet ad prudentem, ac decentem rerum pupilli administrationem, vt non sit durus & exactus retributor obsequiorum, sed attendat ad id, quod decentia status pupilli exigit.

DVBVM XXXIII.

Cum aliquis simul pluribus donat, ità vt licet singuli non capiant vltra 500. solidos, omnes tamen simul plus accipiunt, estne necessaria insinuatio iudici facta?

186 *Plura certa præmitto circa insinuationem.* PRæmitto, olim de iure communi non potuisse donationem validam fieri vltra 300. solidos sine insinuatione iudici facta, hoc est, quod iudici manifestaretur ad cauendum periculum nè fraus, aut metus, vel quid simile intercederet. *lege Sancimus in princip. C. de donat.* si vero illam summam excederet, non erat valida donatio quoad excessum. Postea extensa fuit summa illa vsque ad 500. solidos in *leg. penultima Cod. eodem titulo.* De valore autem solidorum, & quantum correspondeat pecuniæ nostræ agit latè Molina *to.* 2. *d.* 278. *à n.* 2. Et quidem videtur 500. solidos in nostra pecunia valere 712. Regales Hispanos, vel Romanos Iulianos. Ad hanc autem insinuationem satis est comparere donatorem, imo per ipsum donatarium cum mandato donatoris coram iudice, & insinuationem redigi à Notario in actis, licet iudex non sit in tribunali, vt cum Iulio Claro, & alijs notat Molina *num.* 3. Quia non est actus controuersiæ, sed voluntariæ iurisdictionis. Scio equidem remissionem debiti excedentem illam summam insinuatione etiam indigere, quando debitum, est liquidum, & certum. Quia illa est donatio ex *lege In ædibus, ff. de donat* Lessius *lib. secund. cap.* 18. *dub.* 13. *num.* 98. Scio necessariam etiam esse insinuationem & si plures res simul eidem donentur, quarum singulę non excedant illam summam, si omnes simul excedant. Quia licet illę fortasse non sint vna donatio, sed possint esse plures in aliquo casu iuxta *leg. scire debemus, ff. de verb. obligat.* ad necessitatem tamen insinuationis pro vna donatione reputantur, vt colligitur ex *lege Sancimus, §. si quis autem.* Quęrerim autem, an necessaria sit insinuatio, si aliquis simul pluribus donet eodem tempore, ita vt licet singuli non capiant 500. solidos, omnes tamen simul plus accipiant?

187 *Necessaria est insinuatio.* Necessaria omnino est. Quia ratio prohibitionis non desumitur ex lucro donatarij, sed prę-cipue ex parte donantis, ne temere, vi, metu, aut dolo de pauperetur, quod inconueniens non minus sequitur, quando multis donatur. Sic

Sic Gama *dec.* 381 *n.* 5. Mol. *to.* 2 *d.* 278 *n.* 13. & 14. Reb. *de inst l.* 18. *q.* 16. *n.* 7. Les. *l.* 2 *c.* 18. *dub.* 13 *n.* 97. dicens, si donatio simul, & quasi vno animi impetu fiat, inualidam esse sine insinuatione, secus si diuersis temporibus animiq; diuersis motibus geratur. Addit Reb. *n.* 8. attendendam esse ad vnitatem donationis, & ad insinuationis necessitatem, vnitate causæ totaliter mouentis ad donationem, quæ si sit vna & eadē, & donationes eodē tēpore fiāt diuersis personis, existimabitur donatio vnius: contra vero erit multiplex, si Petro v. gr. donem ad preces Ioannis, & eodem tempore donem Paulo ad Antonij preces.

188 *Necessaria non est.* Non est necessaria. Quia ad necessitatē insinuationis requiritur, vt vna sit donatio excedēs illam summam, vnitas autē donationis non est desumenda ex vnitate temporis, neque ex vnitate motiui, sed ex donatarij vnitate. Ergo si plures sint donatarij quorum singuli citra 500. Solidos ex donante accipiunt, multiplex erit donatio, nec insinuatio requiretur. Ita Cardin. de Lugo *tom.* 2. *de iust. d.* 23. *nu.* 154. & graues Theologi, quos consului.

189 *Hoc teneo & expono.* Equidem ad necessitatem insinuationis & ad donationis vnitatem in casu nostro non credo, tantorum Doctorum venia, sufficere temporis vnitatem, neque etiam vnitatem motiui, sed vnitatem donatarij, non quidem ita vt requiratur vnitas rigorosa ex parte donatarij, sed vnitas aliqua saltem moralis. Nam si dones mille solidos alicui communitati, etiamsi diuidenda sit pecunia inter particulares, & singulis 100. aduenient, donas tamen vnica donatione excessiua toti illi communitati, quæ est vna persona moralis. E contra verò vnitas solius motiui non sufficit, vt si ob amorem erga Petrū dones quatuor eius filijs, quos promouēre cupis singulis 200. non est vna donatio, sed plures, quia singulis seorsim, & independenter ab alijs donas, licet idem sit motiuum, nempe ergà Petrum affectus. Non ergo sufficit vnitas tēporis, nec vnitas motiui præcisè ad reddendam donationem excessiuam, ac prohibitam, nisi adsit etiam vnitas donatarij vera, vel saltem moralis modo explicato.

DVBIVM XXXIV.

An donationem excedentem 500. solidos sine insinuatione factam donatarius possit tuta conscientia retinere excessum?

190 *Non potest tuta conscientia.* NOn potest. Quia verba legis id asserunt, & in quolibet Regno seriò obseruantur: insinuatio enim quoad rectam Reipublicæ gubernationem valde est necessaria. Ergo præscriptum tuta cōscientia violari non potest. Sic Turrian *de iust. d.* 73. *dub.* 5. *n.* 2. Et Molin. *tom.* 2. *d.* 277. *numer.* 21. aliqua argumenta nō leuia, ad huiusmodi adstruendam obligationem, non retinendi excessiuam sine insinuatione donationem.

191 *Potest plane* Potest tuta conscientia retinere, nec adest in foro conscientiæ obligatio restituendi donatori, vel eius hæredibus excessum, quo vsque ipsi repetant. Quia quidquid sit de mente legislatorum, non aliter videtur lex illa recepta. Ita Molin. *ibid.* Reb. *l.* 18. *q.* 8. *n.* 3. Les. *l.* 2. *c.* 18. *nu.* 99. Lugo *to.* 2. *de iust. d.* 23. *n.* 156. & alij.

Cum his opinor. Quia vsu video receptum, nunquā donatarius excessum illicitæ donationis reddere; nisi donatore, vel eius hærede repetente. Addiderim, si donator defectum illum sciat, & potest repetere, non repetat: eo ipso iam non censeri inuitum quoad retentionem, quo non videtur donatarius aliquid, inuito domino, retinere, atque adeo non peccat contrà iustitiam retinendo. Si autem donator obijt, & in morte ratam habuit donationem præteritam, iam valebit saltem vt donatio causa mortis, quæ in qualibet quantitate ad sui valorem insinuatione non indiget. Demum etiam inter vinos, si postea donator restituendi excessus obligationem donatario condonauit; & excessus ipse secundum se non superaret 500. solidos, vt si v. gr. donauerat mille solidos à principio, tunc condonatio illa censeretur noua donatio 500. solidorum, quæ (vt notauit, Reb. *citatus*) seorsim à præcedente non indiget insinuatione.

192 *Hoc asserо, nonnulla adiiciens.*

DVBIVM XXXV.

Si donator, vel eius hæredes sciant probabiter, donationem absque vi, & fraude factam fuisse possuntne licite repetere à donatario ob defectum insinuationis?

193 *Non possūt licite repetere.* NOn possunt licite repetere etiam si amplectenda sit sententia contraria illa, quod scilicet defectus insinuationis vitiat, & irritat donationem etiam in conscientia. Quia lex illa irritam reddens donationem fundatur in fraudis, vel metus præsumptione, quare si donatori constet de veritate, non poterit locus esse præsumptioni, sed debet donationem, validam sustinere. Sic Rebel. *de inst. l.* 18. *quæst.* 8. *numero* 7.

194 *Licite repetere possunt.* Licitè possunt repetere excessum sine insinuatione donatum, ad idque saltem ex lege ius obtinent. Quia si solum propter præsumptionem metus vel fraudis concederetur repetitio: non posset Iudex illam concedere, si donator ipse interrogatus fateretur, se absque vi, vel fraude donasse, nullus autem Iudex hoc inquirit, neque etiam si id sciret, negaret repetitionem ob insinuationis defectum petitam: Non ergo est illa adæquata, & vnica ratio talis inualiditatis in donatione, quod vis, vel fraus præsumatur, sed etiam ad consulendum prodigalitati vitandę in profusis donationibus, quibus homines imprudentes facile depauperantur. Ità Mol. *to.* 2. *d.* 278. *n.* 20. plures citans, communemque esse sententiam docens.

195 *Auctoris resolutio.* Existimo sententiæ primæ doctrinam contra omnium sensum expressam esse. Nemo enim id docuit nec in praxi est secutus, sed omnes vtriusq; sententiæ doctores fatētur, posse donatorem licite repetere excessum, sine insinuatione donatū. Quare sicut minor licet suo cōtractu absq; tutoris authoritate facto naturaliter obligetur, potest tamē postea rescindere, quia voluit lex eius ætati subuenire: vt nō nisi prudēti cōsi-

lio præmisso minores cõtrahãt, & hoc libet nullus metus, vel dolus præcesserit, ita voluit lex omnibus in ordine ad donationes excessiuas dare communiter quasi curatorem, & consultorem prudentem, nempe Iudicem qui possit eis consulere, eósque dirigere, nè facile affectu ducantur ad prodige donandum, quę ratio adhuc viget, quamuis nulla vis, vel dolus præcesserit.

DVBIVM XXXVI.

An donatio ad causam piam excedens 500. Solidos excipiatur à gerendæ insinuationis necessitate?

196 *Non excipitur.* SI excedat 500. Solidos, non excipitur. Quia *l. illud C. de sacros. Eccles. & l. sancimus, C. de donat.* id videtur expresse decerni. Sic Ant. Gomez, & alij apud Mol. *to. 2. d. 279. n. 1.* & apud Gabrielem *l. 3. de donat. concl. 1. n. 28.*

197 *Excipitur plane.* Excipitur planè quælibet ad pias causas donatio ab insinuationis necessitate. Quia ratio illius prohibitionis fuit, ne homines temere & imprudenter donationibus profusis, & prodigis se substantia spoliarent. Hæc autem ratio non procedit in donationibus ad causas pias, in quibus semper donans sequitur optimi Consultoris monitum, nempe Christi dicentis: *Vende omnia, quæ habes, & da pauperibus*, nec potest in eo genere periculum aut vitiũ prodigalitatis inesse, in his enim donationibus *optima mensura est donatarum rerum immensitas*, vt dixit Imperator Iustinianus in *Auth. quam intentionem. §. sinimus igitur, collat. 2. tit. 1.* Ita Mol. *citat. n. 2.* Les. *l. 2. c. 18. n. 102.* Rebel. *de inst. l. 18. q. 7. n. 1.* Turrian. *de inst. d. 73. dub. 5. in fine.*

198 *Hanc teneo sententiam.* Hanc sententiam, & Iuristarum, & Theologorũ placitis munitam communem esse affirmo, ideo ab ea non recedendum esse censeo. Eam vero à simili confirmabo. Quia donatio ad domus dirutæ reparationem insinuatione non indiget. Donatio facta à Magistro militium in militiæ fauorem, & facta Principi, vel à Principe ab insinuationis necessitate est aliena: Ergo & alię ad causas pias, quarũ causa æque; vel magis fauorabilis est, excipi debet. Item quia legata ad causas pias non indiget numero testium ad alia legata requisito ex *cap. Relatum, 1. de testam.* Ergo neque in donatione ad piam causam requiritur solemnitas lege ciuili ad donationes profanas requisita. Præterea, quia in ijs, quæ ad finem spiritualem salutis animæ, & ad pietatem spectant, leges ciuiles, ac sæculares locum non habent, cum hæc pertineant ad spiritualem potestatem, & Ecclesiasticam: Ergo lex ciuilis, qua nititur primæ sententiæ (validum fateor) non potest terminum præscribere in pia donatione, quæ bonum animæ concernit?

***

DVBIVM XXXVII.

Donatio, qua filius, tempore quo emancipatur à patre, donat ipsum, excedens si quantitatem præscriptam sit, indiget ne insinuatione.

199 *Indiget quidem.* INdiget quidem. Quia alioquin facilè esca illa emancipationis, parentes à filijs donationes excessiuas captarent. Et quia iam ipso iure communi patri datur præmium ob beneficium emancipationis, nempe dimidium vsusfructus in bonis filio aduentitijs. Et quia in *l. Data. C. de donat.* non minus, imò magis exigitur insinuatio, quando filius donat parentibus, quam si alijs donet. Sic Arias Pinel. cuius sententiam sequi videtur Mol. *tomo secund. d. 279. numero 8.*

200 *Non indiget.* Minimè indiget. Quia donatio filij remuneratoria tunc est ob emancipationis beneficium. Ita alij Doctores apud Molinam *citatum*, Lugo *to. 2. de iust. d. 23. n. 162.* ex parte consentit.

201 *Mihi hoc verius.* Hoc verius crediderim; si donatio remuneratoria merita non excedat. Potest enim filius sua cupidine ductus pluris æstimare, quam debeat libertatem emancipatione acceptam, quare quoad imprudens excessum insinuatio requiretur.

DVBIVM XXXVIII.

An donatio omnium bonorum, si iuramento firmetur possit reuocari?

202 *Nonnulla Præmitto.* PRæmitto, donationem omnium bonorũ legibus esse prohibitam. Et quidẽ si sit omniũ bonorum præsentium, & futurorũ, prohibita est lege communi *l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. & l. ex eo. C. de inutilib. stipul.* & alijs, quos affert Mol. *to. 2. d. 280. n. 1.* Si autem sit omnium bonorũ præsentiũ, valet de iure cõmuni, non de iure Hispano ex *l. 69. Tauri*, & alijs circa hanc omniũ bonorũ donationẽ, quæsierim an si iuramẽto cõfirmetur, possit adhuc reuocari.

203 *Potest plane.* Potest quidem. Quia contra bonos est mores donatio huiusmodi, ideoq; iuramẽto confirmari non potest, aufert quippe à donante omnẽ testãdi potestatẽ. Sic Doctores Iuristæ cõmuniter, quorum sententiam supponere videtur Reb. *de inst. l. 18. q. 8. n. 1.* dum ait, donanté etiã cum iuramẽto omnia bona, non peccare mortaliter, sed sõlũ venialiter, nec donatariũ mortaliter delinquere rẽ donatã retinẽdo, nisi inuito donatore, vel eius hærede, retineret, vbi iã supponit, etiam si iurata fuisset donatio, posse à donatore reuocari, alioquin nõ peccaret mortaliter postea donatarius retinẽdo bona, etiã inuito donatore, si donatio nõ posset amplius à donatore reuocari.

204 *Non potest.* Minimè potest. Quia licet ipse actus donãdi malus sit, siue quia iure naturali prohibetur saltem venialiter prodigalitas illa, & auferre sibi testandi potestatem, siue quia prohibetur legibus humanis id tamen, quod iuramento pro

promittitur, non est donatio ipsa, sed solū non reuocare donationem. Quoties autem id, quod promittitur, potest absque peccato impleri, iuramentum ad id obligat, & debet asseruari. Ita Conar. Dec. Fortuni. & alij, quos citat, ac sequitur Mol. *vbi sup. n* 3. Les. *l.* 2. *c.* 18. *n.* 96. & alij.

205 *Probabilius hoc esse credo.*

Probabilius hoc esse crediderim. Nā quando dicitur iuramentum contra bonos mores non obligare intelligitur de iuramēto, quod ex parte obiecti est contra bonos mores, nempè ex parte rei promissæ, non de iuramento, quod de se formaliter sit contra bonos mores, ac prohibitum, potest enim quis peccare iurando, & tamen iramento obligari, quia res promissa non est prohibita, sed sola promissio, vel iuramentum. Vnde infero, etiam si non præcedat iuramentū, manere tamen donatarium tutum in retentione, dum à donatore, vel hærede non donatio non reuocatur. Mecum Rebel. supra adductus.

DVBIVM XXXIX.

In aliis casibus præter quinque à lege præscriptos circa ingratitudinem donatarij, si graviores, vel æque graues sint possint donatio etiam donato reuocari?

206 *Nonnulla recolo.*

REcolo primam causam ad reuocandam donationem assignari solere donatarij ingratitudinem, quæ locum habet in quinq; casibus enumeratis in *l. vlt. C. de reuoc. donat.* Nempe si donatarius atroces in donatorem effundat iniurias. Si manus impias in eum inferat. Si notabile detrimentum eius bonis iniustè cōferat. Si vitæ periculum ei causet. Si non velit conuentiones, seu granamina, ad quæ verbo aut scripto se in donatione obligauerat, adimplere. His ad memoriam reuocatis, quæsierim, nùm propter ingratitudinem in alijs casibus præter hosce quinque, si graviores, vel æque graues sint possit etiam donatio reuocari.

207 *Potest sane*

Potest quidem. Quia cum lex rationi innitatur, damnans ingratitudinem ex quinque illis capitibus videtur etiam eandem ex similibus, aut grauioribus damnare, qui si occurrerent menti legislatoris, proculdubio expressisset. Sic communiter plures Doctores, quos affert Mol. *to.* 2. *de iust. d.* 281. *n.* 3.

208 *Non potest*

Minimè potest. Quia *l. vlt.* dicitur propter illas *tantummodo* causas, reuocari posse donationem, dictio autem exclusiua *tantùmodo* limitat ad casus designatos. Ita Mol. *citat.*, Rebel. *de iust. l.* 28. *q.* 6. *n.* 6 Turrian. *de iust. d.* 74. *dub.* 1. *nu.* 7. Lugo *de iust. to.* 2. *d.* 23. *n.* 173.

209 *Mihi hæc probabilius*

Probabiliorem hanc sententiam esse crediderim. Nam lex pœnalis, qualis est ista, non debet extendi ad delicta etiam grauiora, suppommus enim, hanc reuocabilitatem ob ingratitudinem non esse de iure naturæ sed de iure humano, solùm ergo habet locum, vbi lex humana eam concedit. Aduertit autem Reb. si res donata nondum in donatarij transiit dominium, quia nondum est tradita, posse in foro conscientiæ donatorem, cessante scandalo, promissum non implere ob æquivalentes ingratitudinis causas, quia non videtur voluisse se obligare ad rem promissam talibus circunstantijs occurrentibus.

DVBIVM XL.

An ob ingratitudinem possit reuocari donatio, si donator dixisset in donatione, se huic facultati reuocandi eam ob ingratitudinem subsequutam, renunciare?

210 *Non potest reuocari.*

REuocari non potest. Quia res illa promissa potest sine peccato obseruari, vt patet. Et quia colligitur id à simili ex *cap. Quemadmodum, §. illud, de iureiur.* Vbi maritus, qui promisit cum iuramento vxorem non accusare, licet adulterium committeret, obligatur ad id obseruandum, quia potest licite accusationem omittere. Sic graues Doctores, quos refert. Mol. *to.* 2. *d.* 281. *n.* 6.

211 *Reuocari potest.*

Potest equidem reuocari. Quia ea renunciatio est contra bonos mores, quatenus delinquendi exhibet occasionem. Ita Doctores communiter, quos refert, ac sequitur Mol. *citatus* Lugo *to.* 2. *de iust. d.* 23. *n.* 174.

212 *Verius hoc.*

Sententia hæc verior mihi videtur. Nam per eiusmodi renunciationem impeditur omninò finis legis eiusmodi ingratitudinem eliminandi. Si tamen iuramento confirmetur promissio non non reuocandi ob ingratitudinem, donationem, existimo ob rationem præfatam, reuocari non posse, cum valeat sine peccato obseruari.

DVBIVM XLI.

An donatio remuneratoria, & ob causam, possit propter ingratitudinem reuocari?

213 *Reuocari non potest.*

REuocari non potest. Quia obsequio præstito quasi debetur remuneratio, & si ob causam facta est donatio, ipsa causa sēper exigit, vt persistat. Vnde donatio causa dotis, vel nuptiarum reuocari non valet, non solum respectu mariti, cui data videtur dos ex contractu oneroso, sed etiam mortuo marito, relictis filijs, quorum causa videtur etiam ad maritum pertinere, imo nec respectu ipsius vxoris mortuo marito. Nec etiam donatio facta Ecclesiæ, vel monasterio, quia censetur facta Deo ex graui causa. Sic communiter doctores, quos affert ac sequitur Mol. *to.* 2. *d.* 281. *n.* 7. Rebel. *de iust. l.* 28. *q.* 8. *n.* 7. Les. *l.* 2. *c.* 18. *n.* 105.

214 *Potest reuocari.*

Reuocari potest donatio remuneratoria. Quia licet facta fuerit ex decentia, vel ex causa, liberalis quidem est, vt si famulo vltra stipendium debitum aliquid additum ex dono est ob benè præstitum obsequium, vel si Princeps remuneret subditorum obsequia. Ita Pinel. quem refert Mol. *vbi sup.*

215 *Auctoris iudicium.*

Ego autem hanc sententiam veram existimo tunc solùm, quando donatio fuit absolute gratuita propter excessum, quo merita fuēre remunerata. Imo nec tunc existimo posse totam donationem reuocari, sed solum quoad excessum, qui solus fuit gratuitus, reliquum enim fuit datum ex causa, & ex debito gratitudinis.

DVBIVM XLII.

Donauit quis non cogitans de filiis, qui quidem nascuntur postea, & patre viuente, omnes moriuntur, potestne ab eo talis donatio reuocari?

216 *Quæstionis status.*

VIdimus *sect.* 1. reuocari posse donationem ob prolem postea susceptam, *leg.* enim. *Si vnquam*, 8. *C. de reuoc. don.* dicitur, si quis filios non habens, bona omnia, vel partem aliquam facultatum libertis donatione largitus est, & postea filios habeat, totum, quod donauit, in eius arbitrio, ac ditione, manere. Iam requiro, an si quis donauit non cogitans de filijs, & post donationem filij nascantur, omnésque obeant, patre viuente, possit huiusmodi donationem reuocare?

217 *Potest plane.*

Potest planè. Quia ipsa filij natiuitate omnino fuit extincta donatio, quæ non valet sine noua donantis voluntate reuiuiscere. Et confirmari potest ex verbis *leg. si vnquam*, vbi dicitur. *Id totum, quod datum erat reuertitur, in donatoris arbitrio: ac ditione mansurũ.* Sic Barth. & alij, quos refert, ac sequitur Mol. *to.* 2. *d.* 181. *n.*....§. *Dubium deinde est.* Sylu. *v. Donatio* 1. *n.* 3.

218 *Non potest.*

Non potest. Quia licet natis post donationem filijs extinguitur donationis primæ illius obligatio, ipsis obeuntibus reuiuiscit. Ita Anto. Gomez, & Iul. Clar. apud Mol. *ibi.* Rubius dicens esse communem, apud Rebellum *de iust. l.* 18. *q.* 10. *n.* 2. Præcipue autem tunc reuiuiscit, quando pater, natis filijs non reuocauit, nec reuocationẽ intentauit, aut decreuit, cum posset: per hoc enim præsumitur noua voluntas donandi etiam natis filijs, post eorum obitum. Reb. *ibid.* & Les. *l.* 2. *c.* 18. *dub.* 14. *n.* 110. Clarius Mol. saltem quando mortuis filijs donator patitur, rem donatam apud donatarium perseuerare.

219 *Id totum pendere ex donantis intentione iudico.*

Ego autem existimo, id totum pendere ex præsumpta donatoris voluntate, ex qua valor, aut inualiditas huiusce donationis pendet, potuit verò donator in ipsa donatione ita non comprehendere casus natiuitatis filiorum, vt non tamen vellet, natis filijs, eo ipso donationem esse irritam, sed solum voluerit reseruare sibi potestatem, vel suis filijs eam reuocandi, sicut secuta donatarij ingratitudine, donatio non fit eo ipso irrita, sed reuocabilis à donatore. Et hanc crediderim esse communiter donantis intentionem, quia hoc sufficit ad hoc, vt filijs futuris donatio non noceat. Cum ergo donator eo sit erga donatarium affectu, vt filios futuros solum ei præferat, nec velit donatarium re donata priuare nisi filiorum intuitu, consequens est. vt velit eam ratam esse, quoties absque filiorum præiudicio permanere valeat: Ergo mortuis filijs non potest pater eam reuocare, cùm iam tùm eiusmodi reuocatio ad consulendum filijs non fieret, sed ob alium finem. Nec verba *l. si vnquam* contrarium probant, solum enim volunt, in potestate, & arbitrio donantis esse quod filiorum intuitu si velit, valeat donationem reuocare.

DVBIVM XLIII.

An filius illegitimus natus post donationem factam ab eo, qui prole carebat, sufficiat ad reuocandam donationem?

Sufficit quidem. Quia nunquam non qui donat intẽdit filijs quocumque modo habitis prospicere, & semper in donatione liberali illa conditio viget. Si prolem nõ habuero: Ergò beneficio *leg. si vnquam* vti poterit. Sic aliqui, quos affert, Mol. *to.* 2. *d.* 181. §. *Dubium præterea est.* 220 *Sufficit plane.*

Non sufficit. Quia quæ in filiorum fauorem concessa sunt, non sunt extendenda ad illegitimos nisi eorum fiat expressa mentio. Ita Mol. *ibi*, Rebel. Turr. quos refert, ac sequitur Lugo *to.* 2. *de iust. d.* 23. *n.* 188. Fauet lex Hispaniæ 8. *ti.* 4, *p.* 5. quæ exigit, quod filij ex legitima sint vxore nati. 221 *Non sufficit. cit.*

Idem iudico. Quia donator non videtur intendisse illum casum excludere, tum quia extraordinarius est, & sine peccato cõtingere nõ poterat, quare habendus pro casu omnino fortuito est, vt si ex naufragio, vel bonorum spontanea lapidatione ad paupertatem deuenisset, tũ etiam quia necessitas. pro filijs spurijs non tanti æstimari, cum ijs parentes communiter non soleant prouidere nisi de alimentis necessarijs iuxta eorum conditionem, atque ideo aliorum bonorum donationes non impediat. 222 *Idem iudico.*

DVBIVM XLIV.

An si filij illegitimi postea legitimentur vel à Principe, vel per subsequens matrimonium cum eorum matre, habeat locum dispositio leg. si vnquam *ad reuocandam donationem?*

NOn habet locũ legis illius dispositio. Quia fauere videtur solummodo filijs, qui ex legitimo matrimonio nati sunt: non spuriis licet postea legitimẽtur, ne prætextus beneficij illius libidini applaudat. Sic nonnulli: quos refert Mol. *to.* 2. *d.* 181. §. *Dubium præterea est.* Turrian. *de iust. d.* 74. *dub.* 2. *n.* 8. saltẽ de iure Hispano, quo videtur exigi, filium *nasci ex leg. tima vxore.* 223 *Locum non habet.*

Locum proculdubio habet. Quia cum non minus soleant parentes eiusmodi filijs, qui iam verè legitimi sunt, siue per subsequens matrimonium, siue Principis rescripto, prouidere, vt eos in multorum bonorum possessione relinquant, quam si ab initio legitimi fuissent, non minus præsumendum est, noluisse donatione sua hunc casum comprehendere, quam illum alium. Ita Iul. Clar. & alij, quos refert, & sequitur Mol. *citat.* asserentes, hanc esse communem sententiam 224 *Habet locũ*

Hoc verius existimo intelligens verba legis Hispanæ non in sensu compositio, sed in sensu diuiso, quod scilicet nati sint ex ea, quæ tunc, vel postea sit legitima donantis vxor, vnde 225 *Hoc verius mihi.*

vnde existimo sufficere nasci post donationem filium, qui postea per subsequens matrimonium legitimetur.

DVBIVM XLV.

Pater habens vnicum filium, ei copiosè donat, postea vero alij filij nascuntur: donatio estne reuocanda solum vsque ad legitimas aliis filiis debitas?

226 *Quæstionis status.*

QVæstio hæc speciatim de iure Hispano procedit, quo pater solùm potest libere disponere de quinto suorum bonorum, reliqua autem debet inter filias diuidere: ita tamen vt de tertio etiam valeat inter descendentes disponere meliorando ex iis quos in ea parte voluerit. Quo supposito, quæstio est, quando pater habens vnicum filium donauit ei decem millia, cum haberet quindecim millia in bonis, & postea nascuntur filij alij an ab iis reuocari possit donatio quo ad totum an solum quoad partem: ita vt donatarius filius retineat tertium & quintũ, nempe 8000. in quibus pater poterat eũ meliorare sine aliorum filiorum præiudicio, & postea alia 7000. diuidi debeant inter omnes per partes æquales?

227 *Reuocanda est vsque ad legitimas aliis filiis debitas.*

Reuocandam esse totum donationem, & omnia bona æqualiter inter omnes filios diuidenda: nec posses primum illum filium tertium, & quintum retinere nõnulli affirmant; quod omitto. Saltem retinere non potest nisi quintam partem bonorum, nempe 3000. reliqua verò, 12000. diuidenda sunt æqualiter inter omnes filios. Quia donatio inofficiosa reuocati debet vsque ad legitimas filiis debitas. Quando autem donatio illa facta fuit legitima debita vnico filio, qui tunc erat, non erat 7000. sed 12000. millia, nimirum omnia bona præter quintum, de quo solo pater libere disponere poterat: Reuocanda ergò est donatio ita, vt maneãt 12000. libera diuidenda inter omnes; quia hoc est reuocari vsque ad legitimam filiis debitam tempore donationis. Sic Doctores plures, quos refert Mol. *to. 2. d. 284.*

228 *Non est reuocanda vsque ad tertium & quintum.*

Filius donatarius potest retinere tertium, & quintum nempe 8000. de quibus pater inter filios libere disponere poterat, & reliqua 7000. diuidenda sunt inter ipsum & alios fratres per partes æquales. Quia donatio illa reuocari solum debet, quatenus est aliis filiis inofficiosa, hoc est, quatenus legitimas ei debitas imminuit, non inquam debitas filius in communi, sed ipsis, quibus inofficiosa est, & à quibus ea de causa reuocari potest, vt constat ex *l. si tuas C. de inofficios. donat.* Filiis autem postea natis pater non debet legitimas nisi ex residuo præter tertium & quintum, in quibus potest primum filium meliorare: quod residuum diuidendum est inter omnes: Ergò solum potest reuocari donatio, quatenus imminuat legitimas ex illo residuo debitas. Ita multi, quos affert, ac sequitur Mol. *citat.* Turrian. *de iust. d. 74. dub. 3. fine.*

229 *Hæ sequor.*

Hos sequor. Nam quoad reliqua bona, quę dicunt hi Doctores posse à primo filio retineri, pater videtur melioràsse illum; quia licet is esset vnicus tempore donationis; & ideo non posset tunc meliorari, omnia enim bona præter quintum ei debebantur: quia tamen hæc non debebantur ei absolutè, sed solum sub conditione si alij filij non nascerentur, potuit etiam pater sub conditione eum meliorare donando ei tertium & quintum, vt etiamsi alij filij nascerentur, haberet illa per modum melioration is, si vero non nascerentur, haberet quintum quidem ex donatione, tertium vero iure suo, & vt legitimam debitam. Quare nec potuit eum absolutè grauare onere aliquo ad illud tertium, sed solùm sub conditione si natis aliis filiis, ei non esset pars illa debita.

CAPVT XIII.

Circa Mutuum.

DVBIVM XLVI.

Bonitas & similitudo pecuniæ soluendæ, quæ mutuo accepta est, debet esse extrinseca?

230 *Nonnulla recolo ad quæstionis statum.*

REcolo ex *sect. 1.* mutui definitionem. *Est traditio rei vsu consumptibilis sub obligatione postmodum similem reddendi.* Dicitur, *sub obligatione similem reddendi.* Nam estò mutuo satisfaceres, si eandem numero rem acceptam redderes; vt si pecuniam, & frumentum mutuo acceptum non consumpseris, sed à te inconsumptum mutuanti reddas, non tamen ad id obligaris ex vi mutui, sed abunde satisfacis, si rem omnino similem in specie, quantitate, ac bonitate reddas. Teneris tamen rem prorsus similem reddere non solum in specie, sed in bonitate, *l. 3. ff. si certum petatur.* Vnde si vinum vetus mutuo accepisti, non satisfacis nouum reddendo, quia & si eiusdem speciei sit, non tamen eiusdem bonitatis. Quæsierim igitur, an ea bonitas & similitudo rei soluendæ cum re mutuo accepta debeat intrinseca esse, an autem extrinseca?

231 *Non debet esse extrinseca.*

Debet esse intrinseca. Quia natura mutui exigit, vt quoad fieri possit, idem ac acceptum est, reddatur, quidquid sit de valore extrinseco, qui quasi per accidens contingens considerari non debet, ac proinde eadem species quoad quantitatem & qualitatem cum ea, quæ accepta est, debet restitui, siue æstimatio extrinseca decreuerit, siue fuerit aucta. Sic Abbas, Alex. de Nouo *ad caput vltim. de vsur.* Bartol. *ad leg. Cum quid. ff. si certum petatur.* Bald. *ad leg. vnum eodem tit.* Anton. Gomez *lib. 2. var. c. 6. n. 1.* Sotus *lib. 6. de iust. q. 1. a. 2.* Les. *l. 2. c. 20. du. 17. n. 149.* Layman. *lib. tertio sectio 5. tract. quarto capite 15. numero tertio. & cap. 16. numer. 14.*

232 *Non debet esse extrinseca.*

Debet esse extrinseca, non intrinseca Quia cum pecuniæ essentia, & natura ferme nullam aliam æstimationem habeat, quam ex præscripto Principis, communique populi

populi consensu, spectanda est extrinsica æstimatio acceptæ pecuniæ eo tempore quo reddenda est. Vnde si tempore, quo mutuo centum scuta accepisti valoris erant duodecim regalium, & quando solues pluris æstimantur vno vel pluribus regalibus additis: detrahere poteris eam æstimationem detracto scutorum numero; quia ea detractione facta, reddis quantum inspecta communi hominum æstimatione accepisti. Ita Couar. *de collatio. veteris numism. c.* 8. §. *vnic. n.* 3. Sylvest. *v. solutio q.* 2. Toletus *l.* 5. *cap.* 34. *num.* 4. Nauarra *de restit l.* 3. *cap.* 1. *num.* 159. Sà *v. Mutuum num.* 9. Nauar. *sum. cap.* 17. *n.* 294. Azor. *to.* 3. *l.* 10. *c.* 7. *q.* 2.

233 *Cum hiis opinor.*

Primam sententiam in cunctis rebus præter pecuniam, verissimam esse vsúque, ac consuetudine firmatam. De pecunia autem censeo oppositum. Nam si mutuò accepisti centum nummos aureos, quorum singuli duodecim Regalibus tempore mutui æstimabantur, & tempore redditionis æstimantur tredecim: vel è contra tempore mutui tredecim, & tempore redditionis duodecim: debes profecto hanc bonitatem extrinsecam spectare. Quia si bonitatem intrinsecam spectes, sæpè reddes minus, sæpe maius, quàm accepisti.

DVBIVM XLVII.

Accepit quis mutuo centum aureos: potestne, satisfacere, reddendo in pecunia ærea æstimationem?

234 *Satisfacere non potest.*

SAtisfacere non potest. Quia diuersum in specie ab eo quod accepit, reddit creditori. Sic Bartol. *ad leg.* 1. §. *vltim. ff. de auro & argen. legato* Auto. Butrius & Panormitanus, *ad cap. Quanto, de solut.* Bald. *ad leg. si quis argentum, Cod. de donat.* Boërius *decis.* 327. Couarruuias *de veter. numism. collat. c.* 3. *paragrapho vnic.*

235 *Potest satisfacere.*

Potest satisfacere. Quia nobilitatem materiæ acceptæ compensat quantitate & valore pecuniæ solutæ: siquidem in pecunia quod principaliter spectatur est valor eius extrinsecus, & æstimatio Ita pluribus relatis Fachin. *l.* 6 *secund. controuers. capit.* 50. Rebellus *parte secund. lib.* 8. *quæst.* 1. *sect.* 1. *fine* Palao *de iustit. commut. d.* 4. *pun.* 1. *num.* 9. Molina *tract secund. disput* 299.

DVBIVM XLVIII.

An probetur plenè, mutuum ex eo, quod vnus testis numerationem pecuniæ testetur, alter mutui concessionem?

236 *Nonnulla præmitto.*

VT ostendam qualiter de mutuo constare debeat, vt mutuatarius soluere compellatur præmitto, forum conscientiæ nulla indigere probatione, sed quoties mutuatarius agnoscit, se mutuum recepisse soluere obligari: at in foro iudiciali necessariò mutuum plenè esse probandum, vt mutuatario obligatio soluendi indicatur. Portò ex confessione extraiudiciali mutuatarij pecuniæ receptæ absque probatione numerationis pecuniæ non sufficit ad mutuum probandum: sufficit autem si locus non sit numeratæ pecuniæ exceptioni. Debet enim ad rationem mutui numerationis pecuniæ necessario probari ex *lege si ex cautione Codice de non numer. pecunia*, ibi: *Compelletur petitor probare, pecuniam tibi esse numeratam quo non impleto absolutio sequitur.* Probata autem confessione, non probatur numeratio pecuniæ, cum numeratio à confessione distinguatur. *lege* 1. *& 2. Codic. de dote cauta non numer. & lege* 1. §. *mutuum, ff. si quid in fraudem patroni.* His præmissis quæstio est, num sufficienter mutuum probetur, si vnus testis de pecuniæ numeratione, alter de mutuatarij confessione testetur.

237 *Sufficit planè.*

Sufficit quidem, quia confessio numerationem continet *lege in contractibus. Cod. de non numer. pecun. lege Pecuniæ Codic. de solutionib. lege Publia, 2. vltim ff. de verb. obligat.* Ergò probata confessione per vnum testem perinde est, ac si numerationem probasset. Sic Panormitan. *ad cap. Cum dilectus de successionibus ab intest.*

238 *Non sufficit.*

Minimè sufficit. Quia probatio confessionis non est probatio mutui directa, & consequenter non potest cum probatione numerationis completam probationem conficere; nam testes vt plene probent, debet esse contestes. Ita Deci. *ad cap. Cum causam, de probat.* & alij plures, quos refert ac sequitur Mascard. *conclus.* 1084. *numero* 9. *&* 11. Anton. Gabr. *commun. opinion. de probat. conclus.* 1. Fachin. 2. *contron. c.* 51. *q.* 2. Palao *de iust. commut. disput.* 3. *pun.* 2. *numero* 3.

239 *Verius hoc mihi.*

Verior hanc sententiam existimo, quod ipse Panormit. Auctor contrariæ profitetur. Colligitur enim ex *Capite Cum dilectus* vt puto manifestè, ibi: *Et licet vnus testis solus dixerit, se vidisse &c. quia tamen alij testes dixerunt, se audiuisse ipsum in præsentia Abbatis confitentem, non tanquam sufficienter probantes.* Nam vt testes plane probent, contestes esse debent.

DVBIVM XLIX.

An Filiusfamilias obligetur, ex mutuo exceptione Macedoniana opposita, si iuramento confirmetur solutio?

240 *Præmitto legis Macedonianæ vim in parentum famorem late, cui non potest filius renunciare.*

ET si filijfamilias puberes absque parentis consensu obligari non solum naturaliter: sed ciuiliter ex quolibet contractu possint: hanc tamen obligationem in contractu mutui eliudunt, opposita exceptione sibi concessa *lege Tametsi, ff. ad Macedon.* Quidam enim ciuis Romanus nomine Macedo, filiisfamilias pecunias numerabat post mortem parentum soluendas, quas filij accipientes prodige expendebat, & vitæ parentum insidias parabant, vt in hæreditate succedentes ab obligatione contractûs se possent liberare. Quo inspecto Senatusconsultum

sultum decidit in parentum securitatem, & in odium fœneratorum, ne filij tam in vita parentum, quam post eorum obitum, neque eorum parentes etiamsi bona eorum possideant, neque eorum fideiussores, nisi animo donandi intercesserint, opposita dicta exceptione, teneantur: quam exceptionem opponere possùt etiam post sententiam definitiuam, & condemnationem à Iudice factam. Neque huic exceptioni obstat, quod iam periculum insidiarum ob quod fugiendum lex hæc statuta fuit, cessare videatur; forte enim cessat, quia huiusmodi priuilegium viget. Neque item cessat; ex eo quod filij velint ei priuilegio renunciare; quia ea renunciatio nullius momenti est, vtpote quæ sit inris alterius. Non enim in filiorum fauorem, sed in eorum parentum securitatem, & in fœneratorum detestationem lex est lata. Glos. Bartol. & communis, teste Anton. Gomez. *l. 2. variar. c. 6. n. 1.* Iam requiro, num filiusfamilias obligetur ex mutuo, si obligationem iuramento confirmet?

241 *Non obligatur.* Non obligatur. Quia iuramentum cedit in parentum præiudicium, & delinquendi causam filiis tribuit: Ergo non est obligatorium, *c. Non est obligatorium de reg. iur. in 6.* Sic Panormit. *ad cap. cum contingat, numer. 22. de iureiurand.* Menchaca *de successio. credat paragrapho 28. numer. 53.*

242 *Obligatur quidem.* Obligatur equidem iuramentum seruare, neque ab eo relaxatio est concedenda, nisi forte intercueniente aliqua iniquitate mutuantis extortum fuerit, aut præstitum ea in Prouincia, vbi insidias parentibus filij ob hanc occasionem parant. Quia cum iuramentum firmet obligationem ciuilem, & naturalem, non poterunt filij exceptione Macedoniani iuuari. Ita Anton. nutri. Ioan. de Immo. *ad caput Cum contingat, numero 67. de iureiurando.* Alciat. *ibi, num. 76.* Couarruuias *ad caput Quamuis pactum, de pactis lib. sexto in secund. p. capite 43.* Layman. *lib. tertio sectio quinta tract. 4. capite 15. numer. quinto* Palao *de iustitia commutat. disput. 4. pun. 3. numero tertio* Fachineus *l. 2. contron. cap. 64.* & alij.

243 *Auctoris resolutio* Existimo. Vt filij obligentur iuramento ad soluendum mutuum acceptum debere iurare solutionem, nulla apposita exceptione Macedoniani. Nam si hanc exceptionem apponere eorum iuramentum non excludit, quamuis iurent soluturos pecuniam, non tenentur soluere, si prefatam exceptionem opponant; quia iuramentum illud intelligi debet sub conditione si exceptione Macedoniani non vtantur, Et in hoc sensu veram esse iudico sententiam Panormit. & Menchacæ. At si iuramentum non solum comprehendat solutionem mutui, sed exceptionem priuilegij Macedoniani, iurentque, se soluturos mutuum, exceptioneque Macedoniani non vsuros, tenebuntur soluere, si nullam aliam exceptionem apponant.

***

DVBIVM L.

An Filijfamilias obligentur, iuramento de non opponenda exceptione Macedoniani?

244 *Non obligantur.* NOn obligantur. Quia huiusmodi iuramentum videtur esse de re minus honesta & Reipublicæ præiudicabili, cuius cõtrarium legibus statutum est in parentum vtilitatem, & in fœneratorum odium. Sic Panormitan. *ad cap. Cum contingat. 22. de iureiurando,* & alij.

245 *Obligantur planè.* Obligantur quidem. Quia absque dispendio salutis iuramẽtum seruari potest, potest tamen solutum repeti; quia vi iuramenti solutum est, reuiuiscente exceptione Macedoniani, quã iurauerant ad solutionem non vsuros. Ita Bartol. *ad leg. si quis pro eo num. 10. ff. de fideiussor.* & alij communiter.

246 *Sententiæ Auctoris.* Ego quidem assero, esto illud iuramentum obliget, vt communis sententia fert: attamen relaxari posse, non solum quando ex parte creditoris iniquitas intercedit, insidiarumque periculum, vt volunt Matienzo *leg. 22. Les. l. 2. cap. 20. dub. 2. num. 9.* & alij. Sed absolutè, vt placuit Bartulo, non ob eius rationem, sed quia confirmat promissionem nullam, qualis est Macedonianum non excipere, quam promissionis nullitatem iuramentum non purgat; quia nullibi id cautum est: iuramentum verò non habet vim confirmandi contractus, ac promissiones nullas, nisi eas tantum quibus ius, intercueniente iuramento, nullitatem purgauit. Portò si de facto filijfamilias timore iuramenti ducti solutionem præstiterint, repetere nullatenus posse affirmo, vti ex communi sententia Couar. expressit *p. 2. de pactis, §. 3. n. 4.*

DVBIVM LI.

An filijfamilias exceptione Macedoniani apposita, deobligentur à mutui solutione in foro externo tantùm?

247 *Deobligãntur solum in externo foro.* DEobligantur solùm in externo foro, non in interno conscientię. Quia filijfamilias mutuum accipientes, contrahunt non solùm ciuilem, sed naturalem obligationem soluendi, vt decidit manifeste *lex. Quia naturalis. ff. ad Macedon.* At si posita exceptione Macedoniani filij ab obligatione soluendi tam in foro externo, quam conscientiæ liberarentur, creditores mutuum recipientes retinere non possent, vtpotè ipsis indebitum, ipsique filij possent repetere tanquam indebite solutum, & ex causa datum, causa non subsistente. Cum ergo creditoribus permissum sit solutum retinere, & filiis repetitio denegetur, asserendum est obligatione naturali soluendi non liberari, sed solum aduersus creditorem actione externa, exceptio-

ne Macedoniani muniri. Sic Couar *ad caput. Quamuis pactum, parte secunda de pact. paragrapho tertio numer.* 4. Padilla *lege cum quis, num.* 32. *Cod. de iur. & facti ignorant* Ascanius Clemens *de patr. potest. capite sexto effectu.* 5. *numer.* 12. Mencha. *de succes. creat. p.* 1. *lib.* 3. §. 28. *numero* 55. Rebellus *parte secunda de iust. l.* 2. *controu. cap.* 63. & alij.

248 *In vtroque foro deobligantur.*

Deobligantur tam in externo, quam in interno foro. Quia si filijfamilias ab obligatione naturali soluendi, exceptione Macedoniani apposita, non eximerentur, non satis periculo parentum, & fœneratorum iniquitati lex Macedoniana prouidisset, siquidem filij vt ab ea obligatione liberarentur, & æri alieno, quod in conscientia grauantur, satisfaciant, suis parentibus insidias parabunt. Credendum ergò est, non solum ab obligatione ciuili, sed naturali eos liberari. Ita Bartol. Iason, Innocent. Abbas, Alciat. Gregor. Lopez, Gutier. Mexia, Matien. Azened. quos refert, ac sequitur Palao *de iust. commut. d.* 4. *pun.* 3. *numero sexto* Lessius *libro secund. capit.* 20 *dub.* 3. *num.* 8. Molina *lib. tract.* 2. *d.* 301. Sanchez *lib.* 7. *decal. cap.* 31. *num.* 22. Layman. *l.* 3. *sectio. quinta tract.* 4. *cap.* 15. *num.* 4.

249 *Probabilius hoc mihi.*

Probabiliorem hanc sententiam existimo. Aliàs enim videretur lex iniquitatem fouere concedens exceptionem, ne mutuum, quod non obstante exceptione, in conscientia debitum est, soluatur. Porrò in nostro Regno tanquam indubitatum habendum est, nullum mutuum acceptum, vel contractum pecunia credita celebratum à filiisfamilias, vel minoribus curatorem habentibus absque eorum consensu validum esse, vllamquè obligationem inducere quantumuis iuramento vallatus sit, vt Matiezo *leg.* 22. *titul.* 11. *l.* 5. *nouæ collect. glosa* 8. aduertit, pluribusque exornat.

DVBIVM LII.

Mutuat quis Ecclesiæ pecunias. Porrò si huius mutui solutionem necessaria sit bonorum mobilium, vel immobilium pretiosorum alienatio, mutuans obligaturne, probare, pecuniam mutuatam versam esse in Ecclesiæ vtilitatem?

250 *Quæstionis status.*

CErtum est, mutuum ciuitati concessum validum esse nec concedentem adstringi ad probandum in ciuitatis vtilitatem versum esse, vt exigat solutionem. Idem dixerim de mutuo facto Ecclesiæ, si ad eius solutionem necessaria non sit bonorum immobilium, vel mobilium pretiosorum alienatio. Iam requiro, si ad solutionem mutui facti Ecclesiæ necessum sit bona immobilia, aut mobilia pretiosa alienare, num obligetur mutuans probare, mutuatam pecuniam versam esse in Ecclesiæ illius vtilitatem?

251 *Obligatur probare*

Obligatur quidem. Quia Ecclesia obligari non potest ad bona immobilia, vel mobilia, pretiosa, quæ velut immobilia putantur, nisi ea alienatio sibi vtilis fuerit. ex *Authent. Hoc ius porrectum. C. de sacros. Eccles. quod refertur capite. Ea*, §. *hoc ius* 10. *q.* 1. *& capite. Quod quibusdam, de fideiussor.* & *leg. Regia* 3. *titulo primo part. quinta.* Porrò minor prohibitus alienare bona immobilia sine decreto Iudicis, prohibetur ea pignori dare *leg. Magis puto*, §. *si pupillus, ff. de rebus eorum.* At per mutuum deuenitur ad hac immobilium alienationem: ergo nequit absque euidenti vtilitate obligari. Quod quidem eadem ratione de bonorum immobilium Ecclesiæ dicendum. Ergo vt mutuum soluatur, debet mutuans probare pecuniam illam Ecclesiæ vtilitati cessisse. Sic Gregor. Lopez *leg.* 3. *v. A la Iglesia, tit. primo parte quinta*, Matienzo *leg.* 22. *glos.* 2. *numero* 5 *titulo* 11. *libro quinto collect. an.* Rebellus *parte secund. de iust. l.* 8. *q.* 1. *sectio.* 3. *numer.* 21. Lessius *lib. secund. capite* 20. *dubio secund. num.* 22. Laym. *l.* 3. *sect.* 5. *tr.* 4. *c.* 15. *num.* 7.

252 *Non obligatur.*

Minimè obligatur mutuans probare, mutuum illud in vtilitatem Ecclesiæ versum esse. Quia nullus est textus, ex quo huiusmodi obligatio colligatur: quin imo textus qui in contrarium allegantur oppositum probant. Nam in Authenti. *Hoc ius porrectum* solùm dicitur ad soluendum debitum prius bona mobilia alienanda esse, deinde immobilia pignoranda, ac tandem si hoc non sufficit, alienanda immobilia. Supponit ergò textus sufficientissimam alienationis immobilium causam esse, quod debita contracta soluantur. Nec ibi est vllum verbum, ex quo inferri possit, mutuantem obligari ad probandum, mutuum illud in Ecclesiæ vtilitatem versum fuisse. Ita Bartol. Iason, Decius, Butr. Imola, Castro, Roland. Menoch. Fachin. quos refert, ac sequitur Castro Palao *de iustit. commut. d.* 4. *pun.* 5. *n.* 5. Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 17. *numer. tertio.*

253 *Hoc mihi probabilius*

Probabilius hoc esse crediderim. Nam vbi textus nullus extat, ex quo huiusmodi obligatio mutuanti imponatur, cur gratis hoc onus subibit? Fateor tamen, Ecclesiam si se grauiter læsam ex mutuo cognoscit, restitutionem in integrum petere posse, quo casu tenebitur mutuans probare mutuum in vtilitatem Ecclesiæ versum esse, vt probationem læsionis ab Ecclesia factam elidat.

DVBIVM LIII.

Exceptio non numeratæ pecuniæ omnibus mutuatariis concessa, impediturne, ex confessione mutui, & obligatione soluendi facta in instrumento quatentigio?

254 *Nonnulla circa numeratam pecuniam adnoto, ad statũ quæstionis.*

SOlebant debitores sæpe spe futurę numerationis fateri tùm coram testibus, tum in instrumento publico, pecuniam sibi numeratam fuisse, quam postmodum facta obligatione creditores non concedebant, sed ipsos debitores vtpote sibi obligatos ad solutionem compellebant. Vt ergò huic malitiæ, & iniquitati creditorum occurrerur, statutum est leg. Si ex cautione. *l. si intra, leg. Asseueratio, leg. In contractibus Codic.*

Codic. de non numerat. pecun. & leg. Regia 9. titulo primo parte quinta. Vt possint debitores excipere intra biennium, pecuniam numeratam non esse siue à creditoribus, requisiti, siue antequam requirantur: vt sibi reddatur obligationis instrumẽtũ, & ab obligatione liberentur. Hæc exceptio specialiter in mutuo conceditur: nec refert an sit in pecunia, an in alij rebus. Habetque locum in confessione mutui à debitore recepti, secus à creditore soluti. Nam aduersus hãc confessionem ne quid creditor excipere sibi mutuum solutum non esse intra biennium, sed solum intra triginta dies, quibus elapsis, non incumbit debitori onus probandi, solutum esse, sed id probatum ex creditoris confessione præsumitur. *leg. In contractibus, § super cæteris, C. de non numerata pecunia.* Elapso autem termino, & exceptione non apposita, obligatur mutuatarius mutuum non recipiens soluere, obligatione inquam ciuili, nõ naturali. His præmissis, quæsierit, an exceptio hæc nõ numeratę pecuniæ impediatur ex confessione mutui, & obligatione facta in instrumento guarentigio?

255 *Impeditur quidem.* Impeditur quidem. Quia instrumentum guarentigium maximè in Regno nostro secum trahit executionem, itavt aduersus illud opponi non valeat exceptio, nisi sit ex numero illarum quæ continentur *leg. 4. & 5. tit. 8. 3. ordinat. & leg. 1. 2. & 3. tit. 21. lib. 4. noua collectio.* Quæ allegandæ, ac probandæ sunt ab ipso excipiente infra decem dies. At exceptio pecuniæ non numeratæ in numero illarum exceptionum non continetur. Et quia confessus in iudicio, & condemnatus opponere nequit exceptionẽ non numeratæ pecuniæ. mutuum enim censetur sufficienter probatum *argum. leg. vni. C. de confessis.* Sic de confessione facta in instrumento quarentigio dicendum videtur. Ita Bald. *ad leg. Pecunia. C. de solutionib. n. 4. & ad leg 3. C. de postulando. in fine.*

256 *Non impeditur.* Non impeditur. Quia instrumentum guarentigium non mutat naturam contractus, & obligationis: sed ipsam obligationem, & contractum reddit authenticum, & probatum; At in ipso contractu, & obligatione imbibitur conditio, si pecunia numeretur; Ergò eandem conditionem continet obligatio apposita in instrumento guarigio. Ita Anton. Gomez. *l. 2. var. c. 6. n. 3.* Fach. *l. 1. controu. c. 85. d. 302. post medium.* Palao *de inst. commut. d. 4. pun. 7. n. 7.*

257 *Hoc mihi longe probabilius.* Longe hoc probabilius esse crediderim. Nam aduersus instrumentum guarentigium opponi non potest exceptio vlla, quæ non sit ex contentis in illis legibus, quæque ad infirmandum valorem instrumenti, dirigantur, nisi ex ipsomet contractu colligatur exceptio, vti in præsenti contingit. Deinde lex Regia tollit exceptiones competentes reo præter ibi enumeratas, cum creditor habet intentionem fundatam: quod in nostro casu non procedit, siquidem potius mutuatarius habet intentionem fundatam, se pecuniam non recepisse. Ergo exceptio hæc optimè opponi potest.

***

DVBIVM LIV.

Si confessio facta sit ex causa de præterito, vti si chirographo fatearis te pecuniam ante annum recepisse: estne locus exceptioni intra biennium à die confessionis numerandum?

258 *Locus nõ est exceptioni.* LOcus exceptioni huiusmodi non est. Quia ideo exceptio non numeratæ pecuniæ admittitur, nam fatens pecuniam actu recipere, sperat in proximo se recepturum, & ob hanc spem receptio proximè futura moraliter præsẽs reputatur: At hæc præsumptio cessat, cum mutuatarius fatetur iam diù pecuniam recepisse. Præterea cum fateris, te iam d u pecuniam recepisse, fateris te iam diù esse debitorem, ac proinde non obligari ex confessione modò facta, & ex mutuo modò accepto, quia tu ipse fateris, nullum recipere, sed obligaris ex mutuo præterito. Egò non est examinandum, an mutuum numeratum sit tempore confessionis, sed an iusta causa debiti præcesserit, sicuti habetur *leg. Generaliter. & leg. Aduersus. C. de non numerata pecunia.* Ita Glos. *ad leg. In contractibus, v. Aliæ res. Cod. de non numer. pecu.* Alberic. *ad l. Generaliter C. eodem tit.* Socinus senior *ad leg. 2. §. appellata. ff si certum petatur, n. 9.* & alij relati ab Anton. Gomez *l. 2. variar. c. 6. n. 4.*

259 *Est exceptioni locus.* Locus est huiusmodi exceptioni, quia leges nõ distingnũt, an confessio facta fuerit de pecunia in præsenti accepta, an de pecunia recepta ante annum, nam de vtraque præsumit spe futuræ numerationis factam esse. Alias non satis consultum esset mutuatario, siquidem eadem facilitate, qua pecuniam fatetur se recipere, fateri potest diu recepisse. Ita Antonius Gomez *citat.* Fachineus *libro secund. controu. cap. 84.* Mol. *d. 302.*

260 *Probabilius hoc.* Probabiliorem hanc reputo sententiam. Nam semper ius præsumit, confessionem de pecunia recepta fieri spe futuræ numerationis, cum de numeratione non constat. Neque contrarium probant *lex Generaliter*, nec *lex Aduersus*, loquuntur enim, cum quis fatetur se debitorem esse non ex pecunia mutuo recepta, sed ex alio titulo scilicet ex locatione, exemptione, deposito, &c.

DVBIVM LV.

An elapso biennio, possit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, vt mutuatario permittatur probare, se nullam pecuniam accepisse; spectato iure ciuili, aut Canonico?

261 *Quæstionis status.* CErtum est opponi non posse ad effectum, vt mutuanti incumbat onus probandi numeratam

meratam esse. Quæstio autem est, an opponi possit huiusmodi exceptio, vt mutuatario permittatur probare, se nullam accepisse pecuniam spectato iure ciuili, aut Canonico?

262 *Non potest vtroque spectato iure.*

Spectato iure ciuili, non potes hæc exceptio opponi. Quia *leg. In contractibus leg. si intra, leg. Asseneratio, C. de non numeratæ pecuniæ.* Decidunt, legitimo tempore elapso ad opponendam exceptionem, nullo modo quemlibet non numeratæ pecuniæ introduci posse, sed actionem euanescere. Sic Albertic. *ad leg. si ex cautione, numer. secundo Codic. de non numer. pecu.* Faber. *§. 1. instit. de literar. obligat. num. 6.* Felin. *ad cap. si cautio, numer. 60.* Immola *ibi. num. 24.* spectato autem iure Canonico hæc exceptio admittenda. Quia æquum non est, vt mutuans cum iactura mutuatarij locupleterur, & eius malitia, & iniquitas legibus foueatur. Sic Felin *ad cap. si cautio, n. 61.* Angel. *consil. 156.* Mandos. *in addit. Marsil.*, *singul. 463.* & alij.

263 *Vtroq; spectato iure potest.*

Tam spectato iure ciuili, quam Canonico debitor potest admitti post biennium ad probandum, pecuniam numeratam non esse. Quia mutuans exigens pecuniam, dolo id facit: Ergo actione doli potest repelli, At hæc actio perpetua est, *leg. Pure. §. vltim. ff. de doli. mali, & metus except.* Ita Anton. Gomez *l. 2. variar. capite 6. numero sexto* Mozius *de contr. tit. de mutuo, numero 9.* Molina *disput. 302.* Palas *de iustit. commut. d. 4. pun. 7. numero 15.*

264 *Hanc eligo sententiam.*

Hanc sententiam eligo, & confirmo. Quia *in leg. Generaliter. C. de non numer. pecun.* cauetur, si fatearis, te debitorem esse ex alia causa quam mutui, omnino esse obligatum, nec exceptionem opponere posse non numeratæ pecuniæ, attamen bene posse probari ex illa causa non teneri per veram, ac legitimam probationem. Ergò quamuis non possis opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, vt in mutuantem onus probandi reiicias: optimè poteris probare non numeratam esse, vt ab obligatione soluendi libereris.

CAPVT XIV.

Circa Vsuram.

DVBIVM LVI.

Quoties ob mutuum conceditur alicui pecunia, vel aliquid pretio æstimabile ob timorem, ne iterum deneget mutuum eidem mutuatori petenti: constituiturne Vsura, si principaliter id fiat mutui occasione?

265 *Quæstionis status.*

RECOLO Vsuræ definitionem. *Est lucrum immediatè proueniens ex mutuo.* Vt autem quæstionis status innotescat sciendum est, sæpe mutuatarium pecuniam vel rē pecunia æstimabilē ob acceptum mutuū concedere (aliàs non concessurum) ob timorem ne iterum ei petenti mutuum denegetur, quod non concederet, si sciret, sibi non esse denegandum. Quæstio igitur est, num in hac receptione vsura constituatur?

266 *Constituitur, si principaliter detur mutui occasione.*

Vsura constituitur si principaliter detur lucrum mutui occasione (secus si minus principaliter.) Quia tunc lucrum immediate ex mutuo prouenit. Sic Glos. *ad cap. consuluit, de vsur.* Gabriel *in 4. dist. 15. q. 11. articulo 1. numero 1.* Syluest. *v. Vsura, q. 1.* Nauar. *summ. cap. 17. num. 207.* Comitol. *de vsur. 14. q. 3. cap. 1. numer. 13.* Variant autem hi Doctores in explicando, quandò censeatur datum principaliter ob mutuum, quando verò minus, principaliter. Nam Glos. Gabriel, & Sylvest, tunc dicunt principaliter ob mutuum dari, quando alias dandum nō esset; faueréque videtur Vrban. III. *cap Consuluit, de vsur.* vbi inquit *Qui mutuat, aliàs non mutuo daturus eo proposito, vt licet omni conuentione cessante plus tamen sorte recipiat pro huiusmodi lucri intentione, quam habet: iudicandus est, mala agere.* Nauar. verò, & Comitol. intentionem principalem explicant, cum concedens lucrum, tanti illud æstimat, ac mutuum concessum.

267 *Non constituitur.*

Non constituitur vsura ex intentione principali donandi, vel comparandi lucrum ex mutuo; sed ex modo, quo donandum, vel comparandum est. Quia potes donare lucrum ea vnica intentione, quod tibi mutui beneficium concessum est, non quidem in pretium illius, & tanquam ex vi mutui stricte debitum; sed in mutui gratitudinem, & recognitionem, alias concedendum, si mutuo obligatus non esses vel nisi speraret mutuum iterum recepturus. ita Sotus *l. sext. de iustit. quæst. 1. articul. secund. & quart.* Molina *d. 305.* Valent. *2. 2. d. 5. qu. 21. pun. 1.* Nauarra *de rest. l. 3. cap. prim. dub. secund. numer. 190.* Lessius *lib secund. cap. 20. dub. 5.* Salas *tr. de vsur. dub. 5.* Layman. *lib. 3. sect. 5. tr. 4. c. 16. num. 1.* Rebellus *de iust. p. secund. l. 8. quæstio. 3. & 4.*

268 *Idem asserto.*

Existimo, hac concessione posita, illius receptionem vsuram non esse, cum sit gratuiti lucri receptio, & non quasi debiti ex iustitia, hoc est debiti in mutui pretium, aut ex pacto, ac conuentione, lex namque vsuras prohibens aduersa non est legi naturali gratum animum approbanti, ac proinde excludere nequit cuiusuis muneris concessionem, quæ ex gratitudine, & remuneratione, libertateque proueniat. Secus esset, si datum esset, comparatum tanquā ex mutuo stricte debitum. Quod si dicas: Donans pecuniam, quia timet, ne ei iterum mutuum denegetur, si eo modo se gratum non ostenderit, aut ne ingratus vocitetur, inuoluntariè donat; Ergo recipi id lucrū à mutuante non potest: Abnegarim datum esse inuoluntariè ex causa ab extrinseco iniusta; sed ex causa intrinseca prouenient ex necessitate ipsius mutuatarij, & ex voluntate quam habet suscipiendi iterum mutuum, quod inuoluntarium irritam non reddit donationem.

DVBIVM

DVBIVM LVII.

An sit materia vsuræ, si vi mutui exigas à mutuatario amicitiam, familiaritatem, vel laudem.

269 *Non est vsuræ materia.* NOn est vsuræ materia. Quia hæc non sunt pretio æstimabilia, sed gratis, ac liberaliter fiunt. Sic D. Thom. 2.2.q.78. *articulo secund.* Bañes *ibi*, *in princ.* Sylvest. *v. Vsura* 1.q.5. Conrad. *quæst.* 200. & 221. Ludouicus Lopez *p.2. Instr. capite* 56. §. *Hinc sequitur.*

270 *Est materia vsuræ* Est materia vsuræ. Quia licet amicitiæ, ac familiaritatis, vrbanitatisque exhibere non sint pretio æstimabilia: attamen obligatio ciuilis ad ea præstanda æstimabilis est. Ita Layman. *l.3. sect.5. tr.4. cap.16. num.1.* Palaus *de iust. commut. d.4. pun.10. n.2.*

271 *Hoc verius esse iudico.* Hoc verius esse iudico. Nec placet, quod meus Magister sapientissimus. P. Ioannes de Salas *de vsur. dub.15. numer.* 4. inquit, id tantum esse verum, cum horum obligatio absoluta, & illimitata exigitur: secus si exigatur, cum absque cura & molestia incommodoque mutuatarij præstari possunt, quia etiam hoc modo temperata obligatio pretio videtur æstimanda, vtpotè quæ voluntatem liberam adstringit, & obligato imponit onus probandi sibi incommodo esse, si velit amicitiæ & familiaritatis signa omittere. Potrò D. Tho solu intendit plerumque hæc signa amicitiæ exigere, non esse vsuram, quia non vi mutui, sed ex gratitudine exibenda petuntur.

DVBIVM LVIII.

An sit Vsuræ materia, vi mutui exigere remissionem iniuriæ, seu famæ restitutionem?

272 *Non est materia vsuræ.* NOn est vsuræ materia deducere in pactum iniuriæ remissionem aut restitutionem famæ. Quia satisfactio iniuriæ debita non est ante sententiam post sententiam autè obligatoria est, idcoque nihil videtur remitti ex vi pacti, restitutio autem famæ fit non vi illius pacti, sed quia iustitia exigit, vt famæ proximi læsæ satisfactum addicatur. Sic Sotus *lib. sexto de inst. q.1. articulo* 1. Nauar. *sum. cap.17. num.138.*

273 *Est vsuræ materia.* Est vsuræ materia. Quia si mutuatarius eâ remissionem facere adstrictus non est, se potest agere, ad satisfactionem iniuriæ, famæque restitutionem; nequaquam vi mutui obligari potest ad eam remissionem; obligaretur enim ad aliquid præstandum, quod pretio debet æstimari. Ita Conrad. *de contract. q.37. concl.2.* Nauarra *de restit. l.3. c.2. n.386.* Molina *tr.2. d.207.* Salas *de vsur. dub.12.* Layman. *l.3. sect.5. tr.4. c.16. num.1.* & alij communiter.

274 Veriorem hanc putarim esse sententiam. Non enim vrget, quod satisfactio iniuriæ debita non sit ante sententiam; quia estò non sit debita proximè est tamè debita remotè, quatenus agere potest, vt tibi ea satisfactio concedatur; ac proinde quamuis satisfactionem immediatè nõ remittas, remittis ius satisfactionem exigendi, quod pretio poteras æstimare. *Verius hoc*

DVBIVM LIX.

An sit Vsura, si quis exigat à mutuatario, vt officium, vel Beneficium sibi concedat, remutuit, eius frequentet Scholas, ex eius officina emat, in eius molat molendino, domum iusta mercede conducat, &c.

VSura non est. Quia collatio officij aut Beneficij, remutuatioque non sunt pretio æstimabilia, mercium autem venditio, domus conductio, molendini frequentatio, operarum locatio pretio compensantur. Sic viri docti quorum manuscripta perlegi. 275 *Vsura non est.*

Vsura est. Quia licet aliqua ex supradictis pretio æstimabilia non sint, alia verò quæ pretio æstimantur mercede compensentur, attamen obligatio ciuilis ad ea præstanda, quæ pretio æstimabilis est pretio non compensatur, sed beneficio mutui tanquam pretio eam obligationem ille comparare intendit, quod iniquum est, & vsurarium. Ita Molina *d.207. si l.2. cap. 20. dub.8. &* 9. Salas *de vsur. dub.* 9. Layman. *l.3. sect.5. tr.4. cap.16. num.2.* 276 *Vsura est.*

Si illa omnia exigis vt mutui pretium, vel retributionem pro beneficio mutui concedendam vsuram committis. 277 *Auctoris resolutio.*

DVBIVM LX.

An sit vsura, mutuare cum pacto, vt eadem pecunia in specie, vel eadem quantitas mercium soluatur, quando creduntur plus esse valitura, si rem in illud tempus solutioni designatum non decreuisti obseruare, & liberum mutuatarium relinquis, vt ante illud tempus mutuum soluat?

VSurá non est. Quia natura mutui est, vt idem, quod acceptum est, quantum fieri possit, reddatur, at idem redditur, cum eadem quantitas mercium, & numerus pecuniarum exigitur, ac datus est, tametsi extrinseca æstimatio fuerit aucta, hæc enim est per accidens mutuanti, & mutuatario prodesse, aut nocere non debet. Sic Ludou. Lopez *parte secunda. Instr. capite* 67. Garcia *de controu part.1. c.* septim. Graf. *parte prim. decis. lib. secundo capit.* 104. *num.21. &* 23. Toletus *lib. quint. cap.34. n.3.* Nauar. *sum. capite* 17. *n.225.* Sotus *de inst. lib. sext. quæst. prim. a.2.* Turrecr. *ad capit. si quis Clericus* 14. *q.4. n.1.* Panormit. *ad cap. In ciuitate de vsur.* 278 *Vsura non est.*

Vsura

279 *Est vsura.* Vsura est exigere eundem pecuniarum numerum, & eandem mercium quantitatem, cum moraliter certum est tempore solutionis valorem esse augendum. Probatur quoad mutuum in pecunia, quia cum eius substantia præcipuè in æstimatione, & valore proueniente à lege communique hominum æstimatione consistat; si petis, quod tibi reddatur idem numerus pecuniarum in valore auctus, amplius petis, quam dedisti, compararegue ex mutuo lucrum intendis, Eadem fere ratione probo quoad mutuum in mercibus conclusionem. Nam si modium tritici mutuasti tempore quo decem valebat, reddendum tempore quo moraliter certum est duodecim valiturum, nisi in illud tempus seruandus esset modius ille nequaquam exigere posses vt tibi integer modius reddatur, quia peteres aliquid amplius, quàm mutuas, nimirum maioris valoris modium. Ita Nauar. sibi contrarius *summa capite* 17. *num.* 219. Mol. *d.* 311. & 312. Lessius *libro secundo cap.* 20. *dub.* 17. *numer.* 149. Salas plurib. relatis, *de vsur. dub* 24. *num.* 3 & *dub.* 25. *per totum* Layman. *l.* 3. *sect.* 5. *tr.* 4. *cap.* 16. *num.* 14. & 15.

280 *Auctoris resolutio.* Ego autem cum Castro Palao *de iust. distrib. d.* 4. *pun.* 13. *num.* 5. ex stimo, differentiam esse inter mutuum pecuniarium, & aliarum rerum; nam in pecuniario semper spectatur valor, quem habuit à lege tempore mutui dati, & secundum illum mutuum soluitur, siue monetæ decreuerint, siue auctæ fuerint; at in mutuo aliarum rerũ potuis quantitas & naturalis illarum valor spectatur. Vnde cum mutuum absolutè concessum est, neque constitit, an valor diminuendus vel augendus esset consuetudo præscripta est, vt eadem quantitas reddatur, siue valor decreuerit, siue auctus fuerit.

DVBIVM LXI.

An si vsura obligare mutuatarium ad aliquam actionem præstandam, ad quam ipse obligatus erat ex charitate?

281 *Nonnulla premitto.* PRæmitto, debitum, quo adstringi potest mutuatarius, aliud esse ex iustitia, aliud ex charitate, vel Religione, aliud ex gratitudine. Obligare vi mutui ad soluendum debitum ex iustitia, id est, obligare, vt vi mutui quis debita tibi vel alteri ex iustitia soluat, non est vsura; quia non exigis debitorum eorum executionem vt pretium mutui, sed illud exigitur tanquam finis honestus per mutuum consequendus. Quid autem si obliges mutuatarium ad aliquam actionem præstandam, ad quam ipse obligatus ex charitate erat, v. g. vti est obligatus Medicus, quãdo alius non est, soluto sibi stipẽdio mederi. Aduocatus patrocinari, diues proximo grauiter egenti succurrere siue per eleemosynam, siue per mutuum, tu vero per vim mutui compellis ad hæc ipsa præstanda?

282 *Vsura est.* Vsura est. Quia obligationi charitatis superaddis obligationem iustitiæ ex conuentione, & pacto inito, quę mutuatio onerosa est, cum illum reddat mutuanti subiectum. Sic Salas *de vsur. dubio* 9.

283 *Non est vsura.* Non est vsura. Quia hæc obligatio ciuilis, quæ obligationi ex charitate vel Religione superadditur, pretij rationem habere non potest cum non tam cedat in vtilitatem mutuantis, quam in mutuatarij vtilitatem, quem obligat, ne in obligatione charitatis, vel Religionis deficiat, ac proinde non debet eam onerosam reputare. Ita Ioan. Medina *quæst.* 4. *de vsur.* §. *Iam patet.* Molina *d.* 309. Indicat Lessius *l.* 2. *cap.* 20. *dub.* 8. *n.* 20.

284 *Mihi hæc verior opinio.* Cum his opinor, veriorem hanc reputans sententiam. Nam communis, teste Rebello *parte secund. de iustit libro* 8. *quæst.* 4. *numer.* 9. Theologorum est assertio, licitum esse tibi mutuum concedere sub ea conditione, vt mutuatarius ab iniuria tibi vel alteri inferenda desistat; quia nil petis indebitum. At cum mutuatarius in nostro casu obligationem habeat medendi aut donandi grauiter egenti. Sacra faciendi, vel Sacramenta ministrandi: iniuriam Deo, eius que charitati vel Religioni infert, si hæc gerenda omiserit. Ergo vt ab hac iniuria inferenda desistat, mutuum poteris ei concedere.

DVBIVM LXII.

Excusaturne ab vsura, qui mutuatarium obligat ad obligationem antidoralem, seu quæ ex gratitudine denegatur exequendam?

285 *Excusatur ab vsura.* EXcusatur quidem. Quia obligatio ex gratitudine licet non sit adeo stricta, ac obligatio ex iustitia, & charitate: vera tamen obligatio est, & quæ probum virum arctat. Sicut ergo vi mutui exigere potest executionem obligationis ex iustitia, & charitate: Sic poteris exigere executionem obligationis ex gratitudine. Et ratio omnium est, quia nihil petis, quod sit indebitum, & mutuatario onerosum: & consequenter, quod pretij possit rationem habere. Sic Adrian. *de restit. vsura* §. *Sed contra:* Angel. *v. vsura* 1. *num.* 4. Maior *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 23. *alias* 29. *ad* 1. Almain. *ibidem. q.* 2. Nauar. *sum. cap.* 17. *num.* 223. Couar. *l.* 3. *variar. capite primo numer.* 2.

286 *Non excusatur.* Minime ab vsura excusatur. Quia obligatio ex gratitudine raro, vel nũquam ita stricta est, vt aliquo opere determinato sit exequẽda, potest enim mutuatarius beneficium multis modis remunerari. At obligatio, quæ ex pacto, & conuentione procedit, semper opus determinatum spectat. Non igitur ex vi mutui obligare mutuatarium potes, vt obligationẽ gratitudinis exequatur; quia obligares ad id, ad quod mutuatarius obligatus non est, Ita D. Tho. 2. 2. *q.* 78. *articulo secund. ad* 2. & 4. Caietan. & Arag. *ibi.* Arag. *conseu.* 2. & 3. Toletus *lib. quinto capite* 29. Nauarra *de restitut. lib.* 3. *cap. secund. dub.* 4. *num.* 239. Molina *tr.* 2. *d.* 308. & 310. Rebellus *p. secund. de iust. l.* 8. *q.* 4. *nu.* 14.

Lessi.

Les. l. 2. c. 20. dub. 8. Laym. l. 3. sect. 5. tr. 4. c. 16. n. 4. Salas de vsur. dub. 9. n. 2.

287 *Hoc verius.* Hoc verius omnino. Quod si dicas, ex vi mutui non obligari mutuatarium ad rem aliquam determinatam exequendam, sed ad se gratum ostendendum signo, quod tibi placuerit, obstat, quia hęc obligatio à conuentionibus, & pactis est aliena. Et quamuis instituì possit, vi tamen mutui exigi nequit, quia remunerationem ex decentia, & honestate debitam, debitam reddieres ex iustitia. Quod longè diuersum est, ac quando vi mutui exigis, quod ex charitate, & misericordia, & Religione stricte est debitum, quia licet in horum petitione quod est debitum ex illis virtutibus reddis debitum ex iustitia, attamen quia hæc obligatio superaddita medium necessarium iudicatur ad prioris obligationis executionem, quam absque culpa omittere mutuatarius non potest, ea de causa non censetur ea obligatione granari. Secus vero est de obligatione exequendi remunerationem vtpote quæ absque culpa potest omitti.

DVBIVM LXIII.

An ratione damni emergentis possit aliquid vltra sortem recipi.

288 *Non potest recipi.* REcipi non potest. Quia mutuans, qui damnum ex mutuo passurus est, non tenetur mutuum concedere, ideoque si concedere vult obligatur gratis concedere, cum misericordia vendi non debeat. Sic Scotus *in 4. dist. 15. q. 2. a. 3.*

289 *Recipi potest.* Potest recipi iuxta *l. 1. ad fin C. de sent. quæ pro eo, quod interest.* Quia plerumque concedes mutuum in rebus tuis acquisitis damnũ recipit, v. g. si occasione mutui carius emeret alimenta: domusve ruinæ exponeretur eo quod pecuniis careret ad illius reparationem necessarijs, de quo *lex Damnum. ff. de damno infecto.* Ita Nauar. *sum. c. 17. n. 211. & comment. de vsur. n. 40.* Nau. *de rest. l. 3. c. 2. n. 288.* Mol. *tr. 2. d. 314. & 315.* Valent. *2. 2. d. 5. q. 20. punct. secundo concl. 3.* Les. *l. 2. c. 20. dub. 10. & 11.* Reb. *p. 2. de iust. l. 8. q. 5.* Salas *de vsur. dub. 18. & 19.* Laym. *l. 3. sect. 2. tr. 4. c. 16. n. 8.*

290 *Hoc mihi vnice verũ.* Profecto solus Scotus negat damnum emergens sufficiẽtem esse titulum exhibendi aliquid vltra sortem. Attamen leui existimarim duei fundamento. Nam iactura illa temporalis pretio est æstimabilis, cuius compensatione mutuator exigens nullam mutuatario iniuriam irrogat, cum illi non vendat mutuum, sed mutui iacturã.

DVBIVM LXIV.

An lucri cessantis titulo possit aliquid vltra sortem ex mutuo recipi?

291 *Non potest recipi.* REcipi non potest. Quia lucrum cessans multipliciter impediri potest: Ergo vendi ne-

quit. Et quia lucrum non est censendum cessare nisi mutuans à lucro cohibeatur. Sic Scotus *in 4. d. 15. qu. 2. a. 2.* Sotus inclinat *l. 6. de iust. q. 1. a. 3. concl. 4.* Canonistæ plures teste Couar. *3. var. c. 4. n. 5.* Fauet D. Tho. *2. 2. q. 78. a. 2. & q. 13. de malo. a. 4. ad 14.* Durand. *in 3. d. 73. q. 2. ad 1.* Abul. *ad Mat. 24. q. 184. ad 1.*

292 *Recipi potest.* Potest recipi, quia lucrum cessans non est minus pretio æstimabile, quam damnum emergens, neque æquitas patitur, vt occasione mutuatarij mutuator à lucro licito & honesto cõparando abstineat, *c. Precarie 10. qu. 2.* Ita Val. *2. 2. d. 5. q. 20. pun. 2. concl. 3.* Les. *l. 2. c. 20. dub. 10. & 11.* Mol. *1r secund. d. 314. & 315.* Reb. *p. 2. de iust. l. 8. q. 5.* Salas *de vsur. dubit. 18. & 19.* Laym. *l. 3 sect. 5. tr. 4. c. 16. num. 8.* Palao *de iust. comm. d. 4. p. 15. n. 3.*

293 *Communior ac verior hæc sententia* Hæc sententia communis ac vera proculdubio est. Plerumque enim concedens mutuum perdit temporale aliquod lucrum alioquin cõparandum, si mutuum non concederet, de quo *lex si commissa ff. rem ratam haberi.* Porro censebiturtibi lucrum cessare, cum pecuniam, quam mutuas emptioni census, vel alterius rei fructiferæ, alteriue contractui, ex quo lucrum speras; paratam habet. Nec refert, nùm speciali alicui negotiationi destinata sit, an sit in genere destinata, & sub conditione quomodocumque enim negotiationi destinata sit, & probabilitatem lucri habeas: poteris iuxta quantitatem spei aliquid vltra sortem exigere; quia non teneris mutui occasione te illa spe, & probabilitate lucri priuare..

DVBIVM LXV.

Cum alia via lucrum, quod tibi ex mutuo cessat, vel damnum, quod emergit, compensare vales, eo quod habeas aliam pecuniam, poterisne aliquid ex mutuo exigere si ex auaritia, aut pusillanimitate eam pecuniam reseruare curares, nec eam negotiationis periculo exponere?

294 *Nonnihil suppono.* EQuidem si pecunia remanens, facto mutuo, reseruetur prudenter in necessitates occurrentes familiæ, reputanda est ac si non esset, ac proinde ex mutuo tibi lucrum cessat. Neque enim teneris in mutuatarij gratiam debitam pronidentiam omittere, vt communior fert sententia. Quia si ex auaritia, aut pusillanimitate eam pecuniam reseruares, quæ tamen occurrentibus necessitatibus necessaria prudenter non censetur?

295 *Nihil vltra sortem posses exigere.* Nihil vltra sortem exigere poteris. Quia non tibi cessat lucrum eo mutuo, sed ex iniuria, & negligentia. Sic Caiet. *2. 2. quæstione 78. articulo secund. ad prim.* Tolet. *libro quinto capite 33.* Nauarra *de restitution. libro tertio capite secundo dubio octauo* Conrad. *de contract. qu. 30. concl. 1.* Ludou. Lopez *p. 2. instr. cap. 62.* Nauar. Reb. & alij apud Salas *de vsur. dub. 20. numer. 6.*

296 *Potes aliquid recipere vltra sortem.* Poteris aliquid vltra sortem hoc casu recipere. Quia posita voluntate, te velle solam pecuniam, quam

quam mutuas, negotiationi exponere, manifestum est lucrum cessare ex mutuo. Ita Palac. *in 4. de contract. c. 4. dub. 5.* Valent. 2.2. *d. 5. qu. 20. pun. 4. concl. 3.* Molina *d. 316.* Salas *citat.* & alij.

297 *Hanc eligo sententiam*

Hanc sententiam eligo, probabiliterque sustineri posse iudico. Quia non obligaris in gratiam mutuatarij, eam pecuniam, quam reternare decreueras, subrogare in negotiationem loco pecuniæ mutuatæ. Ergo ob lucrum, quod tibi cessat, exigere vltra sortem potes. Moneo tamen, te non debere exigere integgum lucrum quod probabiliter sperasti sed quanti spes illius consecutionis periculo, & adductis expensis, vti annotat Molina *d. 316.* & Salas *de vsur. dub. 20. num. 7.*

DVBIVM LXVI.

Quis absque morali culpa solutionem debiti, termino præfixo gerendam amittit, obligaturne in foro conscientiæ lucrum cessans, aut damnum emergens mutuanti compensare?

298 *Nonnulla ad quæstionis statum præmitto*

QVæritur, an termino præfixo debitum non soluens teneatis, lucrum cessans, aut damnum emergens, quod in pactum deductum non fuit, compensare? Dixi, quod in pactum deductum non sit, nam stante pacto de prædicto lucro vel damno satisfaciendo, quomodocumque moram incurreris, haud dubium, te obligatum esse. Quia illud pactum, nullam continet iniquitatem. At secluso pacto si terminus solutioni præfixus elapsus est vel de solutione fuisti interpellatus, cum obligationi non fuit terminus affixus, & debitum culpabiliter non solui, obligatus es quodcumque lucrum cessans, vel damnum emergens inde prouenientis compensare. Quia per iniustitiam illius es causa. Verum si absque vlla morali culpa solutio omittis, dubitatur, num obligeris non solum in foro externo, sed & in foro conscientiæ lucrum mutuanti cessans, aut damnum emergens resarcire?

299 *Obligatur quidem.*

Obligaris quidem. Quia sub ea conditione videtur esse concessum. Neque enim æquitas permittit, vt mutuans detrimentum ex mutuo patiatur, vnde præmium deberet accipere. Quæ fuit ratio, ob quam fideiussor indemnis seruari debet cum pro debitore soluit *Capite. Peruenit, de fideiuss.* Sic Molina *d. 315.* Sà *v. Mora. num. 2.*

300 *Non obligatur.*

Non obligaris. Quia non est imponenda obligatio absque manifesto textu, vel ratione. At nullus est textus, ex quo colligatur, mutuatarium obligatum esse ad interesse, cum nullius culpæ sit reus, solutionem omittens: Nam *leges 2. & 4. ff. de eo, quod certo loco*, loquuntur de debitore morosо, qui non est censendus, si culpa morali caret. Ita Lessius *libro secundo capite 20. dubio decimo numer. 69.* Salas *de vsur. dub. 19. numero nono.* Rebellus *parte secunda de iustit. lib. 2. q. 7. numer. quart.* Gutierrez *de iuramen. part. prima capite secundo numero quart.* Gabriel. *libro tertio commun. opinion. conclusio. 10. de solutione. numero primo* Couarruuias *de pactis parte secunda paragrapho quinto numero quarto* Gregor Lopez *lege 18. titulo vndecimo parte quinto* & alij.

301 *Hoc probabilius esse reor.*

Hanc sententiam veriorem esse reor. Nec iudicarim simile esse de fideiussoribus, quibus debitor promittit indemnes seruaturum, cum in fauorem eius onus soluendi debitum suscipiant, nulla ex debito percepta vtilitate. At debitor obligatur creditori ad soluendum debitum cum potuerit: ad interesse vero non obligatur nisi quatenus culpam in non soluendo commiserit. Quod confirmo argumento *capit. secund. de deposito, capit. vltim. de commodato cap significante, de pignoribus.* quibus depositarius, commodatarius, pignoratitius excusantur, si citra eorum culpam res suo domino termino præfixo non valeat restitui.

DVBIVM LXVII.

In pœnam Conuentionalem debiti congruo tempore non soluti potestne aliquid vltrà sortem exigi, quod propriè pœna sit?

302 *Nonnulla suppono.*

TRiplicem pœnam Doctores distinguunt legalem, iudicialem, & conuentionalem. Legalis est, quæ lege, seu statuto imponitur ob non peractum aliquid officium, vt imponitur Beneficij priuatio Parocho, qui culpabiliter intra annum Sacerdotio initiatus non fuerit *cap. licet. can. de elect. in 6.* Iudicialis est; quam in particulari casu Iudex decernit, vt si decerneret soluendam aliquam quantitatem à mutuatario, qui termino præfixo mutuum non redderet. Conuentionalis est, quando id ipsum soluendum ex partium conuentione imponitur, iuxta *legem si pacto, Cod. de pactis. & cap. significante, de pignoribus.* Certum est, lege seu statuto imponi posse pœnam à mutuatarijs incurrendam, termino debito non soluentibus. Similiter est certum, posse Iudicem mutuatario, vt intra designatum tempus soluat pœnam imponere, quam ipse citatus, & non soluens incurrat. De pœna mutuo contrahentium consensu imposita est difficultas, an possit imponi pœna, quæ propriæ pœna sit?

303 *Minime potest aliquid vltra sortem exigi quod propriè pœna sit.*

Non potest imponi, nec ex titulo aliquid vltra sortem exigi. Solum enim imponi potest ea pœna quæ respicit interesse mutuantis ob non factam solutionem termino præfixo; quia hæc non tam est pœna delicti, quam lucri cessantis, vel damni emergentis compensatio: eáque de causa à potestate priuata imponi potest non enim tam imponitur, quam declaratur imposita ab ipso iure; secus est de pœna, quæ delictum puniat. Quia hæc exigit publicam potestatem. Sic Scotus *in 4. distinct. 15. quæstio. secund. articulo secundo ad finem.* Maior. *ibi. qu. 23. alias 31.* Graffis *1. p. decision. lib. secund. c. 106.*

c.106.n.12. Albornoz 1. *de contract. titulo* 5. Aragon.2.2 *quæstione* 78.*articulo secundo ad* 2. *confirmat.*

304 *Potest omnino.* Potest imponi mutuatario ipso consentiente pœna,quæ propriè pœna sit ob non solutum debitum tempore præfixo , tametsi nullum lucrum ceſſet,vel damnum emergat mutuanti. Quia esto, contrahentes publicam potestatem non habeant,vt vi illius delinquêtes in contractibus puniant,attamen iure ipso naturali,gentium,& ciuili concessum est,vt mutuo se obligare possint ad subeundam pœnam contrahentes,si in contractibus defecerint,vt hac via contractus firmiores sint;*leg. Magnum, Codic. de contrab.& commit stipulat. & leg. Traiectitia,ff.de action.& obligat.* Ita Layman *libro* 3. *sect.*5.*cap.*16.*numero* 12.Rebel. *part.secund. de obligat. iust.libro* 8.*quæstione* 9. Salas *de Vsur. dub.*21.Lessius *libro secund.capit.*20. *dubit.*15. Molina *d.*97. & 317. Nauarr. *libro tertio de rest.cap.secund p.*2.*dub.*10.Nauarra *sum. c.*17. *numero* 215. Sotus *libro* 6.*de iust.q.* 1.*artic.* 3. & alij apud ipsos.

305 *Cum his opinor.* Cum his opinor , vnde in mutui contractu non tam mutuans,quam ipse mutuatarius sibi ipse pœnam imponit, ad cuius executionem se obligare potest nulla expectata Iudicis sententia , imo nec mutuantis petitione. Seclusa tamen hac expressa obligatione ex eo tantum quod absolute obligetur tantam quantitatem soluturum, nisi termino præfixo soluerit , non teneturin conscientia ad illius pœnæ executionem , quouisque à mutuante exigatur , imo quousque iudicis sententia declaratoria accedat. Requiruntur verò aliquæ conditiones vt hæc pœna locum habeat.Prima , ne pœna sit in fraudem vsurarum appositа.Secunda,vt mutuatarius culpabiliter solutionem omittat.Tertia , vt pœna culpæ sit proportionata , iniquè enim cogeretur mutuatarius in pœnam exorbitantem consentire.Quarta, vt mora sit notabilis.Quinta denique,vt non tota pœna exigatur,si pars vtilis sit soluta.

Potest ob periculum , & difficultatem, quam prudenter times sortis recuperandæ, aliquid de præsenti vltra sortem exigere , quod retinere poteris , etsi postmodum cesset timor , & nulla intercedat in sortis recuperatione difficultas. Quia exponere te periculo probabili amittendæ sortis ob gratiam mutuatarij , pretio est æstimabile. At hoc periculum non sequitur necessario ex mutuo : Ergo non est obligatio gratis illud subeundi. Consequentia est euidens,quia sola actio mutui gratis ex obligatione præstari debet. Minor verò inde constat,nam periculum amittendæ sortis non ex mutuo nascitur;sed ex eo, quod concedatur homini pauperi, infido, &c. Maior verò, scilicet mutuare cum periculo probabili sortis amittendæ esse pretio æstimabile , vendique posse , probatim. Nam mutuare cum periculo ac timore faciendi sumptus , subeundique laborem in sorte recuperanda, quis dubitet pretio æstimabile esse,& vendi posse,tametsi postmodum absque sumptibus,ac labore sors fuerit recuperata , quia iustitia illius contractus ex futuro euentu non pendet. Ita Ioann. Medina *Cod.de restitut. quæstione* 38. Cordub. *in Summ. quæstione* 84.Arag. 2.2.*q.*77.*articulo* 4. Salon.*quæstione* 78.*articulo secund.controu.*26. Silv.*Venditio numero* 3.Salas *de vsur.dub.* 22. *numero tertio* Valent.2.2.*disp.* 5.*quæstione* 20. *puncto secundo concl.* 4. Nauarra *libro tertio de rest.c.*2.*p.*1.*dub.*11.*n.*105.Mol. *tractat secund. d.*304 & *d.*356.Lessius *libro secundo capit.*20. *dub.*13.*n.*111.

309 *Exigi potest.*

Huic sententiæ adhæreo,quam D.Thomam Auctorem habere existimo. Quod si obiicias, si quis ob periculum sortis recuperandæ valet quis de præsenti aliquid exigere , ergo si illud simul cum sorte credat , pro ipso aliquid recipere poterit,& sic in infinitum,respondeo,minime in infinitum procedendum , si aliquid pro auctario pretio (quod admitto) recipiatur, cum necessario deueniendum sit ad minimam quantitatem cuius periculum nulla sit æstimatione dignum.

308 *Huic hæreo sententiæ.*

DVBIVM LXVIII.

An ratione periculi in recuperando mutuo possit aliquid vltra sortem exigi?

306 *Exigi non potest.* EXigi non potest. Quia frequenter euenit ex mutuo periculum sortem recuperandi, Ergo ob illud nihil recipi poterit : Consequentiam probo ab inconuenienti. Nam inde vsurarij occasionem arriperent suas palliandi vsuras ; asserentes scilicet,cum aliquid in mutuo vltra sortem exigunt , illud exigere ob timorem , quem habent sortem amittendi , aut difficilè recuperandi,sic Conrad.*de contract. q.* 59.*corollar.*1.& 2.*post* 3.*concl.* Sotus *lib. sexto de iust.q.*4.*a.*1 *ad* 1.Gutier.*qq. Canonic.c.*39.*n.* 30.Tolet.*l.de septem peccat. cap.* 51.Ludouicus Lopez *l.*1.*Instruct c.*120.& *part. secund. cap.* 77.*n.*4.*dub.*3.Reb.*p.*2.*de iust. l.*9.*q.*12.*num.*2. & alij.

DVBIVM LXIX.

Ob assecurandam sortem potestne mutuator pretium à mutuatario exigere?

309 *Minime potest.* MInimè potest.Quia in *cap Nauiganti,de vsur,* inquit Gregor.IX.*Nauiganti , vel eunti ad nundinas certam mutuans quantitatem pecuniæ,eo quod suscipit in se periculum recipiendi aliquid vltra sortem, vsurarius est censendus.*Ergo assecuratio pecuniæ mutuatæ non præstat mutuanti sufficientem causam aliquid vltra sortem recipiendi.Sic *ibi* Glossa,Panormi. Ioan.Andreas,& alij.

310 *Potest quidem.* Potest planè pro hac securitate ex consensu , ac voluntate mutuatarij facta pretium recipi. Quia si quilibet alius tertius posset pretium recipere pro hac præstanda securitate, cur non ipse mutuans? Ita Nauarrus *summæ capite* 17. *numero* 284.Couarruu. 3.*var.capit.* 2.*numer.*5. Mol.*d.*318.Lessius *l.*2.*cap.* 20.*dub.* 13.*num.*116.Palao *de iust. commut. disputat.* 4.

pun.18.num.2. Salas *de vsur.dub.23. numer. 2. & 3.* Layman *d. 3. sect. 5. tr. 4. c. 16. num. 13.*

Hos sequor, ne vrgere textum *capit. Nauiganti* extimo. Fateor enim vturarium esse mutuantem, eo quod in se periculum rei mutuatæ suscipiat ex vi mutui hoc est, ex eo quod obliget mutuatarium ex vi mutui, vt contractũ allocationis secum ineat. Nec displicet interpretatio Nauarri, quam Molina sequitur, nimirum Pontificem loqui de præsumptione fori externi, eique de causa non dixisse vturarium esse, qui in re mutuatæ periculu suscipit, sed vsurarium esse censendum, id est in foro externo iudicandum, eo quod plus iusto pro periculo exigebator, & plerumque pro periculo vano, ac nullo, quia mutuatarius non intendebat transferre pecuniam mutuatam, sed statim consumere.

Fatetur Author.

DVBIVM LXX.

Gener non recipiendo in dotem fructus ex pignore dotali perceptos, excusaturne ab vsura, quia conceduntur fructus in partem dotis ad matrimonij onera?

312 *Quæstionis status.*

INnocentius III. in *cap. salubriter, de vsur.* excusari ab vsura definit, dum ait: *Sane generum ad fructus possessionum, quæ sibi à socero sunt pro numerata dote pignori obligata, computandos in sortem, non credimus compellendum, cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij supportanda.* Ne igitur hæc decisio vsuras approbare videatur, quæsierim, num concedantur illi fructus in partem dotis in matrimonij onera, quod videtur vnice generum ab vsura liberare?

313 *Non excusatur quia fructus hi conceduntur ad matrimonij onera sustinenda sed alio ex capite.*

Non conceduntur in partem dotis in matrimonij onera, sed gener fructus pignoris suscipit non ex vi mutui, & ob dotem non solutam, quia id esset vsura: sed ex concessione Pontificis in fauorem matrimonij. Sic Glos. *ad c. salubriter.* Baldus *in Rub. e. de vsuris.* Bannes 2.2. *q.78. a.2, ad 6.* Cordub. *q.230. & 238.* Vel id fit occasione lucri cessantis, vel damni emergentis. Quia genero lucrum cessat, cum pasiet, dote soluta, possessiones emere, ex quarum fructibus alimenta vxori subministraret. Sic Couar. *3. var. c. 1. n. 3.* Philiarc. *l. 5. c. 8. concl. 3.* Lopez *p. 2. Inst. c. 60.* Vel id est speciale in genero comparatione soceri, ob obligationem quam habet alēdi filiã. Sic Fortun. *de vlr. fine*, Couar. *3. var. c. 1. n. 3.* Vel ob fructus alias percipiendos, si dos statim exhiberetur. Sic Sotus *l. 6. de iust. q. 1. a. 2 ad vltim.*

314 *Non excusatur, nisi quia conceduntur hi fructus ad sustinenda coniugij onera.*

Fructus pignoris conceduntur interim, dum dos non soluitur, tanquam pars dotis ad onera matrimonij sustinenda, sicut tæpe conceduntur à socero filiæ, & genero alimenta, cum dos soluta non fuerit. Quia circa alimenta, & fructus pignoris non conceduntur genero, quia dotis solutionem expectat, sed quia obligatur, matrimonij onera sustinere, & in eum finem, atque adeo pars dotis possunt reputari, cum hac tamẽ differẽtia, quod ex dote solùm viusfructus conceditur reseruata dote vxori, vel eius hæredibus, dissoluto coniugio: ac fructus pignoris, sicuti & alimenta conceduntur absolute absque præfata obligatione: quia tanquam fructus dotis conceduntur. Ita Mol. *tr. 2. d. 321.* Rebel *p. 2. de iust. l. 8. q. 12. num. 2.* Lessi *l. 2. c. 20. dub. 16. n. 141.* Salas *de vsur. dub. 29. n. 7. & 8.* Layman. *l. 3. sect. 5. tr. quarto capite. 16. numer. 17.* & alij apud ipsos.

Hanc sententiam teneo, ex cuius expositione conuincitur, parum referre, quod genero lucrum cessat, vel damnum emergat ex dote non soluta, cum non ob eam rationem fructus pignoris concedantur, sed in pretium obligationis quem suscipit vxorem alendi, & matrimonij alia sustinendi onera. Deinde parum refert, an à socero, vel à quolibet alio tertio vxor dotata fuerit à quocumque enim maritus dotem acceperit, poterit fructibus pignoris sibi cõcessi frui; quia dum aliud non exprimitur, censentur concessi in partem dotis pro matrimonij oneribus interim dum dos non soluitur. Deniq; quod dixi de fructibus pignoris, asserierim de annua pensione, aliaue pecuniæ quantitate, quæ interim, dũ dos non soluitur, assignata fuerit, pro matrimonnij oneribus sustinendis, vti Molina, ac Rebellus annotauere. 315 *Hanc tenuerunt neo sententiam.*

DVBIVM LXXI.

Vxor, defuncto viro potestne fructus pignoris, quod fuit à dotante, durante matrimonio concessum, percipere, non computandos in sortem dotis expectatæ, nisi ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, aut ratione pœnæ conuentionalis, vel donationis?

316 *Non potest.*

NOn potest. Quia dissolutio matrimonio, onera matrimonij cessant, in quorum leuamen fructus pignoris fuere promissi: Ergo ex huiusmodi titulo percipi non possunt. Sic Antonin. *p. 3. titul. 1. c. 7. §. 30.* Syluest. *v. vsura 3. q. 9.* Caiet. *2.2 q. 78. a. 2. ad 6.* Angles. *q. de contract. mutu. articul. 2. diffic. 7. du. 2. & 3.* Mol. *d. 322.*

317 *Potest quidem.*

Potest plane recipere vxor fructus pignoris concessi à dotante, posito, quod eius marito dos soluta non fuerit. Quia socer, vel alius, qui nuptui tradidit puellam, & dotem ei promisit absolutè obtulit pignus fruendum interim, dum dotem non soluerit. Cum ergo dos non solum marito, durante matrimonio in vxoris ac familiæ sustentationem, sed multo magis vxori dissoluto coniugo, in eius alimenta soluenda erat manifestè infertur pignus fruendum marito, durante matrimonio competere, & vxori, matrimonio dissoluto, interim dum dos ab ipso dotante, & offerente pignus, eis soluta non furit. Ita Sotus *libro sexto de iustit. quæstio. prima articulo secundo* Toletus *lib. prim. capite 30.* Sa *verſ. Dos, numero 18.* Bannes & Aragon. *2. 2. quæstione 78. articulo secundo* Palacius *de contract. cap. 5. conclus. 9.* Mercado

de

de vsur. c.4. Salas *de vsur. dub. 30. n. 6.* Emanu. *p. 1. c. 97.* Corona *c. 8. §. de contr. pignor.* Cordu. *q. 230. & 238.* Lopez *p. 2. Instr. cap. 60.*

318 *Hanc sententiam veram admodum profero.*

Hanc sententiam adeo veram esse existimo, vt licet vxor aliunde habeat, ex quo sustentationem gerat, non obinde à fructibus pignoris accipiendis excludatur, quia ex ipsis & alijs sustentari abunde potest, sicuti non excluditur gener fructibus illius pignoris percipiendis, quamuis habeat aliunde ex quo onera matrimonij valeat subleuare. Nec refert, dissoluto matrimonio eius cessare onera, quia non obinde cessat finis, ob quem fructus pignoris vxori conceduntur. Quippe ad sustentanda onera matrimonij conceduntur fructus pignoris marito, dum dos vxoris ei non soluitur, at vxori conceduntur in eius sustentationem. Addiderim vxoris sustentationem etiam viduitatis tempore ad onera matrimonij pertinere.

DVBIVM LXXII.

An vxor possit, post viduitatis annum, non computandos in sortem dotis pignoris recipere fructus, nisi forte ratione lucri cessantis?

318 *Non potest.*

NOn potest. Quia elapso viduitatis anno nõ tenentur mariti hæredes, licet dotem non soluerint, ad viduam sustentandam, ideoque quidquid ex bonis mariti receperit, computari debet in sortem dotis, nisi id ratione lucri cessantis ex non soluta dote acceperit. Sic Nauar. *l. 3. de rest. c. 2 p. 2. dub. 11.* Mol. *d. 322 post princip. & circa fin.*

320 *Potest plane.*

Potest quidem. Quia maritus, qui dotem accepit, eiusve hæredes obligati sunt toto tempore, quo dotem non soluerint, alimenta necessaria vxori exhibere, eo quod pactum dotale hanc videatur tacitam obligationem continere, vt vi illius maritus ex suis bonis teneatur dum matrimonium durat, vxorem alere, illaue dissoluto, dum dotem acceptam non soluerit. Ita Nauar. *sum. c. 17. n. 213.* Lopez *p. 2. Instr. c. 60.* Cord. *qu. 130. & 238.* Salon. *2. 2. q. 78. a. 2. cont. 15. concl. 2.* Salas alios referens *de vsur. dub. 30. n. 9.* Valent. *2. 2. d. 5. q. 21 pun. 1. ad 5.* Arag. *qu 78. a. 2.* Graf. *p. 1. dec. l. 2. c. 106. n. 4.* Palao *de inst. comm. d. 4. pun. 21. n. 5.*

321 *Hos sequor, aliqua ad monens.*

Hos sequor monens tamen, hanc obligationem alendi vxorem ex bonis mariti, dum dos ei non soluitur, procedere, dum vidua est, & ad secundas nuptias non transit, quia tunc marito competit eam alere: Deinde procedere dum non habeat vidua aliunde ex quo sustentationem accipiat, ad quam concurrere ipsa tenetur manibus laborando iuxta consuetudinem patriam, ac personæ qualitatem. Denique debere in domo mariti, seu eius hæredum habitare, non enim obligantur extra habitanter alere. Villaguta *de vsur. q. 22. concl. 13.* Salas *de vsur. dub. 30.* Attamen in Regno Castellę interim dum dos non soluitur, vel non fit bonorum partitio alitur vidua ex bonis communibus. Si vero grauida permansit, etiamsi dos ei soluatur ex bonis communibus vsque ad partum ali debet, *leg. 1. §. mulier. ff. de ventre in possession. mittendo.*

DVBIVM LXXIII.

An validum sit statutum, quo cauetur, viduæ ex bonis mariti soluendam esse pensionem singulis annis ad rationem octo vel decem pro centum interim dum dos ei non fuerit soluta, possitque vidua præfatam pensionem accipere, etiamsi habeat aliunde ex quo sustentetur, nullumque ei damnum immineat, aut lucrum cesset ex dote non soluta?

322 *Non est validum statutum.*

HViusmodi statutum validum non est, nec vidua talem pensionem potest recipere. Quia deficientibus illis causis, solum videtur recipi ob expectatam dotis solutionem, quod est vsura, ac proinde nulla lege, seu statuto cohonestari valet. Sic Sylu. *v. Vsura 3. qu. 8.* Mol. *d. 322 circa fin.* & ex parte Couarruu. *3. var. cap. 1. numero 3.*

325 *Validum est.*

Huiusmodi statutum validum est, & vidua potest eam recipere pensionem. Quia id non recipit ob expectatam dotis solutionem, sed ob vitandas lites, quæ communiter nascuntur ex non soluta dote circa lucrum cessans, aut damnum emergens, alimentorumque quantitatem. Cum enim plerumque ex non soluta dote damnum viduæ immineat, lucrumve cesset, debeatque ab hæredibus mariti sustentationem accipere, meritò Respublica statuere potest, vt interim dum dos non soluitur certa quantitas ex bonis mariti soluatur, nè litibus Respublica grauetur. Ita Bañes *2. 2. q. 78. a. 2.* Salon. *controu. 15.* Nauarr. *l. 3. de restitut. c. 2. p. 2. dub. 11.* Salas *de vsur. dub. 30. n. 10.* alios referens.

324 *Idem affirmo.*

Equidem etiam secluso lucro cessante, vel damno emergente, pœnaue conuentionali, ac necessaria sustentatione, potest iuxta statum: vt vidua præfatam pensionem accipiat, ne lites suboriantur. Et licet in hoc, vel illo casu nec lucrum cesset, nec damnum emergat, neque alimenta sint necessaria, non obinde statutum iniquum est censendum satis enim est, quod frequenter illa contingant, vt Respublica posset ad hæc incommoda vitanda præfatum statutum impertire.

DVBIVM LXXIV.

An proprietarius laicus possit absque vsura recipere fructus pignoris feudalis non computandos in sortem.

325 *Minime potest.*

MInimè potest absque vsuræ reatu. Quia ex vi mutui debiti tenetur feudatarius abstinere à percipiendis fructibus feudalis pignoris, tametsi deobligetur à solutione pensionis, nam

licet fructus pensionis æquiualeant fructibus pignoris deductis expensis, attamen obligare debitorem vi mutui ad eam æquialentiam sustinendam pretio est æstimabile: Ergo est vsura. Sic Gloisa *cap. 1. & cap. conquestus de vsur & cap 1. de feudo*, censens, id specialiter in fauorem feudi Ecclesiastici à Pontifice fuisse concessum, ac proinde in laicali feudo non procedere.

326 *Potest planè.* Potest plane absque reatu vsuræ. Quia Pontifex nullum priuilegium ibi intendit concedere, sed solum declarare id, quod ex se contractus habet, vt constat ex illis verbis, *insinuatione præsenti declaramus &c.* Præter quam quod nulla erat specialis ratio concedendi hoc Ecclesiæ priuilegium, quin potius ipsi quam statui laicali denegandum erat, ne vsuris fauere videretur, ita Couar. *3. var. cap. 1. n. 4.* Mol. *d. 323.* Nauarra *l. 3. de rest. c. 2. p. 2. dub. 12.* Salas *de vsur. dub. 31. numero 4.*

327 *Hanc esse tenendam sententiam affirmo.* Existimo, communè esse doctorum sententiam omnibus proprietarijs siue laicis, siue Ecclesiasticis concessum esse fructus pignoris feudalis recipere non computandos in sortem, pensione feudi remissa. Quæsieris vero, quænã fuerit huiusce concessionis Pontificiæ causa? Porrò eius causa fuit consuetudo introducta in hoc contractu feudali, vt quoties feudum fuerit à feudatario pro debito traditum Domino proprietatis possit ipse, remissa pensione, fructus percipere in sortem non computandos, ne res apud Dominum existens alteri fructificet, sicut enim feudum ex sua primæua natura institutum est, vt feudatario canonem non soluente redeat vtile dominium ad dominum; & consolidetur cum proprietate, sic instituit potuit, vt oppignoratum feudum domino fructificet, non feudatario. Quod autem in conditione institutum sit, colligitur ex *cap. 1. de feudo, & ex cap. conquestus, de vsur.* & ex communi sententia, quam refert ac sequitur Sotus *de iust. lib. 6. q. 1. art. secund.* Lege Molinam *d. 323.* Lessium *l. 2. c. 20. dub. 16. n. 139.* & Laymanum *l. 3 sect. 5. tr. 4. c. 16. numer. 20.*

DVBIVM LXXV.

An hæc decisio non solum in pignore feudali locum habeat, sed etiam in pignore emphyteutico, vsufructuario, vsuario; & conductitio.

328 *Habet locũ in aliis contractibus.* Habet locum in pignore emphyteutico, vsufructuario, & conductitio, sed solummodo in feudali. Quia translato pignore in dominium proprietatis, dominium vtile cum directo consolidatur, ac proinde fructus omnes domino debent competere. Sic Panorm. *ad c. conquestus, de vsur. n. 2.* Angel. *v. Vsura, 1. §. 12. & v. Feudum. §. 21.* Mercado *de vsur. c. 8.* Vega *v. Vsura casu 59.* & de emphyteutico fere omnes doctores id docent.

329 *Locum non habet.* Locum non habet in pignore vsufructuario, vsuario, & cõductitio. Quia ex eo, quod vsufructuarius, vsuarius, & conductor rem sibi cõductam, & qua vtitur, & ex qua fructus percipit, domino in pignus tradat, dominium vtile non amittit, & cum directo consolidatur; hoc enim etiam in feudo fallum est. Ergo ex hoc titulo nequit dominus directus fructus percipere, ita Couar. *lib. 3 var. c. 1. num. 4.* Molina *d. 323.* Salas *de vsur. dub. 31. n. 4.*

Cum his opinor. Quia decisio *cap. 1. de feudo*, odiosa est, cum à feudatario tollat ius quæsitum percipiendi fructus, Ergò non debet ad *emphyteuticos* contractus feudali contractui omnino diuersos extendi. Solum ad contractum emphyteuticum permittit potest extensio ob similitudinem, quam habet cum feudo, & quia communis sententia id affirmat teste Couar. *ad cap. 1. n. 4.* Lessio *lib. secund. c. 20. dub. 16. n. 143.* Salas *de vsur. dub. 31. num. 4.* licet alij contrarium haud improbabiliter sustinent. 330 *Solum in pignore locum habere affirmo.*

DVBIVM LXXVI.

An excusentur ab vsura pretatis Montes.

331 *Non excusatur.* NOn excusantur. Quia non videtur rationi consonum obligare mutuatarium ad soluendos sumptus factos in conseruanda mutuantis pecunia. Nam esto eo animo facti sint, vt mutuatarius mutuum paratum habeat, aum non fiãt ex ipsius consensu, nequit ad eorũ solutionem cogi. Aliàs quilibet posset exigere vltra sortem à quolibet mutuatario allegans sũptus feciſse in præuenienda, ac conseruanda pecunia, ex qua petenti mutuum concedere posset: quod est latam vsuris viam aperire, ita Sic Caiet. *to. 2. opusc. tr. 6.* Sotus *l. 6. de iust. q. 1. a. 6.* Inclinat Syluest. *v. vsura 5. q. 4.* Armil. *ibi, n. 47. & 48.*

332 *Excusatur proculdubio.* Excusatur proculdubio. Quia incrementũ illud quod vltrà sortem à mutuatario exigitur, non est exactum vi mutui sed ob sumptus in mutui cõcessione. Sicuti si peteres à me mutuos cẽtum aureos, ad quos tibi tradẽdos oporteret famulũ immittere, qui eos à parte longinqua vbi sunt, asportaret, nõ est dubiũ, à te exigi posse horũ sũptuum compensationem, cum in tui gratiam, vt mutuum acciperes, facti fuerint. Nec refert, sũptus ante petitionem mutui, vel post esse factos cum in vtroque casu in gratiam mutuatarii sint facti, ita Ioan. Med. *q. 10. de vsur.* Nauar. *Sum c. 17. n. 123.* Tolet. *l. 5. c. 38.* Valent. *2. 2. d. 5. q. 23. punct. 4.* Moli. *tr. 2. d. 325.* Salon *q. 78. a. 1. contr. 27.* Rebel. *l. 8. de inst. q. 13.* Salas *de vsur. d. 33.* & fere omnes.

333 *Primam sententiam non possè defendi ostendo.* Verum licet olim non leuis controuersia fuerit, an hæc exactio licita esset, & in Concilio Ilerdanensi sub Leone X. *sect. 10.* in vtramque partem res fuerit disputata: attamen sacro annuente Concilio, definitum est, licitos esse, & ab omni immunes vsura Montes pietatis sub forma *sect. 1.* expressa erectos. Idemque sentit Paulus II. Sixtus IV. Innocentius VIII. Alexander VI. Iulius II. Addo, promulgatam esse excommunicationem aduersùm contrarium sentientes ac disputantes animõ euertendi veritatem, vt citati Doctores aduertunt. Profecto non inde via vsuris aperitur, cum raro præsumi possit de mutuanti particulari, suam pecuniam in eum tantum

tantum finem conſernare, & ſub ea obligatione, vt mutuum petenti concedat. Si autem daremus aliquem qui hac lege ſuam pecuniam adminiſtraret, paratus, obligatuſque eſſet petenti mutuum concedere, nullum videtur inconueniens, quod poſſit moderatam penſionem pro ſumptibus factis exigere. Igitur prima ſententia omnino corruit, nec iam eſt defenſabilis.

DVBIVM LXXVII.

Si pecunia Montis pietatis negotationi expoſita ſit, poteſtne, exigi aliquid vltra ſortem, & vltra id, quod exigitur ad Montis conſeruationem?

334 *Nonnulla ſuppono.*

QVæſtio agitari ſolet, an non ſolum pro conſeruando Monte pietatis, augmentum poſſit aliquid vltra ſortem à mutuatarijs exigi? & communis ſententia eſt, illicitum eſſe. Quia exigere pretium ex vi mutui, vt aliis beneficias vſura eſt: & colligitur aperte ex Bulla Leonis X. in Concil. Latera. qui ſolum ea de cauſa incrementum exigi à mutuatarijs permiſit, quia neceſſarium erat, vt mutuum ipſis concederetur. Cum hoc tamen ſtat (inquit P. Ioan. de Salas *de vſur. dub. 33.*) augeri poſſe pietatis Montem, ſi triticum, quod habet non mutuet, ſed vendat tempore, quo pluris æſtimatur, reddendum in maiori quantitate cum minus fuerit æſtimatum. Quæſierim verò, an ſi pecunia Montis pietatis negotationi expoſita ſit, poſſit exigi aliquid vltra ſortem præter id, quod ad montis conſeruationem exigitur?

335 *Poteſt quidem.*

Poteſt quidem. Quia id ratione lucri ceſſantis ſit licitum. Sic Ioan de Salas citatus.

336 *Non poteſt.*

Minime poteſt. Quia eo ipſo, quod pecunia negotationi eſſet expoſita, ſumptus non fierent in gratiam mutuatarij, & mutuum illi concedendum. Ita Caſtro Palao *de inſt. d. 4. pun. 24. n. 5.*

337 *Prima ſententia ſecundam præfert.*

Hoc magis placet, mei ſapientiſſimi, Magiſtri venia. Nam ſi id concederetur, ceſſandum eſſet ab exactione conſeruandi Montis: aut ſi hæc exigitur, non poteſt exigi lucrum ceſſans ex negotiatione, cum non poſſit eſſe pecunia negotiationi expoſita, ſi expoſita ſit mutuationi.

DVBIVM LXXVIII.

An vſurarius acquirat, dominium eorum, quæ per vſuras comparat?

338 *Acquirit dominium.*

ACquirit quidem. Quia mutuatarius voluntatem habet transferendi in vſurarium acceſſionis vſuratię dominium: Ergo de facto transfert: dominium namque per conſenſum cum traditione transfertur. *leg. contractu, Codic. de fide inſtrument. leg. Traditionibus. Cod. de pactis & §. Per traditionem, inſtit. de rer. diuiſ.* Neque obſtat, quod huiuſmodi conſenſus ſit aliquo modo inuoluntarius: quia non eſt inuoluntarius, quia non eſt inuoluntarius ex coactione extrinſeca, ſed ex propria indigentia ſimpliciterque actus ille voluntarius eſt. Sic Gloſſa *ad caput ſi quis vſuram. 14. quæſt. 4.* Adrian. *de vſur. §. ex his oritur alia quæſtio.* Palud. *id 4. diſt. 15. quæſtio. ſecunda articulo quinto & quæſt. 3. articulo quinto num. 32.* Henriq. *tr. de vſur. libro quarto quæſt. 27.* Tabie. plures affere ns. *v. vſura 6. in princ.*

339 *Non acquirit.*

Minimè acquirit. Quia ad translationem dominij non ſufficit ſola traditio, ſed inſuper requiritur legitima cauſa, *lege Nunquam, ff. de acquir. rerum dominio,* & §. *Traditionibus inſtit. de rerum diuiſ.* & *lege Traditio, ff. de acquir. rerum Dominio* alias fur eorum, quæ ſibi traduntur, Dominium compararet. At vſurarius cauſam & titulum legitimum habere non poteſt; nam huiuſmodi titulus eſt mutuatio, ob mutuationem autem iure ipſo naturali nequit exigi pretium, illiuſque exactio, ac promiſſio eſt nulla: Ergo nullus eſt titulus, quo dominium valeat acquiri. Ita D. Tho. *2. 2. q. 78. articulo tertio* Sylueſt. *v. vſura. 6. qu. prim.* Sotus *lib. ſext. de inſtit. qu. prim. articul. 4.* Couar. *lib. tertio variar. c. 3. numer. 8.* Valent. *2. 2 diſp. 5. queſtio 21. pun. 3.* Vaſquez *1. 2. d. 27.* Navarra *l. 3. de reſt. cap. 2. parte ſecunda dub. 14.* Molina *diſput. 326.* Leſſius *lib. ſecund. capite 20. dub. 18. numer. 158.* Salas *de vſur. dubitat. 38. num. 3.* & alij apud ipſos.

340 *Hoc veriſſimum eſſe reor, aliorſque reiicio reſtrictione*

Hanc ſententiam veriſſimam eſſe reor, quam ſcio ab aliquibus tacito nomine à Caietano *tomo ſecundo opuſc. 8. capite primo* & *2. 2. qu. 78. articulo 3.* relatis, temperari, ne procedat in rebus, quæ vſu conſumuntur; quia hęc functionem recipiunt. At merito Doctores prędicti reſtrictionem huiuſmodi reprobant; quia nulla eſt ſpecialis ratio, ob quam rerum vſu conſumptibilium Dominium vſurarius acquirat. Nam quod hæc functionem recipiant, ſolum probat parum referre, an hæc vel alia eiuſdem rationis reſtituantur.

DVBIVM LXXIX.

An ſi quis concurrens ad vſuram, partes mutuantis gerat, peccet contra iuſtitiam: teneaturque reſtituere?

341 *Nonnulla ſuppono.*

SVppono, agentem mutuatarij partes non obligari ad reſtitutionem, quia non delinquit contra iuſtitiam aduerſus mutuatarium: contra charitatem vero peccare, ſi commodè hoc peccatum excuſare potuit, (vt in materia de charitate videbimus) lege enim charitatis tenemur malum primi vitare, ſi cómode poſſumus. Attamen, ſi quis partes mutuantis gerat contra charitatem peccabit, quoties mutuantem auertere à peccato committendo facile potuit. Quæſieris verò, an contra

iustitiam,& sub restituendi obligatione delinquat.

342 *Non delinquit contra iustitiam.* Non delinquit ex eo tantum quod suadeat, vel consulat vsuras, vel pecuniam ad vsuras concedat contra iustitiam, nec restituere tenetur. Quia non videtur efficax causa damni, maxime cum mutuatarius posset à restitutione vsurarum abstinere. Sic Sylvest. *verb. Vsura* 7. *quæstione secund.* Gabriel *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 11. *articulo secund. conclus.* 3. Ioan. Medin. *quæstione quart. de vsur.* Sà *in edit. antiqua, verb. Vsura numero* 12. Summa Confess. *libro secundo titulo septimo quæstione* 71. Tolet. *lib.* 5. *capit.* 6.

343 *Contra iustitiam delinquit.* Contra iustitiam delinquit cum obligatione restituendi. Quia satis efficax causa damni medio consilio, ac persuasione, pecuniæque accommodatione expressit. Ita Sotus *libr.* 8. *de iust. quæstion. prim. articulo* 4. Nauarr. *summ. cap.* 17. *numero.* 267. Palud *in* 4. *dist.* 15. *quæstione secund. articulo* 3. Salon 2. 2. *quæstione* 78. *art.* 3. *contro.* 11. Atag. *eodem ar. dub. vlt.* Bañes *dub.* 5. Valent. *d.* 5. *q.* 21. *puncto* 3. Vega *verb. Vsura, casu* 39 *&* 41. Sà *in noua edit. v. Vsura, numero* 12. Mol. *d.* 331. Salas *de vsur. dub.* 44.

344 *Idem affirmo.* Idem affirmo, neque obstare reor, quod mutuatarius excusare restitutionem posset, quia satis est quod suo consilio fuerit causa, ne ipse excuset, sicuti mutuans ad restitutionem tenetur, eo quod vsuram petat, & recipiat, tametsi mutuatarius ab illis dandis abstinere posset. Quæ doctrina à fortiori procedit de proxenetis, vulgo *Corredores*, qui mutuantis partes agentes; quærunt mutuatarios, quod ad percipiendum mutuum sub vsuris suadent, quia satis efficax causa vsurarum sunt. Idem de tabellionibus conficientibus instrumenta, quibus vsuræ exigi possint. De testibus, & scribentibus dixerim. Necnon de fautoribus ac actoribus fœneratorum.

DVBIVM LXXX.

An Famuli, aliique nudum ministerium exercentes in re vsuraria, excusentur ab iniustitia, ac restitutione?

345 *Excusatur ab iniustitia, & à restitutionis obligatione.* QVi nudum tantùm ministerium in vsurarum exactione exercent, vti sunt famuli, qui ex mandato suorum dominorum mutuum sub vsuris deferunt vsuras exigunt, & recipiunt, ab iniustitia, & à restitutionis obligatione excusantur. Quia exactioni vsurarum vel causa nulla sunt, vel materialis solummodo, ac per accidens. Sic Sylvest. *verb. Vsura* 7. *qu.* 4. Sà *v. Vsura, numero* 13. Vega *ibi, casu* 38 Tabiena. *v. Vsura* 7. *quæstione* 5. & alij.

346 *Non excusantur,* Non excusantur ab iniustitia, ac restitutionis obligatione. Quia absolute exactioni vsurarum cooperantur. Ita Medina *quæstione quart. de vsur.* Valent. 2. 2. *d.* 5. *qu.* 21. *pun.* 3. Molina *d.* 331. *circa finem*, Salas *de vsur. dub.* 44. *numero* 12.

347 *Hanc sententiam seuriorem, illam probabiliorem esse iudico.* Hoc securius esse reor, sed primam sententiam satis probabilem, imo probabiliorem esse iudicarim. Illud autem mihi certum, custodientem præcisè vsurariam pecuniam nullatenus ad restitutionem teneri nisi iniuste impediat mutuariis illius receptionem. Quia materialis custodia nec est causa, quod à mutuatario vsuræ exigantur, cum iam supponantur exactæ, neque est causa, quòd mutuatario non restituantur. Solùm enim tendit ad rem securam habendam, & defendendam ab interitu. Quare non tenetur, clauem mutuatario concedere, vt vsuras suas recuperet, aliove modo illas ei offerre, vti Salas *numero* 14. annotauit. Monuerim denique vsurarum cooperatores plerumque à peccato, & obligatione restitutionis excusari, quia bona fide procedunt ignorantes vsurarium esse contractum, obligatos vero ad restitutionem sæpe excusari ex voluntate mutuatariorum nolentium eam illis obligationem imponere, vtpote qui nullum commodum accepere, Molin. *citat.* Salas *dub.* 44. *n.* 15. Les. *l.* 2. *c.* 20. *dub.* 21. *n.* 185.

DVBIVM LXXXI.

An petere mutuum sub vsuris à fœneratore parato, absque necessitate seu vtilitate sit mortale.

EX *sect.* 1. constat, nunquam licere cuique petere mutuum vsurarium formaliter, bene tamen posse plerumque petere mutuum, quod sub vsuris conceditur, quia in priori petitione petitur, & intenditur illicitum, in secunda vero petitur quod licite præstari potest. At queis in euentibus licita sit vel illicita huiusmodi petitio, non conueniunt Doctores. Diuersimode namque loquuntur, cum hæc petitio fit à fœneratore parato, vel imparato. Si à non parato quis exigat communior sententia, quam refert, ac sequitur Molina *d.* 335. *concluf.* 4. *&* 5. asserit mortaliter peccare, si absque graui difficultate potuit vitare, quia lex charitatis in Deum, & proximum illum adstringit, ad vitandum peccatum, quod facile vitare poterat. Non me latet, plures Doctores contrarium minus rectè sentire Quæsierim iam an petere à parato sine necessitate, seu vtilitate, imo si petetet ad insumendum in ludis, comessationis, ac voluptatibus, peccatum mortale sit, an solum veniale?

348 *Nonnulla recolo.*

349 *Non mortale.* Non est mortale peccatum, sed veniale solummodò. Quia ea petitione fœneratori exhibet modici præiuditij spiritualis occasionem, cum iam in voluntate saltem habituali sit constitutus. Sic Caietan. 2. 2. *quæstione* 78. *articulo quarto* Nauarr. *summ. c.* 17. *numero* 262. Sotus *libro sexto de iust. quæstione prim. articulo* 5. *dub. prim.* Sà *in priori edit. verb. Vsura, numero* 5. Armill. *numero* 38. Vega *casu* 46. *&* 48. Tolet. *libro* 5. *capite* 38. Salas *dub.* 48. *numero* 8. & approbabile putat Sanchez *libro tertio Decal. cap.*

cap. octauo numero 23. Molina *disputatione* 335.

350 *Mortale est.* Mortale peccatum est, si petitio mutui necessaria, vel commoda non sit. Quia præbere occasionem executioni prauę voluntatis, & peccati, quod nullatenus inopus externum prodiret, ablque illa causa honesta, diuinum honorem offendit, & charitatem lædit. Ita Palac. *l. 4. de contr. cap.* 10. Sylu. *v Vsura* 7. *q.* 1. Ang. *v. Vsura* 2. *nu.* 2. Tabien. *v Vsura* 8. *numero* 2. *& tertio* Palao *de iust. d.* 4. *pun.* 27. *numero quart.* Valent. 2. 2. *q.* 21. *pun.* 4. Bañes 2. 2. *quæstio.* 38. *articulo* 4. *dub.* 3. Molina *disput.* 335. *conclus.* 3. & alij.

351 *Probabilitas huc mihi.* Hanc sententiam probabiliorem longe esse iudico, firmiterque teneo peccare mortaliter qui à parato fœneratore mutuum vsurarium petit, si petitio necessaria, aut commoda non sit, non autem censenda est aut necessaria, aut vtilis quæ ad illicitos fines dirigitur.

DVBIVM LXXXII.

An sufficiat, vt quis vsurarius manifestus valeat appellari, vt semel, vel iterum vsuras publice exercuerit?

352 *Sufficit quidem.* SVfficit quidem. Quia si adulter, fur, & homicida ex vno actu manifesto denominantur, cur non vsurarius? Sic cum Panormit. & alijs. Naua. *summa capite* 17. *numero* 280. Molina *d.* 333. *§. Quod vero.* Salas *de vsur. dubit.* 46. & alij.

353 *Non Sufficit.* Non sufficit. Quia hoc delictum ex communi hominum acceptione frequentiam indicat, vt de meretrice, calumniatore communiter doctores tradunt apud Tiraquel. *de pœnis legum ca. n* 51. *ad fin.* Ita Bartholus *ad leg. secundum numero* 13. *ff. de furtis.* Ioan. de Anania *ad cap. Quia omnibus, col.* 2. Salic. *in leg. Falsus, col.* 7. Angel. *in disput.* quæ incipit. *Astensis miles, col.* 2. Menoch. *de arbitrar. casu* 235. *à numero sexto.*

354 *Auctoris conclusio.* Porro vsurarius manifestus non solum est, qui publice omnibus videntibus vsuras exercet sed qui domi reclusus paratus est illuc accedentibus fœnerari, dummodo id publice constet: Attamen non sufficit de vna, aut altera actione constare, sed excessum est adnotari frequentiam, quæ sufficiat, vt iuxta communem hominum acceptionem circa hoc delictum vsurarij publici nomine valeat notari.

DVBIVM LXXXIII.

An debeat Iudex sententia accedere, vt vsurarius pœnis à iure impositis afficiatur?

355 *Non debet* NEcessario non debet. Quia si publicus quis vsurarius est, iam adeo manifestè de delicto constat, vt nulla tergiuersatione celari valeat, vt probat *text. cap. Quanto de translat. Epis. & cap. Qua Lotharius* 2. *quæstione prim.* Sic Aterin. *cons.* 163. *n.* 6. Palaus *de iust. d.* 4. *pun.* 29. *n.* 3.

356 *Debet plane,* Debet necessario. Quia si sola notorietate facti vsurarius manifestus pœnis iuris subijciatur, ad quid iudicis declaratio solita accedit? Præterea nemo cogitur in se ipso pœnam exequi, sed iudicis authoritate est exequenda, Ita Federic. de Senis *consil.* 62. Abbas *libro secund. consil.* 2. *numero* 1. Couarru. *l.* 3. *var. cap.* 4. *num.* 4. Menoch. *casu* 235. *n.* 12. *&* 32.

357 *Auctoris resolutio.* Hanc sententiam verissimam existimo, cum is, qui manifestus vsurarius creditur, aliqua tergiuersatione vsuras celare potest, nam eo casu dici nequit manifestus fœnerator, vnde *Vbi de huius criminis probatione.* oportet, vt sententia manifestetur, ad quam sequendam ordo iudiciarius est seruandus, quippe citandus est reus; probationes recipiendę, & defensionis termini assignandi, vt bene Iul. Clar. *l.* 5. *sent. iur. §. fin. q.* 9. Quando autē sic manifestè de delicto cōstat, vt nulla valeat tergiuersatione celari, existimo, iudiciariū ordinem seruandum non esse, vti prima fert sententia. Moneo tamē bene esse super notorio pronunciandum, quæ pronunciatio potius est pœnarum executio, quam indictio, vt dixit Innocent. *ad cap. ex parte el* 1. *de verb. Signif.* Addiderim, multipliciter hoc crimen probari, nempe facti euidentia, iudiciali ipsius vsurarij cōfessione. Extraiudicialt. si coram pluribus testibus fateatur se frequenter vsuras exercuisse, nec opus est coram notario fieri. Testibus deponentibus, sæpe eum ad vsuras mutuum concessisse. Infamia, coniecturis, alijsve indicijs. Denique sufficiens probatio ex libro rationum ipsius vsurarij deducitur. Nam si ex eo libro colligitur vsurarium pluries vsuram exercuisse sufficiens erit: vt tanquam vsurarius manifestus declaretur. Quia liber rationum aduersus scribentem sufficientem quidem fidem præstat Menoch. *de arbitrar. casu* 235. *numer.* 30.

DVBIVM LXXXIV.

An solui ille, qui vsuras palam exercuisse constiterit comprehendatur in omnibus pœnis à iure vsurario indictis.

358 *Quæstionis an status.* IAm *sect.* 1. expressi, queisnam pœnis addicatur, qui vsuras exercet. Quęsierim tamen,

F. SCOBAR Theol. Mor. Tom. VI. VII. F. IV

an hæ pœnæ infamiæ scilicet priuationis sepulturæ Ecclesiasticæ,& Eucharistiæ, & oblationis sacræ,annullationis testamenti, spoliationis bonorum afficiant vsurarios occultos, vel qui vna vel altera vice vsuras exercuere, an eos tantum qui vsurarij sunt manifesti?

339 *Quilibet comprehenditur in pœnis contentis cap. Quia in omnibus, &c.*

Quilibet vsurarius manifestus tum ex facto, tum ex propria confessione, tum ex sententia Iudicis, aut alio modo comprehenditur pœnis contentis in *Cap. Quia in omnibus.* Secus vero pœnis contentis in *cap. Quanquam*, quibus solus vsurarius manifestus ex facto frequenter repetito comprehenditur. Quia hęc distinctio ex præfatis capitibus aperte colligi videtur, sic Couarruuias *libro tertio var. capit. 3. numero 5.*

360 *Solus vsurarius manifestus comprehenditur in vtroque capite.*

Non quilibet vsurarius, sed tantum eum quem vsuras palam frequenter exercuisse constiterit, in omnibus vtriusque capitis pœnis comprehenditur sine distinctione. Quia illa distinctio minime ex illis capitibus colligitur, Et quia pœna Ecclesiasticæ sepulturæ in vtroque cap. continetur. Ita Molina *disput. 334. notab. 5.* Palao *de iust. tr. d. 4 punct. 30. n. 15.*

Hinc sententiam veriorem esse censeo. Nam in pœnis strictior agenda est interpretatio. Cum autem fere omnes doctores sentiant, solum manifestum vsurarium prædictis pœnis affici, nomine manifesti intelligere debemus eum, qui ex facto ipso frequenti manifestus est, hic enim proprie est manifestus. Alij vero sunt manifestandi vt indicat Barthol. *libro secundo numero 13. ff. de furtis*, Baldus *leg. prim. Codic. de Sacr. eccl. Ecclesiis col. 4.*

DVBIVM LXXXV.

An semel vel iterum exigens vsuras, aut exigens occulte possit, tam ab Ecclesiastico, tum à seculari iudice puniri arbitrarijs?

361 *Minime potest.*

Minime potest. Quia dum pœnæ à iure specialiter assignantur manifesto vsurario solum infligendæ non videtur relinqui locum alijs pœnis, quibus non manifestus afficiendus sit, sic Decius *consil. 160.* Roland. à Valle *consil. 75.*

362 *Potest plane.*

Esto huiusmodi vsurarius pœnis ordinarijs affici non possit, potest quidem arbitrarijs tam ab Ecclesiastico, quam à seculari iudice puniri. Quia ad rectam Reipublicę gubernationem expedit, vt is qui delictum commisisse probatus fuerit, plecti possit. Ita Menochius *de arbitrar. casu 298 numero 35.*

363 *Hanc præferò sententiam.*

Profecto primæ sententiæ fundamenta levia sunt eaque aperte Menoch. dissolvit. Quare secundam teneo, idque magis expedire Reipublicæ reginini iudico, ne alij ansam delinquendi impunè sumant.

CAPVT XV.

Circa Testamentum, ac Codicillum.

DVBIVM LXXXVI.

Si adiectum est iuramentum, testamenti non reuocandi, potestne adhuc licite reuocari?

364 *Quæstionis status.*

Ponimus *sect. 1.* ad proprietates testamenti pertinere reuocabilitatem. Quia voluntas testatoris deambulatoria est vsque ad mortem *lege 4. ff. de adimp. legat.* Quod adeò verum aliqui putant, vt non possit inueniri via, vti testamentum semel factum reuocari non valeat, teste Sancio *libro 4. Consil. capite 1. dub. 6.* Quæritur verò, an si adiectum sit iuramentum non reuocandi testamentum possit adhuc reuocari? Quod duplicem sensum habere potest, primum, an licite, secundum, an saltem valide.

365 *Licite potest reuocari.*

Potest plane sine peccato periurij, vel vllo alio reuocari. Quia iuramentum præcedens non obligat ad non reuocandum, quando postea noua causa se se affert mutandi voluntatem. Et quia iuramentum sequitur naturam actus, cui adijcitur, nec obligat ad plura quam ipse actus licet obliget plus ratione Religionis; ergo cum testamentum sit de se reuocabile, iuramentum additum non adijcit irreuocabilitatem, sic Barthol. Ant. Gom. Molina iurisperitus, quos offert, nostet Molina *d. 151* Fauet Becan. quem affert, ac sequitur Diana *t. 4. tr. 3. res. 122.*

366 *Licite reuocari non potest.*

Reuocari non potest, quia quamuis promissio non reuocandi testamentum sit legibus prohibita, & inualida, id tamen quod promittitur, nempe non reuocare testamentum, nō est ex se illicitum, aut prohibitum, sed licitum, nec iuramentum illud illo modo irritatur: Ergò obligat, vt seruetur. Ita Couar. Syluester, quos affert, & sequitur Vasq. *de testament. capite secund. dub. 3. numero 15.* Iul. Clar. quem affert, ac sequitur Mol. *d. 151.* Sanch. *l. 3. in Decal. c. 12.* Lugo *to. 2. de iust. d. 24. num. 25.* & alij.

367 *Cum his opinor.*

Cum his opinor. Quia negari non potest, quod si testamentum esset ad pias causas, & iuramento confirmaretur, obligaret, nec leges ciuiles possēt illud in tali materia annullare, esset enim votum Deo factum, circa quod leges ciuiles nihil statuere possunt: Ergo cum de iure naturæ possit quilibet promittere, se non reuocaturum testamentum, esto promissio illa de facto iure ciuili prohibeatur, cum tamen iuramentum non reddatur irritum, obligabit.

DVBIVM LXXXVII.

Esto testamentum iuramento confirmatum licite reuocari non valeat; valudenne potest reuocari?

368 *Valide non potest reuocari.*

NOn potest valide. Quia contractus, vel actus iure humano irritus, vel inualidus si iuramento confirmetur validus fit, nec reuocari potest, ergò pactum non reuocandi testamentum, licet iure ciuili inualidum sit, iuramento tamen vires accipit: nec reuocari poterit. Sic Hostiens. Quand. Specular. Butrio, & alij apud Sanch. *libro quarto consil. c. 1. dub. 17. num. 2.*

369 *Valide reuocari potest*

Licet peccet testator reuocando testamentum, valide tamen reuocare potest, & secundum testamentum priori est præferendum. Quia iuramentum contractum de se inualidum confirmat Ira Gregor. Lopez, Burgos de Paz, Syluest. Molina Iurista, Benedict. Armil. Tabie. Gutier. Couar. & alij plures, quos refert, ac sequitur Sanch. *citatus.*

370 *Eiusdem mentis sum.*

Cum his opinor aduertens tamen, iuramentum præteritum hoc saltem operari, vt nisi in secundo testamento primi testamenti mentio fiat iuramento confirmati, & ipsius iuramenti, nec censeatur reuocatum primum, sed debeat secundo præferri; quia iuramentum est clausula specialissima, quæ non censetur derogata, per generalem derogationem. Quod intelligo, quando iuramentum non fuit merè assertorium, sed promissorium. Si autem in secundo etiam testamento adhibeatur iuramentum assertorium, adhuc standum est priori testamento, nisi de iuramento priori fiat mentio; quia præsumitur testator eius iuramenti oblitus ne periurium præsumatur.

DVBIVM LXXXVIII.

Testator sibi imponit pœnam, si prius testamentum reuocauerit adiiciens solutioni huius pœnæ iuramentum: Debeturne, talis pœna iuramentis ratione?

371 *Statum quæstionis exponit.*

DIcit testator: Promitto, me non reuocaturum hoc testamentum, quod si reuocauero, soluam hæredi mille aureos, vel ex nunc ei facio donationem inter vivos. Certum est, eam pœnam non obligare, sed irritam esse propter libertatem testamenti ex *leg. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.* vt docent omnes teste Sanchez *l. 4. consil. capite primo dub.* 8. & Molina *d. 151.* Dubitatim autem, an si adiiciatur iuramentum pœnę solutioni, debeatur, pœna, iuramenti ratione?

372 *Non debetur.*

Non debetur. Quia certum est sponsalium pœnam iuratam non deberi, Ergò idem affirmandum de pœna, quam sibi testator imposuit. Sic Couar. *in rubr. de testament. p. secunda num.* 16 afferens alios. Sanchez. *lib. prim. de matr. d.* 32. *numer.* 21. asserens scilicet, iuramentum pœnæ soluendæ in sponsalibus adiecta non obligare.

373 *Debetur quidem.*

Debetur quidem. Quia illa solutio pœnæ non est de se mala, sed indifferens; quare non est, cur non possit à iuramento illa promissio confirmari in ratione promissionis. Ita Cardin. de Lugo *de iust. to. 2. d. 24. n. 38.* Molina *d. 151.* & probabile censet Sanch. *cita. n. 20.*

374 *Hanc sententiã probabiliorem esse iudico.*

Hanc sententiam probabiliorem esse iudico Quia licet de pœna sponsalium iurata fateatur non deberi, ideo est, quod talis promissio propter bonum publicum, & damna publica, quæ ex matrimonio non libero Reipublicæ consequuntur, prohibetur, quod tamen de pœna in casu nostro dicendum non est. Nec diceret. Sanchez iuxta regulam ab eodem expressam *num. 11. & 12.* ad cognoscendum, quando contractus principaliter prohibetur propter bonum publicum, vel propter priuatum.

DVBIVM LXXXIX.

Si testator voto se Deo obligauit, relinquendi mille aureos pro pauperibus & illos relinquat: potestne hoc legatum reuocare?

375 *Potest planè.*

POtest quidem, quia votum legandi in testamento intelligitur iuxta legatiã naturã, scilicet reuocabiliter: sicut votum ingrediendi Religionem intelligitur cum facultate exeundi nouitiatus tempore, si post experimentum Religio non placeat. Sic. Sanchez *lib. quarto consil. c. 1. dub. 12.*

376 *Non potest.*

Minimè potest, quia votum fuit relinquendi mille aureos pauperibus: non autem relinquit, qui legatum reuocat: nam relinquere, est ordinare efficaciter, quod post obitum suum detur egenis: tota vero efficacia legati sumitur ex voluntate testatoris vsque ad mortem perseuerante: Ergo ad hoc se voto obligauit. Ita Lugo *de iust. to. 2. d. 24. n. 40.*

377 *Votum omnino obligare existimo.*

Consequentius, veriusque videor id votum omninò obligare ad non reuocandum legatum illud, quia promittens Petro cum iuramento relinquere eum hæredem, non satisfacit, si postea reuocet testamentum, quo eum instituerat, sed debet ex iuramento acceptato institutionem non reuocare Deus autem acceptauit iam illius eleemosynæ votum: ergò non satisfacit pro voto, si legatum reuocetur. Vnde exemplum adductum non est ad rem: nam vouens Religionis ingressum, ponit totum, quod promisit, scilicet, ingreci ad experiendum, sicut alij ingrediuntur. At in nostro casu non ponitur totum: quod promissum est, quia non relinquuntur millia pauperibus, sed solùm incipit haberi voluntas relinquendi.

DVBIVM

DVBIVM XC.

Ex Facultate Regis, vel Principis supremi potestne testator irreuocabile testamentum condere, ita vt nec valide quidem reuocare valeat?

378 *Minime potest.* Minime potest, quia nulla est via reddendi testamentum irreuocabile, ne eius essentia destruatur. Et quia hæc irreuocabilitas est de iure gentium, cui Princeps derogare non potest. Sic Padilla, Molina Iurisperit. Baldus, quos refert, ac sequitur Sanchez *libro quarto cons. capite* 1. *dubitatione* 19.

379 *Potest plane.* Potest planè, quia quod aliquis pacto non possit se obligare ad non reuocandum testamentum, oritur præcisè ex lege ciuili, qua tale pactum irritum redditur, qua lege ablata, de iure naturæ id non esse irritum, nec illicitum. Sic enim Religiosus sponte se reddit inhabilem ad reuocandum testamentum post professionem. Donatio etiam omnium bonorum præsentium ac futurorum aufert testandi facultatem, & tamen Ecclesiæ legibus Imperialibus approbatur. Posset ergo aliquis licite se obligare ad non reuocandum testamentum: quod pactum validum esset ablata legis prohibitione, quam Princeps supremus auferre potest. Ita Decius Archidiacon. Couarruuias & alij apud Sanchez citat. Molina *disp.* 151. Vasquez *de testament. cap.* 2. *n.* 3. *&* 6.

380 *Hæ hæreo.* His hærens affirmo, non esse de iure gentium, quod omnis dispositio in futurum de bonis sit reuocabilis, sed quod testamentum eo modo quo de facto fit, sit reuocabile. Esset autem quæstio de nomine, an dispositio illa vocanda esset testamentum, quia hoc nomine solemus iam communiter intelligere dispositionem ambulatoriam vsque ad mortem, & reuocabilem. Loquendo autem de re ipsa, non dubito, posse Principem facultatem concedere disponendi siue alio modo irreuocabiliter. Quæ lex licet in vniuersum ac generaliter pro omnibus casibus fortasse esset iniusta propter inconuenientia, quæ bono publico consequerentur, & ideo fit fundamentaliter talis reuocabilitas de iure gentium, quatenus ratio ipsa naturalis dictat, quod lege communi prohibeatur irreuocabilitas: tamen quòd in vno vel altero casu concederetur, illa bono publico inconuenientia non afferret.

***

DVBIVM XCI.

Quando conditum est testamentum à non habente filios, qui tamen postea habuit: id testamentum reuocatumne censetur quoad hæredis institutionem & quoad legata?

381 *Status quæstionis.* Certum est censeri reuocatum testamentum quoad hæredis institutionem, quando conditum est à non habente filios qui tamen postea filios habuit: vel certè testator ignorabat, se filios habere. Dubitatur verò, an etiam censeatur reuocatum quoad legata?

382 *Non censetur reuocatum.* Non censetur reuocatum. Quia etiam testator filiis abundans potest, & assolet legata pia, vel ex gratitudine, aut amicitia gerere. Sic plures quos refer. Sanchez *libro quarto consil. capite* 1. *dub.* 25. *n.* 3.

383 *Reuocatum censetur.* Reuocatum censetur. Quia donatio etiam perfecta, & executioni mandata reuocatur natiuitate filiorum ex præsumpta voluntate donantis: Ergo à fortiori legata, quæ sunt donationes quædam imperfectæ, & nondum mandatę executioni. Ita Sanchez. *citat. n.* 4. Cardin de Lugo *tom. secund. de iustitia d.* 24. *num.* 52.

384 *Hos sequor.* Cum his opinor, annotans tamen, resolutionem hanc non procedere in iis legatis, quę verisimiliter testator reliquisset, etiam si filios haberet: quod ex qualitate testatoris, & aliis circunstantiis debet considerari. Si vero testator vnum filium hæredem instituit, quem solum habebat, & postea alius, vel alij nascuntur: multi dicunt legata deberi: alij melius existimant coniecturis iudicandum esse, an stãtibus pluribus filiis, pater ita liberaliter legasset. Sanchez *n.* 8. Molina *d.* 157. Addiderim, legata ita censenda reuocata in iis casibus, vt tamen valida maneant quoad eam quantitatem quam præsumitur testator eisdem legatariis relicturus adhuc stantibus filiis; quia quoad eam quantitatem non est cur reuocatio præsumatur.

DVBIVM XCII.

Pater, qui non habens filios testamentum condidit, & post natos filios diu superuixit, nec prius testamentum reuocauit: Testamentumne illud ad legata censetur, esse reuocatum?

385 *Reuocatum censetur.* Reuocatum censetur, quia cum natiuitate filiorum reuocata fuerint, etiamsi postea testator voluntatem habuerit ea confirmandi: hæc tamen voluntas non fuit legitima nec facto legitimo testium numero. Sic nonnulli apud Sanchez *libro quarto consil c. prim. dub.*

dub. 25. *nm.* 9. quos ipse sequitur.

Non censetur renocatum. Quia sicut renocatio absque numero testium solemni inducitur, ita cessatio renocationis absque solemnitate induci potest, nam renocatio etiam ipsa de ambulatoria est vsque ad mortem, & ad valorem prioris testamenti sufficit, quod renocatio, auferatur, nec videtur necesse, quod aliud testamentum fiat. Ita quidam Doctores, quos Sanchez *vbi sup.* memorat. In simili casu docet Molina *d.* 175. quando posthumus, viuente adhuc patre nascitur & moritur, quo casu prius testamentum reconualescit, etiamsi hæres sit extraneus, quia cum à principio validè fuerit facilius suas vires recuperat, vt constat ex *l. Posthumus, ff. de iniusto.*

386 *Non censetur renocatum.*

Ego quidem in casu nostro coniecturis standum esse putarim, vt intellig possit, quænam fuerit causa non renocandi testamentum, tanto tempore. Fortasse enim intentionem habebat renocandi ante mortem, & condendi aliud testamentum, quod exequi non potuit, vt frequenter assolet euenire.

387 *Auctoris resolutio.*

DVBIVM XCIII.

Quis in morbo testamentum gessit hac verborum forma: Si hoc morbo è vita discessero &c. *at postea conualuit, & nullum aliud testamentum condidit: Valetne adhuc prius testamentum?*

Minimè valet. Quia conditio illa, *si hoc morbo è vita discessero &c.* impleta non fuit: Ergo ablata ea conditione, è qua vim testamentum capiebat, id inualidum redditur, sic quidam apud Molinam *d.* 151.

388 *Non valet.*

Valet equidem. Quia verba illa non posita sunt vt conditio sed vt motiuum condendi testamentum, quod ipse testator videtur innuere, cum potens aliud condere testamentum, non fecit. Ita alij Doctores, quos Molina citatus memorauit.

389 *Valet equidem.*

Ego autem cum ipso asseruerim, coniecturis etiam vtendum esse. Aliquando enim verba illa adduntur non vt conditio, sed vt motiuum condendi tunc testamentum. Idem esset, si testamentum illud postea diu conseruauit, & multo magis si rogatus facere testamentum, dixit, se iam illud fecisse. Item si videas eum postea mori, & cum posset, noluit testamentum aliud facere. Alioquin si nullæ adsint coniecturæ, standum erit verbis in testamento appositis.

390 *Vtendum coniecturis cautissimo.*

DVBIVM XCIV.

An testari valide possit ille, de quo constat, habuisse dilucida interualla, & non constat, num actus gestus fuerit tempore sanæ mentis?

Potest validè testari. Quia debet in casu dubio præsumi, testamentum factum esse sanę mentis tempore. Sic Henriq. *l.* 11. *de matr. c.* 4. *numero* 3.

391 *Valide potest.*

Minime potest. Quia cum furoris morbus sua natura perpetuus sit, insanabilis, ac desperatus, præsumitur durare omni tempore, & illa dilucida interualla sunt per accidens, ideoque minime præsumuntur. Itaque præsumendum est, testamentum factum esse furoris tempore. Ita aliqui, quos affert, ac sequitur Sanch. *l.* 1. *de matrim. d.* 8. *n.* 17. Adducitque Molinam *d.* 136. Qui quidem id verè non dicit, nec loquitur de eo, de quo constat habuisse interualla, an præsumatur aliquid egisse interualli tempore, vel amentiæ, sed loquitur de eo, de quo constat fuisse amentem, & dubitatur, an habuerit interuallum, & dicit præsumi: non habuisse, qui est casus multo diuersus, vt constat.

392 *Valide non potest.*

Ego autem sic respondeo quæstioni. Si ex ipsius actus qualitate, & bona ac recta ordinatione ostendatur, à sui compote factus esse, vel si longo interuallo post furiosus sit factus, præsumi sana mente factum. Deinde loquendo de ægroto delirante, qui casus frequentior est, quando de valore testamenti controuertitur, notarius, & testes testificari etiam possunt, an in alijs materijs tunc temporis sanam mentem ægrotus ostenderit, & eorum dictis erit standum. At si de hoc non constet, videndum est, num tempore magis vicino antecedenti, vel consequenti deliraret, ex hoc enim colligitur status illius temporis qualis fuerit: nam si immediatè ante delirabat, non præsumitur tunc mutatus, nisi mutatio probetur. Si vero immediatè antea sanam mentem habebat: non præsumitur etiam ad delirium mutatus nisi probetur. Quod idem dixerim cum proportione de eo, qui etiam bene valens dilucida habebat interualla. Hæc & alia doctissime de more annotat Cardinalis de Lugo legendus *tomo secund. de iustit. disputation.* 24. *numero* 63.

395 *Quæstioni respondeo.*

DVBIVM XCV.

An valida sint vsurarij ad causas pias legata?

DE vsurario est specialis prohibitio in *cap. Quanquam, de vsur. lib.* 6. Vbi vsurarij notorij testamentum nullum esse declaratur. Vnde inferunt Doctores, idem esse de Codicillo, & donatione causa mortis, ne fraus legi fiat Vasq. *de testam. c.* 9. §. 1. *dub.* 8. *numer.* 32. Molin. *tomo* 2. *d.* 334. & *to.* 1. *d.* 137. Quæ tamen pœna non incurritur, si vsurarius satisfacere promisit, vel certo præstitit cautionem creditoribus, vel ijs qui possint pro illis acquirere, vel ijs absentibus Rectori Parochiæ, in qua habitat coram aliquibus fide dignis ex eadem Parochia de licentia Ordinarij, vt præfato *capit. Quanquam* expresse habetur? Quæsierim vero, an vsurarij legata ad pias causas valeant.

394 *Certum suppono.*

Valent quidem, si vsurarius cum signis pœnitentiæ decessit. Quia pœnitentiæ illa

396 *Valent quidem.*

illa documenta videntur cautionis illius vices gerere. Sic Conar. Sylu. & alij apud ipsos, teste Lugo *to. 2. de iust. d. 24. n. 70.* asserens Molinam id etiam approbare.

396 *Non valent.* Minimè valent. Quia valor eiusmodi contra legis Canonicæ expressa verba induceretur. Ita Vasq. *citatus*, cui Lugo adhæret.

397 *Idem affirmo.* Idem affirmo adijciens, certum esse, hanc pœnam soli vsurario notorio ibi imponi. Num vero locum habeat, quando in vita non fuit notorium hoc crimen, sed post mortem, Molina *d. 334.* negat, quia testamentum testatoris morte confirmatur, quo tempore adhuc vsurarius notorius non erat. Quod verum existimo. Annoto etiam, inualidum esse testamentum vsurarij infidelis subditi in temporalibus Christiano Principi. Quia licet quoad spirituales pœnas Ecclesiæ non subijciantur infideles, quoad temporales vero, & quoad contractus subijciuntur

DVBIVM XCVI.

Cum quis testatorem occidit eóque ipso ab occisi excluditur hæreditate, hæreditas illa applicaturne fisco?

398 *Nonnulla præmitto.* PRæmitto eum, qui ob crimen testari non potest, haud etiam posse ex testamento accipere, Gloss. *ad leg. Is, cui. ff. qui testamenta facere possunt.* Nec hæreticus vel Apostata *l fin. C. de hæretic. & leg. Hi, qui sanctam, Codic. de Apostat.* Nec Cardinalium persecutores, vel percussores *cap. Felicis, de pœnis libro 6.* Nec ciuitates hostium possunt hæredes instituí. *leg. Omnibus, ff. ad Trebellian.* Nec communitas Indæorum apud nos et am commorantium, *leg. 1. C. de Iudæis.* Neque Collegium illicitum *l. 3. §. in summa. ff. de colleg. illicit.* Nec seruus potest hæres institui, cuius dominus instituí non posset. *l. Non minus. ff. de hæred. instit.* His addi possunt alij casus, in quibus aliqui à bonis defuncti excluduntur. Vnus est, quando aliquis testatorem occidit, qui eo ipso ab occisi excluditur hæreditate. *leg. vlt. §. vlt ff. de bonis damnator.* Quæritur itaque an in hoc casu hæreditas applicetur fisco, an alijs hęredibus ab intestato.

399 *Non applicatur fisco, sed hæredibus.* Non applicatur fisco, sed ab intestato hæredibus. Quia *l. si ab hostib. § si vir ff. solut. matr.* dicitur. *Si vir vxorem suam occiderit, dotis actionem hæredibus vxoris datam esse, Proculus ait, & recte.* Idem ergo dicendum est de hæreditate. Sic plures, quos latè refert Sanch. *libr. 4. Consil. c. 1. dub. 38. n. 4.*

400 *Non applicatur hæredibus, sed fisco.* Applicatur fisco, non hæredi. ab intestato. Quia pro delicto occidentis testatorem hæreditas debet fisco in pœnam applicari. Ita Sanch. plures referens, *vbi sup.* Mol. *d.* 178. & constat ex dicta *l. vlt. ff. de bonis damnat.*

401 *Cum his opinor.* Cum his opinor inferens, quidé hæredé interfectoré testatoris incapacé nó esse hęreditatis. sed eam posse retinere, quod enim fisco applicatur, aufertur hæredi, vt indigno, atque adeo in pœnam, quæ ante sententiam non debetur, vt docet Mol. loco citato, & probat Sanch. *n. 1.* & 2. Ad illam autem *l. si ab hostibus* dixerim, id esse peculiare in lucris dotis, hæreditas vero non ita facile adimi potest absque sententia hæredi igitur applicanda hæreditas fisco, sed post iudicis sententiam.

DVBIVM XCVII.

An filius spurius possit aliquid accipere in substitutione fideicommissaria.

402 *Nonnulla recolo.* REcolo filios illegitimos quosdam naturales, quosdam spurios appellari. Naturales dicuntur iam omnes illi, qui concepti, vel nati sunt ex parentibus solutis, id est, liberis, vt possent inter se matrimonium contrahere; spurij dicuntur alij omnes. Deinde ad memoriā affero, substitutionem esse triplicem, vulgarem, fideicommissariam, ac pupillarem. Vulgaris est, quando testator dicit. *Sit meus hæres Petrus, si vero ipse non fuerit, sit Antonius.* Fideicōmissaria est, quando, dicit. *Facito te hæredē, & rogo, vt hæreditatem Petro restituas.* Pupillaris est, quando pater relinquit filium impuberem, & dicit, *si filius meus ante pubertatem decedat, Antonius sit eius hæres.* His suppositis, de vulgari substitutione non est dubiū quod ex ea spurius nihil possit accipere, cum id totum acciperet ex bonis patris, & immediatè à patre. De fideicommissaria, & pupillari quæstio voluitur, ac primum circa fideicommissariam quęsierim, num spurius possit aliquid ob eam ex patris testamento ancipere?

403 *Non potest accipere.* Hęres cui id pater spurij commisit, nec potest dare spurio hęreditatem, nec spurius potest accipere. Quia cum certum sit spurium nihil posse à patre capere neque ex testamento, neque ab intestato, neque inter viuos, nec poterit ex fideicommissaria substitutione facta quidem in fraudem legis, dum mediante hærede illo absolutè à patre relictam accipit hæreditatem. Sic quam plures Theologi, ac Iuristæ, quos affert Sanchez *libro quarto Consil. dub. 20. c. 3. num. 4.* qui *numero 11.* dicit hanc sententiam valde esse probabilem. Cui autem debeat hæres restituere ea bona, aliqui dicunt fisco, alij hæredi alteri, si sit institutus, alioquin hęredibus ab intestato.

404 *Accipere potest.* Potest ille hæres siue fidem dederit, siue non dederit ea bona spurio dare, & ipse spurius accipere. Quia nullo modo hæres redditur redditur incapax acquirendi dominij illorum bonorum, licet peccanerit promittendo contra leges. Alioquin verò cum grauamen illud appositum sit contra leges, non tenetur illud obseruare, si tamen voluerit dare ea bona spurio, non quidem ex pacto, & obligatione, sed sponte sua, sicut posset ei alia bona sua donare, non est, cur non possit, & cur spurius non valeat accipere, cum tunc nihil accipiat à patre, neque ex eius testamento, ac bonis, sed ex bonis hæredis liberaliter spurio datis. Ita plures, quos affert ac sequitur idem Sanch. *ibi dub. 20. n. 9.* Mol. *d. 169.* Less. & Diana, quos affert, ac sequitur Lugo *to. 2. de iust. d. 14. n. 95.*

405 *Auctoris.* Ego huic applaudens rationi, existimo, hanc esse viam magis tutam, quam pater etiam licite possit

Solutio, quæ id licite, & valide fieri possit.

possit agere, quod bona ad filium spurium deueniant, dicendo amico cui fidat: Ego scio, quod tu nihil licitè potes vel valide promittere, nec ego volo te vllo modo obligare, volo tamen te hæredem instituere, & spero, ex benevolentia, quam in te expertus sum, quòd curam mei filij habebis, & ipsi prouidebis, vt ego prouiderem. Quæ si sincere agantur, & nullũ interueniat pactum etiam implicitum, licitè fiunt, quia verè pater nihil filio relinquit, nec filius verè aliquid à patre accipit, sed solum ab illo amico. Hoc tamen intelligitur, quando ille hæres esset persona, quæ alias ex ius bonis posset dare spurio, quales non sunt, qui donare non possunt, nec ascendentes respectu spurij ex Clerico, vel Religioso consanguinei patris de iure Hispano. Lege Molinam *vbi sup.*

DVBIVM XCVIII.

An hæres stare fidem dederit patri spurij, siue non dederit, possit si velit licite ea bona sibi retinere, & spurio non dare?

408 *Non potest licite sibi retinere.*

DIximus Dubio proximo, posse hæredem si velit ea bona sibi comm.illa à patre spurij, illi dare sua sponte. Quæritur verò, num si ea sibi retinere libeat, & spurio non tradere, licitè possit. Minimè potest. Quia hæres non potest ex voluntate testatoris bona illa sibi adiudicare, cum testator ad hoc solum dederit, vt filio restituat. Ergo nullo titulo iustè retinebit. Adde, ex *leg. Prædonis, ff. de petit. hæredit.* eiusmodi hæredem pacto præcedente non restituentem fisco bona illa pro prædone haberi. Sic Theologi, ac Iuristæ, quos refert Sanch *l. 4. consil. c. 3. dub. 20. n. 4.*

407 *Licite sibi retinere potest.*

Retinere licite potest. Quia institutio illa non fuit conditionalis, sed absoluta, adiecto modo, vel granamine. Fit ergo dominus hæreditatis, & postea liber est à granamine quod est contra leges, quare habet illa bona partim ex voluntate testatoris, partim ex lege irritante illud grauamen. Ita Sanchez *ibi. num. 9.* Vasq. *de testam. §. 7. n. 108.* Card. Lugo *de iust. to. 2. d. 24. numero 96.*

408 *His adhæreo.*

His lubens adhæreo, & ideo hæredem prædonem non esse in conscientia affirmo, sed loco prædonis habendum ad hunc effectum, quod fiscus ab eo auferre possit hæreditatem cum fructibus, cum antè hæc sit pœna delicti, non tenetur ipse se manifestare ad pœnã subeundam. Quod si hæres à iudice interrogetur, poterit negare; nulla præcedente infamia, vel probatione semiplena, quia agitur de eius delicto, & de pœna grauissima ei iniungenda. Sanch. *vbi sup. dub. 23.* Vasq. *§. 7. num. 115.* & alij communiter?

DVBIV XCIX.

An spurius substitutus pupillariter filio legitimo obeunti, possit succedere pupillo in bonis paternis talis substitutionis virtute?

409 *Nonnulla suppono.*

DIxi *numero* 402. substitutionem pupillarem esse, quando pater relinquit filium impuberem, & dicit: Si filius meus ante pubertatem decedat, Antonius sit eius hæres. Certum autem existimo spurium substitutum pupillariter filio legitimo posse succedere in bonis, quę pupillus aliunde, & non ex patre habebat. Quia non accipit bona patris, sed pupilli, pro quo testatus est pater. Asserunt id multi relati à Sanchez *libro quarto Consil. capite 3. dub. 24. numero septimo, & octauo*: dicens esse certum loquendo de iure communi, nam de iure Hispano aliter dicendum est de filio spurio Clerici, vel Religiosi, qui nec à consanguineis patris potest aliquid accipere. Quæstio autem est quoad bona, quę pupillus à patre habuit, nùm spurius substitutus pupillariter filio legitimo possit ei in his bonis succedere.

410 *Non potest succedere.*

Non potest succedere pupillo virtute talis substitutionis. Quia iam tunc ex voluntate patris illa bona paterna acciperet. Sic plurimi, quos affert, & sequitur Sanchez *dub. 25. numero secundo*, Mol. *d. 167.* Lessius *libr. secund. c. 19. dub. 6. numero 59.*

411 *Succedere potest.*

potest quidem succedere. Quia sicut quoad alia bona pupilli potest pater pro ipso intra pubertatem decedente testari, ne intestatus obeat, ita potest quoad bona, quæ pupillus à patre habuit, cum hæc non minus sint bona pupilli: quam alia, & non minus expediat, pupillum non mori intestatum quoad hæc, quam quoad alia. Ita Acosta apud Sanch. *n. 3.* & ipse Sanch. dicit satis esse probabilem, & tutam.

412 *Hæc magis placet sententia standō in ratione.*

Et mihi quidem stando in ratione magis placet. Dupliciter itaque posset pater de iis bonis disponere, vel in illis spurium substituere. Primo, quatenus bona sua sunt, & ideo ita ea relinquit pupillo, vt velit, tali casu occurrente, ad spurium venire, & hęc magis esset substitutio vulgaris, quam pupillaris, & nullo modo valida esset. Secundo, potest ea absolute relinquere pupillo, & postea nullo habito respectu ad hoc, quod bona illa sint à parte, sed quia sunt bona pupilli, potest disponere nomine pupilli de illis, si intra pubertatẽ moriatur, & hæc est propria substitutio pupillaris. Nec video, cur non possit pater testari libere pro filio circa hæc bona, sicut circa alia, cum in his etiam non tàm sit testamentum patris, quam pupilli, cuius nomine pater testatur, & de illis bonis disponit, nec spurius tunc accipit ea à patre, sed à pupillo, nec ideo quia fuere bona patris, sed solum quia sunt bona pupilli.

DVBIVM C.

Pater spurij dicit alteri habenti filium spurium: Ego instituam hæredem tuum filium, & tu institues meum. Huiusmodi institutio validane esset nisi obstaret Bulla Pij V.?

413 *Valida esset.* VAlida esset, nisi obstaret Bulla Pij V. qua reuocatæ sunt huiusmodi institutiones in ordine ad filios spurios Clericorum. Quia bona illa à patre non accipit, sed ab alterius spurij parente. Sic Nauar. apud Molinam *d.* 169. Fauer Malder. *de iust. tr.* 1. *cap.* 11. *dub.* 4 His verbis. *Item potest pater ea conditione quempiam hæredem scribere, vt ipsius instituti alia bona habeat spurius.* Si enim hoc fieri potest, poterit & illud cum eadem sit ratio.

414 *Non esset valida.* Etiam seclusa Pij V. Bulla, huiusmodi institutio valida non esset. Quia eo casu spurius accipit non à testatore illum instituente, sed à suo patre illud lucrum, sicut si pater commutasset tuum fundum cum alio fundo Petri, & dicens: Hunc fundum do tibi, vt tu des tuum fundum filio meo: certè spurius acciperet fundum illum à suo patre, & non à Petro, qui ex contractu oneroso debet illum dare patri, vel cui pater voluerit. Ita Mol. *citat.* Card. de Lugo *to.* 2. *de iust. d.* 24. *n.* 107.

415 *Hoc mihi probabilius.* Hoc probabilius longè esse reor. Attamen si absque pacto hæc fierent, dicendo: Ego volo instituere, hæredem tuum filium spurium, & spero quòd tu ex gratitudine meum institues, ad hoc tamen non te obligo, in foro conscientiæ non esset scrupulus, in foro tamen externo non facile à præsumptione pacti eiusmodi institutor absolueretur. Neque etiam id virtute alicuius indulti in foro conscientiæ fieri posset post Bullam Pij V. licet sine indulto posset.

DVBIVM CI.

An possit pater filium spurium instituere hæredem sub conditione, si à Principe legitimetur?

416 *Minimè potest.* MInimè potest. Quia *l. si alienum* 49. §. *in extraneis, ff. de hæred. instit.* dicitur, in institutione etiam conditionata inspiciendum tempus mortis, testamenti, & aditæ hæreditatis, an sit tunc hæres capax. Sic Anton. de Matinis, quem affert, & approbare videtur Diana *to.* 4. *tr.* 3. *res.* 121.

417 *Potest plane.* Potest planè valide, ac licitè. Quia id habetur expressè ex *leg. In tempus* 62. *ff. de hæred. instit.* profante: *In tempus capiendæ hæreditatis instituti heredem posse benevolentia est, velut Lucius Titius, cum capere potuerit, hæres esto, idem & in legato.* Ita Molina multos citans *d.* 169. Coua. & Ant. Gom. quos affert, & sequitur Vasq. §. 7. *dub.* 6. Sanch. *l.* 4. *consil. c.* 3. *dub.* 28.

Idem assero iudicans non obstare *leg. si alienum*, quia ibi sermo est de institutione pura, vel conditionata sub alia conditione, non sub conditione capacitatis, prout est in casu nostro. Ratio autem differentiæ est, quod quæuis alia conditio si ponatur, reddit actum absolutum, quare si non inuenit subiectum tunc capax, manebit actus inualidus: Quando verò apponitur ipsa capacitas pro conditione, eo ipso suspenditur actus vsque ad tempus positæ capacitatis quo incipiet primo esse absolutus, & tunc non est inualiditatis periculum. 418 *Idem assero*

DVBIVM CII.

An filius spurius possit, de iure communi, à matre vel à matris adscendentibus per testamentum accipere?

MItto leges Hispanas de quibus legendus Vasq. *de testam. cap.* 5. §. 8. & Sanch. *l.* 4. *consil. cap.* 3. *dub.* 10. & de iure communi quæstio procedit: potest quidem spurius matri succedere, quando non est ex concubitu legibus damnato, qui autem, vel qualis sit concubitus legibus damnatus, non satis constat, varij enim, & variè enumerantur, Molina dicit *d.* 167. nullum filium spurium posse matri succedere, nisi vbi iure inuenitur exceptio facta, prout solum sit de filio spurio ex matre soluta, & non illustri, & incerto parte genito *leg. si quis illustrem Cod. ad Orficianum*, & §. *Nouissime instit. de Senatusconsulto Orficiano.* reliqui autem concubitus damnati sunt de iure communi. Quæsierim igitur, num spurius possit à matre, vel à consanguineis maternis aliquid per testamentum accipere. 419 *Nonnulla suppono.*

Spurius, qui cum impedimento dirimenti genitus, ac natus est erit ex concubitu damnato, & non poterit matri succedere, de iure communi. Quia filius, qui patri non potest succedere, non potest etiam matri, nisi iure excipiatur, sed non excipitur respectu successionis maternæ nisi casus ille assignatus *leg. si quis.* Ergo in alijs non potest filius spurius succedere matri, cum in nullo possit patri succedere. Sic Molina *disputatione* 167. §. *Hodie tamen.* 420 *Non potest accipere.*

Spurius potest à matre, & ascendentibus matris accipere. Quia leges ad incapacitatem spurij, non loquuntur expressè de successione materna, sed paterna, vt constat ex *authentic. licet. Cod. de natural. liber*, & ex *authentic. Quibus modis natural. effici. legitim. §. vltim. titulo primo collat.* 7. & licet in §. *Nouissime, Institut. de Senatusconsulto Orficiano*, solum dicatur illos liberos, qui vulgo quæsiti sunt, ad matris hæreditatem ex hoc Senatusconsulto admitti, tamen ibi solum agitur de successione ab intestato, de qua ibi non agebatur. Ita Lessius *libro secundo cap.* 19. *dub.* 6. *numero* 66. Diana *p.* 4. *tr.* 3 *resolut.* 121. Sà *v. Hæreditas*, & Henriq. *libro prim. de matr. c.* 21. *numero* 1. dicit, spurium posse retinere ea, quæ mater ipsi reliquit, donec 421 *Accipere potest.*

donec à iudice priuetur, modo notabiliter filijs legitimis non noceat.

422 *Auctoris resolutio.* Certè P. Molinæ discursus mihi omninò placeret, si principium illud, quod vt certum supponit, probaret benè iure communi, quod filius incapax succedendi patri, sit eo ipso incapax succedendi matri, nisi excipiatur. De illo enim dubitant doctores. Quare existimo, in hoc standum esse legibus municipalibus, & consuetudini ciuitatis Prouinciæ, quæ est optima legum interpres, & quia leges variæ sunt in diuersis locis non est, cur in hoc multum immoremur.

DVBIVM CIII.

An spurio etiam non indigenti, sed aliunde potenti se alere, possit pater alimenta præbere testamento

423 *Certum supono.* IVxta ciuiles leges de iure communi pater nec debebat, nec poterat spurijs alimenta dare *leg. Ex complexu. C. de incestis nupt.* licet alij leges illas ciuiles explicent de alimentis non ad necessitatem vitæ, & naturæ, sed ad decentiam status, ne sint contrariæ naturali legi, qua parentes tenentur suos alere filios, vt constat ex Isidoro *l. 5. Etymolog. c. 4.* relato *in cap. Ius naturale dist. 2.* Hoc præmisso, quæstio est, an spurio non indigenti, sed aliunde potenti se alere, possit pater alimenta relinquere?

424 *Potest quidem* Potest quidem, præsertim si alimentorum quantitas lege sit definita, v. g. in Hispania, vbi existentibus legitimis, non potest pater filio spurio ad alimenta dare nisi quintum bonorum. Quia dum lex non limitat, si aliunde spurius non habeat, vnde victitet, videtur concedere facultatem patri, vt vel potenti se aliunde alere, valeat alimenta relinquere; sic aliqui, quos presso nomine affert Lessi. *l. 2. c. 19. dub. 6. n. 62.* Id autem posse fieri in Hispania, & vbicumque quantitas lege sit definita asserunt nonnulli, quos refert Sanchez *l. 4. Consil. c. 3. dub. 31. n. 1.*

425 *Non potest* Minime potest pater de iure communi eo casu spurio relinquere. Quia id colligitur ex *cap. cum haberet*, vbi solum dicitur, à parentibus subministranda esse necessaria spurijs, Ergo quando necessaria non sunt, standum erit legibus ciuilibus negantibus facultatem donandi. Ita alijs relatis, Sanch. *citat.* Vasq. *de rest. dub. 9. n. 140.* & 134. Mol. *vbi sup. §. alimenta.*

426 *Hoc mihi certum.* Hoc certum esse puto. Quia & certum aliunde est, parentes iure naturæ non teneri ad alendum filium, qui aliunde habet alimenta necessaria. Imo etiam hoc verum esse reor de iure Hispano, quo solum conceditur facultas parentibus dare quintum, quando tenentur filijs spurijs alimenta præstare, hoc est, quando aliunde ipsi non habent.

DVBIVM CIV.

Alimenta spuriis dandáne sunt solummodo ad necessaria naturæ sustinenda, non ad status decentiam?

427 *Danda sūt solum ad naturā sustentandam* DAnda quidem sunt solum ad sustinendam naturam, non ad status decentiam. Quia pater ad nihil aliud tenetur ex legum præscriptione, sic aliqui, quos refert Sanch. *l. 4. cons. c. 3. dub. 34.*

428 *Non sunt danda solū ad sustentandam naturam.* Non danda sunt solummodo ad sustinendam naturam, sed etiam ad status decentiam. Quia id colligitur ex verbis textus in *c. cum haberet*, quibus dicitur. *Solicitudinis tamen suæ intererit, vt vtérque l. be is suis secundum, quod eis supperunt facultates, necessaria subministret.* Vbi facultates parentum considerandæ dicuntur ad alimenta debita taxanda. Et quidem absurdum esset, quod filio Ducis, vel Principis darentur à patre panis, & olera solum ad sustentandam naturam, sicut si rustici inopis filius esset. Ita Iuristæ communiter, quos refert, ac sequitur Sanchez *ibi.* Molina *vbi suprà*, Lessius *numero 68.* Vasquez *dub. 9. nu. 134.* & alij.

429 *Hoc fere certum esse reor.* Hoc certum fere esse reor. Vnde colligo, non esse cogendum spurium ad vituendum arte, vel labore suo, quando id dedecus filio esset, attenta personæ conditione, nec posse patrem eum ponere in prophanorum collegio, vel alia domo pauperum, quando id patri, vel filio esset indecorum. Debere etiam attendi ad personas, quas spurius domi suæ alere tenetur, vt si vxorem duxit etiam reluctante patre, si filios habeat, seruos, & familiam, iuxta suam conditionem, necessariam. Sanchez *dub. 34* legendus.

DVBIVM CV.

An iudicandum sit spurium indigere quando habet aliqua bona immobilia, ex quorum redditibus non potest, sufficienter viuere; posset tamen, si ea venderet, ex pretio viuere?

430 *Iudicandū est indigere* IVdicandum est spurium indigere, & ei alimenta debentur. Quia si diuendere cogeretur ea bona immobilia, breui tempore grauius indigeret. Reputanda ergo sunt tanquam accidentaria illa bona ad alimentorum effectum, sic nonnulli, quorum sententia confirmata fuit sententia iuridica in Prætorio Granatensi, teste Vasq. *de testam. dub. 12. n. 145.*

431 *Non est iudicandum,* Non iudicandum est, spuriū indigere, sed deneganda ei, sunt alimenta, si vendita proprietate illorum bonorū posset censum emere, vel pecunia illa negotiari absque dedecore, ita vt ex redditu censuali, vel negotiationis lucro viuere

viuere posset. Ita Vasq. *citatus*, & Tello apud ipsum.

432 *Hoc verius puto, & alij dubitationi respondeo.*

Hoc verius existimo. Dubitabis tamen, an si ex censu perpetuo non posset sufficienter viuere, debeat ex illorum bonorum pretio emere censum vitalitium maioris quantitatis redditus annuos gerentem? Et quidem in primis non videtur cogendus ad vendenda illa bona, vt ex capitali ipsius pretij successiue viueret, hæc enim manifesta imprudentia esset, & satis indiget, qui non potest se alere, nisi imprudenter expendendo, quę habet, & in hoc casu veram esse primam sententiam reor. Quoad emendum autem censum, vel alios redditus vitalitios, qui morte ipsius finiuntur distinguere iubet. Nam si spurius filios habet, vel sperat habere, quia de vxore ducenda cogitat, vel alias personas habet, quibus post mortem debeat prouidere, non videtur cogendus, vt totum, quod habet, reducat ad vitalitios redditus: cum attendere debeat ad tempus etiam subsequens. Si verò ita esset solus, vt sibi soli indigeret, non existimo cum absolute egere, qui habet quantum ad viuendum sufficiat. Si enim beneficium Ecclesiasticum possideret cōgruæ sustentationi sufficiens, proculdubio pater non deberet, nec posset ei alimenta relinquere. Si ergo ex bonis suis potest sibi prouidere sicut si haberet Beneficium, non poterunt ei alia alimenta dari.

DVBIVM CVI.

Si aliquis sic institutus sit hæres in re certa, vt testator expresse dixerit, se nolle quod in his bonis ille succedat, debeine adhuc in illis succedere?

433 *De hærede plura recolo.*

Recolo, alios esse hæredes ex testamento, alios ab intestato. Porro hæres in testamento adeo est necessarius de iure communi, vt testamentum, in quo nullus hæres institutur, validum non sit, nisi ad pias causas fiat. Hęredes in testamento alij sunt vniuersales, qui totaliter defuncti personam repræsentant, quoad iura, & quoad debita. Alij sunt hæredes ex parte, quando non in totam, sed in parte instituuntur, & tunc non in totum, sed in parte defunctum repręsentant. potest autem hæres dupliciter quoad partem institui. Primo quoad quotam hæreditatis, vt pro tertia vel quarta hæreditatis parte. Secundò in re certa, vt si instituatur hæres in gregibus, in fundo, in censu, si primo modo instituatur, est propriè hæres, *leg. Quoties, C. dic. de hæredit. institut.* Et quidem si plures instituantur, non designata singulis parte, censentur omnes æquis portionibus succedere, nisi forte vnum instituat per se, & alios per modum collectionis, v.gr. si dicat, *Instituo Antonium, & filios Petri*, tunc dimidia pars pertinet ad Antonium, & dimidia ad omnes alios Petri filios. His præmissis, quæsierim, nùm si quis ita institutus sit hæres, in re certa, vt testator expresse dixerit, se nolle, quod in alijs bonis succedat, debeat adhuc in alijs succedere?

Debet plane. Quia impossibile est, aliquem præter militem testatum solum pro parte decedere, ex *reg. ius nostrum*, & ex *leg. si quis ita hæres instituatur ff. de hæred. institu.* Sic aliqui, quos affert Vasq. *cap. 7. de test. §. 4. dub. quarto* Lege Molinam *disputation. 148. §. cum hoc dubio.* 434 *Debet succedere.*

Minime debet, sed seruanda est testatoris voluntas, nec accrescendi ius datur. Quia ille, qui de sola bonorum parte testatus est, vel cogitauit de altera parte, vel non cogitauit, quia obligatus fuit. Si cogitauit, vel ideo in illa nō instituit hæredem, quia volebat de illa alia parte disponere, & oblitus fuit, & tunc censetur voluisse, quod illa pars à cuius possessione eum hæredem abstraxit, alijs cedat, ad quos ex iure pertinere videbitur. Si autem non habebat animum de illis disponendi bonis eo ipso voluit, quod ad hæredem ab intestato deuenirent. Vnde nullo ex capite ius habet ille, vt in eis bonis succedere valeat. Ita Barth. Sylvest: & alij quos affert Molina *citatus*, & sequitur Vasquez *dub. quarto.* 435 *Non debet succedere.*

Ego autem cum Molina hanc sententiam amplector? quando testator ignorabat ius prohibens, ne aliquis testatus pro parte sola decedat, prout omnes non docti communiter ignorant. Quando autem id scirent, in pœnam iuste potest tota hæreditas contra eius voluntatem hæredi partiali conferri. Addit Bartholus, & Paulus de Castro apud Molinam; institutionem hæredis in re certa cum exclusione ab alijs bonis inualidam esse, si nullus alius sit, hæres, atque adeo omnia bona ad hæredem ab intestato pertinere. Quia *naturaliter* repugnat aliquem testatum, & intestatum decedere, vt dicitur in *reg. Ius nostrum*. Molina verò, & Vasquez dicunt, ridiculum esse quod id sit contra ius naturæ, cui militi id liceat, atque etiam non militi, quando hęres non erat capax totius hæreditatis, & in bonis, quorum est capax institutitur, *l. 1. C. de secund. nuptiis.* 436 *Hanc sententiam amplector.*

DVBIVM CVII.

An successio filij in bonis paternis sit ex iure diuino?

Est de iure diuino. Quia Paulus ad *Galat. 4.* dixit. Quod *filius hæres*, & *Leu. 25. Et hereditario iure mittetis ad posteros*, sic Anton. Gomez quem affert Vasq. *de testam. c. 5. §. 1. num. 3.* 437 *De iure diuino est.*

De iure diuino non est: Quia non subest tale præceptum in scriptura à Deo latum, sed ad summum supponitur ius naturale, & de illo fit mentio in præfatis locis. Ita Vasq. *citatus.* 438 *Non est de iure diuino*

Qui quidem videtur concedere esse de primo iure naturali, supposito iure gentium, quo facta est rerum diuisio. Attamen postea *c. 6. §. 3. dub. 4. n. 65.* plane fatetur, id de iure naturæ non esse. Quod mihi verum videtur, quia alioquin spurij etiam deberent succedere, qui natura inspecta, æque sunt filij, neque enim natura 439 *Nec esse de iure diuino.*

distinguit

distinguit inter legitimos, & illegitimos. Erit ergo de iure naturæ, quod pater alimenta filius prouideat in pueritia, & quando sibi prouidere non possunt. Habet etiam fundamentum in natura, quod filius patri succedat, & quod id lege præcipiatur, & etiam absque vlla lege exequatur id pater; & ideo Paulus arguit ex filiatione hæreditatem; non ita tamen hoc est de iure naturæ formaliter, vt sine iniustitia omitti non posset, & licitè etiam iusta causa interueniente.

DVBIVM CVIII.

An Pœnitentia filij post culpam sequuta ante mortem patris sufficiat, ad abolendam exhæredationis causam, itavt postea contra eius valorem possit agere?

440 *Recolo plures causas exhæredandi filios.*

REcolo plures esse causas legitimas exhæredandi, vel prætermittendi filium. Exhæreari enim iustè potest, si iniustè manus, violentas in parentes iniecit. Si grauem & inhonestam iniuriam eis intulit. Si eos in criminalibus accusauit in iis, quæ non sunt contra principem, aut Rempublicam: quod idem etiam est, quando de hæresi accusarentur, est enim contra Ecclesiasticam Rempublicam. Si in iis non coactus testis, aduocatus, vel procurator contra parentes sit. Si cum maleficis & maleficus versatus. Si parentum vitæ veneno, & quouis alio modo insidiari tentauerit, nisi antequã detegatur, ductus pœnitẽtia destiterit. Si nouercæ suæ, aut concubinæ patris vnicæ, & domi à patre retentæ se immiscuit, nisi id noranter fecisset, si delatione sua grauia dispendia parentibus abstulit, si parentes incarcerato filius masculus ab eo rogatus & idoneus noluit pro eo fideiubere, vt liber euaderet, si parentes testari prohibuerit, si parentis mente capti curam non habuere liberi post decimum octauum annum: vel si eum captiuum redimere non curarunt, poterunt à parente sui compote facto, vel à captiuitate redeunte, exhæredari, si contra parentum voluntatem filius inter arenarios, vel mimos sese pretio sociauerit, & in hac professione perstiterit, nisi quãdo parentes eiusdem essent professionis si filia vel neptis, cui parentes maritum, & dotem competentem dare volebant, elegerit potius luxuriosam degere vitam, nisi id fecerit eo quod vsque ad vigesimum quintum annum ætatis parentes ei nuptias distulerint. Mater tamen non poterit hac de causa exhęredare filiã, quando ipsa luxuriosè viuebat: pater vero poterit, licet ipse luxuriosè viueret. Idem si inuitis parentibus mancipio nupsit. Quæ omnia constant ex *Authentic. Cum de appellatione.* His ad memoriam adlatis iam requiro, num pœnitentia filij post aliquam eiusmodi culpam secuta ante obitum patris, sufficiat ad causam exhæredationis abolendam, ita vt postea contra eius valorem agere possit?

441 *Sufficit pœnitentia finalis.*

Sufficit quidem. Quia pœnitentia iam videtur culpam obliterasse: & iuxta legislatoris mentem erit, vt culpa cessante, cesset & pœna, sic aliqui apud Vasques *de testament. c. 7. lib. §. 3. dubio quinto* & Molinam *d. 176.*

442 *Non sufficit*

Minimè sufficit. Quia licet pœnitentia quoad Deum culpam deleat, quo ad forum tamen humanum non reddit pœnitentem immunem a pœna debita, sed potest merito hæc ab eo exigi ob delictum præteritum. Ita Vasquez, & Molina cum multis *vbi suprà.* Queis addo Cardinal. de Lugo *tomo secundo de iust. d. 24. numero 168.*

443 *Cum his opinor.*

Cum his opinor. Nam sicut Iudex, sic & pater propter delictum præteritum potest hęredatis priuatione filium punire non obstante pœnitudine subsequuta. Non enim punit propter obstinationem, sed pro culpa prælapsa, quam pro causa adducit.

DVBIVM CIX.

An pars illa, quæ danda esset filio exhæredato, debeat aliis filiis accrescere?

444 *Quæstionis status.*

PAter (v. gr.) habebat sex filios, quibus iuxta ea, quæ sæpè innuimus, de iure communi debebatur dimidia pars bonorum: pater exhæredauit duos; quæritur, an aliis quatuor danda sit integra dimidia, an solum tertia pars, quia extantibus solis quatuor filiis non debetur dimidia, sed solum tertia bonorum pars?

445 *Non debet aliis filiis accrescere.*

Non debet aliis filiis accrescere, sed tertia solùm pars inter alios quatuor est dividenda, sicut si illi duo essent mortui. Quia exhęredatio facit, vt pro mortuis illi reputentur. Id autem procedit de iure communi, in quo determinata est pars legitima filiorum; secus verò de iure Hispano quo totum patrimoniũ, partem quintam si demas, pro legitima filiorum assignatur, quare reliquis filius pars illa accrescit, sic Anton. Gomez, quem sequitur Vasquez *de testament. cap. septima paragrapho tertio dubio septim.*

446 *Accrescere debet aliis filiis.*

Debet quidem aliis accrescere. Quia si testator haberet quatuor filios solos, deberet illis de iure communi solummodo tertiam bonorum partem; si autem habet quinque, debet illis dimidiam; quare si bona valent 1200. aureos debentur filiis 600. Tunc ergo exhæredato vno quæsierim, an aliis, quatuor debeatur solũ tertia pars bonorũ nẽpe 400. an plus aliquid? Si plus debetur, ergo exhæredatus non habetur pro mortuo: si enim esset mortuus, quatuor filiis debetur sola tertia pars, iuxta iuris communis regulam, nempe 400. & nunc aliquid plus debetur, quia sunt quinque filij, quibus extãbus dimidium bonorum debetur. Si vero quatuor illis debetur tunc sola tertia pars; Ergo propter exhæredationem, & culpam vnius alij quatuor innocentes puniuntur; nam ob exhæredationem non solum nihil eis accrescit, sed decrescit aliquid portionibus singulorum, si enim nullus esset exhæredatus, deberet diuidi inter quinque fratres media bonorum

pars, nempe 600. & exhæredato vno debent solum diuidi 4001 inter alios quatuor, quare singulorum portiones decrescunt, & innocentes etiam fratres puniuntur, quod durum videtur. Ita Cardinal. de Lugo *tom. 2. de iust. d. 24. n. 171.*

447 *Hoc magis verè & consequèter dici existimo.*

Ego autem tanti viri authoritate nitens, multo verius, ac magis consequenter dicendum existimo, quod filij exhæredati pars debet legitimę aliorum filiorum accrescere: quod quidem non video, quonammodo in multis casibus possit à Vasquez, ac Molina negari consequenter. Si pater (v.gr.) habeat quatuor filios, quorum tres exhæredet, si filio non exhæredato nihil accrescit, sequitur, quod pater debet solum illi relinquere quartam partem tertij bonorum, nam si bona valent 1200. & debet solũ dare ei 100. & de reliquo potest liberè disponere quoad extraneos, quod præterquam quod est contra legis mentem, quæ patri non dat facultatem disponendi ex tanta bonorum parte, quãdo habet filias, vel filium capacem ac dignum, est etiam contra principium, quod ab iis Auctoribus supponitur, quod exhæredati reputantur pro mortuis; si enim alij tres filij mortui essent, hic alius haberet tertiam bonorum; Ergo si hæredi tati pro mortuis reputantur, debet totum tertium bonorum habere, & consequenter illius legitimæ portio aliorum accrescit.

DVBIVM CX.

Ecclesia, vel quæuis alia causa pia quando est hæres, & non conficit inuentarium, tenetúrne sicut alij hæredes, omnibus creditoribus etiam supra vires hæreditatis?

448 *Status quæstionis.*

CErtum est hæredem, si inuentarium non fecerit, teneri in solidum omnibus vltra hæreditatis vires. Quæsierim, an Ecclesia vel causa pia cum hæres est, & inuentarium non conficit, supra hæreditatis vires etiam sicut alij hæredes teneatur?

449 *Non tenetur.*

Non tenetur. Quia in Ecclesia cessat præsumptio quod occultauerit bona defuncti, quam ob rationem inuentarium conficiendum est. Sic Bartol. & alij apud Molinam *disputatio, 217. in principio.*

450 *Tenetur quidem.*

Tenetur quidem. Quia *lex vltim. paragrapho vltim. Codice de iure deliber.* vniuersaliter loquitur de Sacerdotibus Principibus, & Imperatoribus, pupillis, & minoribus, & aliis omnibus pupilli tamen & minores agere possunt siue per restitutionem in integrum siue contra tutorem, & curatorem ob negligentiam commissam. Ita alij plures, quos Molina sequitur.

451 *Auctoris resolutio.*

His hæreo Bart. vt Couarruuias apud eundem Molinam docet Ecclesia non tenetur legatariis supra vires; quia lex in præsũptione fũdatur. Quod ipse Moli. benè admittit ante latã sẽtentiam, quia lex illa est pœnalis, & non debetur ante sententiam pœna. Fateor equidem teneri Ecclesiam, vel causam piam in foro interno & externo, quando in ipsa vel in eius ministris fuit culpa, vel probabilis coniectura, quod eius ministri aliqua de bonis defuncti occultassent.

DVBIVM CXI.

Excusaturne, in conscientiæ foro hæres à soluendis debitis ob inuentarij omissionem?

NOn excusatur in ordine ad debita esto in ordine ad legata excusetur. Quia ad debita tenetur hæres ex contractu cum creditoribus inito, vt constat ex lege Apud Iulianum *§. fin ff. ad Trebellianum.* Sic Couar. & Aretin. apud Molina. *d. 217.* 452 *Non excusatur*

Excusatur in conscientia à soluendis debitis & legatis. Quia leges illæ fundantur in præsumptione bonorum occultatorum ab hærede. Ita Panormit. Bartol. Hostiens. & alij apud Molinã *citat.* Queis addo Ioan. Valerum, Ægidium, & Villalobos, quos refert, ac sequitur Diana *p. 2. tr. 5. resol. 56.* Vasquez *de testament. c. 9. §. 3. dub. 6.* 453 *Excusatur.*

Existimo, vtranque sententiam probabilem, ac tutam esse. Stando vero in ratione, magis placet P. Molinæ sententia docentis esse obligationem in conscientia in ordine ad creditores, quibus verè hæres debet hoc ex quasi contractu, & non ex pœna, vel ex lege ob præsumptionem, vt adductis & ponderatis verbis legis late ac differtè probat. Ad legata verò non tenetur hæresim contractu, sed in omissi inuentarij pœnam: quare ante sententiam non tenebitur, tenebitur autem post sententiam, si culpa verò præcedente, nec post sententiam tenebitur, cum pœna sine culpa non possit in conscientia deberi. 464 *Auctoris resolutio*

DVBIVM CXII.

Quando duo homines sunt eiusdem nominis, si ex coniecturis, & circunstantiis constare non potest, cuinam eorum legatum relictum sit, valetne legatum?

SVppono, posse errorem interuenire in ipso legato, in quo testator erat, legando bouem pro equo, vel fundum aratorium pro vinea; vel vni legatario pro alio, quando error est in solo nomine legatarij, vel rei legatæ, constat tamen de persona, vel re, de qua testator loquebatur, valet legatum; Error enim solius nominis non vitiat dispositionem. Vasquez *de restitut. cap. 8. paragrapho quarto dubio prim.* Sanchez *lib. septim. de matrim. d. 8. numer. 17.* & constat ex *leg. si quis in fundi 4. ff. de legat. 1.* Difficultas est, quando nomen est æquiuocum, 455 *Nonnulla suppono.*

æquinocum, quia duo sunt qui vocitantur eodem nomine, & non scitur, vtri legatum sit relictum. Et quidem si æquinocatio nominis sit circa rem legatam, quia testator leganit tibi seruum Stychú, & habebat duos Stychos, vnus ex illis debebitur, & electio erit penes hæredem. Quando verò sunt duo eiusdem nominis, si aliunde ex coniecturis & circunstantiis constat, de quo testator loquutus sit, illi proculdubio dandum est legatum. Quid autem quando id constare non potest?

456 *Non valet legatum.* Legatum non valet & neutri dandum est. Quia id colligitur ex *lege duo sunt Titij, ff. de testamentar. tutel.* & *l. si ita fuerit*, 11. & *l. si quis de pluribus, ff. de reb. dubiis.* Et ratio est, quia licet re vera vnus habeat ius, deficit tamen probatio iuris: & ideo non ex defectu iuris, sed ex defectu probationis, neuter habebit. S. c Canonistæ apud Lugo *tom. 2. de iust. d. 24. num. 250.* Addunt illi, in legatis pus hoc non esse obseruandum, sed si in Dei honorem legatum relictum sit, nec testator locum expresserit, applicandum Ecclesiæ, in qua habebat domicilium, id est, luæ parochiæ. Si vero Ecclesiam alicuius Dui nominauit, & multæ in eo loco eiusdem nominis inueniantur, dandum pauperiori. *Authentic. de Ecclesiastic. tit. §. si quis in nomine.*

457 *Legatum valet.* Valet legatum, & diuidendum inter illos. Quia quando certo constat, vni ex duobus Titiis deberi legatum, certò etiam constat, testatorem noluisse apud hæredem manere, & certo constat alterum ex illis esse legati dominum, vel habere ius ad illud, licet non constet quisnam sit: quando autem certò constat, rem, quam habes esse alienam, nempe Petri vel Antonij, non potes tibi eam retinere eo, quod nescias cuius illorum sit; sed debes inter vtrumque dividere, vti omnes fatentur. Si ergo hæres certò scit, rem hanc ad hunc, vel illum Titium pertinere, non potest illam sibi licite retinere, sed debet, dare, vt inter illos diuidatur. Ita Lugo *citat. Mol. d. 197.* Et in foro conscientiæ ita seruandum docent alij, quos refert, ac sequitur Diana *p. 2. tr. 5. resol. 58.* & constat alios Iureconsultos idem sensisse, nempe Paulum *l. si quis seruus 8. §. si inter duos, ff. de legat. 2.*

458 *Hoc voueo, & confirmo.* Hoc omnino asserendum iudico. Quia si ipsi legatarij conuenirent inter se, & alter accepta compensatione alteri, totum ius cederet, si fortè aliquod habet: iam hic, cui alter cessit, habet ius certum contra hæredem; certum enim est, testatores voluisse vnum ex his præferri hæredi circa illud legatum. Si ergo alter ex illis habeat ius vtriusque, iam non erit incertum, sed omnino certum ius illius. Semper autem præsumitur talis conuentio, ac voluntas vtriusque contra hæredes; malunt enim singuli partem accipere, & cedere partem alteri, quam rem totam ab hærede retineri; Ergò singuli parentes eam cum socio diuidendam petunt ex iure certo, nempe ex iure vtriusque simul, quod certum est.

DVBIVM XCIII.

Quando duo sunt Antonij, & non constat cuinam ex hisce legatum relictum fuerit, hæresne potest, ex illis, quem maluerit, eligere?

459 *Potest quidem.* POtest quidem. Quia constat, vnum ex illis ius habere ad legatum, sed vtrinque est dubium æquale, ergo poterit arbitrio hæredis vnus vel alter eligi, qui legato potiatur. Sic Paulus *ad legem si quis seruus, 8. §. si inter duos, ff. de legat. 2.*

460 *Non potest* Minimè potest. Quia etsi quando vtriusque est opinio æquè probabilis, posset hæres eligere, quam vellet; quando tamen est merum dubium quia neuter probat, de se, & non de alio testatorem fuisse loquutum, non habet hæres fundamentum etiam probabile, vt huic soli totum legatum impertiat. Ita Cardin. de Lugo *to. 2. de iustit. d. 24. n. 251.*

461 *Idem sentio.* Iureconsultus equidem bene dixit, deberi legatum non tamen loquutus est satis consequenter, dans hæredi electionem, sed aptius diceret, legatum esse diuidendum.

DVBIVM XCIV.

Anaonius legatum reliquit, cuius annui redditus in pauperes expenderentur iuxta suorum testamentariorum placitum: An possint ipsi, totam illam quantitatem semel applicare alicui hospitali, vt ex iis redditibus inibi pauperes curentur?

462 *Non possūt* NOn possunt. Quia legata præstanda certo die non possunt ante illum diem præstari, neque eleemosynæ, ac electiones puellarum ex præscripto testatoris certis diebus faciendæ possunt ante diem designatum fieri. Sic Ioan. Bapt. Thoro, quem affert, ac sequitur Diana *p. 2. tr. 6. resol. 29.*

463 *Possunt quidem.* Possunt plane. Quia anticipatio temporis à testatore præfixi, quando id non cedit in tertij præiudicium, sed solum ipsius eligentis, vel præuenientis, fieri potest. Ita Sanchez *lib. 4. consil. c. 2. dub. 12.* plures afferens Molin *d. 249.* Lugo *parte secunda de iust. d. 24. numer. 218.*

464 *Verius crediderim posse fieri.* Profecto in casu nostro verius crediderim posse fieri. Iam enim expenduntur redditus singulis ann s in pauperes nouos ac Xenedochium confluentes, quare iam testatoris voluntas impletur. Et quia ibi non fuere nominati alij patroni successuri testamentarijs in officio eligendi pauperes, quibus patronis præiudicaretur in anticipata electione. Attamen si pauperum electio postea ad patronos sequentes pertineret non possent testamentarij, vel patronus præsens applicare in perpetuum censum illum hospitali, quia hoc esset in patroni sequentis

præiudicium

præiudicium, cui inutilis facultas eligendi pauperes redderetur.

DVBIVM CXV.

Si quis generatim legatum pauperibus reliquit: potestne pauperibus extra testatoris locum existentibus dari?

465 *Status quæstionis.* AMbigitur, quinam intelligantur nomine pauperum, quando legatum distribuendum pauperibus relinquitur, & ex Doctoribus respondetur intelligi omnes, qui iuxta suum statum indigent Religiosos etiam Mendicantes, & opera pia. An verò intelligantur pauperes illius loci solum, vel possit pauperibus alibi existentibus imperiri legatum quæsierim

466 *Non potest extra locū distribui.* Non potest, sed distribuendum est inter illius loci in quo factum est tastamentum, pauperes. Quia id cauetur in *lege si quis ad delinquendum. Codic. de Episcop. & Cleric.* nisi testamentum factum esset extra locum domicilij testatoris. Pauperes enim sui domicilij præferendi sunt, nisi coniecturis aliud appareat: vt si præciperet eleemosynam faciendam in die sepulturæ, & decessit longe à suo domicilio, nec possint ita citò ad domicilium eleemosynæ immitti. Sic *l. 4. conf. capite prim. dubio 60. num. prim.*

467 *Potest quidem.* Potest planè. Quia dum expresse non constat de testatoris voluntate, qui generatim dixit: *centum aurei pauperibus distribuantur*, cuiuscumque loci pauperibus dentur, præscriptio testatoris impletur. Ita non immeriti Theologi, quos consuluit.

468 *Auctoris resolutio.* Equidem si testator nollum pauperem designauit, sed liberam facultatem & electionem pauperum hæredi vel exequutori dedit, poterit ille pro libito externos eligere pauperes si verò ei non commisit exequutionē eleemosynæ impertiendæ longè verius existimo, eam ad proprij loci pauperes solum pertinere.

DVBIVM CXVI.

In electione pauperum, quibus generatim legatum relinquitur, præferendine sunt pauperes consanguinei testatoris?

469 *Sunt præferendi.* SVnt præferendi. Quia hoc videtur magis elegisse testatorem. Sic Parisius, Padilla, Mantica, quos refert, ac sequitur Sanchez, *lib. 4 conf. c. 1. dub. 60 n. 5.*

470 *Non sunt præferendi.* Quia si ita testator intenderet, expresse præcauisset, cui non lateret propinquorum egestas. Ita de rigorosa obligatione Cardi. de Lugo *to. 2. de iust. d. 24. num. 280.*

471 *Quid sētiā.* Certe quando liberam omninò facultatem eligendi testator dedit: imo & quando in arbitrium, seu iudicium testamentarij remisit, non videtur esse iuxta mentem testatoris id, quod distribui præcipit inter pauperes, dari totum duobus consanguineis pauperibus aliis relictis.

DVBIVM CXVII.

Electorpauperum, quibus legata eleemosyna est distribuenda, potestne eam propriis consanguineis si sint pauperes, elargiri?

472 *Non potest.* NOn potest præcipuè si sint consanguinei valde electori coniuncti, vt filij, soror.

Quia tunc vsusfructus in ipsum electorem redundaret. Sic nonnulli, quos affert Sanchez *libro sexto Decal. c. 11. numer. 51. & 52.* Quorum aliqui id intelligunt de consanguineis valde electori coniunctis: alij de solis filiis alij de filiis, qui sunt in electoris potestate.

473 *Potest plane.* Potest omnino, quia in quacumque consanguinitatis propinquitate iam est distinctio inter dantem, & accipientem, quod sufficit ad satisfaciendum testatoris præcepto, ita Sanchez cum multis *vbi suprà.*

474 *Hoc verum esse reor.* Veriorem hanc sententiam existimo. Vnde infero, posse Religiosum, cui commissa est inter pauperes distributio, applicare partem suo pauperi Monasterio. Scio tamen id ab aliquibus negari saltem de Abbate vel Prælato Monasterij. Ratio autem vniuersalis est, quia siue sit prælatus siue subditus, distinguitur tamen à Monasterio, cui applicat, & Monasterium inops est.

DVBIVM CXVIII.

Distributor pecuniæ pauperibus legatæ, potestne partem sibi applicare, quando re vera ipse inopia afficitur?

475 *Non potest* SIbi non potest legati partem applicare, quia iam tunc non esset distinctio inter dantem & accipientem: & testator voluit, quod illam summam pauperibus impertiret: quare ipse exequutor à testatore ex iis excluſus. Sic plures quos refert Sanchez *lib. sexto Decalog. capite vndecim. num. 51.*

476 *Potest omnino.* Potest omnino, quia non debet ipse, si pauper est, esse peioris conditionis, quam alij pauperes, ita alij Doctores, quos memorat Sanch. *loco citato.*

477 *Auctoris indicium.* Ego autem hanc sententiam, Sancio hærens, admitto, quando eius paupertas nota non erat testatori, vel certè notabiliter maior paupertas ei superuenit, quam cognita testatori fuisset. secus si cognita erat; nam si testator ipsum voluisset includere, cum eius inopiam nosset, illi aliquid legasset: nec contrarium audet Sanchez probabile dicere. Scio tamen Ioānem Sancium *in select. d. 14. numer. 18.* & Dianam *parte quarta tract. 8. resolut. 38.* P. Sanchez limitationem reiicere: & prius reiecisse Ledesmam *tom. secund. tract. 4. capite tertio conclus. 16.* licet contrarium probabile etiam esse putet. Profecto vere impletur (licet non admittatur Sancij limitatio) totum, quod testator voluit, nempe quod

quod daretur, vel distribueretur summa illa pauperibus; neque enim ad hoc requiritur distinctio inter datorem & accipientem, nam distributor non dat, sed ille cuius nomine fit distributio; nemo enim dare potest id, cuius non est dominus.

DVBIVM CXIX.

Ille cui committitur distributio inter pauperes facienda, debetne semper pauperiores præferre?

478 *Debet quidem.* DEbet quidem. Quia testator non videtur eius liberę voluntati sed arbitrio rationi subiecto id reliquisse; rationi autem consentaneum est, vt semper pauperior minus pauperi præferatur, sic Adrian. apud Sanchez *l.4. consil.c.1.dub.60.num.*10. Decius, Azeuedo, Federic. de senis Simon de Pretis apud Dianam *parte secund.tr.1.resol.39.*

479 *Non debet* Non debet præferre pauperiores, sed sufficit, si vere pauperibus id distribuat, quia testator solùm præcepit, vt sũma illa pauperibus distribuatur. Ita plurimi, quos congerunt Sanch. & & Diana locis citatis. Hanc sententiam communiorem ac veriorem esse existimo, si testator solum præcepit, summam illam pauperibus distribui. At si non liberæ voluntati distributoris id reliquit, sed arbitrio rationi subiecto, assero, pauperiores, esse deligendos, vt merito Molina Iurisperitus, Dynus ac Parisius apud Sancium edocent.

480 *Hoc communius, & verius*

DVBIVM CXX.

Quando testator præcipit vt summa quædam pauperioribus detur si id non fiat, distributores tenenturne ad restitutionem?

481 *Quæstionis status* CErtè cum testator iubet, vt legatum inter pauperiores distribuatur, debet ita fieri: & maior paupertas non est pensanda ex minoribus facultatibus absolutè, sed ex maiori indigentia respectiuè ad maiora onera, & expensis necessariis ad maiorem familiam alendam. Si verò hic ordo prætermittatur, & non detur pauperioribus peccant procul dubio distributores. Quæsierim verò, vnũ ad restitutionem teneantur?

482 *Non tenẽtur ad restitutionem.* Peccant quidem, sed ad restitutionem non tenentur. Quia distribuendo pauperibus licet non pauperioribus, saluatur illius eleemosynæ substantia: & non videtur conditio illa maioris paupertatis fuisse appositam cum tanta obligatione, sic Manuel. Corduba Ludon. Lopez, Ioan. de Medin. apud Sanchez. *lib.quarto consil.cap. prim.dub.* Conrad. *in respons. parte prima quæstione* 101. quem sequitur Diana *parte secunda tr.1.resol.39.*

483 Peccant, & tenentur ad restitutionem, quia quando electio dignoris imponitur non in gratiam communitatis, & propter bonum publicũ sed etiam in eligendorum gratiam: illi ex testatoris voluntate ius iustitiæ acquiruntur ad rem sibi relictam; ergo huius iuris violatio inducit distributori restitutionis obligationem. Ita Sanchez *libro quarto consil. capite secundo d.* 24. *num.*284. *Non tenẽtur ad restitutionem.*

484 *Hoc certum esse reor.* Hoc certum existimo, sicut si testator relinqueret pro consanguineis, vel virginibus summam aliquam, & daretur extraneis, vel coniugati. Nec video fundamentum esse ad dicendum, conditionem illam maioris paupertatis non fuisse appositam cum eadem obligatione qua cum aliæ conditiones apponi consuescunt.

DVBIVM CXXI.

Si legatum sit, vt summa quædam pauperibus distribuatur: potest sine totum vni pauperi?

485 *Potest quidem.* POtest quidem. Quia quoad eleemosynæ substantiam accidentarium esse videtur, quod vni, aut pluribus distributor elargiatur. Sic Sarmiento citatus à v. Sancio *l.4.consil.c.1.dub.60.n.7.*

486 *Non potest.* Minimè potest. Quia non fideliter videtur impleri testatoris voluntas in pauperes distribuendo præcipientis. Ita multi, quos congerit, ac sequitur Sanchez *ibi.*

487 *Auctoris resolutio.* Ego existimarim, hoc pendere ex testatoris voluntate; qui si distributionem inter plures peculiariter intendit, vt plures haberet, qui pro se orarent, eis eleemosyna distributa, vel ei grati essent: non satisfaceret, dando vni soli. Item si ita dari vni soli voluit, vt id intenderit, ne beneficiũ diuisione imminueretur, sed vnus maneret ei obligatus, vni dando satisfecit, & non multis impertiendo. Quando verò testator creditur, nec vnius solummodo electionem formaliter intendisse, sed solum quod res vni, vel pluribus daretur ex iis, inter quos electionem fieri voluit, posset absque testatoris iniuria quouis modo satisfieri.

DVBIVM CXXII.

Legatum relictum virginibus pauperibus ad nuptias, potestne iis dari, quæ nubere nolunt, vt Religiosæ fiant?

488 *Potest quidem.* POtest quidem, quia in Authent. de sanctissimis Episcopis id decernitur, quando legatum huiusmodi relinquitur *personæ determinatæ & certę.* At eadem videtur esse ratio, quando personæ incertæ relinquitur; nam sicut in primo casu præsumitur testator voluisse comprehendere casum de ingressu Religionis vt tunc etiam, legatum daretur: sic præsumi debet eadem voluntas in secundo casu, cum

cum idem Religionis fauor militer in vtroque sic aliqui apud Sanchez *l.primo de matr.d.33. nu.31.* Natta. Boërius, Ochagan. Basil. Pontius, & alij, quos refert, & sequitur Diana *p.4.tr.14.resol.33.*

488 *Non potest.* Non potest, quia euidens differentia est vnius casus ab altero. In primo enim legatum non potest impleri in propria specie, cum illa fœmina non nubente, non possit ei dari, & ideo ex præsumpta testatoris voluntate datur eidem personæ determinatæ ad Religionem ineundam, vt quantum fieri possit testatoris voluntas impleatur. At verò in secundo casu de personis incertis legatum totum impleri potest iuxta testatoris voluntatem, cum non fuerit factum huic fœminæ, sed iis, quæ nupserint: & hac non nubente, sint aliæ quæ nubant, & quibus dari possit, ita Sâch. *ibidem num.32.* Lara, Cenedo apud Dianam citatum. Lugo *tom.2. de iust. d.24.num.293.*

489 *Eiusdem sum mentis.* Eiusdem sum sententiæ, quâ facilius sic probo. Quia illius Authentic. dispositio proculdubio continet ius nouũ, & quod ante illũ editũ seruãdum non erat, vt verba ipsius legis aperte indicant, quæ nouam dispositionem significant, & non meram declarationem iuris naturalis & debiti fundati in sola testatoris voluntate: hoc ergo ius nouum non debet in præiudicium substitutorum, vel hæredum extendi ad alios casus, nisi ad illos, & ad illas personas, de quibus lex illa loquitur. Cũ ergò lex solùm loquatur de legato relicto personæ certæ, & determinatæ sub conditione liberorum, vel nuptiarum, non potest dispositio extendi ad legata alia relicta personis incertis: sicut nec potest extendi ad legata sub aliis conditionibus præter ibi enumerata, relicta: qua lex noluit nisi in præfatis casibus testatorum voluntatibus derogare.

DVBIVM CXXIII.

An in foro conscientiæ hæres, vel executor possit differre per annum legatorum exequutionem?

490 *Potest planè.* POtest quidem. Quia in *Authentico de Eccles. titulo paragrapho si autem legatum*, datur semestre hæredi, vel executori à die insinuati, aut declarati testamenti coram Iudice ad implenda legata pia: ad alia vero non pia, & reliquam voluntatem testatoris, annus assignatur. Et in *capite tertio de testament.* & in *leg. Nulli. Codice de Episcopis & cleric.* idem asserunt. Sic nonnulli non immeriti Theologi *in manuscriptis.*

491 *Minimè potest.* Minimè potest. Quia ille terminus non ita assignatur, vt auferatur obligatio conscientiæ, quæ aliàs est de lege naturæ, implendi testatoris voluntatem. Ita Doctores communiter, quos congerit, ac sequitur Sanchez *lib.quarto consil. cap.primo dub.13.* Diana multos citans *tom.secundo tract.quinto resol.59.*

492 *Id teneo & confirmo.* Et quidem quoad soluenda debita testatoris ratio est clara, nec testator poterat dilationem hæredi concedere, cum ipse statim soluere teneretur. Quoad alia vero legata clare etiam ostendo, quia ea sunt verè debita legatariis: Ergo sicut alia debita sunt illis soluenda, quando commodè possunt. Habet hoc potissimum locum in Missis, ac suffragiis pro anima testatoris offerendis, quorum dilatio ipsi multum nocere potest: ideóque negligentiam & dilationem circa hæc grauiter Deus etiam in hac vita punire solet, vt ex authenticis didici historiis. Vnde sententiam primam omninò reiiciendam affirmo.

DVBIVM CXXIV.

Quando legatum relictum est pro puellis orphanis: potestne illud admitti quæ patrem quidem habet, sed ad puellæ succurrendum omnino inutilem?

493 *Nonnulla suppono.* AGimus quando, & à quibus possint legata ex vno in alium vsum commutari. Et quidem quando mens testatoris est dubia, non tam locus est commutationi, quam interpretationi, ad quam non requiritur in rigore superioris authoritas, sed prudentum iudicium, vel Doctorum, qui ex verbis, & aliis circunstantiis valeant iudicare, an testatoris mens, ac intentio verè obseruetur tali vel tali modo, in cuius expositionem vnam vel altera quæstionem ingeram. Requiro itáque, an quando legatum relictum est pro puellis orphanis, possit ad illud admitti puella, quæ patrem quidem habet, sed inutilem, v. gratia amentem, vel perpetuo morbo laborantem, vel damnatum, per vitam ad triremes?

494 *Potest planè.* Potest quidem. Quia testatoris intentio videtur fuisse iis subuenire, quæ paterno subsidio carent: prout in hoc etiam casu caret filia sicut si patrem non haberet. Vnde & vidua dici potest plane, quæ habet marítum inutilem. Sic multi, quos affert Sanchez *lib.quart.consil. cap.2.dub.13.*

495 *Non Potest.* Non potest. Quia illa in rigore non est orphana; testator autem imperat puellis orphanis legatum impendi, ita Sanchez cum communi *vbi supra.*

496 *Hoc mihi probabilius* Hanc sententiam longe probabiliorem esse reor. Nam cum legatum possit in propria specie impleri, debet vtique, vt constat ex *Clement. Quia contingit. de relig.domib.* & ex *Trid.sess. 25.c.8.de reform.* Illa autem non est vere orphana. Attamen primam sententiam probabilem satis iudicarim ob indicatam inepti parentis rationem, cuius ineptitudo puellam ad strictiora egestatis discrimina adducit, vt succurrat laboranti, quam si vera orphanitate laboraret.

DVBIVM

DVBIVM CXXV.

Legatum pro liberandis incarceratis potestne impendi pro alicuius incarceratione impedienda?

497 *Non potest*

NOn potest. Quia quoties legatum potest in propria specie impleri, debet ita fieri: At propriè ille non est incarceratus, sed incarcerationi obnoxius: Ergo legatum illud non est hoc modo interpretandum contra dispositionem Clement. *Quia contingit, de religios. domibus & Trident. sess. 25. c. 8. de reform.* Sic docti Theologi, quos consului.

498 *Potest omnino.*

Potest omninò, quando certum erat proximè futuram alicuius incarcerationem, nisi legato ille subueniretur. Quia incarcerandus pro incarcerato reputatur, nec solum redimit, qui datis pecunijs à vinculis aliquem eripit, sed etiam qui eis datis est in causa, ne in carcerem detrudatur. Ita Cordub. *l. prim. qq. 54. ad 2.* Sanchez *l. 4. Consil. c. 2. dub. 14.* Hieron. Paul. *pract. cancellar. in cap. Declaratoria super proponente.* Tiraq. plures afferens *post leg. 16. connubial. glo. 2. n. 2.* latè probans proximè incarcerandum pro incarcerato haberi.

499 *Cum his opinor.*

Cum his opinor. Hæc enim Doctrina vtimur qui beatissimæ Virginis immunitatem à originali piaculo defendimus, vt simul ostendamus eam à Christo verè redemptam fuisse, quatenus Christi meritis præseruata fuit, ne vllam maculam contraheret, quam proximè certissimè contractura fuisset, nisi pretio sanguinis Christi liberata, ac præseruata fuisset. Vnde Caiet. 1. 2. q. 81. a. 3. dicit, non solum indigere redemptione eum, qui actu captiuus est, sed etiã qui obnoxius est captiuitati. Et D. Tho. 3. p. q. 52. a. 2. ad 2. illa verba Act. 2. *Christus soluit dolores Sanctorum Patrum in inferno*, explicat de doloribus pœnarum non quas incurrerunt, sed quas incurrissent, nisi præueniisset præseruando ab eis, sicut & Medicus dicitur morbum soluere à quo per medicamina præseruat.

DVBIVM CXXVI.

An legata, quæ impleri non valent, possit Episcopus in quodlibet pium vsum commutare?

500 *Nonnulla suppono.*

SVppono, commutationem eorum legatorum quæ impleri non possunt gerendam esse auctoritate Episcopi, accedente hæredum consensu, ac legatario annuente. Sanch. *l. 4. cons. c. 2. dub. 6.* Scio P. Molinam non exigere legatarij consensum, sed Episcopi, & exequutorum *d* 249. Nec video ad quid legatarij consensus requiratur. Addit Sanch. si partes non concordant in hac commutatione Iudicis arbitrio esse colligandas ex *l. 1. de nuptiis.* Iam requiro, an Episcopus possit in quemlibet alium vsum pium commutare legatum, quod non valet impleri, vel solum in vsum similem ei, qui à testatore fuit præceptus.

501 *Id potest Episcopus.*

Potest in quodlibet pium vsum legatum quod non valet impleri Episcopus commutare. Quia substantia voluntatis testatoris saluatur, quæ sic quidem valet interpretari. Sic aliqui, quos presso nomine Card. de Lugo memorat, *tomo secundo de iust. disput. 24. numero 307.*

Non potest, sed debet legatum commutare in opus pium proxime accedens voluntati testatoris. Quia de iure naturæ est, vt voluntas testatoris eo modo, quo potest, obseruetur, si ergo non potest in propria specie infima, discedendum tamen est, quam minimum possit à testatoris voluntate. Ita Lugo *citatus*, Sanchez *vbi sup.* Mol. *d.* 149. & alij apud ipsos.

502 *Id Episcopus non potest.*

Eiusdem sum sententiæ id colligens ex Trident. *sess. 25. c. 8.* vbi hospitalia à testatoribus instituta, quando inutilia sunt commutanda dicuntur in alium vsum pium vtiliorem, ac proximiorem. Vnde proximiorem, & vtiliorem intelligerem, si loco hospitalis inutilis Monasterium virorum, aut Monialium ædificaretur. Hoc autem multò magis procedit, quando impossibilitas solum est quoad circunstantiam, vt si in tali loco non potest Monasterium extrui, curandum est, vt in alio loco extruatur.

DVBIVM CXXVII.

An exequutori testamenti debeatur sui officij ratione salarium?

DEbetur sane. Quia dignus est operarius mercede sua. Sic aliqui apud Sanch. *l. 4. Consil. c. 1. dub. 50.*

Minime debetur. Quia id nullo iure fundatur, & est contra praxim, hoc enim officium voluntarium est, & pietatis vel amicitiæ causa susceptum. Ita Sanch. *vbi sup.*

Idem affirmo communiter loquẽdo. Excipio enim, nisi ea de causa exequutor à rebus propriis agendis impediretur, & haberet lucrum cessans, vel damnum emergens, vel nisi non esset merus exequutor sed etiam administrator bonorum. In vtroque enim casu deberet per Iudicem competens ei salarium assignari.

LIBER XXXIX.

CONTRACTVS ONEROSI.

POST Lucratiuos sequuntur onerosi Contractus, & in primis agendum de iis, in quibus Dominium transfertur integrum, directum scilicet, & vtile. Ex quibus duo sunt nominati Emptio, & Venditio, *quæ se habent loco vnius, &* Census, *qui species, est quadam venditionis. Tertius est innominatus, & dicitur* Cambium. *Deinde adijciam Contractus Onerosos, in quibus transfertur rei vsusfructus in alterum, pro aliqua pensione, vel obsequio. Hi sunt* Locatio, & Conductio, Emphyteusis Feudum, & Libellus.

SECTIO PRIMA.

De Contractibus Onerosis Receptiores sine lite Sententiæ?

CAPVT I.

De *Emptione.*

1 *Quid emptio.*

EMPTIO est contractus, *qui consensu perficitur pretij pro merce.* Ad emptionis substantiam tria requiro, *Mercedem, pretium, mutuum consensum.* Dicitur merx quælibet res vendibilis mobilis, vel immobilis, vt sunt actiones iura, quæ pecunia assolent æstimari. Pretium est summus seu pecunia, quę inuenta est vt mensura rerum venalium, & merx esse non potest, aut instar mercis vendi nisi ratione materiæ, vel alterius extrinsecę circunstantiæ, vt quia vetus, pulchra, commoda ad tranferendum. Lessi. *lib. 2. c. 21. dub. 1. nu. 1.* Valent. *2. 2. d. 5. qu. 20. pun. 1.* Fill. *tr. 35. n. 4.*

2 *Emptio & venditio vnum contractum*

Emptio, & venditio vnum contractum reciprocum constituunt, qui requirit repromissionem, seu mutuum consensum. Et ex hoc capite hic contractus distinguitur tùm à donatione, ac promissione liberali, tùm ab alijs contractibus, in quibus fit commutatio inter alia, quam inter mercem, & pretium, vt est permutatio, mutuum, & omnes innominati, item locatio, & conductio. Cum autem contractus emptionis sit in bonum vtriusque contrahentis, requiret in vtroque æ qualitatem dati, & accepti, & potest fieri inter absentes per procuratorem, nuncium, Epistolam, solo enim consensu perficitur. Filliuc. *tr. 35. n. 6. & 7.* Reginald. *l. 25. n. 248.* Bonac. *de contr. d. 3. q. 2. pun. 1. num. 3. & 4.* *reciprocum constituunt.*

Consensus conditionalis contractum emptionis ac venditionis suspendit vsque ad conditionis euentum, qua posita, perficitur, sed eo modo vt effectus, qui est obligatio absoluta iuris fictione ad tempus initi contractus retrotrahatur: perinde ac si ab initio consensus absolutus fuisset, *l. Qui balneum, l. Potior, ff. qui potiores in pignore.* Certè contractus requirens ratihabitionem alterius, non censetur perfectus, nisi accesserit ratihabitio. Quia ex dispositione iuris continet tacitam conditionem, quæ illi vim dare debet, & fictione iuris eius perfectio, & obligatio eam sequens retrotrahatur, perinde ac si hæc omnia ab initio fuissent. Azor. *p. 3. l. 8. c. 26.* Vasq. *de rest. c. 6. §. 2. dub. 4. n. 33.* 3 *Consensus conditionalis contractum suspendit, vsque ad conditionis euentum.*

Omnia, quę pecunia æstimantur, vendi possunt, nisi adsit aliqua specialis prohibitio, seu circunstantia, 4 *Omnia, quę pecunia.*

æstimantur: vendi possunt.

circunstantia, quæ venditionem inualidam reddat, aut illicitam. Quia sub venditione cadit, quidquid tradi pro pretio potest, omnes scilicet merces, hæreditas tota, actiones, quas quisque aduersus alium habet res in spe, antequam existat, vt partus ancillæ pecorum, arborum fructus, Bonac. *de contrau. d. 3. quæstione secund. pun. 2.* Gomez *to. 2. c. 2. num. 4.* Mol. *tr. 2. d.* 340. Fill. *tr. 25. n. 30.*

5 *Spiritualia alia per se vendi non possunt.*

Vendi non possunt per se spiritualia, nempe calices consecrati, altaria, &c. Quia pecunia non æstimantur, imo harum rerum venditio sacrilega esse, & simoniaca. Per accidens tamē ratione materiæ diuendi possunt: dummodo ratione sacri pretium non augeatur. Sic prædium, castrum, quibus adnunctum est ius speciale Ecclesiasticum, vt patronatus vendi possunt, modo pretium ratione iurispatronatus non crescat. *L sancimus, Cod. de Sacrosc. Eccles.* Mol. *tr. 2. d.* 340. *n. 25.* Sylu. *v. Benedictio. qu. 7.* Reb. *p. 2. l. 9. q. 18. sect. 4. n. 33.*

6 *Iure prohibitum est, publicam rem à priuata persona venundari.*

Prohibitum est communi iure, à priuata persona res publicas, ideò forum publicum, seu viam, pontē &c. diuendi, etiā si venditio referatur in tempus, quo hæc bona priuatæ erunt huiusce personæ. *L sed Celsus, ff. de contrah. emptio.* Item iure vendi non possunt ea, quæ solùm ad malum vsum deseruiunt, vt venena, quæ nullo modo possunt per adiectionem, vel mixtionem vsibus humanis prodesse. Quæ verò admixta vim nocendi deponunt, & viui humano inferiunt, vt antidoti ex veneno confecti, vendi poterunt. *l. Quod sæpe. §. veneni, ff. de contrah. empt.*

7 *Rei defuncti, & pupilli, aut minoris non possunt emi absque tamen tutore, vel curatore.*

Defuncti res emi ab executore testamenti emi non possunt, quando executor debet illas vē dere in testamenti executionem. *l. Non licet. ff. de contrah. emp.* Nec res pupilli, vel minoris valent emi à tutore, vel curatore ob præsumptionem fraudis, nisi forte emat palam, id est, sub hasta bona fide, & iusto pretio nec adsit alius, qui in executore emere velit, *l cum ipse, C de contr. empt.*

Publica officia vendibilia per se sunt.

Publica officia per se loquendo vendi possunt. Quia sunt Regum, ac rerum publicarum, & sunt pretio æstimabilia, tum ratione eminētiæ, tum occasionis lucri ratione, vnde non tenetur Princeps aut Respublica gratis concedere. ex motibus autē proprijs Pij V. qui incipit, *Etsi Romani*, & Sixti V. qui incipit, *cum pro suprema* prohibetur procuratio, assentio, obtētio aliquarū dignitatum, & officiorum habentium, iurisdictionem, mediante pecunia, vel solutione, vel promissione aliarum rerum, sub pœna confiscationis omnium bonorum, & amissionis quorumcumque officiorum tam Ecclesiasticorum, quam sæcularium obtentorum. Filliuc. *tr. 35. n. 42.* Malder. *2. 2. tr. 9. c. 1. dub. 5.* Diana *p. 3. tr. 5. res. 108.* Azor. *p. 3. l. 8. c. 7. q. 3.* Regin. *l. 25. num. 257.* Nau. *sum. c. 25. n. 7.*

9 *Rei alienæ venditio inualida est, quoad dominij translationem.*

Rei alienæ venditio inualida est quoad transferendum dominium rei venditæ in emptorem. Quia venditor non potest plus iuris in emptorem transferre, quam ipse habet: vnde dominus rei venditæ potest rem suam, vbicumque sit, vendicare, nisi legitimo tempore præscripta fuerit ab emptore bonæ fidei. Valent. *to. 3. d. 5. q. 20. pun. 4.* Les. *l. 2. c. 20. n. 162.* Mol. *tr. 2. d. 327. n. 9.*

10 *Hominis liberi venditio iure Cæsareo est ir-*

Hominis liberi venditio iure Cæsareo est irrita, etiamsi in tempus, quo seruus erit, referatur. *l. si in emptione, ff. de contrah. emptio.* In tribus autem casibus potest esse valida. Primo, si vendatur filius à patre ob nimiam egestatem. Secundo, si pro soluendis debitis fiat sicut consuetum fuerat in veteri Testamento Leu. 25. Tertio, pro vita propria tuenda, vel etiam pro alio redimendo, vt egit D. Paulinus Nolæ Episcopus, Garzias *de contr. c. 40. n. 18.* *Hominis liberi vēditio iure communi est irrita, sed in aliquibus casibus potest esse valida*

11 *Duplex rerum venalium pretium legitimum & naturale.*

Pretium rerum venalium dupliciter potest imponi. Primo per Principem, vel Magistratum, qui perpensis circumstantijs, ex quib. rerū penuria, & hoc pretiū dicitur *Legitimum*, siue quasi lege definitum, & constitit in indiuisibili, ita vt si quis notabiliter excedat in prētio à lege præscripto, mortaliter peccet, & ad restitutionem teneatur. Secundò, pretiū imponi solet communi hominum æstimatione, vnde dicitur *Vulgare*, seu *Naturale*, tanquā à naturali prudentia constitutum, & hoc non consistit in indiuisibili. Vnde triplex communiter statuitur *Infimum, Medium, & Summum*, quod, & supremum, aut rigorosum vocatur. Tolet. *l. 8. c. 47.* Nau. *sum. c. 23. n. 78. & 79.* Les. *l. 2. c. 21 dub. 2.*

12 *Venditor potest eodem tempore rem vni vendere, quam carius vendere alteri, & carius credito, quam numerata pecunia.*

Venditor potest rem eodem tempore carius vni, quam alteri vendere, vel carius credito, quā pecunia numerata absq; iniustitiæ, vel vsuræ vitio, modo iusti pretij naturalis latitudo seruetur. Iniustitia verò huius pretij ex tribus desumi potest. Primo ex hominū æstimatione, ita vt res tanti valeat vendi, quanti cōmuniter in foro publico, secluso monopolij fraude, æstimatur. Secūdo, ex variis circūstantijs, vt ex penuria, vel copia mercium, ex paucitate vel abundantia emptorum, & venditorum. Itē indigētia maior aliquarum rerum vno tēpore plusquam alio, auget earum pretia. Sicut, & abundantia aut penuria pecuniæ anget, vel minuit rerū valorem. Tertio, ex modo res vendendi, vilius enim venduntur res, quæ simul in magna quantitate emuntur, quam quæ per partes emi consueuerunt. Et quæ sub hasta voce præconis, vel per proxenetas vēdūtur, vilius possunt emi, quā apud mercatores. Et pluris venditur res in propria domo, aut officina, quā cū sponte quæruntur emptores. Et ex translatione mercis de loco, vbi est maior illius abundantia, ad locū, vbi est penuria, pretium illius crescit. Cajet. *2. 2. q. 77. a. 1.* Sot. *de iust. l. 6. q. 2. a. 3. l. Pretia rerum ff. ad l. 1. Falc.* Med. *de rest. q. 31.* Mol. *tr. 2. d.* 348. Diana *p. 4. tr. 4. res. 12.*

13 *Quando extant duo pretia, quarum vnum à Principe fuit taxatum, alterum à communi hominum æstimatione, seruandum est pretiū taxatum à Principe.*

Quia sicut decreta iusta Principum seruanda sunt, ita leges ipsorum sanctientes pretia rerum sunt sequendæ. Valent. *2. 2. d. 5. q. 20. pun. 2.* Nauarra *de rest. l. 3. c. 2. à tionis premum. 1.* *relicto cemunis æsti-*

14 *Cum constat, iustum esse pretium taxatum à Principe potest non obseruari.*

Cum vero, omnibus consideratis, moraliter constat, pretium à Principe taxatum esse iniustum, & iniquum, non est asserendum. Propterea venditor potest, vt se indemnem seruet, tantum de pondere, aut mensura detrahere. In dubio autem, nùm pretium sit iustum, præsumendum est iustum in fauorem Principis habentis authoritatem præcipiendi, ac taxandi pretia. Quando autēm omnes, vel maior pars populi

taxam Principis impunè violat, sciente ipso, vel dissimulante, illius taxa non obligat. Quia tunc censetur in suæ legis violationem consentire. Secus dixerim, quando transgressores ob violationem taxæ puniuntur. Molina *tr.2.d.353.n.24.* Reginal. *l.25.n.283. & 284.* Salon. *de contr.qu.77.contr.16.* Filliuc. *tract.35.num.80.*

15 *Qui vendit rem notabiliter excedent m in bonitate alias, quæ communiter vendi solent, potest aliquid vltra taxam exigere.*

Vendens rem notabiliter excedentem in bonitate res alias, quæ communiter venundari solent, potest aliquid vltra taxam exigere. Quia hoc videtur consonum æquitati. At si excessus modicus sit, non licet ascendere in pretio. Qua excessus ille pro nihilo reputatur. Si autem defectus in bonitate notabilis sit, & pretium eius naturale attingat prætium lege taxatum, non tenetur venditor in pretio descendere. Si vero non attingat, descendere tenetur quantum proportionaliter minus valet. Quia taxa supponit, rem esse bonam, Molina *tract. secund. d.364.* Nauarr. *summ.cap.23.n.88* Regin. *l.25. numero 284.*

16 *Clerici tenentur seruare taxam Principis.*

Quanquam Clerici subiecti Principum laicorum legibus non sint, quatenus sunt ab ipsis, tenentur tamen ad illas, quatenus cum lege naturali, ac diuina coniunguntur: Vnde idem pretium, ab illis seruandum est, quod à laicis asseruatur ob Principis taxam. Sà *v.Venditio,nu.* 10. Mol. *d.364.n.4.* Reginal. *l.25.n.* 286. Diana *p.1.tr.2.ref.72.* Idem de externis dico.

17 *Quandonã sit licitum, vilius emere pecunia anticipata, & quando non*

Licitum est; emere rem vilius, anticipata solutione intra iusti pretij latitudinem vsque ad infimum, & vendere rem carius credita pecunia, modo iustum pretium non excedat rigorosum, nec sit pretium lege taxatum. At vsurarium est, & iniustum, si ex eo tantùm, quod anticipetur pretium, ematur res pretio iusto infimo minus, vel ex eo quod differatur solutio vendatur plus iusto pretio rigoroso. Quia est vsura palliata, cum pro mutuo virtuali aliquid accipitur. Per accidens tamen liceret interdum minoris emere ratione anticipatæ solutionis, verb. grat. si exinde emptor patiatur damnum, vel lucri iacturam, vel si esset periculum fraudis in venditore, quod vel merces non traderet, vel non sinceras, vel non stato tempore. Quia hæc omnia sunt pretio æstimabilia. D.Thom. *2.2.q.78. art.secund.ad 7.* Sotus *l.6 de iust.q.2.articul.3.* Filliuc. *tr.35.n.96. & 97.* Sà *v.Emptio,n.4.* Mol. *tr.2.d.388.* Diana *p.1.tr.de contr.resol. 21.22. & 23.*

18 *Quid quãdo solutio est difficilis*

Quando solutio est difficilis, & incerta, vt prudenter æstimetur, dimidio minus, vel propè, possunt debita, vel Chirographa emi dimidio minus, vel propè, quamuis emptori ob fauorem Principis vel officialium non sit solutio difficilis nec incerta. Quia horum debitorum pretium non pendet ex commodo vnius, vel paucorum, sed ex publica æstimatione qua venderentur, si publice sub voce proponerentur præconis. Huiusmodi autem debita emi non possunt minus à debitore, vel eius ministris, aut officialibus. Quia ipsi, vt sic emant, solent esse causa malignę solutionis, qua in re interdum grauiter à receptoribus, & quæstoribus Principis delinquitur. Nauar. *sum.c.17.n.231.* Mol. *d.361.* Salas *de empt.dub.40.* Diana *p.1.tract.8. resolut.50.*

19 *Emptoris obligationes quatuor.*

Emptoris obligationes quatuor adnoto. Prima est, vt pretium integrum præfinito tempore soluat, qui autem emit prædium, in quo scit latere thesaurum, iustum prætium soluit, si tantum det, quanti à nescientibus æstimatur. Secunda, vt suppleat pretium, si dedit minus infimo iusto. Tertia, vt venditorem admoneat de iusto pretio, si forte ob ignorantiam minoris vendat. Quarta, vt damno venditoris resarciat ob moram, vel culpam in solutione pretij agenda. Fill. *tract.35 num.223.*

CAPVT II.

De Venditione.

20 *Venditionis definitio.*

VENDITIO est *Contractus, qui mutuo consensu perficitur, & vltro citroque emptorem, & venditorem obligat.* Nam obligatur venditor ad tradendam mercem pro pretio, & emptor ad tradendum pretium pro merce, *leg. prima, & secunda ff. de contract.empt.* Mol. *tract 2.d.337.* Fillinc. *tract.35.cap.1.q.2.5. & 6.* Caram *l.2. Theolog. Mor.d.16.*

21 *Quando in venditione apponitur pactum de retrouendendo, res plus minusque valet.*

In venditionibus aliquando solet apponi pactum de retrouendendo, & quidem si sit in fauorem solius venditoris, res tunc minus valet, quam si res sine tali pacto venderetur. Quia imponitur emptori grauamen, & onus pretio æstimabile, quod debet diminutione pretij arbitrio prudentis compensari. Aliquando hoc pactum apponitur in solius emptoris fauorem, vt res à venditore redimatur, si emptor voluerit, sibi pretium restituat, & tunc res plus valet, quam alioqui valeret, quia venditor subit grauamen, quod est pretio æstimabile, Fill. *tr.35.num.159.* Les. *l.2.c.21.n.114.* Reginal. *l.25.n.293.* Bonac. *de contr.d.3.q.2.pun.3.* Si autem pactum, apponatur in fauorem vtriusque, ita vt liberum vtrique sit, contractum rescindere, ac dissoluere, si voluerit, tunc res minus valet, quam si apponeretur in fauorem solius ementis, & plus valet, quam si in fauorem solius vendentis apponeretur. Conar. *3.var.c.9.n.3.* Lessi. *nn.120.* Filliuc. *n.160.*

22 *Licitum est hoc pactũ, quatuor conditionibus concurrentibus.*

Venditio cum pacto retrouendendi sine in fauorem solius venditoris, sine solius emptoris, sine in fauorem vtriusque licita est, & labe vsuræ caret, modo quatuor confluant conditiones. Prima est, vt adsit intentio emendi, & vendendi. Quia si hæc intentio desit, non est contractus venditionis, sed mutui, & vsura committitur, aliquid ex mutuo accipiendo. Secunda, vt adsit iustum pretium, censetur autem iustum illud, quo res æstimatur prudentis arbitrio, seruata consuetudine, vel statutis locorum, habita ratione grauaminis, quod imponitur alteri contrahenti. Tertia, vt fructus rei emptæ pertineat ad emptorem. Quia emptor per contractum emptionis dominium rei emptæ acquisiuit, res autem domino fructificat, sicut etiam ei debeat deperire, si forte depereat. Quod intelligo, modo fructus ad venditorem non pertineant, propter locationis contractum cum eo celebratum. Quarta, vt in contractu emptionis, & locationis aliqua læsio non adsit, Mol. *tr.2.d.337.* Reginal.

Reginal *l.25.n.295.* Nauar *sum. c.17.nu.248.* Azor. *p.3.l.8.c.12.q.1.*

23 *An cartat vsura contractus, quo venditor rem pecuniæ creditæ, pretio dat rigoroso, & postea eam statim redimit, numerata pecunia medio, vel infimo.*

Venditionis contractus, quo venditur res credita pecunia pretio rigoroso, & postea eadem statim, numerata pecunia, medio vel infimo pretio redimitur, per se loquendo labe vsuræ, aliqui excusent in vtraque venditione res venditur iusto pretio, quod licitum est ordinarie tamen huiusmodi venditio labem vsuræ, & iniustitiæ præ se fert, quia primus venditor iniit pactum cum emptore, vt res ab eo vendita pretio summo, sibi retrouendatur medio, vel infimo. Quia huiusmodi contractus cum tali pacto celebratus merito præsumi potest vsurarius, eo quod in mutuum refluere videatur. Tolet. *libr.5 cap.31.numer.3.* Nauarr. *sum.c.23.n.91.* Filliuc. *tr.25.n.189.* Reginald. *l.25 n.296.*

24 *Sex causæ enumero, ob quas licitum est, rem pluris vendere, quam per se ipsa alioquin valeret, aut venderetur.*

Sex causas enumero, ob quas licitum est pluris rem vendere, quam per se ipsa alioqui valeret, aut venderetur. Prima est multitudo emptorum, & copia pecuniæ. Quia sicut copia mercium causa est sufficiens, vt pretium imminuatur, ita multitudo emptorum, & pecuniæ copia causa est vt augeatur pretium. Secunda, affectus ad rem, quæ venditur, vt si venditor ægre se priuet rei commodo, aut oblectatione. Quia est priuatio huiusmodi pretio æstimabilis. Vnde gemma vel statua, quam quis caram habet, carius potest vendi, quam alioqui venderetur. Reginald. *l.25. numero 280.* Sà *verb Venditio, numero secundo* Medin. *de rest. quæstione 21.* Tertia, lucrum cessans venditoris, qui in emptoris gratiam rem vendit, quam constituerat vsque ad tempus, quo plus valiturus esset, asseruare. Aliquid tamen detrahendum ratione custodiæ, & periculi, quod subijsset venditor, rem ad illud vsque tempus asseruando. Filliuc. *tract.35.numero 98.* Bonac. *de contr.d. 3.quæstione secund.punct.4. numero 16.* Quarta est damnum emergens, quod venditor patitur, pecunia credita. Quia sicut in mutuo licitum est, aliquid suprà sortem accipere, ita multo magis in venditione. Vnde merces communiter credito licite pluris venduntur, quam alioqui numerata pecunia venundarentur, quia in eo venditionis genere illud fit iustum pretium ex communi vsu ementium, ac vendentium. Azor. *p.3.l.8.c.8.* Couar. 2 *var.c.3.n.6.* Sà *v. Venditio, n.7.* Filliuc. *tr.35.n.113.* Sylu. 2.2.*q.77. art. 1. q.4.* Quinta, periculum amittendi totum, vel partem pretij, vel periculum recuperandi pretium cum molestijs, & expensis. Quia id periculum est pretio æstimabile. Nauarr. *de restit. l.3.c.2.n.98.* Mol. *tr.2.d.351.356.* Reginald. *l. 25.n.307.* Diana *p.1.tr.de contr. res. 57.* Sexta demum est, modus vendendi, aliquando enim res carius venditur vno modo, quam alio, v.g. si merx minutatim vendatur, carius venditur, quam si in magna venundaretur quantitate, vel si merx vltro offeratur, vilius venditur, vel si quid sub hasta vendatur, aliquando carius venditur vilius aliquando. Proinde in ijs, quæ sub hasta venduntur, siue præconis voce, pretium iustum est, quod non excedit suprà dimidium, nec deficit infrà dimidium illius iusti pretij, quod res illæ valerent, si alio modo venderentur. Scio, quosdam docere, iustum in subhastatione id esse, quod vltimo offertur, sine fraude: frans autem aderit, si venditor vitium rei venditæ sciens taceat, vel occultet, vel si aliquos supponat, qui pretium augeant, vt res pluris, quam valeat, vendatur, aut si alios subtrahat ab augendo, vt res minoris ematur ab amicis, vel consanguineis, vel si captato tempore, quo adsunt pauci emptores, rem hastæ subijciat. Emptor quoque fraudi vti potest, v.g. si impediat, ne alius augeat, vt ipse vilius emat, aut si ob inuidiam augeat, vt alius carius rem acquirat: Gordon. Theolog. Mor. *tom.1.l.4.qu.5.c.8.* Diana *citat. resolut.55.& 78.* Filliuc. *numer.58.& 70.* Reginald. *numero 319.*

25 *Merces vltroneæ minoris, quam valent, possunt emi.*

Qui rem minoris, quam valet, emunt à venditore, qui necessitate compulsus ad vendendum compellitur, excusari possunt si ipse offerat emptori rem diuendendã. Quia necessitas hæc efficit mercem vltroneam, quæ pro tertia parte, vel pro medietate assolet vilescere. Sà *verb. Venditio, numero 4* Vasq. *de rest.c.58.1.dub.10. n.61.*

26 *Quando illicitum, quando licitum sit, res carius vendere exteris, quam indigenis?*

Haud est licitum, rem carius vendere extraneis, & peregrinis, quam indigenis, si excedantur iusti pretij limites. Quia nunquam licet iustum pretium excedere. Si tamen ad aliquem locum accedant multi exteri præsertim diuites, & mercium auidi, tunc cum multiplicat semptoribus subito rerum pretia accrescant, non erit illicitum, carius illis vendere, quam incolis. Quia merces illæ comparatione multorum emptorũ, qui superuenere diuites, & ad emendum auidi, plus valent, quam comparatione indigenarum, qui inibi commorantur, Lel. *l.2.c.21.n.30.* Mol. *tr.2.d.346.*

27 *Non licet rem carius vendere eo quod sit valde vtilis emptori.*

Non potes rem carius vendere eo quod sit valde vtilis emptori. Quia hęc vtilitas est emptoris accidentalis venditori suffragari non debet, vt iustum prerium lædat. Nauarr. *sum.cap. 23.numero 85.* Reginald. *l.25.n.275.* Filliuc. *tr. 35.n.77.*

28 *Communis emptorũ indigentia causa sufficiens est, augendi pretij, non particularis alicuius*

Communis emptorum indigentia mercium causa est sufficiens ad pretium augendum, vt accidit quando adest emptorum multitudo. At indigentia particularis alicuius emptoris causa sufficiens non est, alioquin posses carius vendere pauperi, quam diuiti. Regin. *l.25.n.273.* Nauar. *de rest. l.3.c.2.n.20.*

29 *Quando sufficiens sit augendi pretij causa extraordinaria expensæ periculi, ac labores venditoris*

Expensæ extraordinariæ, labores, pericula, & infortunia, quæ mercatores subeunt, non sunt causa sufficiens ad augendum pretium taxatum in suarum mercium venditione. Quia mercatura sicut est exposita lucro, ita etiam damno. Si verò merces non habeant pretium statutum, tunc cum pretium primò sit imponendũ, potest venditor habere rationem expensarum extraordinariarum in eo taxando, Lel. *l.2.c.21. n.29.* Regin. *l.25.n.276.* Nauar. *de rest. l.3.c.2. n.25.* Val. 2.2.*d.5.q.10.p.2.*

30 *Mendacia, quibus mercatores vtuntur, ad pretium augendum quale peccatum.*

Mercator, qui mendacijs affirmat, rem sibi tanti stare, vel tanto pretio alijs vendidisse, vt pertrahat emptorem ad rigorosum pretium, regulariter peccat venialiter mendacij piaculo solum. Quia hæc sunt communia stratagemata vendentium, quæ emptores communiter norunt. Casu autem, quod illa ignorarent, venditor graviter delinqueret, & ad restitutionem teneretur, posita materię gravitate vltra iustum pretium. Quia emptoribus per deceptionem causa gravis damni censentur, Molina *tract. 2.d.347.numero 3.* Bonac. *de contr. d.2.quæstio. 2.punct.4.numero 31.* Rebel *l.9.quæst.7.num.8.*

Matchant. *in resolut. Pastor. cap. secund. quæstione 13.*

Quoties tacet venditor vitium mercis notabile, quo cognito, emptor non emisset, contractus est nullus, adeóque restituendi obligatio damna, & in externo foro datur actio, quæ redhibitoria dicitur ad rehabendum pretium, & rem acceptam reddendam. Nomine autem vitij intelligitur quicumque defectus, qui potest pretium imminuere, vel mutare e emtis voluntatem *libro primo Codic. de ædilitio actione.* Molina *tract. at. secundo. disputatione 353.* Reginald. *l. 25. numero 337.* Verùm vitium hoc potest contingere vel in substantia, vt cum vino aqua miceatur, vel in quantitate, quando debitum pondus, numerus, ac mensura non asseruatur, vel in qualitate, vt si equus vel servus ægrotus pro sano vendatur.

31 *Cum tacetur vitium rei, quo cognito non emisses, venditio est nulla cum obligatione restituendi damna.*

Si verò vitium, quod reticetur, non sit notabile, nec reddit rem notabiliter minus vtilem, ad vsum, etiamsi venditor præsumat, fore, vt emptor non emeret, aut non tanto pretio, si vitium dignosceret, contractus non est invalidus, nec inustus. Quia emptor non censetur rationabiliter inuitus, cum vitium ei valde noxiũ non fileatur. Tamen tantum de pretio detrahendum est, quanto minus valet res cum eo vitio. Monendusque de tali vitio emptor post contractum, si alijs est venditurus. Nauar. *sum. capite 23. numero 89.* Sa *verb. Venditio, nu. 22.* Mol. *tract. secund. d. 353. n. 20.* Reginald. *l. 25. numero 337.*

32 *Quid si vitium quod reticetur non sit notabile, nec rem minus vtilem reddat ad vsũ.*

Per se loquendo, non tenetur venditor manifestare emptori vitium patens. Quia non magis spectat ad venditorem hoc vitium manifestare, quam ad emptorem illud inspicere. Attamen si venditor animaduertat, vitium ab emptore non cognosci ex maduertentia inuincibili, tunc contractus erit inualidus, ac si defectus esset occultus, licet in hoc casu non detur emptori actio in externo foro aduersus venditorem, nisi emptor læsus sit vltra iusti pretij dimidium, *l. secund. Codic. de rescind. vendit.* D. Thom. 2. 2. *quæstione 77. a tiulo 3.* Nauar. *summ. cap. 23. numero 89.* Filliuc. *tract. at. 25. numero 120.* Reginald *l. 25. numero 336.* Azor. *p. 3. l. 8. c. 23.*

33 *Non tenetur venditor manifestare vitiũ patens, nisi agnoscat in emptore inuincibilẽ inaduertẽtiã.*

Interrogatus venditor de occultis rei vitijs, tenetur illa manifestare, quamuis non sint notabilia in se, vel in ordine ad vsum, ad quem emitur, imo contractus in hoc casu esset inualidus in vtroque foro, si emptor cognito vitio, non emisset vnde venditor ad restitutionem teneretur damnorum, quæ passus est emptor, Lessius *libro secundo capite 21. numero 86.* Filliuc. *tract. at. 35 numer. 135.* Azor. *part. 3. l. 8. capite. 23.*

34 *Interrogatus de rei occultis vitiis, tenetur manifestare.*

Contractus autem celebratus à venditore vitium rei ignorante, validus est. Quia non videtur adesse dolus. Cognito autem vitio, non potest tantum accipere, quantum accepisset, si res eo vitio non laboraret, vnde vel rescindere tenetur contractum, vel inæqualitatem resarcire. Nauar. *summ cap. 23. numero 89.* Reginald. *l. 25. numero 337.* Filliuc. *tract. at. 35. numer. 117.*

35 *Contractus celebratus à venditore rei vitium ignorante, validus est.*

Si venditor aqua diluat vinum, non tenetur ad restitutionem, si non est effectum deterius. Quia nullum damnum infert emptori, non enim tenetur ei tradere rem maioris perfectionis, quam ab alijs vendantur. Arcendi tamen sunt venditores ab huiusmodi mixtionibus, ad quas lucri fames inducit. Lessius *libro secund. capite 21. numero 83.* Filliuc. *tract. 35. numero 132.* Reginald. *l. 25. numero 340.* Sa *verb. Venditio, num. 9.*

36 *Si vinum deterius non efficiatur dum aqua diluitur, venditor non tenetur ad restitutionẽ*

Qui rem emptam restituit venditori ob notabile vitium occultum, debet restituere simul fructus rei emptæ medio tempore collectos, deductis expensis, & æstimatione industriæ. Quia cum contractus fuerit inualidus, & ideo rei dominium apud venditorem manserit ideo fructus venditor tanquam vero domino restituendi sunt. Venditor tamen qui vitium non patefecit à se cognitum, tenetur ad restituendũ pretium, & ad alia damna emptori secuta ob venditionis inualiditatem, cum eorum iniusta causa exiterit. Mol. *tract. secund. disputat 353. numero 20.* Reginald. *tract. at. 25. numero 337.* Bonac. *de contr. d. 3. quæstione secund. puncto 6. numero 18.*

37 *Restituens rem emptã venditori ob occultum vitium, debet restituere fructus rei medio tempore collectos.*

Vetùm contractus quinque potest modis dissolui. Primò, per nouum pactum, hoc casu omnes fructus, quos res protulit eo tempore, quo perfenetratum est in contractu ad primum pertinet emptorem, Filliuc *tract. 35. numero 164.* Secundò, ex vi pacti retrouenditionis in prima venditione appositi, tunc si eodem pretio res debeat redimi, quo vendita fuit, omnes fructus, qui à tempore venditionis vsque ad tempus redemptionis producti sunt iuxta valorem, quem tunc habent, ad emptorem pertinent *leg. secunda Codic. de pact. inter emptor.* Tertio, ex pacto legis commissoriæ, idest quando alicui res est vendita ea lege, vt nisi intra certum tempus pretium soluatur, res sit inepta, & contractus irritus, tunc si pactum conceptum fuit verbis directis, fructus pertinẽt ad vẽditorẽ, si vero cõceptum fuit verbis obliquis, & indirectis tunc fructus medij tẽporis sũt emptoris *l. 2. 3. & 4. ff. de leg comm.* Quarto, resoluitur contractus ex pacto addictionis in diem, idest, quando res alicui est vendita ea lege, vt si intra certum tempus alius meliorem conditionem obtulerit, res sit inempta, in hoc casu idem dixerim, ac in tertio, *l. 1. ff. de in diem addict.* Quinto, si venditio sit conditionalis, & conditio non fuerit impleta, tunc cum venditio sit irrita, fructus omnes ante impletam conditionem percepti pertinent ad venditorem, si vero conditio impleatur ad emptorem spectant. Mol. *tract at. secund. d. 379.* Gomez *tom. prim. cap. secund. nu. 30.* Fill. *tr. 35. n. 171.*

38 *Ad quem pertineant fructus medij tempo-ris, contractu dissoluto.*

Quando res perit, vel deterior fit post venditionem, perit emptori. Quia per traditionem translatum est dominium in emptorem, res autem domino perit. Excipio sex casus, in quibus periculum ad venditorem pertinet. Primus est, si res culpa venditoris perit aut deterior fit, v. g. quia non adhibuit debitam diligentiam in illa custodienda, dum non tradidit. Quia est vẽditor tunc tanquam rei custos, ac procurator, & ideo tenetur de dolo, & culpa lata, & leui, non tamen de leuissima; *L. Quod sæpe, §. si res ff. de contrah empt.* Secundus, quando venditor in mora fuit rei venditæ tradendę, *L. Illud, ff. de peric. & comm. rei venditæ.* Tertius, quando in contractu venditionis conuentum est expresse inter partes, vt periculum ad venditorem pertineat, *L. si in venditione, ff. de peric. & commod.*

39 *Quando res perit post venditionem emptori: sex casus excipio, in quibus res venditori perit.*

rei

rei vendita. Quartus, quando res vendita, antequã tradatur accipiatur à Rege ob aliquã necessitatẽ *L. si fund. ff. locati conduct.* Quintus, quãdo venditor aliquid affirmauit de bonitate rei, quo emptor sibi persuasit plus duraturam propter bonitatem in peius mutetur: tunc enim venditori peribit. *l. si vinea. ff. de peric. & comm. rei vendit.* Sextus, quando venditio de consensu partium facta fuerit scriptura publica, & antequam nota scripturæ consummata fuerit, licet sit iam incepta, res pereat, aut deterior fiat; venditori poterit. lege Lessium *l. 2. c. 21. n. 97.* Reginaldus *l. 25. n. 351.* Sylu. *2. 2. q. 77. articul. 4. quæst. 4.*

40 *Quid Monopolium? Quatuor modis contingit.*

Monopolium dicitur, *cum vnus, vel pauci efficiunt, vt ipsi soli aliquod genus mercium vendant eo pretio, quo ipsis libuerit.* Fit quatuor modis. Primus est, quando venditores conspirant inter se de pretio: tunc modo id non sit supra legitimum vel supra vulgare summum non peccant contra iustitiam, quamuis benè contra charitatem, secus si pretium sit supra legitimum, tunc enim ad restitutionem illius auctuarij tenentur. Molina *tractatu secundo d. d. 345. numer. quart.* Salas *de empti. dub. 38.* Secundus, quando Princeps alicui concedit priuilegium, vt solus certum genus mercium vendere valeat: hoc monopolium est licitum modo iustum pretium mercibus à Principe sit taxatum. Quia fieri potest, vt hoc Reipublicæ expediat, & nulli iniuria irrogetur. Sa *v. venditio numero quinto.* Filliuc *tract. 35. numer. 213.* Reginaldus *tract. 25. numer. 327.* Tertius, quando vnus, vel duo vel tres emunt omnes merces, ipsique soli eas vendunt eo quo eis libet pretio, ideóque notabilem caritatem inducunt peccant mortaliter contra iustitiam, & ad restitutionem tenentur, quia sunt causa iniusta damni reipublicæ. Medin. *Codice de restit. quæstio. 36.* Nauar *de restitut. lib. 3. capite secund. numer. 80.* Azor. *part. 3. lib 8. capite 28.* Quartus, si quis vi, aut fraude impediat, ne maior copia mercium aliunde apportetur, vt maneat caritas in Republica: est peccatum contra iustitiam cum restituendi obligatione. Lessius. *lib. secund. capite 21. numer. 153.* Filliuc. *tract. 35. numer. 215.* Nauarra *de rest. lib. 3. cap. 2. num. 79.*

41 *Ex venditione oritur obligatio ad euictionem rei.*

Porrò ex venditionis contractu præcipuè oritur obligatio ad rei euictionem. Euictio verò nihil aliud est quam ablatio rei emptione, vel alio contractu habitæ interposito iudicis decreto. Verùm quando dicitur, venditorem de euictione teneri est, venditorem teneri ad procurandum, quantum in se est, vt emptor legitimè habeat rem per contractum traditam, & ad seruandum illum indemnem, si ab aliquo tanquam sua euincatur in Iudicio. Hinc emptor habet actionem contra venditorem, ad recuperandum pretium cum omnibus impensis, ex eo, quod res sibi euicta est ab altero, *leg. Euicta. ff. de euictionibus. l. Tenetur. ff. de act. empt.* Molina *tract secund. d. 380.* Couarruuias *3. v. cap. 17.* Sylues. *v. Euictio.* Azor. *tom. 3. lib. 8. cap. 30.* Reginaldus *l. 25. numer. 114.* Euictio non solum habet locum in venditione, sed etiam in aliis contractibus onerosis, vt in Permutatione, Emphyteusi, Censu, Locatione, &c. Quia par non est, vt quis damnum patiatur in re, quam debito pretio accepit, *l. libera, Codice de sent. & interlocutor.* Gomez *2. var. c. 2. n. 32.*

42 *Quando quis cogi potest ad res suas vendendum?*

Si Respublica annonæ laboret inopia, potest quisque cogi, res proprias vendere, quæ ad victum pertinent. Quia licet regulariter loquendo, nemo cogendus sit rem suam vendere, tamen cum subditi Reipublicæ, & illorum bona in ordine ad bonum commune potestatibus publicis, quantum ratio boni communis postulat, subordinentur: inde est, posse publicas potestates ipsius Reipublicę, laborante populo fame, cogere quempiam ad vendendum res suas, quæ ad victum attinent, & vestitum, taxato etiam pretio, quandiù durat inopia. Molina *tom secund. d. 341.* Sylu. *st. v Emptio, q. 4.* Potest etiam quis cogi ad diuendendum domum, prædia agros, si id spectet ad bonum cõmune, v. gr. ad ædificandum; vel ampliandum Monasterium, vel Ecclesiam; vel pro sternenda via publica pro Regis palacio, pro scholis, &c. Scio tamen, plerique in Regnis moris esse ad Regem recurrere. Conar. *lib. 3. var. cap. 14. numer. 8.* Caramu. *l. secund. Theol. moral. numer. 825.*

CAPVT III.

De Censibus.

43 *Census definitio, ac diuisio in reseruatiuum & consignatiuum.*

CENSVS est *ius percipiendi aliquã pensionem ex re alterius vtili, vel persona.* Dicitur esse *Ius*, quia census non est ipsa pensio persoluenda quotannis, sed ius quoddam ad exigendum quotannis ab alio certam pensionem, cui iuri respondet in altero soluendi debitum. Vnde qui vendit censum, non vendit pecuniam, aut fructus aliquos annuos, sed vendit ius exigendi certam pecuniæ summam, vel certos fructus. Additur *ex re alterius*, quia nullus ex re sua percipit propriè censualem pensionem, sed ex re aliena, in qua ipse ratione census nullum ius habet nisi pensionis exigendæ: DOMINIUM autem rei in altero residet. Diuiditur census in *Reseruatiuum, & consignatiuum.* Reseruatiuus dicitur, quando quis transfert rem suam in alterum quoad DOMINIUM directum, & vtile, seruata sibi pensione annua super eadem re. Consignatiuus est, quando quis super bonis suis, quorum dominium directum & vtile retinet, vel etiam super persona sua alteri ius pensionis annuæ contractu donationis, venditionis, vel permutationis consignat. Molina *tomo secundo tract. secundo. d. 380.* Toletus *libro. quinto cap. 42.* Reginaldus *lib. 25. n. 410.* Arag. *q. 2. 2. q. 78. articulo quarto* Layman. *lib. tertio tract. 4. cap. 18.* BONAC. *de contr. d. 3. q. 4. pun. vnic*

44 *Variè census consignatiuus diuiditur.*

Census consignatiuus variè diuiditur. Primò ratione materiæ, in *Realem, Personalem, & Mixtum.* Secundò ratione pensionis, in *Fructuarium*, ex quo debetur fructus; & *Pecuniarium*, ex quo pecunia. Tertiò, in *Certum*, & *Incertum.* Quartò ratione temporis futuri, in *Perpetuum*, ac *Temporalem.* PERPETUUS diuiditur

in Redimibilem, & Irredimibilem. Redimibilis autem duplex est, vel enim ex parte solius venditoris, cui liceat, restituto pretio censum redimere; vel etiam ex parte temporis, cui liceat resignato censu pretium repetere, & vocari solet *Census vtrinque redimibilis* Layman. *lib. 3 tract. 4. c. 18.* Mol. *to. 2. tr. 2. d. 383.* Bonac. *de cens. to. 2. d. 3. q. 4 pun. vni.*

45 *Ad contractum census sex requiruntur conditiones*

Ad conttactum census ex natura ipsius contractus, sex requiro conditiones. Primam, vt adsit intentio emendi, & vendendi, quia tota vis & obligatio cõtractuum ab intentione contrahentium pendet. Secundam, vt adsit iustum pretium, tale autem est, quod lex, vel communis hominum æstimatio, seu iudicium prudentum præfixit. Tertiam, vt constituens, censum super re aliqua, liberam habeat illius rei disponendæ facultatem: vnde super fundo dotali absque vxoris placito: super beneficio, & super accepta in emphyteusim, census haud potest constitui. Quartam, vt census fundetur in re frugifera: vnde super tritico, oleo, vino constitui non valet, cum hæc vsu consumentur. Quintam, vt si res censui subiecta pereat vel fiat sterilis absque censuarij culpa, cesset census ad ratam: nam res domino pereunt. Sextam, vt si aliquod onus imponatur venditori, ad quod venditor ex natura contractus non teneatur, debita mercede compensetur. Quia onera pretio æstimabilia debita sunt mercede compensanda. Valent. 2. 2. *d. 5. q. 22 pun. 2.* Toletus *lib 5. cap. 47.* Azor. *de cens. p. 3. cap. 7. q. 3. & 7.* Molin. *to. 2. tr. 2. d. 383.* Lessi. *lib. 2. c. 22. dub. 14.*

46 *Census realis emptio est licita, pretio legali seruato.*

Census realis tam pecuniarius, quam fructuarius, & tam perpetuus, quam temporalis etiam vitalitius eo pretio emptus, quod vel lex taxauit, vel loci approbat consuetudo, iustus ac licitus est, quamuis summa pensionum temporis progressu soluendarum pretij superet quantitatem, Lessi. *l. 2. c. 22. dub 5.* Sotus *l. 6. de iust. q. 5. a. 2.*

47 *Licitus est census realis cum pacto redimendi ex parte venditoris.*

Licitus est census realis cum pacto redimendi ex parte venditoris: & probabiliter etiam qui vtrinque redimibilis est. Quia aliæ omnes venditiones sub conditione redemptionis, præsertim ad venditoris arbitrium (quo casu nulla suspicio, vel præsumptio vsuræ esse potest) licitæ sunt: Ergo etiam venditio census cum eiusmodi pacto licita erit, dũmodo tamẽ aliquo alio modo grauamen, aliquod per hoc pactum venditori imponitur, ad arbitrium boni viri ab emptore compensetur. Valent. 22. *d. 5. q. 22. pun. 6. & q. 25. dub. 5.* Les. *l. 1. c. 22. dub 10.*

48 *Qualis debeat esse persona, in qua census constituitur?*

Persona, in qua census constituitur, debet esse vel fructifera, vel vt aliqua bona in re, vel in spe habeat. Vnde etiam in emptione census personalis licet exigere hypothecam generalem, vel specialem, securitatis causa. In censu personali pensiones annuæ soluendæ amplius non sunt, si cessante industria personæ, nulli annui redditus proueniant ex officio, aut negotiatione, super qua census est locatus. Les. *lib. 2. cap. 22. dub. 4. numer. 21. & 22.* Reginal. *lib. 25. num. 431.*

49 *Res, in qua census fundatur, debet tot fructus ferre, qui ad soluendam pensionem sufficiant*

Res, in qua census fundatur, debet ad minus tot fructus ferre, qui ad soluendam pensionem sufficiant, detractis expensis laboris & industriæ. Quia cum vendatur ius ad percipiendos tot fructus, par est, vt res, in qua census constituitur fructus sufficientes referat, ad soluendam pensionem. Azor. *p. 3. lib. 10. c. 6 q. 1.*

Eius ferre qui sufficiant ad soluendam pensionem.

Ad censum ponendum, non est necesse, vt res censita naturales referat fructus nempe oleum, vinum, triticum, &c. sed sufficit, si ferat fructus pretio æstimabiles. Vnde constituitur census super domibus, vel molendinis, quæ non ferunt fructus naturales, sed pecuniam. Nec est necessum, vt res censui subiecta, sit annis singulis actu fructifera, sed sufficit, vt natura sua fructifera sit, & speretur fore, vt fructus ex ea percipiantur. Si tamen res facta esset sterilis, vt amplius fructus producere non valeret, nequiret in ea census constitui. Non autem censetur res infrugifera, si per vnum, aut duos annos fructus non retulit. Reginaldus *lib. 25. n. 411. & 429.* Valent. 2. 2. *d. 5. q. 22. pun. 2.* Sa *v. census n. 7.*

50 *Non est necesse, vt res censita naturales fructus ferat.*

Temporalis census, constitutus est, vt est omnis vitalitius, minori pretio emi potest, quam sunt pensiones speratæ. Quia quòd pensiones simul sumptæ superent sortem, id fortuitum est, sicut enim possunt superare, sic etiam superari. Couar. *lib. 3. var. cap. septim. n. 3. & 4.* Becan. 2. 2. *q. 5.*

51 *Temporalis census potest minori pretio emi quam sint pensiones sperata.*

Census non potest emi minori pretio, quam initio fuerit creatus, quando pretium legitimum à Principe constitutum est. Quia taxatur pretium in venditorum gratiam; possunt tamen maioris vẽdi. Les. *l. 2. c. 22. dub. 7.* Filliuc. *tr. 35. n. 270.* Si autem preti ũlegitimum non habet vel si illud passim non seruetur, potest emi minori pretio, quam initio fuerit constitutus. Quia pretium vulgare in indiuisibili non consistit. Diana *parte prima tract. de contra. resolutione 36.*

52 *Licitum est pactum vt census eadem moneta redimatur.*

Licitum est emere census cum pacto, vt quando voluerit venditor redimere, teneatur eadem redimere moneta, si certum sit, monetæ æstimationem non esse mutandam; & si vtrinque erat dubium, an esset augenda, an minuenda; & si certum erat æstimationem augendam, & emptor statuerat suam pecuniam in illud tempus asservare. Extra hos casus tale pactum licitum non est, nec in conscientia obligat. Bonacin. *tomo secundo. d. 3. q. 4. numero 36.* Salas *de cens. dubio 24.* Filliucius *tract. 35. num. 271.*

53 *Et vt fiat irredimibilis, si intra certũ tempus non redimatur.*

Absolutè est licitum censum emere cum pacto, vt non possit redimi nisi intra certum tempus, ita vt si intra id tempus non redimatur à venditore, fiat irredimibilis. Pretium tamen huiusmodi census debet esse maius, quam si semper redimibilis, maneret: & minus, quàm si absolute esset irredimibilis. Med. *de vsur. q. 15. dubio primo* Couarruuias *lib. 3. variar. capit. 8.* Licita autem est emptio census cum pacto, vt possit redimi post certum tempus, verbi gratia, post decennium, ita vt ante redimi nequeat, Couarruuias *citatus numero septimo* Licite apponitur censui conditio, imò consentaneum est naturæ contractus, vt non possit redimi per partes. Toletus *libro quinto capite 45. numero quarto.*

54 *Bulla Pij V. non obligat, vbi*

Pij V. Bulla de censibus non obligat, vbi non est promulgata, vel recepta. Quia probabile est, non solum leges Imperatorias, verum etiam pontificias non obligare, nisi sint in

Prouincia

promulgata aut recepta non est.

Prouincia promulgatæ. Vbi igitur non fuerit recepta, seruandæ sunt leges & consuetudines ibidem vsitatæ, quæ legi diuinæ, ac naturali non repugnent. Voi vero nulla esse consuetudo habens vim legis, satis erit legem naturalem seruare, quæ tantummodo requirit æqualitatem inter censum & pretium. Layman. *l. 3. tract. quarto capit. 17.* Becan. *parte secunda tr. tertio. capit. sext. num. quint.* Sylui. *2. 2. quæst. 78. articulo quart. quæsi. secund. conclus. 3.* Lessius *libro secundo capit. 22. dub. 13.* Mloina *to. 2. tr. 2. d. 395.*

55 *Cum census emitur minoris iusto & pretiũ lege constitutum cum clausula irritante contractum, pensionis recessus est restituendi.*

Cũ census emptus fuit minoris iusto, & pretium lege constitutum est cũ clausula irritante contractum; pensiones sunt restituendę quatenus iustum pretium excedunt. At si pretium non est lege constitutum, vel saltem non cum clausula irritante: nihil ex pensionibus restitui debet, sed tantum est supplendum pretium, & damnum, si quod venditori obuenerit, compensandum. Medin. *quæst. 15. dub. 4.* Lessi *l. 2. c. 22. dub. 15.*

56 *De iusto censu pretio.*

Pretium iustum censuum lege Principis constituitur: & ea deficiente, consuetudine communi. Vnde fit, vt pretia censuum pro varietate temporum, & locorum sint varia. Census enim irredimibilis in Hispania est viginti octo, siginti nouem, vel triginta aureorũ in singula: in Sicilia est solùm decẽ aureorũ iuxta Nicolai V. & Gregorij XIII. approbationẽ Idem approbarunt Calixtus III. & Martinus. V. pro Polognia, & Germania, In Belgio census irredimibles non habẽt pretium legitimum nec possunt de nouo creari, obstante Caroli v. constitutione. Reseruatiui possunt vendi viginti quinque in singula, vel etiam minoris. Profecto in his locis, vbi floret negotiatio, minoris æstimãtur census: idem accidit, vbi est pecuniæ penuria. Quia hæc facit merces minoris æstimari; & negotiatio efficit ipsam pecuniam quæstuosam, ac proinde plus valentem. Census autem vitalitij pretium, si ad vnius vitam solùm constituatur assolet apud Hispaniam esse decem in singula, Toletus *lib. quint. cap. 47. n. 3.* Sà *v. census, num. 5.* Azor. *p. 3. lib. 10. cap. 4. q. 4.* Filliuc. *tract. 35. num. 265.* Valent. *2. 2. d. 5. qu. 2. pun. 5.* Salas *de cens. dub. 22. numer. 2.* Denique pretium census deficiente lege, & consuetudine, optimè constituitur ex proportione pretij rerum fructiferarum, vt agrorum, domorum, ac similium, quo enim pretio emi potest res frugifera, quæ deductis expensis quotannis reddat centum aureos, eodem, & etiam minore iustè potest comparari census realis irredimibilis tantundem pendens Debet autem in pretio cõstituendo attendi æquitas, & vtriusque contrahentis grauamen, aliæque circumstantiæ Layman. *lib. 3. tractat. 4. capite 17. numer. 14.* Couarruuias *lib. 3. variarum capite nono numer. 6.*

***

CAPVT IV.

De Cambiis.

57 *Cambij definitio*

CAMBIVM est *negotiatoria permutatio diuersarum pecuniarum, seu pecuniæ pro pecunia.* Diuersitas autem pecuniarum accidit aut ex parte figuræ, vt in monetis diuersarum Prouinciarum; aut ex parte materiæ, vt cum sunt diuersi metalli, aut ex parte qualitatis metalli eiusdem generis, cum vnum est præstantius altero; aut ex parte quantitatis cum sunt diuersi ponderis, aut numeri. Toletus *lib. quinto capite 50. numer. prim.* & omnes.

58 *Differt à mutuo.*

Differt cambium à mutuo primò, quia de ratione cambij est aliqua pecuniæ diuersitas; de ratione autem mutui est, vt res mutuata in eadem specie reddatur, nisi mutuans velit diuersa esse contentus. Secundò de ratione mutui est vt aliquandiù solutio expectetur; de ratione autem cambij non item; constat enim simplex eius natura, vt pecunia diuersa pro diuersa præsenti commutetur. *Campsor* hic appellatur ille, a quo petitur, vt pecuniam permutet, *Campsarius* verò ille, ad cuius petitionem pecunia commutatur. Omnes communiter.

59 *Cambium Reale, & Siccum; hoc quidem est illicitum.*

Diuiditur cambium in *Reale*, & *Siccum*. Vocatur Siccum, quod non est verum cambium sed fingitur esse propter imaginem cambij præseferens; vt quando habetur sola ratio temporis; aut quando fingitur alibi solutio facienda, & fit eodem loco cum vsura, siccum etiã dicitur, quia caret humore, seu iusto titulo ad lucrum pariendum. Hoc cambium est vsurarium, quia accipitur lucrum ob solam dilationem solutionis, quæ est mutuum virtuale. Lessius *lib. secundo capite 23. dub. prim.* Nauar. *summa capite 17. numero 286.* Valent. *2. 2. d. quinta quæst. 23. pun. prim.* Bonac. *de controuers. disp. 3. quæst. 5.*

60 *Quid cambium reale, eiusque iniustitia. Hoc quidem est Minutum & locale.*

Cambium reale est legitima permutatio pecuniarum, ex qua iustè aliquid lucri excipi potest. Hoc sub diuiditur in *Minutum*, & *Locale*. Minutum est, cum quis dat pecunias maiores pro minoribus, vel è contra vel cum permittatur vetus cum noua pecunia, patria cum externa, aurea cũ argentea, argentea cum cuprea. Dicitur etiam hoc cambium *Manuale*, quia de manu ad manum eodem loco, ac tempore perfici solet. Hoc cambium est licitum, quęcumque interueniat pecuniæ diuersitas, modo summa diuersæ pecuniæ, quæ recipitur, tanti à viris peritis æstimetur, quanti æstimatur summa data. Reginaldus *lib. 25. numer. 438. & 439.* Lessius *libro secundo capite 23. dubio primo* Sylui. *2. 2. q. 78. a. 4. quæsi. 3.*

61 *Localis cũbij iustitia.*

Cambium locale est, in quo pecunia præsens commutatur cum pecunia existente in alio loco & dici etiam assolet *Cambium per litteras*; quia campsor suas dat litteras, vt per eas campsarius accipiat in illo loco pecunias ab eo qui campsoris est socius. Hoc cambium est licitum; quia si campsor re ipsa pecunias campsatio de loco in locum transferret, posset petere aliquam

aliquam compensationem ; ergo etiam potest cum accepta v. gr. pecunia Vallisoleto,dat illi litteras,vt quarum Hispali, vel Matrito tantundem accipiat. Nauar. *summę capite* 17.*num.* 289. Toletus *libro quinto capite* 53. *numer.* 6. Reginald. *lib.*25.*num.*456.Layman.*lib.*3.*tr.* 4 *c.*19.*n.*2.

62 *Quatuor tituli,cur campsor in cambio minuto plus accipere possit,quam dedit.*

Quatuor assigno titulos,cur cāpsor in cambio minuto plus accipere possit, quā dedit. Primus est locatio operæ , & obsequij, quod præstat congregando omnis generis pecunias,quæ permutari debeant,& paratum se prębendo ad easdem commutandas secundum campsiorum voluntatem : quæ omnia sunt pretio æstimabilia.Sylvest.*v Vsura* 4.*q septim.*S*à v.Cambiū, numer.quinto.* Lessius *libro secund.c.*23. *dubio secund.* Secundus est interesse lucri vel commodi cessantis : vnde licet exigere supra valorē legitimum nummi quanti æstimabitur arbitrio prudentis illa spes lucri , qua per cambium quis priuatur. Medi. *de vsur.quæst.*7.Nauar *cū. cap.* 17. *numer.*288. Bonacin. *de contr d.* 3. *quæst.quinta pun.vnic.numer.*3. Tertius est labor numerandi pecuniam:cum enim campsor huiusmodi laborem in gratiam campsarij subeat,meritò ei compensatur intercedente virtualiter contractu locationis operarum.Sotus *de iust.lib.sexto quæst.* 11.*articulo prim.*Graf.*p.*1. *lib.secund.capite* 110.*num.*4.Salas *de camb.dub.* 34.Quartus est commoditas conservādi,transferendi,numerandi , & vbique negotiandi.Vnde pluris æstimantur mille ducati in aureo quam in argento : plus in argento , quam in cupro Filliucius *tr.*35.*part.secund.nu.*361. Salas *dub.* 3.*n.*4.*&* 6.

63 *Ad iustitiam cambij per minutum tria desiderantur.*

Ad iustitiam cambij per minutum tria desiderarim. Primum , vt in campsore nulla sit falsitas dando aurichalcum pro auro , minorē monetam pro maiore.Secundum, ne sit fraus in valore monetæ , nam si campsori constet, monetam , quam campsarius tradit , plus valere, debet veritatem aperire.Tertium , vt sit iustū pretium , scilicet lege statutum : citra autem legem,id erit iustum pretium cambiorum,quod communiter prudentes & probi , ponderatis omnibus ciacumstantiis ad rem facientibus,iudicabunt. Toletus *libro quinto.capite* 51.*numer.* 8.Sylui. 2.2.*q.*78.*a.*4 *quæst.*3.*concl.*4.Filliucius *tr.*35.*n.*362.

64 *In cambio locali potest aliquid accipi à campsore triplici ex titulo.*

Porrò in cambio locali reali potest campsor aliquid triplici titulo ,iuste accipere. Primus est translationis pecuniæ . trahicit enim pecuniam quæ hic adest , in locum , vbi quis adesse desiderat,quæ opera in gratiam alterius præstita est pretio æstimabilis.Molina *to.*2.*tr.* 2.*d.* 403. Filliuc.*tr.*35.*num.*380.Malder.2.2.*tr.* 5. *capite quinto dubio* 3. *num.primo.* Secundus est præstatio periculi , seu assecuratio.Quia accipiens hic pecuniam alibi trajciendam , suscipit in se onus transferendi , & periculum , si depereat. Nec refert,quod campsori in pecunia transferenda nullum sit periculum,cum ipse alibi eam paratam habeat:id enim eius industriæ,aut fortunæ est assignandum.Reginaldus *l.b.*25.*num.* 454.Bonac.*de controuers.d.*3.*q.*3.*pun.vnic.num.* 7.Graf.*parte prim.lib.secund.capite* 110.*num.* 4.Tertius est maior æstimatio pecuniæ in loco, vbi datur , quam vbi creditur,siue ea æstimatio sit intrinseca , hoc est siuè à lege , vel communi consuetudine valor pecuniæ proueniat ex conditione materiæ, & ponderis,siuè procedat ex causis extrinsecis, ac fortuitis;& ideo ratione vtriusque æstimationis potest campsor aliquid lucrari,modo lucrum id iustum cambij pretium non excedat.Sylvest.*v.vsura* 4.*quæstio.* 8.*paragrapho prim.*Filliucius *tr.*35.*numer.*380. Reginaldus *l.*25.*n.*461.

65 *De cambio ad Nundinas.*

Cambium ad *Nundinas* non differt nisi accidentaliter à cambio locali ex natura sua.Quia eędem personæ in vtroque conueniunt,regitur eodem nummo , & variatio pretij fit iuxta longius,aut brevius tempus. Fit licitum tribus confluentibus conditionibus.Prima,vt fiat realis permutatio ex vno loco in alium, habita ratione diuersitatis pecuniæ, ac valoris monetarum.Secunda,vt seruetur iustum pretium iuxta communem fori æstimationem , in qua habenda est ratio abundantiæ vel penuriæ pecuniæ, distantiæ, aut vicinitatis locorum.Tertia,vt in æstimatione pretij non habeatur per se ratio temporis , hoc enim esset vsuratium , vt ex Bulla Pij V. colligitur.Filliucius *tr.*35. *articulo secund.capite septim.*Sylvest.*v.vsura*,4.*quæstio.* 4.Nauar.*summæ cap.*17.*n.*297.

66 *De monopolio in cambiis vitando.*

Vitandum quidem est in cambiis monopolium vnde pretium directè augeatur.Hinc monopolium facientes directè,& per se siue ex pacto expresso , siuè ex tacito peccant contra iustitiam,si augeant pretium vltra iustum:contra quem etiam faciunt cooperatores monopolij positiue ; qui quidem in solidum ad restitutionem tenentur,si principales non satisfaciant. Toletus *lib.quinto capito* 53.*numer.tertio.*Filliucius *tract.*35.*parte secunda numer.* 415. Sotus *de iustit. lib. sexto qu.*12. *articulo* 3. Salon. *de camb.q.*4.*articulo secundo controuers.*13. Cambium verò pro secundis , vel tertiis nundinis vsuratium censetur,si campsor ob id plus exigat,quam exigeret , si pecuniam ad proximas nundinas impertiret.Quia alioquin aliquid exigit ob solam dilationem , quod est vsuratium. Lessius *lib.secundo cap.*21.*dub.*11. *numero* 91. Toletus *ibi num.*7. *&* *c.*55.*num.secund.* Nauar. *sum.c.*17.*n.*301.

67 *Potest in cambio pignus exigi.*

Qui tradit pecuniam ad cambium alicui, cui non fidit,potest exigere pignus,vel fideiussorē pro crediti securitate. Quia in omni contractu licitum est cuique,se indemnem seruare,quantum postulat natura contractus.Azor. *p.*3. *lib.* 10 *cap.*11.*quæstio.*11.Toletus*lib.*5.*c.*52,*n.*3.Salas *dub.*21.

68 *Pius V. quator ad cambij realis iustitiam requirit conditiones.*

Pius V. in Bulla de cambiis , damnans tanquam vsuratia omnia cambia sicca , in quibus fingi alio loco futura solutio , cum intendatur futura solutio , cum intendatur futura eodem , vbi fit contractus ; in cambio reali quatuor requirit conditiones , ne sapiat vsuram.Prima est,ne campsor ratione dilationis vltra terminum præstitutum concessæ,de aliquo lucro paciscatur secunda,ne ab initio , vel postea paciscatur de certo interesse,etiam in euentu,quo solutio tempore debito non fieret ; non prohibet autem pactum de interesse incerto, quo postea ex mora campsarij fuerit deprehensum;& ne pœna moderata adijciatur,si exnegligentia tempore præscripto non fuerit facta solutio Tertia, ne vltrà primas nundinas, aut consuetos terminos , vbi nundinæ non expectantur , realia cambia exerceantur iuxta receptum locorum vsum nempe cum extensione

sione proportionali lucri. Quarta, vt in terminis solutionum constituendis, habeatur ratio propinquitatis, ac vicinitatis locorum, in quibus solutio destinatur; ne dum longiores præfiguntur, quam loca destinata solutioni requirunt, fœnerandi detur occasio. Nauar. *summa capite 17. numer. 300.* Malder. *de iust. tractat. quinto capite 2. dubio vndecim.* Lessius *libro secund. capite 23. dubio vndecim.* Bonac. *de contract. disputat. tertia quæstione quinta puncto vnic. numero 9.*

CAPVT V.

De Locatione, & Conductione.

69 *Locationis, & conductionis definitio.*

NAm verò de contractibus onerosis, in quibus vsusfructus, non dominium transfertur, sermo procedit, nempè de locatione ac conditione, emphyteusi, ac Feudo. Locatio itaque est contractus, *quo persona, vel res aliqua ad vsum, vel fructum pretio conceditur.* Quædam res locantur solum ad vsum, vt seruus, equus, domus, &c. quorum fructus non est alius, quam vsus ipsorum. Quædam ad fructum, vt agri, pascua, iura, redditus, vectigalia. Dixi, *Pretio*, seu pecunia: sicut enim emptio requirit pecuniam, ita etiam locatio: ad distinctionem precarij, & commodati, in quibus non interuenit pretium, sed gratis celebrantur. Sylvest. *verf. Locatio.* Lessius *libro secundo capite 24. dubio primo* Filliucius *tractat. 36. capite prim.* Sylui. *2. 2. quæstione 77.* Conductio verò est contractus, *quo persona vel res ad vsum vel fructum pretio comparatur.* Vnde *conductor* vocator is, qui mercedem soluit pro vsu, vel fructu rei acceptæ, *Locator* verò, qui accipit mercedem pro vsu, vel fructu rei traditæ. Reginaldus *lib. 25. n. 489.* Bonac. *de contr. d. 3. q. 7. punct. 1. numer. 2.*

70 *Quæ possint locari, quæ non.*

Omnes, quæ vendi possunt, possunt etiam locari, nisi specialis extet prohibitio. Quia non plus requiritur ad locandum, quam ad vendendum. Aliqua locari prohibentur, vt seruitutes prædiales, viæ scilicet, & subiectiones prædiorum: quamuis vendi possint; e contra aliquæ res locari possunt, quæ vendi prohibentur, vt res pupilli, & minoris; item bona dotalia possunt à viro locari, non vero vendi. Res Ecclesiæ ad breue tempus locari possunt ab iis, qui præsunt Ecclesiæ non verò ad longum tempus, id est ad decennium. *Clement. prim. de rebus Eccles. non alien.* Filliucius *tractat. 36. capite primo quæstio. sext.* Non solum ea, quæ sunt pecunia æstimabilia locari possunt, verum etiam ipsamet pecunia, ad pompam scilicet accipientis, vel ad pignus: modo pecuniæ dominium penes eum maneat apud locantem, & stet ipsius periculo, itavt si pereat absque lata vel sui culpa conductoris, pereat ipsi locatori, quia quoties perit res absque alterius culpa domino perit. Rebellus *libro 14. quæst. 4. numero prim.* Reginaldus *lib. 25. num. 489.* Manu. *parte prima summæ capite 18. conclusione tertia.*

71 *Licet conductori, rē, quam ipse conduxit, alteri locare.*

Licitum est conductori, rem, quam ipse conduxit, alteri locare, modo aliter non sit deductum in pactum cum primo locatore. & modò primus locator damnum non patiatur. Hinc conductor non potest locare meretrici domum, quam ipse conduxit. Quia hoc cederet in primi locatoris opprobrium. *L. Nemo. Codice de locat.* Reginaldus *libro 25. numer. 505. & 506.* Molina *to. 2. tr. 2. d. 497. numero. 7.*

72 *Quinam possunt cōtractum locationis, ac conductionis inire: quinam non?*

Qui autem facultatem habet emendi, & vendendi, potest contractum locationis, ac conductionis inire, nisi specialiter prohibeatur. Excipiuntur aliquæ personæ, quibus vetitum est, quædam conducere; quales sunt curiales, & milites, qui non possunt prædia conducere, ad colendum *L. Curiales, Codic. de locat. lege Milites, Codice de locat.* Curiales dicuntur, qui obstricti, & obligati sunt curiæ. Item Clericis, & Monachis prohibitum est conducere prædia laicorum: præcisa necessitate; quamuis possint succedere conductori. *capit. Multa, ne Clerici, vel Monachi.* Filliucius *tractat. 36. capit. 1. q. 3.*

73 *Quidfaciēdum quando rē communē duorum vnus vult locari vni, alter alteri?*

Quando duo vel plures habent domum, vel fundum communem, & vnus vult vni locare, alter alteri, vel vnus ad vnum vsum, alter ad alium; aut vnus locare vult personæ honestæ, inhonestæ alter præualet contractus illius, qui habet maius in re ius, seu potiorem partem, vel qui vult locare personæ honestæ, quando autem non est potior conditio vnius, quam alterius, mittendæ sunt sortes, aut recurrendum ad Iudicem pro concordia. Imo validus est contractus locationis factus ab vno socio, vel à pluribus, aliis dissentientibus, si absque iusta causa dissentiant. Gomez *tomo secundo variar. capite tertio numero 14.* Filliucius *tract. 36. capite primo quæst. 16.* Bonac. *de contract. disput. 3. quæstione septima punct. 1. num. 6.*

74 *Quando locatio ad hæredes transeat, quādo non?*

Cum hæres vniuersalis vicem gerat prædecessoris, locatio transit ad eum, successor verò singularis, qui scilicet in re particulari succedit, qualis est emptor, donatarius, vel legatarius, non tenetur stare contractui locationis celebrato ab eo, cui in re particulari succedit, nisi antecessor in alternatione aliter expresse, vel tacite conuenerit; aut nisi bona locatoris sint hypothecata conductori, quia singularis successor non repræsentat locatoris personam, nec illius suscipit obligationes. Filliucius *tract. 36. tr. secundo quæst. prim. & secund.* Bonacina *de contr. d. 3. q. 7. punct. vltim. num. 2.*

75 *Conductor non tenetur singulari successori pensionem soluere; at vxor stare locationi facta*

Conductor non tenetur pensionem singulari successori soluere, nisi antecessor locator cesserit illi ius suum nec stare contractus locationis, postquam res transiit ad singularem successorem. Quia ei nunquam se obligauit. Maritus autem, qui accepit in dotem aliquam rem locatam, quam locatam esse ignorabat, non tenetur stare locationi, quia censetur singularis successor. Tusch. *tomo quint. concl. 418.*

Couar.

Couar. *secund. var. cap.* 15. *num.* 3. Molina *tomo secundo tract.* 2. *disput.* 490. Vxor verò mortuo marito, vel soluto matrimonio, tenetur stare locationi factæ à marito, coniugio durante, quoad locationem bonorum paraphernalium. Quia huiusmodi locatio censetur facta à marito nomine vxoris tanquam ab administratore, & procuratore. Non verò tenetur stare locationi fundi dotalis, quia maritus censetur locasse proprio nomine non communi, vxor tamen tenetur ad seruandum maritum indemnem, ne damnum ob id patiatur. Gomez *secund. variar. capite* 3. *numero* 8. Molina. *d.* 492.

76 *Minor vel pupillus tenentur stare locationi factæ à curatore, vel tutore.*

Minor, vel pupillus tenetur, tutela, vel cura finita, stare locationi factæ à tutore, quia quæ tutor: vel curator agit, non suo sed minoris, aut pupilli agit ex nomine. Minori tamen iure conceditur restitutio in integrum, si notabiliter compererit, se læsum *l. si tutela, ff. de admin. tut.* Filliucius *tract.* 36. *capite secundo quæst.* 4. Reginaldus *lib.* 25. *numero* 536. Gomez 1. *var. capite* 15.

77 *Quid debeat fiscus gerere circa locationē factam à reo ante, vel post patratū delictum.*

Fiscus tenetur stare locationi factæ per cōdemnatum ante patratum delictum, si ipse succedat in omnibus bonis, vel in parte dimidia, vel tertia. Quia tunc fiscus reputatur hæres, & successor vniuersalis. Si verò fiscus succedat tantummodo in ea parte, quæ confiscatur, non tenetur stare locationi, quia censetur successor singularis, & consequenter potest expellere colonum. Imò non tenetur stare locationi, quam delinquens post patratum crimen celebrauit, ob quod eius bona ipso iure publicantur, quia cum fiscus ante locationem ius acquisierit, delinquens non potuit ei præiudicare. Reginaldus *libro* 25. *numero* 543. Sanchez *libro secundo decal. capite* 22. *numer.* 53. Filliuc. *tract.* 36 *cap. secundo quæstio.* 3. Molina *tom.* 2. *tract.* 2. *d.* 491. *nu.* 1. & 2.

78 *Prælatus successor tenetur stare locationi antefactæ nomine Ecclesiæ.*

Prælatus autem successor tenetur stare locationi antea factæ ipsius Ecclesiæ nomine de rebus non pertinentibus ad Prælatum, sed ad Ecclesiam; tamen competit Ecclesiæ ius restitutionis in integrum, si læsa inuenitur. Prælatus vel beneficiarius non tenetur stare locationi factę ab antecessore nomine proprio in suā vtilitatem de rebus beneficij seu dignitatis ad proprios Prælato vel beneficiarij redditus, & sustentationem. Quia locatio facta est ab eis nomine proprio, & de re, de qua pacisci non poterant nisi pro tempore quo dignitatem, aut beneficium retinebant. Hoc verò intellexerim, modo non adsit alicubi legitima consuetudo in contrarium; & modo res sit integra, & nondum inchoatus sit annus, Sylnest. *v. locatio. quæst.* 11. Ricci. *v. Alienatio. decis.* 123. Quaranta *v. Alienatio, numero* 19. Couarruuias. 2. *var. capite quinto*, Sà *v. conductio numer.* 10. Molina *tomo secundo tractatu secund. d.* 492. *numer. sext.*

79 *Si res locata, pereat, cuinam perit?*

Si res locata casu fortuito pereat, domino perit, nec conductor debet pensionem pro tempore, quo res fit inutilis. Si verò id ex culpabili eius proueniat negligentia, vel etiam sine culpa ob suum commodum ex re locata procurandum, non potest quicquam de pensione detrahere. Filliucius *tract.* 36. *capite secundo quæst.* 8. Lessius *libro secundo capite* 24. *dub secund.* Nauar. *summa capite* 17. *num.* 187. Couarruuias 3. *var. c.* 13.

Certè conductor tenetur de culpa lata, & leui; non autem de leuissima, nec de casu fortuito, quia contractus fuit in vtriusque commodum. Nec enim tenetur in re custodienda, & conseruanda maiorem adhibere diligentiam, quàm quę communiter ab huiusmodi conductoribus assolet adhiberi. Locator autem conductori tenetur, si locet illi rem vitiosam, indeque fiat, vt conductor damnum capiat. Filliuc. *tra.* 36. *c.* 2. *fine* Lessius *l.* 2. *c.* 24. *dub* 6.

80 *Conductor locatori, & locator conductori tenetur.*

Communi ex iure pensio soluenda est in fine anni, nisi aliter conuentum sit, aut probet consuetudo: & pro ea censentur obligari fructus in prædio separati, & res inductæ in prædium animo, vt ibi sint, quandiu conductio duranerit: & si extrahantur, tacite hypothecæ censentur. Locator autem rei fructiferę remittere tenetur totam pensionem, quando sterilitas vel calamitas anni est tanta, vt conductor nihil ex conducto perceperit: nisi aliter sit conuentum. *L. solutum*, §. *solutum. ff. de pignorati. act. L. ex conducto, ff. locat. C. Propter sterilitatem, de loca. & cond.* Si autem calamitas non sit tanta, sed re vera magna sit, pro rata gerenda est remissio. Eam autem sterilitatem dixerim esse magnam, quando res conducta non reddit dimidiam partem fructuum, quos dare consueuerat. Non tenebitur verò quidquam reddere, quando præcedentium annorum fertilitas præsentem sterilitatem compensare videtur. Gomez *to secund. capite* 3. *numer.* 18. Nauar. *sum. cap.* 17. *numer.* 190. Lessius *lib.* 2. *cap.* 24. *numer.* 13. & 14. Diana *p.* 3. *tr.* 6. *resol.* 17.

81 *Quandonā soluenda pensio, & quando debeat de ea aliquid remitti.*

Quando autem aliquo anno est extraordinaria vbertas prouenies ex cœli clementia, vel casu fortuito, non ex sola coloni industria: potest locator pensionem augere, quia si pensioni aliquid est detrahendum ob sterilitatem, postulat æquitas vt ob insolitam vbertatem aliquid addatur. *L. si merces*, §. *vis maior. ff. locati.* Filliuc. *tr.* 36. *cap.* 3. *q.* 5. Lessius *l.* 2. *cap.* 24. *n.* 21. & 22.

82 *Quando autem possit pensio augeri?*

Duplici modo locatio finitur. Primò lapsu termini constituti. Censetur prorogari, quando locator sciens permittit conductorem rem locatam tenere. Secundò finitur mutuo contrahentium consensu, quia per quas causas res nascitur, per easdem dissoluitur. *l. Nec cui licet Codic. locati* Molina *tom.* 2 *tr.* 2. *d.* 498. *numero* 9 Rebellus *de locat. quæst.* 12. Gomez *de locat. cap.* 3. *n.* 15.

83 *Duplici modo locatio finitur.*

Non potest locator rem locatam repetere, nondum finito locationis tempore, quia non potest à contractu resilire, inuito conductore, qui per illum contractum ius acquisiuit ad certum vsque tempus, quatuor vero causas ex iure Cæsareo inuenio, ob quas licitum est conductorem expellere, vel priuare re conducta, quæ & iure Canonico approbantur. *l. Ædem. ff. locati. C. Propter sterilitatem*, §. *verum de locato.* Prima est, quando conductor, cui res ad quinquennium, vel ad plures annos fuit locata per biennium continuum vltra terminum præfixum distulit solutionem pensionis, quia frangenti fidem fides non est seruanda. Nauar. *sum. cap.* 17. *num.* 193. Sà *v. conductio*

84 *Quando possit res locata repeti, non finito locationis tempore?*

ductio, n. 7 Fill. tr. 36. c. 3. q. 8. Secunda est casus improuisus, per quem domus, quam locasti tibi incipit esse necessaria ad habitandum, & hæc causa solummodò locum habet in domibus causa habitandi necessarijs, sno autem in agris. Quia lex hoc concedens continet priuilegium, quod non debet extendi. Tertia est, si domus, vel alia res locata necessario egeat refectione, quæ non potest in habitante, vel occupante conductore fieri: illa autem peracta, domus est conductori restituenda. Quarta est si conductor re conducta abutatur, siue damnum inferendo, siue infames introducendo personas, siue alia ratione cum scandalo vtendo. Certe prima, & quarta causa habet locum non solum in ædibus & prædijs vrbanis, sed etiam in prædijs rusticis, imo etiam in mobilibus. Caram l. 2. Theol. mor. n. 697. Bonac. de contr. d. 3. q. 7. pu. 2. n. 11. & 12. Fill. tr. 36. c. 3. q. 8. Les. l. 2. c. 24. dub. 7. num. 34. Gom. to. 2. c. 3. n. 6.

84 *Tenetur locator, vitium res aperire conductori.*

Profecto sicut venditor tenetur vitium rei emendæ aperire, ita & locator rei conducendæ. Vnde qui rem vitiosam locat, debet restituere damnum, quo affectus fuerit conductor de rei vitio non monitus modo intercesserit culpa locatoris lata, vel leuis. Nauar. *summ. capite* 17. *n.* 196. Sylvest. *v. Locatio, quæst.* 18. Fill. *tr.* 36 *c.* 4. *quæst.* 1.

85 *Tenetur, ad resarcienda expensa necessarias factas à conductore, non ad ea quæ conductor fecit ad proprium temporale commodum*

Tenetur locator non solum ad resarciendas expensas necessarias a conductore factas in resarcienda re conducta, verum, & ad resarciendas vtiles, quæ durante vltra conductionis tempus. Quia qui percipit commodum, par est, vt onus subeat. Quod intelligo, modo conductor illas non gesserit expensas ex præmissa conuentione meliorandi rem conductam propijs expensis, quia conuentio legem inter contrahentes efficit. Locator tamen, qui onus huiusmodi conductori adiecit, tenetur aliquid de pensione detrahere, vel alia ratione grauamen impositum compensare, nisi conductor voluntarie remittat. Quid si conductor aliquas gessit expensas ad iui vsum, & temporale commodum, quod ex re conducta potest separari absque rei detrimento. Non potest petere a locatore expensas, *libro primo Codic locati.* Mol. *tomo secund. tract. secund disputatione* 496. *numero* 3. Gomez 2. *var. cap.* 3. *numero* 20. Reginald. *l.* 25. *numer.* 308. Filliuc. *tract.* 36. *numero* 64.

86 *Tenetur ad onera, & tributa pro re locata imposita non ad ea, quæ pro fructibus.*

Tenetur locator ad onera, & tributa pro re locata imposita, nisi aliter cum conductore conuenerit, vel nisi aliter postulet locorum consuetudo. Quia qui commodum percipit, par est, vt onera subeat. Ad onera verò pro fructibus imposita non tenetur locator, sed conductor. Quia hic, non ille commodum percipit. *l. Quod ille, §. quicunque. ff. de via pub.* Reb. *l.* 14. *q.* 9.

87 *Summatim locatoris, & conductoris obligationes recolo.*

Summatim denique locatoris, & conductoris obligationes recolo memoriæ addicendas. Quinque sunt locatoris. Prima, vt det rem locatam conductori ad vsum, & fructum. Secunda, vt vitium occultum patefaciat. Tertia, vt impensas necessarias soluat. Quarta, vt resarciat damna sua culpa secuta. Quinta, ne rem locatam ante præscriptum tempus petat. Totidem conductoris sunt. Prima, vt suo tempore pensionem soluat. Secunda, vt non vtatur re locata, nisi pro vt conuentum. Tertia, vt finito tempore, restituat. Quarta, ne ante tempus rem locatam sine causa deserat. Quinta, vt reddat integram sicut accepit. Fill. *tr.* 36. *c.* 4. *q.* 1. & 5. Bonac. *de contr. d.* 3. *q.* 7. *pun.* 3.

CAPVT VI.

De Emphyteusi.

88 *Emphyteusis definitio & à locatione differentia.*

EMPHYTEVSIS est *contractus, quo res immobilis alteri traditur, quoad dominium vtile, retento dominio directo, cum obligatione soluendi pensionem proprietario, idque vel in perpetuum, vel ad vnius vel plurium vitam, vel ad certum tempus, quod decennio non sit minus.* Patet huius contractus a contractu locationis differentia. Quia emphyteusis solum constituitur in re immobili potest, quæ cultura valeat meliorari. Per eam transfertur dominium vtile, manente solum dominio directo apud priorem dominum: Non fit ab breuius tempus quam decennij, quorum nihil in locatione cernitur. *l.* 1. *C. de iure emphyt.* Mol. *to.* 2. *tr.* 2. *d.* 445. *n.* 7. Bonac. *de contr. d.* 3. *q.* 8. *pun.* 1. Sylvest. *v. Emphyteusis, n.* 1.

89 *Qui possint & qui non possint dare emphyteusim.*

Omnes, qui iure alienare possunt, etiam in emphyteusim dare queunt. Quia emphyteusis species est quædam alienationis, cum per eam dominium vtile transferatur: Vnde pupillus, aut minor absque tutore aut curatore, & Iudicis decreto: Prelatus Ecclesiæ, nisi adsit iusta causa, ac debita solemnitas dare in emphyteusim non possunt. Nec ipse emphyteuta acceptam emphyteusim alteri dare valet, quia illius dominio directo non poterit. Filliuc. *tractat.* 36. *numero* 123. & 124. Clar. *libro quart. recept. sent. §. emphyteusis. quæstione* 73. Azor. *p.* 3. *l.* 10. *cap.* 2.

90 *Septem ad emphyteusim conditiones expendo. Prima conditio.*

Septem conditiones ad emphyteusis iustitiam requiro apud Doctores comperio, iure Cæsareo. prima est, vt constituatur in re immobili, ac frugifera, & solo adhærente, vt in agris, domibus, pascuis, syluis, stagnis, &c. quæ cultu, & industria meliorari possunt. *l.* 1. & 3. *C. de iure emph.* Secunda, vt dominium directum, & possessio ciuilis huius rei maneat apud priorem dominum, vtile autem in emphyteutam transferatur. Vnde hic præscribere non valet dominium directum, quia possessio requisita ad præscriptionem, semper in proprietario manet. Les. *l.* 2. *c.* 24. *dub.* 8. *numero* 43. & 44. Filliuc. *tr.* 36. *num.* 131. Tertia, vt annuis singulis emphyteuta teneatur soluere certam pensionem consistentem in pecunia, vel in fructibus, quæ ordinariè minor est, quam fructus valeant, detractis expensis, quamuis possit esse fructibus adæquata. Vnde cessans à solutione pensionis per quos annos si res sit Ecclesiastica, vel per tres, si sit secularis, rem emphyteuticam cum omnibus melioribus, & operibus, quæ in eagessit, amittit, eaque ad directum dominum redit, *l.* 2. *C. de iure emphy. C. Potuit, de locato* Bonac. *de contr. d.* 3. *q.* 8. *pun.* 2. *n.* 7. Sylvest. *v. Emphyteusis, n.* 9. & 10. Reginal. *l.* 25. *n.* 547. Quarta; *Secunda. Tertia. Quarta.*

vt si res pereat sine emphyteutæ culpa, aut ab hoste occupetur, vel pelago sine spe illam recuperandi, ille à solutione pensionis liberetur, nisi sese ad casus fortuitos obligauerit. Quia res emphyteutica proprietario perit. Si verò pars rei superstit tenetur ad integram pensionem, si pars extat exigua ex æquitate erit remissio facienda. Filliuc. *tr.* 36, *num.* 131. ex *l.* 1. *C. de iure emphyt.* Quinta, vt quoties res efficitur notabiliter deterior ex culpa lata, vel leui emphyteutæ, v.g. si arbores inciderit, si vineam non putauerit, foderit, &c. ille priuari possit re accepta siue Ecclesiastica fuerit, siue non. Quia cum rem acceperit ad meliorandum, si eam notabiliter deteriorem reddiderit, meritò ea priuari potest. Standum autem Iudicis arbitrio, ad dijudicandum, num deterioratio sit notabilis. Reginald. *l.* 25. *nu.* 548. Mol. *tom.* 2. *tr.* 2. *d.* 443.

Quinta.

Sexta vt emphyteuta non possit rem, eiusque meliorameuta per venditionem alteri tradere secundum ius vtile, quod ipse habet, aut locare ad decennium seu tradere in emphyteusim absque directi domini consensu, saltem implicito, vel non admonito directo domino, vt ipse emere possit, si velit. Quod si contrà fecerit, cadit in commissum, & redit ad directum dominum, modo post venditionem. Secuta fuerit traditio. *l.* 3. *C. de iure emph.* Sylu. *v. emphyteusis, qu.* 5. Mol. *to.* 2. *tr.* 2. *d.* 461. Filliuc. *tr.* 36. *n.* 132. Lessius *l.* 2. *c.* 24. *n.* 52. & 53. Septima, vt quoties res venditur, vel donatione, aut permutatione alienatur, is qui eam accipit, soluat laudemium domino directo, idque pro inuestitura, seu possessione, quam ab ipso accipit. Dicitur *Laudemium* certa pars pretij seu æstimationis rei venditæ, quæ iure communi est quinquagesima, consuetudine verò trigesima. Portò in quatuor casibus laudemium non debetur; Primo, quando hæres necessarius, succedit in rem emphyteuticam titulo hæreditatis, aut quando cohæres, qui partialiter succedit in emphyteusi, ante diuisionem vendit alteri cohæredi partem sibi respondentem. Secundò, quando res emphyteutica redit ad emphyteutam priorem, dissoluto contractu celebrato cum pacto retrouertendi, quia tum non censetur noua venditio, sed prioris rescissio contractus. Tertio, quando pater tradit rem emphyteuticam filiæ in dotem, non habens aliud, quod ei tradat. Quarto, quando plures habentes rem emphyteuticam; eam inter se diuidunt, *l.* 3. *C. de iure emphyt.* Sylvest. *v. Emphytensis, num.* 28. Azor. *p.* 3. *l.* 10. *c.* 8. *qu.* 6. Filliuc. *tract.* 36. *numero* 132. Mol. *to.* 2. *tr.* 2. *d.* 460.

Sexta.

Septima.

De Laudemio.

CAPVT VII.

De Feudo.

91 *Feudi definitio, & differentia ab emphyteusi.*

Feudum est *concessio rei immobilis vel æquipollentis, cum translatione dominij vtilis, proprietate retenta sub onere fidelitatis, & obsequij personalis exhibendi.* Differt ab emphyteusi, quod quamuis in vtroque contractu transferatur dominium vtile in recipientem, remanente dominio directo apud traditorem, alia tamen est pensionis ratio, Nam quatenus pensio est realis consistens scilicet in pecunia, vel frumento, &c. dicitur emphyteusis, quatenus vero pensio est personalis, nempe in obsequio personali consistens dicitur feudum. Vnde duo ad substantiam feudi requiro; vnum, vt res in feudum data immobilis sit, vel vti talis habeatur, vt Regnum, prouincia, Vrbs, pagus, ager, prædium; alterum, vt is, qui accipit, fidelitatem, & obsequium domino promittat. Lessi. *libro secund. cap.* 24. *dub. prim. numero quinto.* Laym. *l.* 3. *tr.* 4. *c.* 24. *n.* 1. & 2. Bonac. *de contr. d.* 3. *q.* 8. *pun.* 1. *n.* 3. Sylu. *v. Feudum.* Fill. *tr.* 36. *num.* 159. & 164.

92 *Septem requiro conditiones ad feudi institiam.*

Septem à Doctoribus ad contractus feudalis iustitiam collegi conditiones. Primam, vt constituatur feudum in re immobili. Secundam, vt dominium directum, & possessio ciuilis rei feudalis apud Principem, vel dominium temaneat, & in vasallum dominum vtile transferatur. Tertiam, vt non teneatur feudatarius ad pensionem, si est feudum purum, sed tantum ad personale obsequium, quando ad illud interpellabitur. Quartam, vt si obsequium debitum vasalli non præstiterit, feudum amittat, & in caducitatem incidat: sicut emphyteuta amittit emphyteusim, cum non solnit pensionem. Quintam, vt debeat feudatarius à directo domino inuestiri, mittive in possessionem, tuncque ei ille fidelitatem iurare. Sextam, vt non possit sine domini voluntate feudum donare, vel oppignorare, vel alteri concedere in feudum. Septimam, vt absque eadem voluntate illud alienarit, ipsum amittat, Azor. *p.* 2. *libro decimo* Reginald. *l.* 25. *n.* 550. Tabien. *v. Feudum*, Lorich. *v. Feudum.* Sylvest. & Angel. *ibid.* Iul. Clar. *l.* 4. *§. feudum.*

93 *Quinam dare in feudum possint.*

Dare possunt in feudum, qui liberam habent suorum bonorum administrationem, & non sunt aliquo iure prohibiti. De iure tamen feudorum aliqua dignitas requiritur *lib. primo Feudi. titulo primo l. prim. Feud. titulo* 6. In particulari possunt dare in feudum sum. Pontifex, Episcopi vero, Abbates, & alij præpositi, inferioresque Clerici possunt in feudum dare solummodo res, quæ ab antiquo tempore in feudum dari consueuére. Possunt, & Domini temporales, vt Imperator, Rex, Princeps, Dux, Comes, Marchio, Baro, & alij nobiles viri ijs inferiores. Accipere autem omnes possunt à dominis principalibus, secus si vasalli, & domini minores dent in feudum *libr. prim. feudi titulo prim. l. prim. feudi tituo sexto* Azor. *parte tertia libro decim. capit. quint. quæst.* 2. Filliuc. *tr.* 36. *n.* 166. Lorich. *verb. Feudum, nu. quinto.*

94 *Quanam in feudum possint dari.*

Dari possunt in feudum generatim res immobiles, vel quæ pro immobilibus computãtur; vt sunt iura exigendi redditus annuos, seruitutes rerum, & personarum. Debent verò res liberæ propriè, & non alteri obligatæ. Res autem, quæ prohibitæ sunt alienari in feudum nouum dari non possunt, secus in antiquum. Res Ecclesiæ non possunt Prælati dare in feudum nouum, nisi ex certis causis, & solénis iuris formula aseruata, *L. seruitutes, quæ. ff. de seruit. urban.*

vrban. c. 1. per quos fiat. inuest. l. 2. feudi. Auth. de non alien. rer. Eccles.

95 *De feudi acquirendi modis tribus.*

Feudum tribus modis acquiritur. Primo inuestitura, quæ erat apprehensio possessionis feudi, & fit, cum hasta, vel aliud instrumentum (vt gladius, vel vexillum) traditur domino. Secundo, præscriptione, quæ debet esse in sæculari feudo annorum 30. in Ecclesiastico 40. contra Romanam Ecclesiam 100. Tertio, successione, vnde capti aliquo membro, iure feudorum non sunt habiles ad successionem in feudo paterno vel antiquo, vsu tamen & consuetudine possunt succedere; quia licet personaliter non valeant obsequium domino præstare, possunt per alium. Fœminæ regulariter non admittuntur in feudo, nisi exprimantur, & feudum sit fœmineum; vel omnino francum, ac liberum. Ex filiis è duobus matrimoniis in feudo præferendi sunt ij, qui sunt ex priore nisi feudi qualitas aliud suadeat. Illegitimi non succedunt, sed naturales facti legitimi per subsequens matrimonium succedunt in feudo. Clericus iam sacris initiatus, vel beneficiatus retinere potest feudum paternum. Religiosus post professionem feudum amittit. Filliuc. *tractat. 36. capite decim.* Azor. *part. 3. l. 11. cap. 10. q. 4.* Lorich. *v. Feudum, num. 7.*

Quinã sint & quinam non sint feudi accipiendi capaces.

SECTIO SECVNDA.

Dubia de Contractibus Onerosis.

CAPVT VIII.

Circa emptionem, & venditionem.

DVBIVM I.

An res, quæ nec pretium legitimum, nec vulgare habent, possunt vendi, quanti contrahentes inter se conuenerint?

96 *Quæstionis status.*

PROCEDIT quæstio de rebus exquisitis, ac nouis, quales sunt gemmæ, antiquæ picturæ, aues, animalia exquisita. Et eadem est difficultas de operatione operum non necessariorum, an pro ipsis quodlibet pretium quantumuis excessiuum exigi possit, v.g. pro vsu mulieris, pro cantu, pro saltatione?

97 *Possunt vendi, quanti libuerit*

Possunt hæc vendi, quanti contrahentes inter se conuenerint. Quia hæc nec legitimum pretium, nec vulgare habent: Ergò ex contrahentium voluntate illud sortiri debent. Et quia cum hęc non sint vsui hominum necessaria, ne venditor à se ea alienare teneatur, poterit ab emptore exigere quidquid sibi placuerit, alias nolle vendere. Sic Sotus *l. 6. de iust. qu. 2. a. 3.* Ioan. Med. *de rest. q. 32.* Pet. Led. *p. 2. tr. 8. c. 32. concl. 5. reg. 3.* Bannes *2. 2. q. 77. a. 1.* Salon *contr. 3. & 4.* Val. *ibi, d. 5. q. 20. pun. 1. §. 3.* Nauarr. *de rest. l. 3. c. 2. n. 1.* Mann. *v. Venditio c. 77. concl. 2.* Tolet. *de septem peccat. c. 48.* Sà *v. Emptio, n. 3. & ver. Venditio, n. 14.* & alij.

Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. V.

98 *Vendi non possunt.*

Non possunt hæc vendi, quanti contrahentes inter se conuenerint, sed illud pretium exigi potest, quod prudentis arbitrio spectatis circunstantijs iustum censebitur. Quia in his rebus, quæ legitimum, aut vulgare pretium non habent, illud pretium est censendum iustũ, quod communiter iustum ęstimaretur, ex illa enim communi æstimatione constitutio pretij, quæ est quasi quædam lex, pendet, nõ autẽ ex voluntate cuiusque, aut ex singulari alterius affectu. Ita Nauar. *sum c. 23. nu. 78.* Caiet. *2. 2. q. 77. a. 1. & opusc. 17. respons. 12. dub. 3.* Mol. *d. 384.* Les. *libro secund. capit. 21. dub. tertio* Reb. *p. secund. de iustit. l. 6. quæstion. secund. sectio secunda n. 10.* Palaus *de iust. d. 5. p. 3. n. 3.* Salas *de empt. dub. 5.*

99 *Mihi hoc magis placet.*

Mihi magis hoc placet. Dissonum namque rationi est, rei valorem ex proprio tantum iudicio, & ex nimio emptoris affectu, ac animi leuitate pensare. Vbi resolutiur *leg. Pretia rerum ff. ad leg. Falcid.* licet autem non sit pretium legitimum, aut vulgare illius rei statutum, statuendum tamen est non ex contrahentium voluntate, quæ plerumque ex inordinato affectu ducitur; sed ex voluntate communi prudentum, illorumque iudicio, quibus res arbitranda committi debet.

DVBIVM II.

Cum exteri triticum per mare asportatum vltra taxam legitime vendunt, possuntne naturale triticum ex suis agris collectum vel aliunde adductum, æque bonum, imò melius, eodem pretio vendere?

100 *Nonnulla suppono.*

SVppono, exteros asportantes per mare triticum, vt in his Regnis vendant, iustè à taxa

taxa lgeis eximi, vt sic ad adducendum triticum, quo Prouincijs huius Regni indigentibus subueniatur, excitentur. Ne quidem hoc priuilegium exteris solum est concessum. Nam si indigenæ per mare triticum asportent, eodem modo ac exteri absque taxa vendere possunt. Non autem id competit eis, qui triticum per terram adducunt. Hinc gravis oritur difficultas, an naturales frumentum ex suis agris collectum, quod est æque bonum, imo forte melius possint sine taxa vendere, cum exteri sene taxa vendunt?

101 *Non possunt.* Minimè possunt. Quia ex venditione excedente taxam conuincitur, taxam iustam non esse, cum non taxet pretium æquale valori frumenti, quod tunc ex natura rei habet spectatis circunstantijs occurrentibus, sic docti, quos consului.

102 *Possunt quidem.* Possunt quidem. Quia secundum naturalem valorem frumenti medium, vel rigorosum amplius vendi potest. Ita Reb *p. 2. de iust. l. 9. q. 2. sect. 2.*

103 *Auctoris sententia.* Ego autem existimo, si excessus non sit vltra tertiam partem, nequaquam posse naturales taxam excedere. Quia non est censenda taxa cessare, quippe censenda est contineri intra latitudinem iusti pretij naturalis, attingeréque infimum illius. Secus dixerim, si excessus vltra tertiam partem communiter procederet, conuinceret enim, taxam non adæquare iustum pretium naturale, & consequenter illius obligationem à Principe abrogari debere. Vt probare videtur Molin. *disputatione 364.*

DVBIVM III.

Si triticum ex malitia admisceas grana inutilia aut vino optimo deterius, vel aquam, aut veteri nouum, ita vt ex admixtione huiusmodi deterius non fiat, potesne pretio taxato vendere?

104 *Potes quidem.* POtes, ac si nulla mixtio facta esset. Quia si triticum illud adduceretur ex area sic sordidum ac paleis permixtum sicuti postmodum ex malitia constituitur, pretio legis licitè (vt supponimus) venderetur: Ergo etiam vendi potest etiamsi ex malitia postea misceatur, parum enim refert emptori, quod sic sordidū sit ex area adductum, vel domi immixtum. Idem argumentum de vino fieri potest. Si enim ob illius mixtionem malitiosam deterius non redditur, parum refert emptori, quod sit, vel non sit ex malitia permixtum. Sic Lud. Lopez *p. 2. Instr. c. 42. aliàs 192. Les. l. 2. c. 21. dub. 11. n. 85.*

105 *Non potes.* Non potes. Quia taxa apposita est tritico provt ex area plerúmque colligitur, & vino provt ex musto naturaliter conficitur, velle autem paleis, vel aqua, vel alio deteriori mixtum eodem pretio vendere ac purum, & sanum triticum, & vinum, iniquum est, cum ex hac mixtione non accipiant ex se vllum valorem, sed rem mixtam, & quæ sub pretio legis continebatur deteriorem reddunt. Ita Rebel. *part. 2. do iust. l. 9. qu. 8. num. 17.* Medin. *libro prim sum. §. 14.* Petr. Ledel. *part. secund. summ. tractat. 8. capite 32. post. 7. concl. difficult. secund.* Manuel *part. 2. cap. 79. num. 10.* Mol. *tract. secun. d. 353.* Salas *de empt. dub. 12. numero secund.* Azeue. *ad l. 4. titulo 25. libro quinto compilat. in comment. ad leges additas pag. 65 in fine, numero secundo.*

106 *Auctoris sententia.* Etsi sententia prima speculatiuè probabilis videatur, practice tamen nequaquam admitterem, ne via fraudibus, & malitijs aperiatur. Secundam verò sententiam tempero, ne procedat, cum pretium non est lege taxatum, sed ex communi vulgi æstimatione habetur. Eo namque euentu censeo illud mixtum ex malitia, licitè vendi posse eo pretio, quo res alię eiusdem bonitatis, & qualitatis iustè venduntur. Rationem differentiæ reddo. Quia lex facere potest, vt res inæquales in bonitate ob bonum commune æquali pretio vendantur, & æquales minori pretio, vt in tritico per mare asportato, vel ibidem collecto. Secus vero hominum æstimatio, quæ pretia rebus secundum eatum bonitatem spectatis circunstantijs constituit, scio tamen meo Ferdinando de Castro Palao hanc limitationem non placere, eo quod existimet raro vel nunquam hac mixtione adulterina facta, rem æqualis bonitatis existere, cum ea, quæ illa caret mixtione. Neque est verum (addit) res notabiliter inæquales in bonitate eodem pretio, & æquales minoris ex præscripto legis vendi, quia lex positiua semper æqualitatem cum pretio naturali seruare intendit. Sed hoc non vrget, vt à limitatione illa recedam.

DVBIVM IV.

An sit contractus iniquus, quo triticum, vel aliam mercem quis vendit pretio à lege taxato sub conditione, quod emptor in moneta aurea, vel argentea soluat?

107 *Non est iniquus contractus.* INiquus non est. Quia petens ab emptore, vt pretium in moneta aurea, vel argentea soluat, non petit aliquid vltra pretium lege taxatum, cum pretium taxatum sit indifferenter soluendum in moneta aurea, argenta, vel ærea Sic graues viri, quorum scripta nondum excusa legi.

108 *Contractus est iniquus.* Iniquus est. Quia obligare emptorem, vt mercem soluat in moneta argentea, onus est pretio æstimabile, tùm quod emptoris libertas astringitur, cui concessum erat in qualibet moneta soluere. Tum quia ad hanc solutionem faciendam sæpe indigebit sua bona vilius vendere. Tum quia moneta argentea communi hominum æstimatione pluris habetur. Ita doctissimi Magistri, quos consului.

109 *Auctorū iudicium.* Fateor ingenue, me aliquando primę sententiæ sectatorem rationem secundę non multi esse valoris duxisse. Admittebam enim illā conditionem pretio esse æstimabilem, sed non inde iudicabam inferri, licite peti non posse. Nā etiam est pretio æstimabile, obligare alterum, vt mihi

mihi iusto pretio suas merces vendat, alias non venditurus: & nihilominus potes nolle vendere illi triticum, si ipse nolit tibi vendere merces necessarias: Ego similiter poteris nolle vendere, nisi emptor in moneta argentea, vel aurea soluat. Attamen re attentius considerata putarim, verius esse, non licere vendere triticum, aliamve mercem, quæ pretium lege taxatum habet, arctando emptorem, vt in moneta aurea, vel argentea, solutionem impediat. Quia vltra prætium legis conditio onerosa ab emptore exigeretur. Nam cum pretium legale adstrictum non sit monetæ aureæ, vel argenteæ, tu vero emptorem adstringis, conuinceris, vltra pretium legis illum onerare. Præcipue autem id non licet hac tempestate, (tempestatem Reipublicæ quidem, non tempus apte vocito) qua aurea vel argentea moneta adeo superat in valore æream, vt si quis nouem regales argēteos pro hordei modio iuxta taxam exigeret, tredecim cum dimidio hodie in Regnis Castellæ receptaret. Iniquum itaque prorsus eum contractum cum restituendi obligatione iam teneo.

DVBIVM V.

Emit quis triticum vltra taxam ab eo qui licitè vendit ratione asportationis: Poteritne id eodem pretio alteri reuendere?

110 *Poterit planè.* Poterit planè. Quia illud triticum semper retinet qualitatem asportationis ob quam permittitur, vltra taxam vendi. Sic petr. de Ledesm. *p. 2. sum. tr. 8. c. 32. diffic. 15. de taxa.*

111 *Minimè poterit.* Minimè poterit. Quia ille excessus vltra taxam non fuit primo venditori concessum ob tritum, sed ob illius asportationem, atque adeo non est pretium tritici sed asportationis. Cùm ergò ille non asportauerit, ius habere non potest, excessum illum exigendi: Ita Salas *de empt. & vend. dub. 16. n. 2.* Palao *de iust. d. 5. pun. 8. num. 2.*

112 *Auctoris distinctio, & resolutio.* Ego autem hanc sententiam veriorem esse puto, si de tritico asportato per terrā loquamur. Nam de tritico per mare asportato, veram esse Ledesmæ opinionem reor. Quia hoc triticum nulli taxæ subiicitur, ac proinde ad cuiuscumque manus peruentum poterit pretio, quod secundum communem hominum æstimationem iustum fuerit, vendi. Attamen licet venditionis ratione non valeat ille hoc incrementum ex tritico per terram asportato accipere: posset tamen ratione damni emergentis, si alius vellet eodem pretio triticum habere; quia æquum non est, vt ex officio pietatis in commodum reporter. Lege P. Ioan. de Salas *dub. 24. n. 4.* & Vegam *v. Trigo, casu 1.*

DVBIVM VI.

An iura asportationis exigere possit qui tempore abundantiæ, quando necessum non est triticum asportari; id gesserit?

113 *Non potest exigere.* NOn potest exigere. Quia hæc concessio tempus sterilitatis, ac penuriæ videtur spectare: nam pro aliis temporibus superflua videbatur, cum absque asportatione triticum reperiatur. Sic Ledesl. *parte secunda sum tr. 8. c. 32. diffic. 13.* Vega *v. Trigo, casu 15.* & alij communiter.

114 *Potest exigere.* Exigere potest, quia lex non distinguit, eo tempore abundantiæ quis asportauerit, an sterilitatis exigentia: tametsi in concessione succurri spectauerit tempore sterilitatis; & quocumque tempore triticum asportetur, cedit in Reipublicæ bonum, cum ex maiori illius abundantia pretium sit imminuendum. Ita Palao *de iust. d quint. punct. 9. numer. 3.* Salas *dub. 16. num. 2.*

115 *Cum his sentiens, id probo.* Cum his sentiēs addiderim, posse tēpore abūdantię adduci, vendendum tamen sterilitatis tēpore. Idem potest esse trititum illud longe melius, magisque repurgatum, ob cuius causam emptores non solum pretium à lege constitutū, sed iura itineris libenter soluant. Certè si dum abundant grana soluit, documentum dat, sibi commodius esse, illud frumentum carius, quam aliud viliori pretio comparare.

DVBIVM VII.

An peccet lethaliter Clericus, aut diues, qui frumentum in farina aut pane cocto pretio à lege Regia præscripto vendiderit?

116 *Legem Regiā præmitto.* LEx Regia lata Matriti mense Septemb. anni 1568. & alia 1571. & alia 1591. (referuntur *leg. 4. 5. & 7. tit. 25. lib. 5. nouæ collect.*) sic statuit. *Ninguna persona de la que no son panaderos, ni acostumbran à masar, y vender pan cocido, ni son de calidad, que ayan de tener esto por trato, y officio: no puedan por si, ni por medio de las dichas panaderas, ni otras personas, ni mediante ninguntrato, ni pacto, ni partido, ni otra cautela, ni modo, vender el dicho pancocido, ni vsar de semejante trato, y grangeria, sobas penas &c.* Circa cuius tenorem quæsierim, an peccato mortali astringantur Clerici, & diuites si triticum conuersum in panem vendiderint.

117 *Non obligat sub mortali Clericos, & diuites.* Licet lex hæc sæculares communiter sub graui piaculo obliget (vt suppono) hæc peccati grauis obligatio non procedit in Clericis, sub mortali diuitibus, aliisque viris nobilibus, qui suis expensis, ac periculo triticum darent panificis in panem conuertendum, & vendendum

dum soluto panificorum labore, modo illud triticum vendatur pretio currenti, & à Magistratibus designato. Quia in præfatis legibus non videtur prohibitum vendere per se vel per interpositas personas suum triticum, vel farinam in pane cocto, sed ne hac via taxa excedatur. Colligitur ex illis verbis. *Otro si tendreis muy gran cuenta y cuidado, & auerigueis, y saber, si algunas personas, que no son panaderas, ni delas que acostumbran à tener este trato, ni son de tal calidad, que ayan de entender en vsar de semejante grangeria, traten por si, o por medio de otras personas, vender su trigo, o harina por estos medios de pan cocido excediendo, el precio de la pragmatica, y para la defraudar.* An quomodo solum in eos, qui pretium excedunt, & animo fraudandi legem, panes coquunt vendendos lex inuehit. Præterquam quod hæc lex non ipsos, sed magistratus adstringit, ac proinde ipsi non obligantur, nisi ad pœnam sustinendam. Sic Mexia *ad hanc leg. conclus. 6. numero 31. pag. 138.* Emanu. *cap. 79. numero 16.* Vega *verb. Trigo, casu quinto.*

118 *Obligat planè.* Hæc grauius obligatio procedit in Clericis, ac diuitibus. Quia lex omnibus alijs, qui panifici non sunt, nec munus panificandi decet, prohibet, ne per se, vel per interpositas personas sub hoc colore taxam excedant. Ergo si de facto panes coctos vendunt vltra taxam, quæ ipsi tritico, vel farinæ est imposita, huic legi aduersantur, & legem defraudare censentur. Nam si de excessu taxæ pani cocto à Magistratibus designatæ lex loqueretur, nihil speciale diuitibus, & viris nobilibus hæc lex prohiberet, nam panifici etiam prohiberentur, ne taxam à Magistratibus præscriptam excederent. Ita ferè omnes Doctores teste Palao *de iustit. disputatione quinta puncto 9. numero tertio.*

119 *Hoc teneo & confirmo.* Hoc teneo, & confirmo. Quia agricolis *leg. 7. titul. 25. libro quinto nouæ Collect.* conceditur, vt triticum, quod colligunt, quodque illis supereſt ex suę familiæ sustentatione, possint in panem coctum conuersum vendere, ex facultate tamen Prætoris illius populi. Ergo signum est, omnibus alijs hunc modum vendendi triticum, typam, & auenam esse prohibitum. Neque item possunt ij cum panificis contractum societatis inire, & lucrum ex pane cocto proueniens inter ipsos diuidatur, quia est lucrum ex contractu prohibito.

DVBIVM VIII.

An emptio tritici, vt creditoribus des solutum sit legibus non reuendendi prohibita?

120 *Legē reuēdendi triticum prohibentem præmitto.* EXtat lex Regia lata anno 1539. & 1539. & 1548. quæ habetur *in noua recopil. leg. 19. titul. 11. lib. 5.* Ibi omnibus cuiuscumque conditionis, ac qualitatis sint, prohibetur, ne triticum, hordeum typa &c. emant, vt reuendant sub pœna amittendi triticum, & pro prima vice delinquens sex mensium exilio damnatur. Secunda per annum integrum. Tertia per tres annos, eademque pœna ibi extenditur ad conductores redituum, & decimarum, quę tamen extensio sublata est *leg. 4. tit. 25. libro 5. compilat.* Actio itaque quæ his legibus prohibetur est emptio tritici, hordei, auenæ &c, eo fine facta, vt reuendatur. Quę fierim autem, an emptio tritici, vt creditoribus des in solutum sit his legibus non reuendendi prohibita?

121 *Prohibita non est.* Prohibita non est. Quia hæc lex est correctoria, & pœnalis, ac proinde nō debet extendi ad casum similem etiam ex rationis identitate. Sic Glos. *ad Clement. Vt hi qui, vt. In eiusdem, de ætate, & qualitate, & Authentic. Quas actiones, & ibi* Doctores *Codic. de sacrosan. Eccles.* Barthol. Iason. & alij *l si constante, ff. soluto matrimonio.*

122 *Prohibita est.* Est quidem prohibita. Quia ratio prohibendi emptionem ad reuendendum, procedit in datione in solutum, quippe ratio prohibitionis est, vt constat ex principio huius legis, ne hac emptione panis illius caritas, quæ pauperibus est nociua, inducatur, quæ ratio æque procedit, siue ad reuendendum, siue ad dandum in solutum ematur. Quando autem eadem est ratio, dispositio legis ad casum similem, & sublata verborum forma comprehensum extendi debet Panormit. *ad cap. vltim. numero 10. & 11. de rescript.* Robius de Curte *tr. de consuetud. numero 346.* Ripa *leg. si constante in princip. n. 66. ff. solut. matrimon.* ità Castro Palao *de iust. d. 5. p. 11 n. 7.* & alij citans Matienz. Azeued. & Baldum.

123 *Idem sentiens, nonnihil addicio.* Cum his sentio addens id procedere etiam si authoritate Iudicis datio in solutum facienda esset, si eo fine, vt huic dationi satisfaceres, triticum emisses, quin eo ip so emis, vt vendas, emis namque triticum, vt pro pecunia debita creditori tribuas. Notanter dixi, *si emas, vt des in solutū*, & à fortiori vt expresse reuēdas, nam ad huius legis transgressionem non est opus, vt de facto reuendas, satis est, vt emas eo fine, vt constat ex illis verbis: *Pierda todo el pan, que asi comprare.* Non dicit, *Lo que asi comprare, y reuendiere*, sed solum dicit, *Lo que asi comprare.* Vt intelligas, emptione tantum compleri actionem hac lege prohibitam. Aduertit Matienzo *ad l. 19. glos. secund. num. 3.* & Azeuedo *ibi, numero 7.*

DVBIVM IX.

An qui pluries emit triticum ad reuendendum, nunquam tamen punitus fuit, debeat puniri pœna, quæ tertio ementi est imposita?

124 *Nonnulla recolo.* REcolo emptori tritici ad reuendendum pro prima vice statui pœnā exilij per sex menses pro secunda vice, perannum: pro tertia per tres annos. Dubitaris autem, si pluries quis emit ad reuendendum, nunquam tamen punitus fuit, an sit puniendus, ac si semel tantum emerit, vel debeat puniri pœna quæ

quæ tertio ementi est imposita.

125 *Debet puniri pœna quæ tertio ementi est imposita.*

pœna, quę tertio ementi imposita est debet puniri. Quia lex dicit, *Y por la tercera vez sea condenado en destierro por tres años.* At ille tertia vice emit: Ergò in illam incidit pœnam tertiò ementi impositam. Neque æquum est, vt pluries repetitum delictum ea pœna vindicetur, quæ primò ementi statuitur, cum ex reiteratione & delicta grauanẽtur, & grauioribus pœnis subiiciantur. Sic Anton. Gomez *tom.3.variar.capite quinto.numer.9.* asserens, stante statuto, quod quis pro tribus furtis furca suspendatur, posse furca suspendi, si tria furta commiserit, tametsi pro prioribus furtis punitus non fuerit.

126 *Non debet ea pœna puniri, sed pœna imposita primo emẽti.*

Non debet puniri pœna, quæ tertio ementi imposita est, sed ea pœna affici, quæ contra semel ementem est lata, quia lex pœnã exilij imponens Dardanariis supponit, de crimine denuntiatos esse, & delicta denunciata punit, & punitus pœnam aggranat. Inquit enim: *Pro prima vice exulet à loco habitationi per sex menses:* hoc est, pro prima vice, qua fuerit de crimine denunciatus, per sex menses exulet: deinde addit pro secunda vice, id est, pro qua secundò fuerit denunciatus exulet per annum. Ita Matienzo *leg. 19.glos. 3.num 3.* Azeuedo *num.8.* quos Theologi communiter sequuntur.

127 *Omnibus opinor.*

Primam sententiam probabilem satis sed secundam probabiliorem esse reor, nam si in harum pœnarum aggrauatione non spectaret lex delictum denunciatum, sed solum ipsum delictum per se sumptum, aliis verbis deberet disponere; nempe diceret: pro prima emptione emptor damnetur exilio sex mensium; pro duplici per integrum annum: pro triplici per tres annos.

DVBIVM X.

Anres vendi possint carius, quam per se valent ratione solutionis creditæ?

128 *Possunt quidem.*

POssunt quidem. Quia *cap. In ciuitate de vsur.* aromata vendita ad creditum pluris venduntur, quam si numerata pecunia venderentur. Sic Sà *v.venditio, numero 7.* Caietan. *2.2.q.78.articulo secund.ad 7.* Ergò id sine vsura geri potest.

Minime possunt. Quia esset manifesta vsura, siquidem excessus ille acciperetur non pro re vendita, sed pro solutione dilata & credita, quę est quoddam implicitum mutuum. Et habetur *c.In ciuitate, c.consuluit, de vsur.* Ita Ioan. de Medin. *de restit quæst.38 capite quint.* Couar. *2.variar.cap.tertio numer.6.* Sotus *lib.6. de iust.q.4.articulo secund.* Toletus *l. de sept. peccat.cap.58.* Ludouicus Lopez *part. prim. Instr.cap.216.* Salas *de empt dub. 41.* Molina *d.355.* Lessius *lib.2.c.21.dub.6.* Rebellus *parte secund.de iust.lib.9.q.11.*

129 *Cum his sentio.*

Cum his sentio. Nec refert, quod tempore, quo tibi solutio facienda sit, res pluris sit, valitura; nam illud incrementum non tibi, sed emptori cedit; in ipsum enim res, & illius dominium à tempore contractus translatum est. *Caput* autem *In ciuitate* intelligendum est, (vti explicat ibi Glossa) quia vendens illa seruare debebat, & ratione lucri cessantis sperati pluris, quam eo tempore erant valitura, vendi potuerunt.

DVBIVM XI.

An merces pretiosæ in magna quantitate ad nundinas, siue ad portum adiectæ possint credito carius vendi, quàm sit summum pretium illarum, si præsenti numerata pecunia venderentur?

130 *Non possũt.*

NOn possunt. Quia inde inferretur, ob solam dilationem pecuniæ pretium mercium augeri, quod est vsura, siquidem augetur ob virtuale mutuum. Et quia duplex pretium constitueretur aliud pro venditione ad creditum, aliud pro venditione ad pecuniam numeratam, quod nullatenus videtur admittendum, ex *cap. in ciuitate*, ex *c.consuluit*, ex *cap. Nauiganti, de vsur.* sic Nauar. *summ.cap.23.numer.82. & consil. 32. de vsur.* Ioan. Medin. *de restit.quæst. 38. capit.6.* Gutierrez *in qq.canon.c. 39.numer. 41.* Garcia *libro prim.de contr.cap.24.* Angles *q. de vsura ratione emptionis, diffic.1.* Palatios *lib.4.cap. 13.* Valent. *2.2.d.5.q.20.pun.secundo paragrapho 8.concl.6.*

131 *Possunt planè.*

Possunt planè, Qua cum hæ merces ob earum æstimationem seu copiam non soleant numerata pecunia vendi, sed ad creditum: earum pretium iustum censendum est, quod cõmuni hominum æstimatione in eo modo vendendi iustum censetur, tametsi minus sit eo quod daretur, si pecunia venderetur annumerata. Ita Couarruuias *libro secund.variar.capite tertio numer.sext.* Sotus *lib.sext.de iustit.qu.4. articulo prim.ad 4.* Salon. *2.2.qu. 77.contr.24.* Bañes *a.4.dub.9.* Lud. Lop. *p.2. Instr.c.64.* Les. *l.2.c.21.dub.6 d. 5.* Sa *v.emptio, n.4. & 7.* Salas *de empt.dub.dub.42.* Tolet. *l.de sept.peccat. c.50.* Molina *tr.2.d.357.* Rebellus *de iust.p.2. lib.9.q.14.* & alij.

132 *Hanc eligo sententiam.*

Hanc eligo sententiam. Quia cum pretia rerum lege Principis vel hominum æstimatione constituantur, & his mercibus ad creditum venditis diuersum pretium iustum constituatur, quam ad numeratum, consequens est, vt illud iustum esse sit censendum. Causa autem, ob quam diuersum pretium constituitur, non est pecuniæ dilatio, sed illius frequens periculum; labor, ac molestia in ea recuperanda, ac lucrum cessans, quod plerumque venditoribus contingit. Et licet hæc in vna; vel altera venditione cessent, non ob inde pretium, quod frequenter contingentia spectat, mutuatur. Sà *v.venditio, numero septim.* & Salas *dub.42.* annotantibus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DVBIVM XII.

An possit anticipata solutione minoris emi centum debita Antonio post annum soluenda præcisè, sine alio incommodo?

133 *Quæstionis status.*

CErtum est, te posse emere illa centum nonaginta dando v. gr. anticipata solutione, si debitum non sit liquidum, vel sit recuperatu difficile, vel inde aliquod tibi damnũ eueniat, aut lucrum cesset. Quæstio igitur est, an, cum hæc omnia cessant, licite minoris emi possit.

134 *Potest plane.*

Potest quis minoris emere debitum illud, quia hæc debita dũ proponuntur venalia instar mercis, minoris æstimantur ex communi hominum acceptatione. Et quia frequenter quæ liquida videbantur, ambigua redduntur, & quæ recuperatu facilia, difficilia succedunt. Et quia præsentis pecuniæ solutio venditoribus commoda est, emptoribus incommoda, ob quas causas pretium communi hominum æstimatione diminui iuste potest, etiãsi in vno, vel altero casu hæ difficultates, & incommoda cessent. Sic Abbas *ad c. In ciuitate, n. 7. de vsur.* Caietan. *v. vsura ad fin.* Armil. *n. 33. &* 50. Fumus *n.* 51. Rosel. *v. vsura, 2. §. 15.* Sà *v. Debitum, n. 21.* Nauar. *sum, c. 17. n. 232.* Toletus *l. 5. c. 31*

135 *Non potest.*

Non potest quis emere hoc debitum minoris anticipata solutione, secluso morali periculo difficilis solutionis, aliisque inconuenientibus extrinsecis. Quia ius ad centum futura sublata omni difficultate ea habendi, eiusdem æstimationis est, ac centum de præsenti. Nam si minus valet ius ad centum futura, quam centum præsentia, potes centum à te in mutuum petenti respondere, te nolle illi ea mutuare, sed velle emere obligationem ab ipso, vt tibi centum soluat, quam obligationem nonaginta de præsenti emes: quod certe esset, viam, vsuris latam aperire. Ita D. Tho. *opusc. 67. ad lector. Florentin.* Antonin. *p. 2. tit. 1. c. 8. §. 3. &* 4. Ioan. Medi. Syluest. Bannes, Sotus, Arag. Valent. Graf. Mercad. quos refert, ac sequitur palao *de iust. d. 5. p. 13. n. 6.* Laym. *l. 3. sect. 5. tr. 4. c. 17 §. 5. n. 32.* Salas *de empt. dub. 39.* Les. *l. 2. c. 21. dub. 8. n. 70.* & Molina contrariam sententiam iudicans improbabilem *tr. 2. d. 361.*

136 *Hanc communem sequor sententiam.*

Hanc communem sequor sententiam, abnegans quidem, ex communi hominum iudicio hæc chirographa, & obligationes soluendi centum futura, minus quam centum æstimari, secluso periculo, & incommodo solutionis, lucrove cessante, aut damno emergente ideóque pro qualitate huius difficultatis, incommodi pretium imminuitur. Conuincitur hoc authoritate Bartoli *ad l. Per diuersas. C. mandati.* & Baldi *ad l. 2. C. ne lite pendente*, asserentium, actionem ad rem tantùm valere quantum valet res ad quam dirigitur, deductis laboribus, & expensis.

DVBIVM XIII.

Cum ex causa extrinseca, nempe ex decreto Principis, ex abundantia, vel sterilitate repente superuentura valor mercium augendus, vel imminuendus est: qui hoc sciat priuatim, poteritne vendere, vel emere pretio currenti?

137 *Minimè potest.*

MInimè potest. Quia emptor merciũ, quarum valor statim diminuendus est, inuoluntariè, ac per errorem censetur emere; nam si diminutionis futuræ conscius esset, nullatenus emptionem celebraret. Sic Ioan. Medin. *de rest. quæstione* 35. Conrad. *de contract. quæstion. 62. 63. & 76.* Manu. *part. secund. summ. capite* 81. *numero decim.* Glos. *ad l. contra legem, ff. de legib.* Bartol. *l. Quæro ff. de actionibus empt.* & alij relati à Couarruuia *reg. peccatum, p. 2. 3. §. 4. num. 6.*

138 *Potest equidem.*

Potest equidem. Quia illa censenda est iusta emptio, aut venditio quæ valori rei venditæ, aut emptæ adæquatur, cum res nihil amplius valeat, quam quod lege iusta, & communi hominum æstimatione valere indicatur. Ergò &c. Neque refert, hãc communem hominum æstimationem niti ignorantiæ euentus futuri; quia valor naturalis, seu vulgaris rei ex hominum æstimatione quocumque modo concepta prouenit, sicut valor legitimus ex ipsa lege, dum lex perseuerat. Ita D. Thom. *2. 2. quæstio. 77. articulo octauo. ad quart.* Caietan. *ibi* Bannes *dub. quart.* Aragon. *dub. secund.* Valentin. *d. 5. q. 20. pun. 4.* Toletus *de sept. peccat. cap. 50. numer. 3.* Molina *d. 354.* Lessius *lib. secund. cap. 21. dubio quinto* Salas alios referens, *de empti. dub. 32.*

139 *Probabiliora hoc mihi.*

Probabiliorem hanc sententiam iudico, haud abnegans primæ magnam inesse probabilitatem. Profecto nostræ conclusioni robur ex *cap. 41.* Geneseos confirmatur, vbi Ioseph præscius futuræ sterilitatis, ob quam frumenti valor augendus erat, pretio currenti ingentem illius copiam, emit, & in subsidium famis aduenturæ recluſit, concesserim autem primæ sententiæ Auctoribus, contractum illum esse aliquo modo inuoluntarium: sed quia simpliciter voluntarius est, & non procedit ex errore aliquo ad substãtiam contractus pertinente validus proculdubio est.

***

DVBIVM

DVBIVM XIV.

An possis pecuniam, quam priuatim scis breui tempore imminuendam, vel deponendam, mutuari cum obligatione eandem quantitatem reddendi?

140 *Non potes.* NOn potes. Quia qui scit mox deponendam esse pecuniam, nihil dat mutuatario, & qui agnoscit illico imminuendam, minus dat quam reddi sibi postulat. Sic Sylvester. *v. Vsura 1. qu. 15.* Gabr *in 4. dist. 15. quæstione 11. articul. 3.*

141 *Potes omnino.* Potest omnino. Quia nulla iniuria committitur, cum nihil aliud peratur, quam quod de præsenti conceditur. Ita Salas *de empt. dubit. 32. in fine.* Palao *de iust. d. 5. punct. 15. numero quinto.*

141 *Hoc mihi verius.* Hoc verius esse reor, si probabiliter mutuans sciat eam pecuniam à mutuatario esse absumendam. Nam si aperte cognoscat eam pecuniam mutuo petere, vt necessitati post imminutionem pecuniæ, aut omnimodam depositionem succurrat, certe non audeo à prima sententia recedere, & Magistrorum meorum Ioannis de Salas, & Ferdinandi de Castro venia, secundæ omnino nuncium remitto.

DVBIVM XV.

Sciens ex Consiliarij Regij (v. gr.) monitu tritici valorem cito lege promulganda imminuendum, potestne licitè id pretio currenti vendere, vel emere?

142 *Minime id potest.* MInime id potest, si ea venditio procedat ex notitia: quam à Rege vel Regio Consiliario secreto accepit, pretium tritici ex lege proxime supereuentura imminuendum fore. Quia in aliorum detrimentum notitia legis vtitur, quæ omnibus debet esse communis. Sic Molina *disputatione 354.* Rebellus *de iustit. parte secund. l. 9. quæstion. 6.* Pinel. *ad l. secund. Codic. de rescind. vendit. part. 3. capite secund. numero 22. & 23.* Lessius autem *libro secund. cap. 21. dub. 5.* & Salas *de empt. dub. 32.* Idem sentiunt in Magistratu, aut alio qui malitiosè vsus fuerit scientia legis promulgandæ in aliorum detrimentum, quia Magistratus tenetur ex officio omnibus ciuibus commoda prouidere, neque vllum pro alio grauare.

143 *Potest plane.* Potest plane spectato iuris rigore quilibet ea scientia vti ad suas merces distrahendas? Quia esto ea distractio cedat in emptorum detrimentum, ideat per accidens ex lege supereuentura pretium mercium diminuente, non ex natura contractus, neque venditor illud detrimentum intendit. Sed procurat sibi consulere, & sui detrimentum vitare. Ita Palao *de iustit. distrib. d. quint. punct. 15. num. 6.* Propendet Les. *citat.*

144 *In primam sententiam inclinor.* Probabilem satis hanc sententiam esse iudico, quia licet vel ipsi Magistratus obligentur omnium ciuium commoda æqualiter spectare, id intelligendum est iuxta leges ac consuetudines præscriptas, & in populo vigentes, ac proinde distrahens suas merces ex scientia priuata legis futuræ nullam iniuriam emptoribus irrogat. Attamen ego in primam sententiam magis inclinor.

DVBIVM XVI.

An censeatur deceptor iniustus qui interrogatus an pretium mercis imminuendum sit, obsurdescit, vel respondet, se nescire, vel asserit, diminuendum non esse.

145 *Non censetur iniustus deceptor.* DEceptor non censetur iniustus. Quia illa deceptio non inducit ad rem iniustam, sed ad iustum contractum, & ad proprium damnum vitandum. Quemadmodum si pauper ostio diuitis assistens alteri pauperi accedenti diceret, eleemosynam iam expensam esse, vel diu: tem abesse à domo: non tamen ob mendacium hoc decipiens ille censetur ad restitutionem obligari. Adde, sic testanti fides adhiberi non debere, cum præsumi possit ob proprium commodum mentiturus. Sic Bannes 2. 2. *quæst. 77. articulo 3. dubio 4.* Arag. *dub. secund.* Salon. *controu. vltim.* probabile reputat Lessius *lib. secund. capit. 21. dubio quinto num. 43.*

146 *Iniustus deceptor censetur.* Deceptor iniustus proculdubio censetur. Quia manifestum est hac deceptione inducialium ad contrahendum, alias non contracturum: & consequenter ad sustinendum damnum ex eo contractu prouenies. At communis, & fere omnibus sententia est, si fraude, & dolo bonum proximi quis impediat, vel imminuat, peccare lethaliter contra iustitiam cum restituendi obligatione. Ergo qui inducit mendacij assertione emptorem ad contrahendum, iniustitiam committit, & restituendi obligatione adstringitur. Ita Castro Palao *de iustit. commut. d. 5. pun. 25. num. 9.* citans Molinam, Rebellum, Lessium, & Salas.

147 *Cum his opinor quædam adhibens restitutionem.* Cum his opinor, excipiens tamen, nisi illi sic asserenti nullam fidem emptor prudenter adhibeat: quod non est præsumendum, si seriò ille asserit, pretium imminuendum non fore. Verum ex eo, quod obsurdescat, & responsum retineat, vel verbis æquiuocis vtatur, vt veritatem celet, nullam obligationem inde restituendi contrahere eum existimo; quia non tenetur veritatem manifestare: imò ius habet eam celandi, vt suis bonis consulat: neque ea dissimulatio est positiua deceptio, aut in contractum inductio, sed veritatis occultatio, ac contractus permissio. Vti Salas asserit *dub. 33.*

DVBIVM

DVBIVM XVII.

An vt emptor dicatur læsus vltra dimidium iusti pretij debeat rem valentem centum emere plusquam ducentis (verbi gratia) regalibus.

148 *Status quæstionis.*

SÆpè contingit, tàm venditorem, quam emptorem decipi; illum vendendo rem minori pretio, quam valet; hunc emendo maiori. Porrò ex parte venditoris ferè omnes Doctores conueniunt, læsionem vltrà dimidium pretij contingere, si rem valentem centum vendiderit minori pretio, quam quinquaginta; quia in ea venditione medium iusti pretij non attingit. *leg. secund. C. de rescind. vendit.* siquidem nec dimidia pars veri pretij est soluta. In emptore autem doctores non conueniunt. Vnde quæsierim, an vt emptor dicatur læsus vltrà dimidium iusti pretij, debeat rem valentem centum emere plusquam ducentis?

149 *Debet rem valentem centum emere plusquam ducentis.*

Debet quidem. Quia læsio vltrà dimidium ex parte venditoris est, cum non accipit pretij dimidium rei venditæ, Ergò læsio vltra dimidium ex parte emptoris est, cum non accepit dimidium pretij numerati, hoc est, cum non accepit rem, cuius valor attingat pretij numerati dimidium. Sic Panormit. *ad capit. Cum dilecti, numer. secund. de empti. & vend.* tametsi *cap. Cum causam, eod. tit.* contrarium dicat, Pinel. alios referens *ad leg. secund. Cod. de rescind. vend. part. prim. cap. 2. numer. quinto &* 6. Conan. *libro 7. capit.* 9. Forcatol. *dialog.* 100. Duaren. *leg. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig.* Fachin. *l. 2. controu. c. 16.* Cujat. *l. 16. obseru. c. 18.*

150 *Non debet, sed sufficit, si rem valentem centum plusquam 150. emat.*

Vt emptor dicatur læsus vltrà dimidium iusti pretij, non debet rem valentem centum plusquam ducentis emere, sed sufficit, si rem valentem centum, plusquam 150. emat. Quia inter venditorem & emptorem seruanda est æqualitas. At venditor læsus est vltra dimidium iusti pretij, cum dimidium pretij rei venditæ non accepit; Ergo emptor læsus erit vltrà dimidium cum plusquam dimidium pretij eiusdem rei dedit. Alias si oportet rem valentem emere ducentis, non esset læsio vltra dimidium, sed in duplo contra leges, quæ læsionem ex parte pretij considerant. Ita Molina *tract. 2. cund. d. 349.* Pinellus *parte secunda de iust libr. 9. quæst. 3. sect. 1.* Lessius *lib. secund. capit. 21. dubr* 4. Salas *de empt. dub. 26.* Anton. Gomez, Greg. Lopez, Padil. Couar. Azcued. Guter. Soto, Salon Lopez, quos refert, & sequitur Palao *de iust. distrib. d. 3. pun. 17. §. 1. n. 3.*

151 *Idem affirmo.*

Idem affirmo, abnegans quidem, læsionem considerandam esse ex eo, quod emptor accepit, sed ex pretio, quod dedit, Vnde si dedit dimidium plusquam dare debuit, læsus fuit vltrà dimidium; vt venditor si munus dimidij pretij accipere debuit. Alias inter venditorem & emptorem non seruaretur æqualitas, quod non est admittendum, cum sint correlatiua, & dispositum in vno, in alio censeri debet esse dispositum.

DVBIVM XVIII.

Lædens emendò, aut vendendo intra dimidium an peccet, & tenetur ad restitutionem?

NEc peccat, nec ad restitutionem tenetur. Quia *leg. Ita causæ, §. Idem Pomponius. ff. de minoribus. & leg. Item si pretio, §. vlt. ff. locati.* asseritur licitum esse naturaliter contrahentibus, se inuicem in pretio decipere, ac non est licitum vltra dimidium, sed ea deceptio reparatur *lege secunda Codic. de resc. vendit.* Ergò admittenda est deceptio intra dimidium. Et quia deceptio intra dimidium, cum parum distet à iusto, remissa censetur à venditore, vel emptore. Sic Doctores, quorum meminere Matienzo, & Salon citandi. Sà *verſ. venditio, numer.* 20. ait: *Quod parum est, censetur emptor, & venditor inuicem condonare.* 152 *Nec peccat nec debet restituere.*

Peccat, & tenetur ad restitutionem. Quia *leg. Iure naturæ, ff. de reg. iur* dicitur: *Iure naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimento, & iniuria fieri locupletiorem.* Ratio est manifesta. Nam esto deceptio si intra dimidium iusti pretij, legi tamen naturali aduersatur, cum nullus vellet sibi ipsi illud damnum inferri, & consequenter lex naturalis obligat ad illius reparationem: At nulla lege positiua reperitur hæc obligatio dissoluta, neque id erat expediens. Ita D. Thom. 2. 2. *quæstio. 77. articulo prim.* Caiet. Bannes, Aragon, *ibi.* Salon. *constr. 17.* Nauar. *summæ capit. 9. notab. 9. corollar. 13.* Molin. *d.* 350. Lessius *libro secund. cap. 21. dub.* 4. Salas *de empt. dub. 26.* Couar. *reg. Possessor, p. secund. §. 7. & lib. secund. variar. cap. 4. num.* 11. & alij 153 *Peccat & restituere debet.*

Hæc sententia certa, omninóque amplectenda est. Cuius veritati non obstant leges illę citatæ. Licet quidem naturaliter contrahentibus se circumuenire, id est secundum ius gentium, quod naturale secundario appellatur, licitum est, id est, permissum absque punitione, se circumuenire. Sæpè enim *licere* pro *permittere* sumitur, iuxta *leg. Non omne. ff. de reg. iur. Non omne quod licet, honestum est,* id est, non omne, quod permittitur, est honestum. Illud vero, quod ex meo Emanuële de Sà adducitur ad summum sustineri posse concedo, cum minima est læsio & aliqua donationis signa adsunt; secus cum læsio est grauis, licet sit intra dimidium. 154 *Hoc certũ esse reor.*

***

DVBIVM

DVBIVM XIX.

Quoad forum Ecclesiasticum lædens intra dimidium teneturne, læsionem reparare?

155 *Tenetur & actio læso datur.*

TEnetur, & actio læso datur. Quia *cap.1. §. sed diversum, de alienat. feudi* dicitur, Ecclesiam non pati vltra iustitiam aliquid fieri. Ratio est, quia Iudex Ecclesiasticus cogere potest quemlibet etiam laicum suis Censuris, vt à peccato lethali desistat. Cum igitur lædens graviter etiã intra dimidium peccatum lethale commiserit, & obligationem restituendi habeat, poterit optimè. Sic Gloss. *ad cap. Ea enim §. hoc ius 10. quæst. secund. v. & plus* Padil. *leg. secunda num. 55. & 56. Codic. de rescind. vendit.* Navar. *cap. 9. de iudic. not. ab. 6. coroll. 13.* Couar. *d. 2. var. c. 4. n. 11.* & alij plures res citati à Tiraquello *q. 1. connub. n. 11.*

156 *Nec tenetur nec læsio datur actio directa.*

Nec tenetur, nec læso actio datur. Quia *cap. cum dilecti. cap. cum causa, de empt. & vend.* solum conceditur actio, cum est læsio vltra dimidium neque vllus est textus actionem directam intra dimidium concedens. Ita Pinellus *ad leg. secundã Codice de rescind. vendit.* Matienzo *ad leg. prim. titul. vndecim. lib. quint. glos. 1. & 8. num. 11.* Fachin. *lib. secund. controu. cap. 25.* Salon. *2. 2. q. 77. articulo prim. contr. 17.* Molina *d. 349.* Rebellus *parte secunda de iustitia lib. 9. quæst. 3 sectio 2.* Palao *de iust. commut. d. 5. punct. 2. § 2. num. 7.* Salas *de empt. dub. 27. nu. 3 & 4.*

157 *Cum his sentiens.*

Cum his sentiens, aduertenter illam particulam *Actionem directam* apposui; nam indirectam & per viam denunciationis non est dubium læso sicut & cuilibet alteri competere. Potest enim denunciare Iudici Ecclesiastico, vt lædens obligationi, quam habet in conscientia satisfaciat.

DVBIVM XX.

An ex contractu per procuratorem initio concedatur actio, vt contractus in quo quis læsus fuit intrà dimidium rescindatur vel inæqualitas reparetur?

158 *Conceditur actio.*

SI læsio intra dimidium contingat in contractu per procuratorem celebrato, conceditur ratio, vt contractus ille rescindatur, vel inæqualitas repararetur. Quia *leg. Vnde si Neruа. ff. pro socio*, dicitur: *Iudicium arbitri, qui in sexta parte lædit, rescinditur.* Ergo etiam rescindi debet contractus in quo procurator lædit. Sic Paulus de Castro *ad l. secund. Codic. de rescind. vendit. numer. 5.* Bartol. & si dubius, *ad l. si societatem, §. arbitrium num. 25. ff. pro socio.* Ancon. Butrius *ad c. Quintadecimallis, de iureiur. & ibi* Panormit. *num. 35.* Barbat. *ad cap. cum causam, numer. 11. de empt. & vend.* Alexand. *ad l. si quis arbitratu, numer 20. ff. de verbor. obligat.*

159 *Actio non conceditur.*

Ob læsionem intra dimidium ex contractu per procuratorem non datur actio. Quia nullibi habetur, ob læsionem intra dimidium à procuratore factam contractum rescindi, Ergo seruanda est regula generalis *l. 2. Cod. de rescind. vendit.* ob solam læsionem infra vel extra dimidium actionem concedens. præterea id conuincitur ex *l. si voluntate. Cod. de rescind. vend.* vbi filius nomine matris venditionem celebrauit, & tamen in fine illius legis dicitur venditionem non rescindi, nisi minus dimidia iusti pretij, quod fuerit tempore venditionis, datum esset. Ita Abbas *ad cap. cum causa, num. 5.* Anton. Butrius, *num 25. de empt. & vendit.* Pinel. *ad l. 2. C. de rescind. vend. part. 2. c. 1. n. 15.* Padil. *n. 66.* Cag. *n. 166.* Fachin. *l. 2. contr. c. 29.* Matien. *ad lib. 1. glos. 8. num. 13. titul. 11. l. 5. compilat.*

160 *Longe veriorem hãc sententiam esse iudico.*

Longe veriorem hanc sententiam esse iudico. Nec obstare existimo *legem vnde si Nerua*, in qua quidem arbitrium illius, qui vt bonus vir eligitur iudicaturus, rescinditur ob minorem læsionem dimidiæ partis, quia non iudicauit vt bonus vir, ideóque ad arbitrium boni viri iudicium reuertitur. Secus est in procuratore qui signatus, & imprudens constituatur, constituenti est imputandum *leg. cum mandato §. vltim. ff. de minoribus.* Præterquam quod constituens procuratorem præscribere ei potest modum agendi, & contrahendi, quod tamen in arbitro facere negauit.

DVBIVM XXI.

Si læsio intra dimidium in dotis æstimatione contingat, concedatur actio?

161 *Conceditur planè.*

COnceditur quidem. Quia *leg. Iure succursum, ff. de iure dotium.* dicitur: *Si in dote danda circumuentus sit alteruter & maiori annu 25. succurrendum est, quia bono, & æquo non conueniat, aut lucrari aliquem cum damno alterius, aut damnum sentire per alterius lucrum.* Et *leg. si circumscripta. Codic. soluto matrim.* cauetur; *Si circumscripta matre vestra, viliori pretio dotales res estimatæ sunt, quid super huiusmodi contractum vitio statutum sit vulgo patet.* & *leg. si res æstimata, §. 1. ff. de iure dotium* Sic: *si mulier se dicat circumuentam, minoris res æstimasse, vt puta seruum, si quidem in hoc circumuenta est, quod seruum dedit, non tantum in hoc, quod minoris æstimauit, in eo actutum, vt seruus sibi restituatur.* Et his itaque legibus sic hæc sententia suadetur: Hæ leges, vt concedant actionem ad inæqualitatem reparandam, non exigunt inæqualitatem esse vltra dimidium iusti pretij; sed solum quod læsio interueniat, & maritus grauatum se sentiat, & rationi consonum sit, ne cum alterius damno quis luciretur.

162 *Non conceditur.*

Spectato iure communi, non conceditur actio ex læsione intra dimedium in rerum dotalium æstimatione. Quia exceptio communi regula

gula inducenda non est, nisi iure, aut manifesta ratione comprobetur : at ex prædictis legibus non colligitur manifestè concedi actionem ex lęsione, ac grauamine intra dimidium sed solùm concedi actionem ex læsione, & grauamine, *cum ad bono & æquo conueniat.* quæ verba indifferentia sunt, vt concedatur actio ex læsione intra dimidium, vel extra, ergo exceptio à dispositione *legis secundæ & leg. si voluntate, Codic. de rescind. vendit.* expressa in iure non est. Maximè cum verbum *conuentio*, & verbum *Circumscribo* dolosam deceptionem frequentius denotent, *lege prim. vers. circumscribendum, ff. de dolo.* Ex alio autem capite non est ratio efficax, nam estò inter coniuges magis dedeceat deceptio, quam inter alias personas ob intimam eorum coniunctionem; sed sic magis dedecet, vt inter ipsos lites multiplicentur, vtpote quæ paci, mutuoque amori haud leuiter obstent Ita Fulgosi. *ad l. secund. num. 2. Codic. de resc. vendit.* Cagnol. *ibi. num. 63.* Salicet. *ad l. si res æstimata, paragrapho prim ff. de iure dotium.* Rebuf. *de resc. contr. articulo vnic. glos. 15. numer. 13.*

163 *Hæc sententia probabilis quidem est, sed primæ eligo.*

Profectò inspecto iure communi probabilis satis hæc sententia est *Dixi spectato iure communi*, nam attento iure nostro Regio in *lege 16. titulo 21 part. 4.* manifestum est, ob quamlibet grauem læsionem etiam intra dimidium iusti pretij factam in rerum dotalium æstimatione actionem concedi. Vt probat Anton. Gomez *leg. 50. Tauri, num. 44.* Gegor. Lopez *ad l. 16.* Matienzo *ad leg. primã titulo 11. lib. quint. compil. glos. 8. numero 21.* Attamen primam sententiam tanquam communem sustinendam esse non dubio.

DVBIVM XXII.

An ius accrescendi transeat, in emptorem hæreditatis?

164 *Quæstionis status.*

ANtonius fuit simul cum Petro hæres à Ioanne institutus, vendidit Antonius suæ hæreditatis partem, qua venditione facta, Petrus hæreditatem repudiauit, quæritur ergò, an Antonio, an emptori ea pars accrescat?

165 *Accrescit emptori.*

Accrescit emptori. Quia ius accrescendi non sequitur personam hæreditate destitutam, sed hæreditatem habentem; non enim personæ, sed hæreditati adhæret. *lege si Titio, ff. de vsufr.* ibi : *Quoniam portio fundi portioni vsusfructus personæ succederet.* At hęres nullam hęreditatis portionẽ habet, sed solũmodo nomen vacuũ hęredis; emptor verò hęreditatẽ habet. Ergo emptori, & nõ hęredi ius accrescẽdi cõpetit. Sic Bar *ad l. re coniuncti, n. 26 ff. de legat. 3. & ibi* Villalonga *pag. 31.* Cur. iunior *ad leg vni. C. quãdo non petẽtiã partes n. 12. & ibi* Sebas. Tapia *num. 20.* Duaren *l. 2. de iure accresc. c. 6.* & alij.

166 *Emptori non accrescit.*

Ex simplici venditione hæreditatis non est venditum, nec transmissum ius accrescendi in emptorem. Quia ius accrescendi adeuntes hęreditatem sequitur, *leg. vni. C. quando non petent. partes.* Et quia iuri accrescendi locus non est, vbi diuerso iure succeditur *leg. sed cum patrono ff. de bonor. possess.* At venditor succedit ex voluntate defuncti, emptor ex contractu; Ergo. Ita Petr. de Villaperti relatus à Bart. *ad leg. Re coniuncti, numer. 26. ff. de legat. 3.* Iason *ad l. secund. num. 9. Cod. de pactis.* Salicet *ad l. vni C. quando non petent. partes, num. 15.* Decius *ibi, in 2. lectura. num. 43.* Anton. Gomez *lib. prim. var. cap. 10. num. 44.* Ioan. Gutierrez *in repet. l. vni. Codic. quando non petent. partes, numer. 60.* Cuiac. *d. 12. obseruat. c. 3.* & alij.

Et si prima sententia probabilis sit, longè probabilorem secundam esse existimo Nã qui vendit suam portionẽ hæreditatis ea solum censetur vendere, quæ ipsi portioni adhærent, & quæ vendens de præsenti habet, *leg. Haredem, ff. mandati, & leg. secund. §. 1 ff. de haredit. vel actio. vendita.* At portio hæreditatis postea succedens non erat tempore venditionis, Non igitur reputanda est vendita. Fateor quidem, ius accrescendi non sequi hæreditate destitutũ si ea destitutus sit tanquam indignus, secus si donatione, vel venditione destitutus fuerit; quia eo casu non est indignus portione superueniente, cum ius succedendi retineat. Nec verum est portioni hæreditatis materiali ius accrescendi competere; sed competere personæ, cui prædictum ius debetur. 167 *Hoc mihi longe probabilius.*

DVBIVM. XXIII.

Res vendita cum expressione quantitatis est, at postea maioris, vel minoris quantitatis esse reperitur : Pretium sine augendum, aut diminuendum, si venditio sit corporis?

DIfficultas est, cum ex verbis, aliisque circumstantiis colligi perfectè non potest, quonam pacto mercis quantitas exprimatur an animo demonstrandi rem venditam, an restringendi alienationem! Et quidem si constet exprimi quantitatem animo alienationem restringendi, ea sola quantitas, quę fuerit expressa, vendita censebitur. secus verò si animo demonstrandi rem venditam expressio fiat. Si diceres, Vendo tibi hunc agrum decem iugera habentem, vel hoc dolium vini, quod continet decem amphoras : Hæc venditio intelligi potest fieri ad mensuram, ita vt solum decem iugera, vel amphoræ censeantur vẽditæ, vel fieri potest ad corpus, vt ita censeatur venditum corpus id est ager, vel dolium, siue plures mensuras, siue pauciores habeat. Porrò, si venditio non à corpore, sedd à mensura inciperes; v.gr. si diceres; Vendo tibi decem iugera, quæ habeo in hoc agro, vel decem vini amphoras, quas hoc dolium continet, tunc enim si plures mensurę adessent, inuendirę censentur. Quęrum verò, an cum venditio intelligitur esse de corpore pretium minuendum sit, vel augendum, si plures, vel pauciores mensurę expressis repertantur? 168 *Ad statum quæstionis nonnulla præmitto.*

Nulla est obligatio augendi,, vel minuendi pretium, sed incrementum, vel decrementum cedit emptori. Quia illa quantitatis expressio non ad arctandam venditionem, sed ad demonstrandam, 169 *Pretiũ non est augẽdũ.*

monstrandam, & significandam ipsam rem venditam facta est. At falsa demonstratio non vitiat venditionem, donationem, vel legatum. *leg. demonstratio, ff. de condition.* Ergo. Sic Anton. Gomez *lib. 2. var. c. 2. n. 16.* Rebel. *de iust. p. 2. l. 9 ca. 17. sect. 2.*

170 *Augendū est pretium*

Ob incrementum qnantitatis expressæ pretium augendum, vel minuendum est. Quia alias venditor, vel emptor deciperetur. Ità multi, è quorum numero est Molina *d. 367. post medi.*

171 *Assertio resolutio.*

Ego autem aliter existimo dicendum, cum excessus à quantitate expressa reperitur, ac cum reperitur defectus. Nam cum reperitur excessus, nulla est emptori obligatio, pretium augendi, sed totum incrementum ipsi cedit ob pretium constitutum. Quia intentio vendentis fuit venditionem perficere de illa specie, seu corpore, v. gr. ac illo fundo, pro cuius naturæ significatione quantitatem expressit. Ergò si deceptus fuit in eius expressione, eo quod plures mensuræ, quam ipse expressit, reperiantur, non ob inde venditio immutanda est. Quia sibi imputare venditor, quod certam quantitatē nō agnouit. E contra res se habet, cum defectus à quantitate expressa reperitur, nam eo ipso debet venditor in foro conscientiæ, & in exteriori compelli actione quanti minoris ad pretium designatum immmuendum.

DVBIVM XXIV.

An teneatur venditor, vitium occultum mercis nec notabiliter noxia, vel inutilis emptori manifestare, si credat non empturum vel non empturum tanto pretio?

172 *Certū, supponō.*

CErtum est, rescindi debere venditionem vaccæ (v. gr.) factam ei, qui ad arandum emit, cum ad hoc officium inutilis sit, licet eodem pretio poterat ad macellum vennndari. At si metx vitiosa vtilis per accidens sit ementi, vt equus submanus seni, ac si vitium non haberet: si tamen per se ad finem, ad quem emi solet, inutilis sit in foro conscientiæ contractus poterit rescindi, quia non est spectanda vtilitas emptori per accidens contingens, sed an res empta per se vtilis sit ad finem, ad quem plerumque solet emi Molina *d. 353.* Rebel. *p. secund. de iust. lib. 9. q. 9 n. 5.* Salas *de empt. dub. 35. n. 9.* Quocirca controuersia est, an venditor teneatur vitium occultum mercis manifestare nec notabiliter noxium, nec reddens emptori inutilem mercem.

173 *Tenetur quidem in utroq; foro.*

Tenetur quidem. Quia in hoc contractu inuoluntarium interuenit, non enim emptor emeret, vel non emeret tanto pretio, si vitium sibi detegeretur. Habet namque emptor casu quo vel emere ius contendendi de infimo pretio, qua contentione priuatur ob vitium sibi inique occultatum. Sic Abbas *ad cap. Iniustum, de rer. permutat.* Nauarra *summæ capite 13. numero 89.* Gabriel. *in 4. distinct. 15. quæst. 3. articulo tertio dubio primo* Ioannes Medina *de restitution. quæstione 34.* Rebellus plures referens *parte secunda libro nono quæstio. 9. numer. tertio.*

Non tenetur in foro externo, nec in foro conscientiæ. Quia ad inualidandū contractū vēditionis, spectandum est, an deceptio talis sit, vt iure naturali, vel positiuo contractum annullet: non autem spectari debet, an emptor empturus foret, vel non foret, aliàs passim contractum dissoluerentur in graue Reipublicæ detrimentum; cùm sæpè emptores si sibi omnes circumstantiæ manifestarentur, ab emptione cessarent. At leuis iactura rei emptæ nec naturali, nec positiuo iuri contractus dissolutionem præstat, neque id expediens erat, maximè cum res pretio iusto sit empta. Ita Dnus Thom. *2. 2. quastion. 77. articul. tertio* & *ibi* Aragon *post quint. dictum.* Salon. *controuers. secunda* Valent. *d quint. quæst. 22. punct. quart. conclus. secund.* Layman. *lib. tertio sectio. quint. tr. 4. capite 17. paragrapho secundo numer. 15.* & colligitur ex *leg. prim paragraph proinde* & *leg. Et quæ vltra ff. de ædilitio edicto.* 174 *Non tenetur.*

Hoc probabilius esse reor, nec iudico obstare, illam emptionem esse aliquo modo inuoluntariam; satis enim est, quod simpliciter voluntaria existat. Et licet emptor ius habeat contendendi de infimo pretio; inde non infertur, teneri venditorem, omnia vitia rei venditæ manifestare; sed quæ ex rei natura, & spectata communi contrahentium praxi, manifestari assolent, nempe, quæ reddunt mercem noxiam, vel notabiliter inutilem. 175 *Hoc probabilius esse reor.*

DVBIVM XXV.

Facto emptionis, ac venditionis contractu teneturne venditor, rem venditam tradere emptori, cum primùm possit an satisfaciat, inter esse soluendo?

NOn tenetur quam primum possit, tradere, sed satisfacit, si interesse soluat; nec compelli potest præcisè ad rem tradendam; sed ad tradendam rem, vel ad soluendum emptori, quanti sua interfit, quod res non tradatur. Quia *leg. 1 ff. de act. empt.* dicitur. *si res vendita non tradatur, ad id, quod interest, agitur, & leg. si traditio, C. eod. tit.* idem habetur Sic Fachin. *l. 2. contr. c. 30.* relatus à Socin. *l. Certi condict ff. si certum petatur.* Et ab Alciat. *ad l. vni. C. de sent. quæ pro eo, quod interest.* 176 *Non tenetur.*

Tenetur planè, quā primū possit tradere mercem, compelliquè ad id potest venditor in foro cōscientiæ obligatus cū effectu tradendā, v. gr. ad prædiū: Ergò non satisfacit interesse soluēdo; aliàs satisfaceret, dissoluēdo contractū, & prędium rēddēdo. Ita Glol. Bart. & paul. Cast. *ad l. 1. ff. de action. empti.* Alex. Deci. & Iason. *ad l. Certi condict. ff. si certum petatur.* Pinel. *ad l. 1. C. de bonis mater. p. 3. n. 26.* Couar. Ant. Gomez Menoch. quos citat, & sequitur Palao *de iust. distrib. 5. pun. 13. n. 2* 177 *Tenetur planè.*

173 *Hoc mihi probabilius.*

Etsi sententia prima in foro externo probabilis sit, probabiliorem secundam esse reor. Nam leges adductæ à Fachineo probant, ad interesse agendum esse, cum venditor facultatem tradendi mercem non habet. Id enim probant *lex 1. & lex Traditio.*

DVBIVM XXVI.

Si venditio completa non sit, eo quod neque pretium non sit solutum, nec fides de ipso accepta, an fructus competant venditori?

179 *Status quæstionis*

CErtum est, peracta venditione fructus rei venditæ naicturos ad emptorem pertinere, quod intelligo, si perfecta sit venditio. Quid si completa non sit, eo quod nec pretium sit solutum, nec fides de ipso accepta a venditore, competunt ne illi, an emptori fructus rei venditæ?

180 *Competunt venditori, non emptori.*

Competunt venditori. Quia res suo domino fructificare debet: at quovique emptor pretium soluat, vel illius fidem venditor sequutus fuerit dominium rei venditæ, etiam traditæ emptori non acquirit. §. *venditæ Instit. de rer. diuis.* Ergo neque fructus illi acquiruntur, sed venditori competunt, sic communiter Iuristæ ad *leg. Curabit. C. de actionib. empti.* & *leg. Iulianus, §. ex vendito, ff. eodem titulo* & *ad leg. fin. ff. de periculo, & commodo rei venditæ.* Lupus *tr. de vsur.* §. 7. Minsing. *cent. 4 obser. 53.* Angel. *v. emptio. num. 5.* Couar. *l. 1. var. c. 15. n. 2.* Molin. *d. 168.* Sà *v. venditio num. 12.* Rebel. *de iustit. p. secund. l. 9. quæstio. prim. sectio prima numer. quinto.*

181 *Competunt emptori, non vēditori.*

Non competunt venditori, sed emptori. Quia post contractum initum emptionis & venditionis tametsi emptor pretium non soluat, vel ipsius fidem venditor non acceperit, res vendita emptori est debita: Ergò etiam fructus, qui ex illa re oriuntur debiti ei erunt, cum hi ipsam rem sequantur, eique adhæreseant Ita Sylvest. *v. vsura 2. q. 11.* Rosel. *v. eod. §. 47.* Armil. *n. 15.* Lopez *lib primo de contract. capite 36. ad 1.* Lessius *libro secundo capite 21. dub. 13. num. 109.* Nauarra. *lib. tertio. de restitut. sectio. quinta tr. 4. c. 17 §. 2. n. 18.*

182 *Hoc verius mihi.*

Veriorem ac communiorem hanc sententiam esse reor. Nam peracta venditione si res vendita pereat, aut deterior fiat absque venditoris culpa, eius diminutio aut interitus ad emptorem spectat: Ergo etiam spectare debet eius commodum, & accessio.

***

DVBIVM XXVII.

An possit absque vsuræ labe venditor cum emptore conuenire, vt interim, dum pretium non soluerit, vel res alia frugifera emenda non offertur, aliquam pensionem annuatim soluat?

183 *Potest quidem.*

POtest quidem. Quia nullū videtur inconueniens, vt id ipsum quod *lex Iulianus, §. ex vendito, ff. de actionibus empti.* concedit, in pactum deducatur. Et quia licitum est, cum emptore pacisci, vt dum pretium non soluerit, res inuendita sit, percipiat tamen illius fructus sub pensione annua constituta, vt resolvit Panormitan. *consil. 121. lib. quinto.* Socin. senior *consil. 88. numero 14.* & alij Ergò idem pactum fieri potest, tametsi res absolutè vendita sit, & in emptoris translata Dominium; quia ex hac translatione ac venditione nullum emptor incommodum; sed potius commodum accipit. Sic Cagnol. *ad l. Curabit, ff. de actionibus empti. numero 57.* & *ibi* Lupus *numero 145.* Couarruuias *lib 3. var capite 4. numer. quint.* Molina *d. 368. concl. 2. 3. & sequent.* Fachin. *libro secund. controu. capite 32.*

184 *Non potest*

Minimè potest. Quia nulla apparet ratio ob quam hanc pensionem venditor exigat præter dilatam pretij solutionem, non enim exigit titulo locationis, cum nullus sit; sed venditionis absolutæ, quæ cum locatione compati non potest. Tùm quia nemo rem propriam conducit, *leg. Qui rem. C. locati.* Tùm quia Dominium in emptorem, cui res est vendita, ac tradita trāsfertur *leg. Quod vendidi, ff. de contrahend. emptio.* Neque item exigit, quia tradit rei venditæ dominium, quod posset excusare fidem datam de pretio non admittens? nam hic titulus suppositā absoluta venditione non est pretio æstimabilis; quia fidem dare de pretio, & admittere solutioni pretij debiti dilationem, ad quam admissionem, suppositā venditione necessariò consequitur Dominij translatio; at hæc admissio virtualis mutuatio est; Ergo ob ipsam non potest iustè pretium exigi. Neque exigere potest ob cōpensationē fructuū, quos ex re vēdita emptor susscipit; quia horū perceptio, suppositā venditione, ipsi debita est. Deniq; non exigit ob lucrū aliquod quod ei cesset, aut periculum quod de re vēdita susscipiat vt contrariæ sētētiæ Doctores fatētur, superest igitur, vt ob solā dilationis cōcessionē exigat, quod est illicitū. Ita Dec. *cons. 116. 119. 133.* Socin. senior sibi cōtrarius *consil. 130. lib. 4.* Crauetta *cons. 189.* Siluan. *cons. 46.* Cephal. *cons. 290. lib. 2.* Simon Petrus *cons. 198.* Franc. Marc. *decis. 891.* Rebellus *part. secund. de iust. l. 9. q. 16. sect. 1. n. 15.* Laym. *l. 3. sect. tr. 4. c. 17. §. 2.* Lessi. *l. 2. c. 21. du. 13. nu. 109.*

Existimo prædictum contractum absolutè censendum esse iniquum & vsurarium minimè permissum à lege. Lex enim concedit vsuras

vsuras pretij in pœnam moræ culpabilis emptoris fructus ex re vendita percipientis; quæ non cessat cum venditor liberè dilationi consentit. Nec est verum, idem commodum emptori accedere ex pacto locationis sub pensione, ac ex venditione absoluta cum præfata pensione, quia in priori euentu non suscipit rei periculum, bene tamen in secundo.

DVBIVM XXVIII.

Donatio incipiens à promissione si rei singularis, & determinatæ facta sit, obligatne donatarium ad euictionem?

186 *Nonnulla recolo.* REcolo, euictionem esse ablationem rei emptæ, vel alio contractu habitæ, vnde venditorem rei alienæ teneri de euictione, est teneri ad restituendum emptori illius aliquid loco eius rei alienæ ab ipso emptæ, quæ et euincitur, & auferur. Quod non semper est idem, quando tenetur iure naturali, seu in foro conscientiæ, & quando in externo foro tenetur. Conueniunt doctores venditorem, qui rem alienam mala fide, seu sciens esse alienam vendidit emptori id ignoranti, de euictione teneri, si emptori fuerit euicta, seu ablata. Tenetur autem ex vi iuris naturalis seu in foro conscientiæ ad restituendum emptori pretium, quod pro ea debet, & etiam ad alia damna ex euictione emptori sequuta, quia tunc venditor fuit causa iniusta eorum damnorum, ex vi vero iuris ciuilis seu in foro exteriori ad præfata damna tenetur, & etiam vel ad pretium temporis quo res euincitur, vel ad id, quod emptori prodesset, si ei non euinceretur, prout emptor elegerit. Certè in quolibet contractu oneroso datur euictio, datur in contractu permutationis, in datione in solutum, in dotis æstimatę constitutione, in transactione, in diuisione hæreditatis, in vsufructu, in seruitutibus, non autem in contractibus lucratiuis datur. Si rem alienam donasti; teneris donatario sumptus factos in re habenda compensare. Quæsierim autem an sit locus euictioni, si donatio incipiat à promissione.

Donatio à promissione incipiens obligat donantem de euictione, ex *leg. Arist. & leg. prim. Codic. de iure dotium.* Quia donatio à promissione incipiens ortum habet à causa obligatoria, & necessaria, si quidem posita promissione, iam donans obligatus est donare. At donatio nequit esse rei alienæ, sed propriæ: Ergo euicta re donata vtpote aliena, persistit obligatio donandi ex promissione orta. Sic plures, quos refert, ac sequitur Ant. Gom. *to. 2. var. c. 2. num. 35.*

187 *Obligat donantem.*

188 *Non obligat.* Non obligat, si rei singularis ac determinatæ facta sit. Quia dicta *lex Aristo.* & aliæ donationem excusantes ab euictionis obligatione, non distinguũt, an donatio à promissione incipiat, an à traditione, sed absolutè decidunt, donatorem non teneri de euictione. Ergo de omnibus donationibus id est intelligendum. Ita *Escob. & Mend. Theol. Moral.* Tom. V. Petr. de Bellapertica *ad leg. 2. Cod. de euict.* Fulgos. *ad l. Ad res donatas ff. de ædilitio edicto.* Mol. *tractat. secund. d. 352. §. 2.* Palao *de iustit. distrib. d. 5. pun. 28. §. 1. d. 10.*

189 *Hoc mihi verius.* Hanc sententiam puto veriorem esse. Quia donatio, quę incipit à traditione ideo donatorem ab euictione excusat, quia donans nõ aliud donare intendit, quam id, quod de facto tradit, at promittens rẽ singularem donare, nihil aliud videtur promittere, quam rem illam singularem tradere. Ergo traditione promissionis illius obligationi satisfacit, licet postmodum euincatur. Notanter dixi, si promittitur res certa, & determinata, nam si promissio sit in genere, si ea quæ tradidisti tanquam aliena euincantur, teneris alia subrogare, non ex natura euictionis, sed quia obligationis promissionis non satisfeci sti. Nam cum hæc promissio astricta non fuerit his individuis determinatis, eorum solutione, vtpotè rei alienæ non liberaris.

DVBIVM XXIX.

An cùm emptor de euictione agit, venditor etsi priuilegiatus, debeat sequi in hac causa forum emptoris?

190 *Nonnulla recolo.* VT emptor de euictione agere valeat, tenetur denunciare venditori, litem motã esse. Quæ denunciatio facienda est cum protestatione, vt venditor liti assistat inferendaque est copia libelli. Fieri autem debet hæc denuntiatio venditori in præsentia: vel saltem ad eius damnum. Scio, ab hac denũciatione minorẽ excusari, Ecclesiamque hoc priuilegio, ex communiori sententia, potiri. Porro emptor non excusatur à litis prosecutione denunciatione facta. Venditor autem habens apud se instrumenta, quib. emptorem defendere possit, tenetur ea etiam irrequisitus exhibere. Licet vero emptor liti assistere non teneatur, potest tamen. Hęc ex cõmuni sententia recolui. Iam verò requisierim, num cũ emptor de euictione agit, debeat vẽditor, etsi priuilegiatus sit, sequi in hac causa forũ emptoris.

191 *Non debet, sed potest.* Non debet venditor causam prosequi apud Iudicem emptoris conuenti, sed si priuilegiatus est, potest ad suum propriũ Iudicem causam deferre. Quia eo casu venditor reus est, & tanquã reus conuentus causam coram suo Iudice debet agere. Deinde fiscus ad suum propriũ Iudicem causam reuocat, *l. 4. C. de iure fisc. l. 10.* Ergo quilibet alius priuilegiatus, maxime Clericus, Sic Glos. *ad c. Nullus Clericum. 11. q. 1.* Speculat. *tit. de primo, & secundo decreto. §. restat. n. 74.* Castr. *ad l. Venditor. ff. de iudic.* Inamola *ad l. Non solum, §. quod vulgo, ff. de vsurpationib.* Platea *ad l. 3. C. de iure fisci, l. 10.* Aretin. *§. Actionum n. 19. Inst. de action.*

192 *Debet omnino.* Debet venditor causam persequi apud conuẽti emptoris Iudicem, sed necessario apud eundẽ Iudicẽ, vbi lis incœpta est prosequi debet. Quia si ad proprium Iudicẽ declinaret, deterioré faceret causam actoris: maximè cum ipse venditor conuentus directè non sit, sed iuris dispositione conuenti emptoris partes suscipiat. Ita pluribus relatis. Ant. Gomez *tom. 2. var. c. 2. nu. 39.* Fachin. *l. 2. c. 37.* Mol. *d. 380.*

193 *Hoc mihi verius.*

Hæc sententia communior, & verior mihi. Quia existimo, id aperte constare ex *leg. Venditor, ff. de iudiciis*, ibi: *Paulus respondit, vendito em emptoris Iudicem sequi solere.* Certe ad similem de fisco respondeo, fisco esse speciale priuilegium, quod in Clerico, alijsque priuilegiatis minime inuenitur.

DVBIVM XXX.

An Mobilia pretiosa, nempe arma, gemmæ, lapidesve pretiosi, aliaque similia sint, retractui subiecta in venditione, & emptione?

194 *De retractu nonnulla recolo.*

Retractum in genere vocitamus ius lege statutum, vel consuetudine alicui concessum rescindendi, seu reuocandi, quæ ab alio sunt alienata. Hoc ius odiosum est, & stricte interpretandum, vtpotè quod facultatem à natura concessam cuilibet de re propria libere disponendi, restringit. Sicuti intelligitur ex *leg. Dudum, C. de contraben. empt.* Triplicem autem esse retractum recolo, sanguinis, societatis, publici boni. Retractus sanguinis locum tantum habet in rebus immobilibus successione hæreditaria acquisitis. Res emphyteutica retractui est subiecta: non autem census venditio, neque pensio in tua possessione constituta, neque venditio commoditatum, quas feudatarius habet, neque venditio vsusfructus, habitationis in re immobili ad perpetuum. Quæsierim vero num mobilia pretiosa, nempe arma, gemmæ &c. sint retractui subiecta?

195 *Subiecta sunt retractui.*

Subiecta sunt. Quia hæc mobilia pretiosa comprehenduntur sub immobilibus alienari prohibitis. Et in præsenti est specialis ratio: cum affectio his mobilibus æque ac in immobilibus adhæreat, maiorumque memoria eorũ retentione conseruatur. Sic Tiraquel. *in præfat. retract. numero 33. 38. 49. & 50.*

196 *Non sunt subiecta.*

Subiecta non sunt. Quia cum lex retractum concedens odiosa sit, soláque immobilia expresserit, non est, cur ad mobilia quantumuis pretiosa dispositionem extendamus. Ita Matienzo alios referens *ad leg. 7. tit. 11 glos. 1. nu. 3. & 49.* Tiraquel. *l. 1. de retract. §. 1. glos. 7. numer. 101.*

197 *Hoc verius mihi.*

Verius existimo, horum venditionem retractui non subijci. Neque enim in illis affectio, & memoria maiorũ æque firmiter, ac in immobilibus conseruatur, cum mobilia facilius pereant, faciliusque nostra auferantur à potestate.

DVBIVM XXXI.

An ex emptione sub pacto reuendendi interueniente modicissimo pretio præsumatur vsura?

198 *De reuendendo certa*

Certum mihi, pactum reuendendi appositum venditioni licitum esse vti colligo ex Leuit. 25. Vbi filiis Israël permittebatur vẽditas possessiones re emere. Ratio est manifesta, quia si pactum reuendendi in fauorem venditoris apponatur, potest venditor onus, quod emptori apponit, pretij diminutioni compensare. Si autem in fauorem emptoris appositum sit, potest emptor, augmento pretij grauamen compensare. Ergò licitus est talis contractus, maximè cum nullo iure positiuo reprobatus reperiatur. Molina *tr. 2. d. 375. & 377.* Lessius *l. secund. cap. 21. dub. 14.* Couar. *l. 3. var. cap. 8. num. 1.* Anton. Gomez *l. 2. var. c. 2. num. 21.* Grauis autem est inter Doctores controuersia, an ex emptione sub pacto reuendendi, interueniente modicissimo pretio, vsura præsumatur. *suppono.*

Præsumitur quidem. Quia illa venditio est simulata, & pecunia data non est in pretium rei emptæ, sed in mutuum, resque emptori tradita, quam certo credidit esse redimendam, loco pignoris assumpsisse. Sic multi, quos memorat Couarruuias *lib. tertio variar. capite 3. num. 3. & 4.* Fachin. *lib. 7. controu. cap. 12. & l. 12. c. 27.* 199 *Præsumitur vsura.*

Non præsumitur. Quia ex sola modicitate pretij non colligitur contractum esse vsurarũ nisi aliæ circumstantiæ pretij modicitati adiiciantur, ex quibus firmior præsumptio ingeneretur. Ita alij citati ab eisdem Couar. & Fachin. *vbi suprà.* 200 *Non præsumitur.*

Veriorem reputo hanc sententiam, si sola pretij modicitas spectetur, nec aliæ subsint circumstantiæ, de quibus in *capite Ad nostram de empti. & vendit.* & *cap. illo vos. de pignoribus.* Nam si hæ circumstantiæ modico illi pretio adiiciantur, vsurarium esse contractum merito præsumetur. Circumstantiæ autem hæ sunt. Vt emens modico pretio assuetus sit vsuris. Vt lucrum aliquod ex simulata emptione comparet. 201 *Verius hoc mihi.*

DVBIVM XXXII.

An facto reuendendi pacto in fauorem venditoris, emptor possit compelli ad reuendendum?

202 *Compelli non potest.*

NOn potest emptor compelli præcisè ad reuendendum; vel ad soluendum interesse. Quia obligatus ad factum compelli nequit præcisè ad ipsum exequendum, sed ad soluendum interesse, casu quo factum non præstiterit. *leg. stipulationes non diuiduntur ff. de verb. obligat.* At obligatus ad reuendendum, obligatur ad factum, quippe reuenditio factum est, *argum leg. 4. ff. de curat. furioso.* Ergò non potest emptor compelli præcisè ad reuendendum. Sic graues Doctores relati à Tiraquel. *de contract. conuention. lib. §. 1. glos. 7. num. 60.* quos sequitur Gregor Lopez *ad leg. 42. tit. 5 part. 5. glos. 3.*

203 *Potest compelli*

Potest emptor compelli, ad reuendendum si reuendendi est facultas. Quia obligatio proueniens ex contractu sumenda est iuxta intentionẽ contrahentium, *leges. emper in stipulationibus, ff. de reg. iur.* At vẽditor exigẽs ab emptore reuenditionem,

reuenditionem, manifestè indicat, reuenditionem velle determinatè, non autem sub disiunctione ipsam, vel interesse, intendit, vt pretio restituto, res sibi non illius interesse restituatur. Ita plurib⁹ relatis Fachin. *l. 2. contro. c. 8.* qui id probat ex *l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.* Castro Palao *de inst. distrib. d. 5. p. 21. §. 2. n. 2.*

204 *Hoc mihi verius.* Longe veriorem hanc reputo sententiam. Quia præsumi non potest venditor pacifcens de re sibi reuendenda contentus fore obligatione emptoris soluendi interesse, quando res vendita illi reddi potest, cum ad interesse exigendū in illius priuatione difficilis quidem debeat inuadere. Fateor equidem obligatum ad factum satisfacere soluendo interesse, quando non constat, præcisè, ac determinatè ad factum obligationem fuisse, sicut in casu nostro constat.

DVBIVM XXXIII.

An si quis promittat, se contractarum obligationem reuendendi posse ad reuendendum compelli?

205 *Compelli non potest.* COmpelli non potest. Quia promissiones, & obligationes ex contractibus prouenientes non debent extendi vltra contrahentium verba *leg. Non omnis, ff. si certum petatur.* At promittens se obligaturum reuenditionem præstare, non exprimit se præstaturum renenditionem, sed obligationem reuenditionis contractum, quę obligatio reuenditionis à reuenditione est prorsus distincta, sicuti vendendi promissio distincta est à venditione. Sic Decius, & Riminald. *ad leg. cum fundus, §. seruum tuum ff. si certum petatur.* Marsil. *singul. 496.* Grammatic. *decis. 103. nu. 188.* & alij, quos refert, ac sequitur Roland. à Valle *consil. 69. n. 25. lib. 3.*

206 *Potest compelli.* Potest compelli ad reuendendum eo quod promisit obligationem reuendendi subiturum. Quia qui promisit se obligaturum ad decem, compelli potest immediatè ad decem præstanda. Ergo promittens, se obligaturum ad reuendendum, ad id compelli poterit. Obligationi enim reuendendi satisfacere nequit nisi media reuenditione. Igitur promittens obligationem reuendendi subiturum, virtute promittit reuenditionem. Ne ergò inuciles actus multiplicentur (quod omninò vitari debet, *leg. Cum fundus, §. seruum tuum*) compellendus est ad reuenditionem, non ad obligationem reuenditionis. Ita Fachin. plures referens *l. secund. Controu. capite septim.* ex Doctrina Ioan. Andr. *in addit. ad spec. tit. de solut. & oblig.*

207 *Verior mihi sententia hæc.* Hanc sententiam longe veriorem esse reor. Admitto enim, non esse extensionem faciendam vltra verba expressa contrahentium, nisi ad ea tantum, quæ sub illis verbis expressis virtute continentur, quia hæc non est obligationis extensio, sed declaratio, ex qua circuitus vetantur inutiles. Porrò ex præfata promissione obligatur ille promissario præstare quantumlibet interfit, ea obligatio reuendendi: At id quod promissario ea obligatio reuendendi interest, est rem venditam rehabere. Ergo?

DVBIVM XXXIV.

An minor emens cum pacto reuendendi possit obligari ad reuendendum absque Iudicis decreto, bona immobilia?

208 *Obligari non potest.* OBligari non potest. Quia minori, absque Iudicis decreto, non est permissum fundum acquisitum alienare, at emptione licet sub pacto reuendendi dominium rei emptæ minori quæsitum est, nequit ergo absque Iudicis authoritate illud alienare. At si obligaretur ad reuendendum obligaretur ad alienandum, cum reuenditio sit rei acquisitæ alienatio. Sic Fach. *l. 2. controu. c. 3.* plures referens.

209 *Obligari potest.* Potest obligari. Quia illa renenditio cum sit ex necessitate prioris emptionis, non est contractus, sed distractus, & dominij acquisiti necessaria resolutio, non voluntaria transmissio. Ergò cum minori prohibita est rerum immobilium alienatio, de alienatione voluntaria, ac propria debet intelligi, non de impropria ac necessaria alienatione. Ita Baldus *consil. 416. l. 2.* Andr. Isernia *ad cap. 1. §. 1. de feudo dato in vim leg. commis.* Cagnol. *ad l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. n. 149.* Pinel. *ad l. 1. p. 3. C. de bonis matern.* Tiraq. *de retractu comment. ad finem tit. n. 13.*

210 *Hanc præfero sententiam.* Verius hoc mihi. Nam pactum reuendendi est conditio prioris emptionis, ob quam fundus minori emitur pretio, quam secluso hoc pacto emeretur, quia onus illud pretio est æstimabile. Ergo si emptio subsistere debet, debet subsistere, & conditio, sub qua facta est, alia minor iniustus proculdubio esset.

DVBIVM XXXV.

An si de facto emptor rem venditam sub pacto redimendi vendat alteri, primus venditor ex vi prædicti pacti possit aduersus secundum emptorem agere ad rei vindicationem?

211 *Quæstionis status.* CErtum est, durante tempore, quo venditor redimere potest, nequire emptorem alteri rem emptam vendere, vel donare. Est autem dubium, an si de facto alteri vendat, possit venditor exvi pacti illius agere aduersus secundum emptorem rei vindicatione.

212 *Potest quidem.* Potest quidem, quia ex pacto reuendendi venditio prius facta resoluitur, & res pristinum restituitur in statum. Ergo venditor agere poterit aduersus quemlibet possessorem, tanquam

in possessorem rei alienæ. Sic Paulus de Castro *ad l. si cum venderet ff. de pignorat. act.* Ioan. de Anania *ad cap. conquæstus, de vsur.* Decius *cons. 514. nu 4.* Anton. Burgens *ad cap. Ad nostram de empt. & vendit.* Tiraquel. *de retract. conuent. §. 1. gloss. 7. n. 7.* Cou. *l. 3. var. c. 8. n.* Menoch. *cons. 63. n. 14.* & Gregor. Lopez *ad l. 42. tit. 5 p. 5 glo. 7.* asserit hanc sententiam maxima æquitate fulciri.

213 *Non potest.* Minime potest. Quia *leg. 2. C. de pact. inter empt. & venditor*, decidit ur, ex pacto reuendendi oriri actionem præscriptis verbis, & ex empto, quæ actio personalis est, qua quidem emptor cogi potest, vt emptionem dissoluat, & rem emptam restituat, si in eius est potestate, sin minus interesse. De actione autem rei vindicationis neque ibi, neque alibi vllum verbum haberur. Ita relato Baldo, Alexandro, Bartolo. & alijs, Ant. Gomez *l. 2. var. c. 2. n. 29.* Greg. Lopez *l. 42 glos. 7. tit. 5 p. 5.* Fachin. *l. 2. contr. c. 14.* Mol. *tr. 2. d. 374.* asserens, hanc opinione aperte probari ex *lege Regia 42.*

214 *Probabilior sententiæ.* Certe hanc sententiam probabiliorem esse existimo, quam à simili confirmatim. Nam si venditio vni facta non impedit, quin valide alteri res vendatur, & tradatur, neque ex ea priori venditione comparat emptor ius aduersus secundum emptorem iuxta *leg. Quoties Codic. de rei vendit, & lege sine autem, §. si duobus, ff. de publiciana.* Ergo neque pactum reuendendi, quod minus est, quam venditio, impediat translationem dominij in emptorem secundum, neque venditor acquiret aduersus illum rescindendi venditionem, potestatem. Excipio tamen, nisi pacto reuendendi adderetur conditio, ne emptor alienare rem emptam posset, essetque alienatio infecta, quia eo in euentu poterit emptor aduersus tertium possessorem agere, vtpote qui rei sibi alienatæ dominium non acquisierit.

DVBIVM XXXVI.

An Gabella debeatur ex venditione sub pacto legis commissoriæ, & adiectionis in diem, aut ex pacto reuendendi; adiecta clausula, quod res inempta sit?

215 *Nonnulla suppono.* SVppono, venditionem sub pacto legis commissoriæ institui, cum rem vendis Antonio ea conditionee appositа, vt intra mensem, vel annum pretium non soluerit, inempta sit, *leg. prim. ff. de leg. commiss.* Vocatur autem hoc pactum legis commissoriæ, quia lege fingitur incidere in commissum, qui pretium statuto tempore non solvit, sicut incidit feudatarius non soluens pensionem. Venditio autem sub pacto adiectionis in diem concipitur, si vendas rem conditione appositа, vt si intra mensem vel annum alius meliorem fecerit emptionem, res sit inempta. Censebitur autem melior emptio fieri, si maius pretium, vel commodior solutio offeratur *leg. si quis hac. ff. de rei vindic. & l. 4. tit. 5. p. 5.* Hoc præmisso, quæstio volvitur, an debeatur gabella ex venditione sub pacto legis huiusce commissoriæ, & adiectionis in diem.

215 *Debetur quidem gabella.* Debetur quidem. Quia ille contractus fuit pure ac simpliciter celebratus, & per consequens fuit ius fisco quæsitũ. Et licet postmodũ resoluatur, quasi factus non esset id intelligendum est comparatione contrahentium, non autem respectu fisci, cui est ius acquisitum. Sic Ant. Gomez *l. 2. var. c. 1. n. 31.* adducens textum *in l. 3. ff de commendata empt.* & alios, citatque Bartolum.

217 *Non debetur.* Ex vitalis contractus nulla gabella debetur, & si forte facto contractu fuerit soluta, eo soluto, repeti potest tanquam indebita. Quia resolutio illius contractus: quæ ex præfatis pactis fit, ita efficax est, vt ex iuris fictione reputetur contractus nunquam factus. At si contractus factus non esset, non deberetur gabella, ergò neque debetur eo facto, ac resoluto. Ita ex communi sententia Lasarte *de decima vendit. c. 14. n. 19.* Mol. *d. 378.* Lel. *l. 2. c. 21. dub. 15 n. 127.* & alij plures relati ab Ant. Gomez *vbi sup.*

218 *Verius hoc.* Probabilius hoc mihi indicanti, absque fundamento Antonium Gomezium asseruisse, resoluendum esse contractum comparatione cõtrahentium, & non fisci comparatione, siquidem eodem modo emptori ac fisco ius quæsitum est, sed infirmum, & ex vi tituli, quo dominium acquiritur, resoluendum. Neque contrarium probant leges, quas adducit.

DVBIVM XXXVII.

An versura, quas vulgò Moatras vocitamus, sint licitæ, & validæ?

219 *Status quæstionis.* SÆpe contingit, aliquem pecunia præsent indigere, quam mutuatam reperire non potest, eaque de causa ad mercatorem accedit ab eo credito empturus mercem, quam emptam eidem viliori pretio vendit. Quæsierim igitur, an huiusmodi contractus validus sit, ac licitus?

220 *Licitus, & validus est.* Nec licitus, nec validus est. Quia in omni fere Republica bene instituta est prohibitus, tùm ob periculum iniustitiæ plus iusto vendẽdi ad creditũ, & minus iusto postea emendi, tùm ne ciues speciatim nobiles debitis inutilibus grauentur, in paupertẽ deueniant, & fideiussores incõmodo afficiant. Ob quas causas merito in Lusitaniæ Regno 4. p *leg extrau. ti. 10. l. 2.* Sancitũ est sub pœna exilij, & quinquaginta aureorũ, amissionisq; debitis, ne quis vendat merces ei, quas cõstat non emere ad negotiandũ neque ad consumendum, in sua familia, sed ad eas iterum viliori pretio vendendum. In Regno autem Castellę *l. 29. ti. 4. l. 3. noua recopil.* præcipitur Iudicibus, vt nos contractus puniant quatenus eos illicitos, & in fraudem vsurarum celebratos inuenerint. & *l. 22. tit. 11. l. 5.* prohibetur mercatoribus emere pecunia numerata, quæ credito maiori pecunia vendiderant, sub pœna illa amittendi, soluendique quinquaginta millia maranedinos. Hæ leges indicant, huiusmodi contractum esse illicitum. Sic Medina *p. 1. sum. c. 14. §. 23. post med.*

221 *Validus est & licitus.*

Validus est & licitus. Quia seclusō pacto rem vendendi nulla apparet hic iniustitia, si rem intra latitudinem iusti pretij carius ad creditum quis vendat mercem, quam postea numerata pecunia viliori pretio redimit. Nam in venditione illa ad creditum nulla est iniustitia cum ponamus iustum pretium summum excedere. Quod verò rem redimat viliori pretio, iusto tamen infimum quidem non transiliente, nulla venditori iniustitia irrogatur, cum illum ad sic reuendendum non cogat mercator: potius illi beneficium præstat, excusans, ne alios emptores quærat, fortasse non facile, & absque sumptibus inueniendos. Ita Ouar. *summa capite 23. numer 91.* Graf *parte prim. decis. l. 2. c. pit. 109. num. 4.* Gutier. *lib. 1. qq. Canon. cap. 39. n. vltim.* Lessius *lib secun. cap. 21. dub. 16.* Nauarra *de rest. l. 3. capite secund. num. 170.* Tolet. *lib. quinto cap. 31. numer. tertio* Rebellus *parte secunda de iust. l. 9. q. 8.* & alij, quos refert, ac sequitur Salas *tr. de empt. dubio 27.*

222 *Auctoris sententia.*

Ego quidem sic quæstioni respondeo; si vendis credito sub pacto, vt pecunia numerata viliori emptor rem emptam tibi reuendat, ea venditio illicita est; quia minori summa præsentis pecuniæ comparas maiorem ad creditū vel è contra maiorem summam ad creditum compensare intendis minori numerata. Quod vsura palliata censeri debet cum plus iusto vendis, & minus iusto emere intendis. Id verò ordinariè fit & illud palam includitur saltem & id, Vnde sapienter lege etiam Dubium hoc, vbi modus vendendi prohibetur, vt in Lusitania peccatum esse lethale vendere iis merces quos scis, non emere ad negotiandum, nec ad consumendum in sua familia, sed ad viliori pretio numerata pecunia reuendendum: Et in Regno Castellæ si viliori pretio emas, quæ carius ad creditum vendidisti. Attamen id crediderim, intelligendum esse saltem in Castellæ Regno, cum extra latitudinem iusti pretij venditio, aut emptio contingit vt indicat *lex. 29.* qua præcipitur Iudicibus, vt puniant hos contractus quos illicitos inuenerint, & in vsuratum fraudem celebratos. Salas *dub. 37.* Azenedo *leg. 22. tit. 11. l. 5. compil.* & alij. Non me latet, plures ex citatis Doctoribus aduertisse, si scias, emptorem ad reuendendum emere, plerumque peccare contra charitatem tùm, denegando mutuum indigenti, si absque graui incommodo concedere valeas: tùm scandalum ingenerando, quod regulariter contingit, cum ab hominibus existimetur rem supra iustum pretium vendi & emi infra iustum: vel emi sub pacto viliori pretio reuendēdi. Attamen seclusis his circumstantiis extrinsecis licitum iudico, spectato iure naturæ, huiusmodi venditio & reemptio.

***

DVBIVM XXXVIII.

An sit contra iustitiam Monopolium, cum mercatores conspirant, ne merces vendantur nisi intra summi pretij latitudinem?

223 *Quæstionis status.*

VAriè monopolium potest contingere, vt *sect. 1.* aduertimus. Monopolij vnus modus est, cum mercatores conspirant, ne merces vendātur infra tale pretium. Et quidem si est vltra rigorosum iustum, vt plerumque consistit, nemini dubium est, peccatum esse contra iustitiam cum restituendi obligatione. At si intra latitudinem iusti pretij sit etiā summi, quæsierim, nùm huiusmodi mercatorum conuentio aut conspiratio sit contra iustitiam?

224 *Non est contra iustitiam*

Contra iustitiam non est, nec restitutionis obligationem contrahit, tametsi contra charitatem delinquatur. Quia peccatum non est, si absque vi, metu, vel fraude persuadeas alicui, ne suas merces vendat minori pretio, quam rigoroso iusto; nihil enim illicitum suades, neque emptores habent ius, vt ab hisce suasionibus desistas; sed tantum habent ius, vt ab hisce suasionibus desistas; sed tantum habent ius, ne alterius voluntatem vi, vel fraude compellas. At in conspiratione mercatores id ipsum sibi inuicem suadent, & de eius executione fidem præstant. Ergò nihil iniustum committunt. Imò nec charitatem offendent, cum pretium iustum non excedant. Sic Molina *d. 345.* Lessius *lib secund capite 21 numer. 145.* Nauarra *de rest. lib. 3. capite secundo dub. 9. numer. 85.* Angl. *q. de empt. articulo 1. dub. 2. d ffic. 1.* & alij.

225 *Contra iustitiam est.*

Est contra iustitam cum obligatione restituendi emptoribus, quanti creditur minoris emptutos, si ea conspiratio non adesset. Quia vi huius conspirationis compelluntur emptores pretio illo rigoroso emere, alias non empturi nisi pretio medio, vel infimo. Ergo in ea conspiratione peccatum iniustitiæ committitur. Probo hanc consequentiam: quia Respublica eiusque ciues ius iustitiæ habent, ne mediis iniquis, & illicitis compellantur merces auctori pretio emere, quam alias essent empturi. Cum ergò hæc conspiratio illicita sit, & iniqua, vtpote legibus interdicta, conuincitur, contra iustitiam peccaturos mercatores in ea conuentione. Ita Sotus *lib. sexto de iustit. q. secund. articulo tertio* Nauar. *summ. capite 23. num. 92.* Salas & aliis relatis *de empt dub. 38.* Layman. *lib. tertio sectio. quinta tract. 4. capite 17. §. vltim.* Palao *de iustit. distr. d. quint. pun. 34. numer. 4.* Conrad. *de contr. q. 51.* Rebellus *de iustit. parte secunda lib. 9. quæstio. septima numero quint.*

226 *Probabilius hoc mihi.*

Probabiliorem hanc sententiam esse iudico, quæ conuinci videtur ex *leg. vnic. Codic. de monopol.* vbi inquit Zeno; *Neve quis illicitis habitis*

bitis conuentionibus coniuret, aut paciſcatur, vt ſpecies diuerſorum corporum negotiationis non minoris, quam inter ſe ſtatuerint, venundentur. Et qualiter conſultus prohibet conuentionem de diuendenda merce ſtatuto pretio, etiamſi ſupra rigoroſum non ſit. Præterea iniuſtum eſt, pretium taxatum à Republica derogare, aut impedire, ne taxetur, ſed pro vendentium arbitratu conſtituere. At ſi hæc conuentio eſſet ſuſtinenda, pretium medium, & infimum illarum mercium prorſus ceſſaret, & tantum vnicum pretium rigoroſum ex vendentium voluntate perſiſteret.

DVBIVM XXXIX.

An Monopolium ſit illicitum, ſi quis vel alij cum illo omnes merces alicuius generis tempore abundantiæ vili pretio emant, carius poſtmodum diuendendas?

227 *Eſt illicitum.*

EST illicitum. Quia hac emptione ſimul cum recluſione mercium compelluntur emptores ad pretium augendum, priuaturque Reſpublica ne abundantia illa fruatur, & & merces pretio commodo habeat, vel ſaltem de medio tollitur pretium infimum, & medium, quæ omnia videntur iniuſta, ſicut de conuentione mercatorum circa pretium rigoroſum *Dub. proxino* dixi. Sic Menoch. *de arbitrar caſu* 384. *& caſu.* 569. *numero quinto* 11. *&* 12. Sylueſt. *verſ. emptio, queſtio.* 10. Gabri *in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 10. *articulo* 3. *dub.* 1. Ioan. Medin. *de reſt. q.* 30. *&* 36. & alij relati à Salas *de empt. dub.* 38.

228 *Illicitum non eſt.*

Licitum omnino eſt. Quia cum quis omnes merces emit, nõ impedit alios, quin emant, nullam in ea emptione iniuſtitiam committit. Nec etiam iniuſtus eſt ex eo quod eas merces aſſeruet, ſiquidem poſſet eas pro libtio perdere. Nec item in earum venditione, cum ſupponamus illum eas vendere pretio currenti iuxta prudentum eſtimationem. Nec obligatus eſt, eas omes ſimul venales exponere, dum à Republica non compellitur. Ergo ex nullo capite apparet iniquitas. Ità Molina *d.* 355. Palao *de iuſt. diſtrib. d. quinto punct.* 34. *numer ſexto.* Leſſius *libro ſecundo. cap.* 21. *dub. vltim. numero* 152.

229 *Hanc ſententiam præfero.*

Hanc ſententiam præfero, maximè cum nullam videam legem poſitinam huiuſmodi conuention ẽprohibentem: quin potius Dardaniorum officium, vtpote Reipublicæ commodum ferè vbique approbarum experiar. Aliàs equidem illicita fuiſſet empitio, quam Patriarcha Ioſeph in Ægypto præſtitit, cum abundantiæ tempore frumenta vili pretio emit, quæ poſtmodum carius vendidit. Porrò damnum quod ex augmento pretij inferri videtur, ſtatim Reipublicæ compenſatur illarum mercium ſterilitatis tempore abundantia. Præterquam quod illud pretij augmentum non ex emptione mercatorum, merciumque in illud tempus reſeruatione prouenit, ſed ex temporis ſterilitate.

DVBIVM XL.

Falſas litteras quis ex induſtria apponit legendas, quibus emptores inducuntur ad carius emendum: perpetratne iniuſtitiam?

230 *Certa prælibo.*

CErtum eſt, illicitam reddi venditionem cum obligatione reſtituendi, ſi fraude ac dolo quis inducat emptorem, vt mercem vltra iuſtum pretium emat. Mol. *d.* 346. vnde ſi ſparſo rumore, aut litteris falſò conſcriptis de obſidione ſuperuentura, nauium naufragio, aliisve ſimilib. quibus occaſio eſt augendi mercia pretium vltra id, quo communiter venderentur: tenebitur planè, omne illud augmentum emptoribus reſtituere: vtpote fallaciis inductum. Ex eo autem quod venditores, etiam ſub iuramento affirment, pluris ſibi ſteriſſe merces, aut pluris aliis vendidiſſe, quam ſibi ab his emptoribus offertur: & ſi his dictis falſis inducatur emptor ad carius emendum, quam alias eſſet empturus: non ob inde videntur mercatores ad reſtitutionem obligari. Quia huiuſmodi ſtratagemata emptoribus ſunt communiter nota, ac proinde fidem eis præſtans ſuæ debet deceptionem leuitati imputare. Rebel. *p.* 2 *de inſt. l.* 9. *q.* 7. *in fine.* Quid ſi litteras, quarum mentionẽ fecit, quis data opera eo in loco apertas appoſuerit, vt alij legerent & deciperẽtur; quib. ſectis decepti ſunt, vt multas emerent merces carius quam aliàs eſſent empturi? Teneturne ad horum damnorum reparationem?

231 *Non tenetur.*

Non tenetur. Quia horum damnorum cauſa non fuit: hæc enim non ex fictione illarum litterarum, neque ex appoſitione illarum, in tali loco prouenere: ſed ex eo quod lectæ fuerint. At hæc lectio illi imputanda non eſt, cum ad eam non induxerit: quin imo conqueri poteſt, quod contra iuſtitiam legentes egerint, & eius ſecreta inueſtigauerint. Sic nonnulli, quos preſſo nomine Caſtro palao memorat, eorumque ſententiam probabilem eſſe profitetur. *de inſt. diſtrib. diſput. quint. punct.* 35. *numer.* 3.

232 *Tenetur omnino.*

Tenetur omninò. Quia horum damnorum iniuſta cauſa proculdubio fuit litteras confingens, & legendas exponens. Si enim ille non ſcripſiſſet & eo animo appoſuiſſet in publico, alij legentes non deciperentur. Ita Palao *citat.* Rebel. *de inſtit. parte* 2. *lib.* 9. *q. ſeptim. numero* 8.

233 *Hoc mihi certum.*

Hoc certum puto, mirorque meum Ferdinandum de Caſtro aſſeruiſſe, primam ſententiam probabilem eſſe. Nam legentes prudenter litteris illi fidẽ adhibuere, cùm fingerẽtur miſſæ ab homine perito, ac digno fide. Ex alia parte cum in publico deceptor illas appoſuit apertas, non recuſauit ab aliis legi. Ergo cauſa fuit moralis deceptionis, & conſequenter damnorum emptoribus prouenientium, quæ proculdubio debet reſtituere.

DVBIVM

DVBIVM XLI.

Qui veras litteras conscissas legit, quarum occasione lucrum alteri præripuit: teneturne ad restitutionem?

234 *Quæstionis status.*

SVppono, te veras de inopia futura litteras accepisse, quas ruptas & in minutissimas particulas consciscas alius collectas, & arte compositas perlegit. Lucrumque, quod tu ex notitia illa comparare debueras, præripit. Quæsierim an tibi illud restituere teneatur?

235 *Tenetur quidem.*

Tenetur planè Quia iniustus in ea lectione fuit æque, ac si litteras clausas aperiret, ac legeret: ruptura enim illa æque indicat rumpentem velle id, quod in illis litteris continebatur nulli esse notum perinde ac si sigillatæ essent. Ergò æque iniustitiam committit procurans illas legere medio extraordinario, ac si litteras sigillatas medio aliquo inusitato perlegisset. Posita autem hac iniustitia, cum indè occasionem sumat impediendi, ne tu lucrum consequaris obligatus videtur, tibi lucrum restituere. Sic Rebellus *parte secund. de iustit. l. 9. qu. septim. num.* 8. asserens hoc probabilius esse.

236 *Minimè tenetur.*

Minimè tenetur. Quia esto in illa frumentorum collectione, & industriosa compositione, ac lectione iniustitia intervenerit, (quod multi negant, cum pro derelictis iam haberentur) attamen illa notitia causa non est per se tibi damnum impendendi, sed solùm est per se causa agnoscendi secretum, diligentiam disponendi, tuamque segnitiem condemnandi. Ita Sylvest. *v. Empt. q.* 17. Palao *de iust. commutat. d. quinto pun.* 35. *num.* 4.

237 *Idem iudicio probabilius.*

Ego quidem P. Rebelli venia hanc sententiam probabiliorem esse iudico. Nam arte componens litterarum particulas ex curiositate id agit, non vt iniuste à te aliquid abstrahat. Ex accidenti autem post cognitã futuram merciũ penuriam, decernit occasione illa ad comparandum lucrum poterit. Cognita namque arcana illa admonitione causualiter eodẽ ac tu iure fungitur, ad lucrum illud procurandum. Porrò *de negotiatione Regularibus interdicta ac clericis* hic agendum erat. Sed de hac materia recurret tractatio, cum *volum. vltim.* de triplici statu, sæculari, Ecclesiastico ac Religioso disseramus.

***

CAPVT IX.

Circa censum, seu annuum redditum.

DVBIVM XLII

An census, qui de facto constitui solent, sint mere reales, & non mixti?

238 *Nonnulla suppono.*

PRæcolo, censum dividi in consignatiuum, & reseruatiuum. Dicitur reseruatiuus, quando is, qui dominium etiam directum rei suæ transfert in aleum reseruat sibi pensionem aliquam siue in pecunia, siue in fructibus, vel alio æquiualenti ex re illa sibi singulis annis reddendam. o Consignatiuus verò dicitur, quando certo pretio emitur ius ad percipiendam pensionem annuam ex re, quę iam erat alterius, qui eam soluere debet. Porrò census consignatiuus dividitur primo in censum realem personalem & mixtum. Realis est qui super re aliquas constituitur, cui adhęret, & qua pereunte cẽsus perit. Personalis est, quo sola persona obligatur ad pensionem soluendam. Mixtus verò quando immediate & directe sola persona obligatur, ad securitatem tamen obligantur res aliquæ debitoris, quibus pereuntibus adhuc persona obligata manet, & appellatur cẽsus personalis cum hypotheca. His præmissis dubitarim, an census, qui de facto constitui solent sint mere reales, an verò, mixti?

239 *Non sunt mere reales sed mixti.*

Non sunt merè reales sed mixti? Quia deficientibus etiã reb. censitis, in quibus census constituuntur, manet obligatio personalis in venditore ad pensiones soluendas. Sic Couar. *lib. tertio variar. cap. 7. numer. quinto & sexto.* Sotus Salonius, Mercado, & alij plures, quos refert, ac sequitur Salas *de cĩs. dubitatione 33. numero secund.*

240 *Non sunt mixti, sed mere reales.*

Non sunt mixti, sed merè reales, nisi contrarium explicetur. Quia id quod est ex natura cõtractus, non est necesse quod explicetur: est autem de natura huius contractus, quod pereunte re, cui adhæret seruitus & obligatio ad pensionem, pereat protinus obligatio. Ita Molina *d.* 383. *n.* 8. Lessius, Rebellus, Valent. Rodriguez, Vega, & alij plures apud Salas *citatum num.* 1.

241 *Ego distinguendum existimo.*

Distinguendum tamen existimo. Nam vbi receptæ Pij V. & aliorum Pontificum Bullæ sunt, non censentur constitui census, nisi cum conditionibus ibi assignatis, quarum hæc est vna, vt pereunte re censita, census pereat. Vbi autem Bullæ receptæ non sunt, attento solo iure naturæ ex vsu & consuetudine interpretanda est mens contrahentium. Nam attento iure naturę nõ regnat (saltem in probabili satis sententia) census mixtus, quo hypotheca detur

tur solùm in subsidium, & ad securitatẽ, si persona non soluerit, quare possunt habere hanc mentem in ipso contractu: vnde si ferat vsus, vt etiam pereuntibus hypothecis, cogatur debitor ad soluendum ex aliis bonis, iudicandum est, quod iuxta hanc consuetudinem, & hac mente contraxere. Si autem de neutra consuetudine constet colligendum est id ex verbis, nam si nomine hypothecæ vsi sunt, hæc magis videtur dari ad securitatem, & obligationem personalem supponere si verò solum dictum est, constitui, ac vendi censum super tali re domo vel fundo, &c. verba videntur significare solum censum realem, quo solum vendi videtur ius ad percipiendam pensionem ex tali re, atque ideò re pereunte, peribit illud ius: sicut perit seruitus realis, pereunte re, cui erat affixa.

DVBIVM XLIII.

Cum dubitatur, an aliquis census sit redimibilis, vel irredimibilis: præsumendumne est, esse redimibilis?

242 *Quæstionis status.*

CEnsus consignatiuus rursus diuiditur in censum redimibilem, quem venditor redimere potest, redẽto pretio accepto, & in irredimibilem, (qui appellari etiam solet perpetuus) in quo venditor non habet facultatem illum redimendi nisi ex consensu emptoris. Quæstio itaque est, an in dubio præsumendus est census redimibilis, vel irredimibilis?

243 *Præsumendus est irredimibilis.*

Præsumendus irredimibilis est. Quia pactum de retrouendendo non præsumitur in venditione, nisi probetur. *leg. secund. Codic. de pactis inter empt. & vendit.* Sic Couarruuias *l. 3. var. capite decim. numer. 4.* Anton. Gomez *tr. de cens. cap. 5. n. 1.*

244 *Non præsumendus irredimibilis.*

Præsumendus est redimibilis, non irredimibilis, Quia irredimibilitas in censu est odiosa, & ideo præsumi non debet, nisi probetur. Ita Binsfeldius, & Molinæus, quos affert, ac sequitur Salas. *dub. 35. n. 4.*

245 *Resolutio Auctoris.*

Ego quidem existimo, ad circumstantias esse attendendum, vt qualis fuerit mens contrahentium, colligatur. Quare ex ipso pretio colligi potest, cum sit multo minus pretium census redimibilis, quam irredimibilis. Ex consuetudine etiam, si enim ferè non sint in vsu census irredimibiles, non præsumetur talis, nisi fuerit explicatum. Denique si omnibus pensatis, adhuc res maneat dubia, magis placet prima sententia, quod irredimibilis præsumatur. Quia cum constet de venditione, & non constet de pacto retrouendendi apposito, venditio præsumitur absoluta à tali pacto.

DVBIVM XLIV.

An census redimibilis pertineat, ad immobilia bona, si sit ad modicum tempus?

DE censu irredimibili certum est ad bona immobilia pertinere; quia est ius perpetuum percipiendit fructus ex re aliqua immobili. Nec difficultas est de ipsis pensionibus, quæ ex censu accipiuntur; hę enim siue ex redimibili, siue ex irredimibili, accipiãtur, non sunt bona immobilia, sed mobilia, sicut & fructus ipsi, qui ex fundo percipiuntur De censu ergò redimibili quæsierim, num ad bona immobilia pertineat? 246 *Status quæstionis.*

247 *Pertinet ad immobilia.*

Pertinet. Quia id habetur expresse in *Clement. Exiui, §. cumque annui redditus, de verbor. significe.* vbi de fratribus Minoribus sic declarat Pontifex: *Cumque annui redditus inter immobilia cẽseãtur à iure, ac huiusmodi redditus obtinere paupertati repugnet, nulla dubitatio est, quod prædicti fratrib. reditus quoscũque sicut & possessiones, vel earum etiam vsum, cũ eis non reperiatur concessus, recipere, vel habere, conditione considerata ipsorum, non licet.* Quare vniuersaliter census inter immobilia à pluribus Doctoribus computatur. Sic Molina *d. 383. n. 10.* Bartol. Socinus, Rodriguez, quos affert Sanchez. *l. 7. decal. cap. 26. n. 35.* asserentes, redditus etiam ad modicum tempus propter dicta Clementinæ verba fratribus Minoribus repugnare.

248 *Ad immobilia non pertinet.*

Non pertinet. Quia sicut locatio rei immobilis ad modicum tempus non æquiualet alienationi, & ideo non prohibita est alienatio, ita emptio iuris ad fructus vel redditus ex re aliqua per modicum tempus non æquipollet possessioni rei immobilis. Ita Tiraquel. Molinæus, & alij, quos affert, & sequitur Salas *dub. 44.* & alij plurimi, quos sequitur Sanch. *vbi sup. n. 36.* asserentes redditus ad modicum tempus non comprehendi in dictæ Clement. verbis nec fratribus Minoribus repugnare.

249 *Idẽ asscro.*

Idem affirmo. Itaque census seu redditus ad longum tempus inter bona immobilia censetur, secus verò si ad modicum tempus sit. Addo ex ex Andr. Gail. *libro secundo pract. obseru. obseru. 10.* in quei dam Germaniæ ciuitatibus statuto receptum esse, vt census redimibiles, inter mobilia computentur. Hoc tamen non tollit, quod de iure communi aliter sit dicendum. Modicum autem tempus esse crediderim, quod est infra decennium, longum verò tempus, quod decennium excedit. Salas *dubitation. 44.*

DVBIVM

DVBIVM XLV.

Attento solo iure naturæ licitumne est, censum realem emere, aut vendere?

250 *Non est licitum.*

NOn est licitum Quia malitia vsuræ in eo consistit, quod vendatur pecunia præsens pro maiori pecunia futura, & per consequens pro pretio supra proprium valorem cum pecunia, quæ redditur plus valeat, quàm quæ accipitur. Ex quo sequitur, quod emptio census, cuius pensiones soluendæ superant pretium, quo emitur, sit vsuraria, vel certe contra iustitiam. Nam in hoc contractu inter-venire videtur mutuũ formale, vel virtuale, ex quo aliquid supra sortem accipitur; dare enim nunc centum, vt tibi reddantur quinque annis singulis, nihil videtur esse aliud, quam mutuare nunc centum soluenda tibi per partes ita vt viginti annis omnia reddantur, & postea accipias lucrum perpetuum ex mutuo præcedenti, nempè alia quinque singulis annis. Sic Locutus de censu nouo Henricus *quodl. b. 8. quæstione* 23. & alij, quos refert Salas *dub. secunda. de cens. num. secundo* qui tamen idem de censu antiquo per venditionem abrimare tenentur.

251 *Licitum est.*

Licitum est, census inire contractum. Quia quod ad reluititium attinet, certum est, licitũ esse, cũ quilibet possit ex re, cuius dominiũ gerit, sibi partẽ imis, quã liceat reseruare. Nec est difficultas de cẽsu reali fructuario, quo emptor emit sibi partem fructuum alieni prædij; nam sicut posset totum prædium emere, & ius ad omnes eius fructus; & sicut posset vsumfructum emere manente dominio directo penes venditorem, sic poterit partem eiusdem vsusfructus emere. Censum denique pecuniarium constat licitum ex Pontificum Bullis, in quibus de his potissimum censibus loquuti fuere, & ratio etiam videtur clara, quia si potest emi census fructuarius, & ius ad tantam fructuum, partem percipiendam; poterit postea fieri alius contractus permutationis, quo debitor commutet obligationem reddendi tales fructus, in obligationem reddendi tantam pecuniam annuam facta prudenti valoris æstimatione. Quod autem per duos contractus potest fieri, potest etiam fieri per vnicum, quod duobus æqualeat. Ità Theologi omnes & sequuntur Molina *d.* 385 Lessius *lib. secundo capit.* 22. *dub. primo.* Salas *de cens. dubio secund.*

252 *Primam sententiam omnino reijcio.*

Hoc vnicè verum, ideoque primam sententiam omninò reiiciendam existimo. Neque enim Martinus V. Calixtus III. Nicolaus V. & Pius V. censum, conditionibus licet appositis, approbarent, si contra ius naturæ, & iniustum esse suspicarentur.

DVBIVM XLVI.

Census merè personalis, cuius pretium non adæquat cumulum, liciténe emitur de iure naturæ, quando lucrum cessans vel periculum aut simile quid non intercedit?

EMitur licitè. Quia census realis licitè emitur minori pretio, quam sit soluendarum pensionum cumulus: ergo & personalis licitè emi poterit; quod enim obligetur res, vel sola persona, parum refert; imo minus videtur valere obligatio personalis, quæ minus est secura, quam realis, cum facilius deficere possit persona quam prædium, quod in censu reali obligatur. Sic Ioan. Medin. Conrad. Sot. Couar. Maior, & Gabr. quos affert Mol. *d.* 387. *n.* 1. Saloni Aragon. Nannes, Toled. Valent. Lessii, & alij quamplures, quos refert ac sequitur Salas *de cens. d. b.* 3. *numer.* 2. Qui vniuersaliter id admittunt etiam id censu personali perpetuo, cuius obligatio ad hæredes venditoris, & eius dominium ad hæredes emptoris transit. 253 *Licite emitur.*

Non emitur licite, quia in eiusmodi censu personali nihil aliud venditur aut traditur, nisi pensiones ipsæ soluendæ: sicut ergo non potest licitè pro centum, quæ nunc dantur aliquis emere ducenta postea per partes, ac successiuè reddenda, secluso lucro cessante damno, vel periculo, &c. ita non poterit, emi census, in quo eiusmodi pẽsiones soluendæ emuntur. Portò tunc emi pensiones ipsas soluendas constat; quia qui se obligat personaliter ad aliquid dandum pro pretio, quod nunc accipit, non potest vendere solum ius ad rem illam, quin simul vendat rem ipsam dandam: alioquin quando venditur triticum postea tradendum pro pretio præsenti, non venderetur triticum, sed ius ad illud; & quando mutuatarius se obligat ad reddendum, non verò ipsa pecunia reddenda; quo pacto palliari possent omnes vsuræ, & emptiones iniustæ. Illa ergò res, ad quam dandam se se obligat venditor, est, quæ in omni rigore venditur, atque adeò pro mille præsentibus venderentur pensiones soluendæ, quæ eo tempore, quo soluuntur, duo milia valebunt, quod sine iniustitia fieri non potest. Ita Nauar. Greg. Lopez, Aluar. Velasco, Lezana, & Gutier. quos refert, ac sequitur Mol. *citat n.* 4. Ludou. Lopez, Vega, Angel. Manu. Rebel. Miranda Sarmien. & alij innumeri, quos congerit Salas *dub.* 3. 254 *Non emitur licitè.*

Hanc veriorem reor esse sententiam, quam confirmans expono. Quia non potest aliquis tibi licitè mutua dare centum eo pacto, vt post triginta annos eadem reddas, & interim solues duo annua non computanda in sorte: hoc autem idem fit, obligando te ad soluendum pensionem annuam non computandam in sortem, sed debito integro semper perseuerante. Certe in censu reali aliquid emitur præsens distinctum à pensionibus, seu fructibus colligendis, nempe prædium ipsum saltem quoad dominium vtile, & ius vsusfructus partialis, cuius dominij valor sufficienter tali pretio soluitur. In censu autem personali nihil venditur præsens, sed solæ pensiones soluendæ, 255 *Hoc mihi verius quod confirmo, & explico.*

uendæ, quarum valor æstimari debet non pro hoc tempore, quo venduntur, sed pro tempore, quo tradentur, sicuti, & res aliæ venditæ debent æstimari.

DVBIVM XLVII.

An census personalis temporalis licitus sit?

256 *Nonnulla recolo.*

REcolo, censum temporalem eum dici, in quo pensiones annuę debentur non in perpetuum, sed ad aliquod tempus finitum, siue certum sit, vt ad decem, vel viginti annos, siue sit incertum, vt ad vitam emptoris, vel venditoris. Differendum autem est de censu attento iure naturæ, & secluſa prohibitione humana, vel personali. Et quidem de reali temporali certum est licitum esse, quando vel cumulus pensionum non excedit pretium, vel quando propter periculum solutionum recipiendarum, vel propter lucrum cessans, vel damnum emergens, &c. pretium decrescit ad prudentis arbitrium. Quæsierim iamnum census personalis temporarius licitè absque aliquo ex his titulis emi possit?

257 *Licite potest emi.*

Licite potest emi saltem quando non ad paucos sed ad plures annos emitur. Quia tunc non subest periculum, quod redditur capitale superent, vnde ab omni vsuræ suspicione huiusmodi emptio sit immunis. Sic Conrad. Couar. Nauar. Salon. Ant. Bañes, Medina, Palat. Valent. Lud. Lopez, & alij, quos refert, ac sequitur Salas *de cens. dub. 4. n. 2. & 4.* Essius *libro secund. capit. 22. dub. 6. numer. 42. & 43.*

258 *Minime potest licite emi.*

Per se loquendo id minime licet, nisi aliquo titulo *numer. 256.* indicato iustificetur. Quia si census personalis temporalis liceret, omnis prorsus vsura posset excusari, scilicet, non dando mutuo pecuniam, sed ad censum personalem pro aliquibus annis, quibus lucrum reddendum esset maius quidem toto capitali. Et quia in censu illo personali nihil aliud emitur, nisi ius ad pensiones, quod vendi non potest à debitore, quin simul vendat ipsasmet pensiones, quare emitur centum aureis id, quod tempore solutionis valebit 200. quod est contrà iustitiam emptionis. Ita Mol. *d. 386.* Sot. Gabr. Tol. Abbas & alij, quos affert Salas *vbi sup. n. 1.* & Reb. *de iust. p. 2. l. 10. quæst. 4.* Card. de Lugo *tomo 2. de iust. d. 27. n. 34.*

259 *Verius hoc mihi.*

Hanc sententiam veriorem esse iudico. Quia non licet nunc dare centum, vt post viginti annos des mihi ducenta, idem autem fit in prædicto censu, cum pro centum præsentibus emo à te decem annua soluenda per annos viginti. Quod enim solutiones plures sint, vel vna sola in fine temporis præfixi, parum refert imo minus grauatur debitor, si totius summę solutio per viginti annos differatur.

DVBIVM LXVIII.

An licitus sit census temporalis ad indeterminatum tempus, & incertum, scilicet ad vitam emptoris, qui census dicitur Vitalitius?

LIcitus non est. Quia cum vitæ longitudo incerta sit, potest postmodum pensionum cumulus pretium ab emptore solutum excedere, quod equidem sapit vsuram. Sic Henricus *quodlib. 1. q. 39. & quodlib. 2. q. 15.* Raymund. Gofred. Antonin. citati à P. Salas *de cens. dub. 5. nu. 1.* Et de eius iustitia dubitat Sarmiento *l. 7. selectar. cap. 1. numer. 29.*

260 *Non est licitus.*

Licitus est de iure naturæ, si iustitia pretij seruetur, etiamsi postea cumulus pensionum pretium ab emptore solutum excedat. Et quidem in censu reali patet. Quia cum in eo non emantur pensiones soluendæ, sed dominium vtile, & vsusfructus partialis, sicut hic vendi potest in perpetuum, sic potest minori pretio vendi ad tempus incertum. In censu autè personali probatur. Quia licet in eo vendi videantur pensiones soluendæ, & ideo non possint minori pretio vendi, nisi propter lucrum cessans dānum emergens, &c. quando tamen emitur hic census ad tempus incertum, contractus hic est fortunę expositus, sicut ludus, in quo lucro & iacturæ vterque exponitur. Ita D. Tho. *opusc. 73. p. 1. c. 9.* Richard. Conrad. Ioan. Med. Sot. Couar. Val. Salon. & alij innumerati, quos affert Salas *vbi sup.* Mol. *d. 388.* Lugo *tom. 2. de iust. d. 27. n. 37.* Lel. *l. 2. c. 22. dub. 6.* & alij.

261 *Licitus est.*

Communis Doctorum sententia licitum huiusmodi censum esse affirmat. Nam quod pensiones superent postea pretium solutum, id emptoris fortunæ imputandum, qui potuit etiam pauciores pensiones recipere, & hinc periculo se exposuit. At si obijciant primæ sententiæ Auctores, contractum hunc exhibere occasionem desiderandi, & procurandi mortem alterius, vt obligatio soluendæ pensionis terminetur, respondeo, hoc non esse contractus vitium, sed contrahentium, propter quod non redditur contractus illicitus, sicut nec hæredis institutio, vel fideicommissi, aut successio necessaria filiorum, aut Ecclesiastica pensio, & alia eiusmodi, licet hæredes instituti, vel substituti, aut filij, vel soluens pensionem occasionem optandi mortem testatoris, vel fideicommissarij, &c.

262 *Idem affirmo.*

***

DVBIVM

DVBIVM XLIX.

Quando ab initio constituti census nullum pactum præcessit circa pretium redemptionis, sed solum constitutus fuit census redimibilis, quem venditor posset eodem pretio redimere, potestne postea emptor ipse sicut quilibet alius redimere censum minori pretio, eo quod ex variis accidentibus diminutus sit?

263 *Nonnulla premitto ad quæstionis fiatum.*

SI loquamur de iure naturæ certum est, si census semel constitutus decrescat intrinsece in valore propter defectum securitatis hypothecæ, vel difficultatem exigendi pensiones, vel aliam variationem, posse ab alio emi minori pretio, quam fuerit constitutus. Quia sicut res alię semel vno pretio emptæ, possunt postea minori emi propter earum valorem variatum, sic poterit & census. Difficultas esse posset, an non solus alius tertius, sed etiam ipsemet debitor, qui censum vendidit, posset tunc ob diminutum census valorem eum minori pretio redimere, consentiente creditore. Et quidem, loquendo de eodem iure naturæ non video, cur non possent contrahentes ab initio pacisci, quod census redimendus esset non pretio prius dato, sed pretio currenti. Quæsierim vero, an quando tale pactum non præcessit, sed solum constitutus fuit census redimibilis, quę empor posset eodem pretio redimere, posset postea idem venditor, sicut quilibet alius redimere, seu emere à creditore censum minori pretio, eo quod venditor census ex varijs accidentibus sit diminutus, vnde census valor decrevit?

264 *Non potest*

Minime potest. Quia id esset contra pactum expressum, quod vtrinque præcessit, quo emptor se obligauit ad retrouenditionem ea lege, vt quoties redimendus esset census, pretium integrum esset reddendum, siue census plus, sine minus tunc valeret. Vnde etiamsi iam census ille pluris æstimaretur, non posset emptor plus exigere à venditore volente illum redimere. Ergo vt æqualitas seruetur, venditor debet pretium integrum dare, etiamsi census valor decreuerit. Sic Sanch *l. 1. consil. c. 7. dub. 20.* citans Henriquez, & alios Doctores recentiores ab eo consultos.

265 *Potest quidem.*

Potest equidem. Quia licet vera prima sententia sit, quando census valor decrevit ob culpam ipsius debitoris, & ob difficultatem, quia ab ipso pensiones recipiuntur, eo quod sua authoritate difficilem reddit exactionem (tunc enim obligatur potius debitor ad agendum, nè sua culpa census minus valeat) quando tamen sine debitoris culpa, sed propter casus fortuitos, & alia extrinseca accidentia valor census decreuisset, sicut alij. sic etiam ipse debitor potest, consentiente creditore, censum minori pretio redimere attento saltem solo iure naturę. Ita Cardinal. de Lugo *tomo secund. de iustit. disputation. 27. numero 47.*

266 *dē affirmo.*

Sapientissimo adhæreo Doctori. Quia sicut ex communi sententia potest debitor ipse, sicut, & alij redimere, seu emere debitum suum minori pretio à creditore, quando difficultas vel minor valor debiti non prouent ex debitoris culpa, sed ex aliis causis extrinsecis: haud aliter dicendū iudico in emptione census, qui ex aliis etiam accidentibus, & non ex debitoris culpa minus valet.

DVBIVM L.

An loquendo de iure positiuo illicita sit secunda minori pretio, census redimibilis venditio.

267 *Illicita esse*

ILlicita est. Quia leges seculares statuentes pretium censuum redimibilium, generaliter loquuntur: quare non solum de prima constitutione census, sed etiam de secunda, & tertia venditione profantur: sicut lex statuens pretium tritici, vel aliarum mercium, non intelligitur solum, quando primo venduntur, sed etiam quando secundo & tertio iterum vendūtur ab his, qui emerunt. Imo leges Hispanæ iubent census antea alio minori pretio eos reduci ad illud legis pretium, vnde à fortiori prohibent, ne census pretio legis constituti emantur postea pretio minori. Et quia lex Canonica in Bulla Pij V. expresse statuit, quod eadem lex conditiones in ea præscriptæ locum habeant in cēsibus quibuscumque post illam legem creandis, quocumque tempore postmodum alienentur; vna autem ex conditionibus ibi appositis est, vt pretium census semel constitutum nūquam ob temporum aut contrahentium quantitatem aut aliud accidens, neque quoad vltimo contrahentes minui possit, vel augeri. Sic Gut. multos referens, quos sequitur Molina *d. 393. numer. 3.* Lessius *l. secund. c. 22. dubio septima numero 45.* Nauarra. Mercadus Corduba, Medina, Ludouicus, Lopez, Azeuedo, & alij plures, quos refert Sanch. *l. 1. consil. cap. 7. dub. 19.*

268 *Non est illicita.*

Nō est illicita. Quia vbi diminutio pretij cōsentiēte creditore agitur, videtur per epiiKeiam lex Canonica consentire. Ita Nau. *sum. c. 28. in addit. ad c. 33. n. 82.* (quē à cōtradictione liberare Salas conatur. *dub. 12. n. 9.* eo quod in Manuali *c. 23. n. 91.* vbi contrarium docuerat, loquatur (secluſa Pij V Bulla) Sarmien. Olan. Salazar, Cenedo & alij apud Salas, Palat. & alij quos affert, & sequitur Sanch *vbi sup.*

269 *Auctoris iudicium.*

Profecto epiiKeię ratio qua secundæ sententiæ Doctores Canonicarum interpretationem benignam difficile potest Bullæ Pij V. applicari qui expresse prohibet diminutionem pretij etiam ob temporum, vel contrahentium, qualitatem, vel aliud accidens; quare epiiKeia illa locum habere possit in aliis legibus, loquendo tamen de Bulla Pij V. alia indigebit explicatione certè communiori violentia explicabitur, si dicamus, Pium loquutum fuisse solùm de primis

contrahentibus, & eorum successoribus, quos appellat fortasse vltimo contrahentes, & inter quos seruari semper vult pretium semel constitutum inuariabile quoad excessum, vel diminutionem, in quo sensu verba illa intelligunt Lessius, & Rebel. quos affert, ac sequitur Salas *vbi sup. concl.* 6. Ego quidem assero, distinguendum esse inter censum liquidum, & tutum, & inter censum, qui propter varia accidentia minus iam valet. De priori abnego, de posteriori concedo posse postea minori pretio emi. Et hanc esse Romanæ Curiæ praxim Cardin. de Lugo *tom. secund. de iust. d.* 27. *n.* 50. *testatur.*

DVBIVM LI.

Fructus ex censu minori pretio empti debentne restitui?

270 *Status quæstionis.* Circa pretium census iustum quæstionem expono, an quando census emptus fuit à principio minori pretio, quam lege, vel æstimatione prudenti valeret, sufficiat postea, quod emptor soluat quantum minus dedit in pretio, ita vt pretium iustum adæquet, an vero debeat etiam restituere pensiones receptas, saltem quatenus excedebat pretium pro censu solutum?

271 *Restitui debent.* Loquendo etiam de naturali iure restituendę sunt pensiones secundum excessum supra pretij accepti proportionem. Quia census non potest, etiam stando in iure naturę, emi pecunia credita, sed præsenti, cum ergo tertia pars pretij iusti (v. g.) in casu nostro non fuerit ab initio soluta, sed postea suppleatur, consequens est, vt census quoad illam partem non fuerit emptus, atque ideo pensiones quoad illam partem retineri non possunt, tanquam sine vllo titulo solutæ. Sic Salas *de censib. dub.* 8. *num.* 4. Mol. *d.* 390. Couarr. Bald. Gasp. Roderic. Molinæus, Ant. Gomez. Eman. à Castro, Alcozer, quos affert, ac sequitur *ibi* Salas.

272 *Restitui non debet.* Restitui non debet excessus pensionum acceptarum, loquendo saltem de iure naturæ, sed sufficit, si emptor augeat pretium, soluendo quod defuit, & resarciendo damnum emergens, vel lucrum cessans, si quod fuit. Quia regula hæc quę vera ac generalis est ad alias emptiones, & venditiones, non est cur non debeat in census emptione seruari, cum in institutione census realis vera emptio intercedat, qua certo pretio emitur pars vtilis dominij, & vsus fructus rei fructuosæ, & immobilis, in qua census constituitur. Ita Lessius *libro secundo capit.* 22. *dub.* 15. Ioan. Medin. & alij apud Salas. Lugo *tomo secundo de iust. d.* 27. *numero* 54.

273 *Cum his opinor.* Cum his opinor. Quia quando prędium pretio diminuto emitur, emptor satisfacit soluendo defectum pretij iusti, nec tenetur restituere fructus interim perceptos, cum illos ex re sua perceperit, cuius dominium per emptionem acquisiuit: Ergò idem debet dici de pensionibus censuum, cum hæ soluantur pro parte fructuum qui ad emptorem pertinebant, eo quod esset iam factus dominus dominio vtili illius prędij v. g. in quo census fuerat constitutus. Cur enim magis faciet fructus omnes suos qui emit dominium directum & plenum prædij pretio diminuto, quàm qui emit dominium solum vtile ac partiale, cum vtrique re debeat fructificare?

DVBIVM LII.

An peccet lethaliter emptor qui in modico pretium iustum census defraudauit?

274 *Cum his opinor.* Lethaliter peccat. Quia licet materia sit in se leuis, damnum tamen è longo tempore illatũ magnum erit: nam excessus pensionum correspondens longo tempore illi defectui pretij magnum cumulum. faciet. Sic Anton. Gomez. Emanuel Rodriguez Castro, Alcozer apud Salas *de empt. dub.* 23. *n.* 5.

275 *Lethaliter peccat.* Non peccat lethaliter. Quia pensiones non emũtur, sed dominiũ vtile, seu vsus fructus partialis in re hypothecata; quod autem in eius emptione deficiam modicum v. gr. in tribus Regalibus à pretio iusto, non possum grauis piaculi esse reus; sicut nec quandò, quis emit dominium directum plenum prędij, grauiter delinquit si in tribus aut quatuor Regalibus à pretio iusto deficiat, etiamsi postea fructus recipiat in perpetuum ex prædio, etiam illos, qui poterant hisce Regalibus correspondere qui è pretio defuere. Ita Salas *ibid.* Lugo *tom.* 2. *de iust. d.* 27. *num.* 57.

276 *Non peccat lethaliter.* Hoc verius esse crediderim. Neque enim attendi debet ad emolumentum, quo postea sequetur, sed ad valorem rei quam emisti, cuius quidem valorem soluisti iustè quantum sufficit ad grauem iniustitiam vitandam; nec lęsisti venditorem nisi in trium Regalium illorum carentia, quæ non potest graue detrimentum afferre. Vnde postea emptor tenebitur quidem sub veniali ad illos Regales restituendum, non tamen ad restituendas perceptas pęsiones quatenus illis Regalibus correspondere poterant.

DVBIVM LIII.

Bulla Pij V. circa conditiones asseruandas ad census valorem, obligatne vbique?

277 *Nonnulla recolo.* PRopter magnum vsuræ, ac iniustitiæ periculum summi Pontifices ad vitãda subditorum peccata multas conditiones explicarunt, quæ in census contractu debent interuenire, præsertim Martinus V. anno 1423. Calixtus III. anno 1455. & Denique Pius V. in sua Bulla edita anno 1569. Sed antequam ad eas deueniam, quæ per dubia discutiendæ sunt, de illis omnibus generatim quæsierim, vtrum Bulla

Bulla Pij V. circa conditiones ad valorem census asseruandas, vbique obliget?

278 *Vbique obligat*

Obligat vbique. Quia in Sacra Romana Rota obseruatur, vbi Iudices non admittunt exceptiones de non recepta, vel abrogata hac bulla. Sic multi Doctores, quos referunt Molin. *d.* 395. & Salas *dub.* 13. & Comitol. *l.* 3. *q.* 27.

279 *Non obligat vbique*

Non vbique obligat. Quia non est vbique acceptata saltem quoad omnes conditiones, vnde non obligabit, nisi vbi, & quatenus est recepta. Ita Lessius *libro secundo cap.* 22. *dub.* 13. Molina *citat.* Sotus, Nauar. & alij, quos affert, ac sequitur Salas *dub.* 7. Bonac. *d.* 3. *contr.* 4. *n.* 43.

280 *Auctoris resolutio.*

Quidquid autem de hoc sit, existimo, omnes debere in hoc conuenire, quod vbi prædicta Bulla ex consensu expresso vel interpretatiuo summi Pontificis non est recepta, vel quoad aliqua est per vsum contrarium legitime abrogata, non obligat nisi quoad conditiones iuris naturæ requisitas, vel quoad eas, quæ fuerint receptæ.

DVBIVM LIV.

An vnus census possit super alio vel aliis constitui?

281 *Primum Pij V. constitutionem expono.*

PRima conditio à pio V. præscripta ad census iustitiam hæc est. *Censum seu annuum reditum creari, constituue non posse nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, & quæ de natura fructifera sit, & quæ nominatim certis fructibus designata sit.* Circa hanc conditionem dubitarim, an vnus census possit super alio, vel aliis constitui?

282 *Non potest*

Non potest. Quia census redimibilis inter bona immobilia non computantur. Ast pontifex requirit, vt non possit census nisi in re immobili constitui. Ergo non potest super alio constitui censu. Sic Molinæus, Cifuentes, Aluarus Baez, Vega, & alij, quos affert Salas *dub.* 7. *n.* 2.

283 *Potest quidem.*

Potest quidem. Quia *Clement. Exiui, C cumque annus reditus, de verb. signif.* annui redditus inter bona immobilia computantur. Ita vterque Molina, Sa, Lessius Rebel. Valent. Medin. & alij, quos affert, & sequitur Salas *numero* 1. *& 2.*

284. *Vtramque sententiam concilio.*

Vtramque sententiam ex Doctorum eorum mente libet conciliare. In primis affero, posse constitui censum in alio censu irredimibili, qui merito inter bona immobilia computari debet: non vero in censu redimibili nisi venditor se obliget casu, quo census hypothecatus redimatur, ad emendum aliquid aliud immobile fructiferum, quod eodem modo maneat obligatum. Alioquin cum prior census redimibilis possit extingui, & ipso extincto perire debeat census super ipso impositus, remaneret periculum palliandi vsuras, quod Pontifex vitare voluit. Deinde existimo à fortiori constitui posse censum in Gabellis, vel alijs redditibus annuis perpetuis, quos ciuitas vel communitas habet, sicut etiam in iure piscationis in Sylua, & in Macello. In officijs etiam perpetuis fructiferis, non vero in debitis alijs personalibus, vel etiam realibus, quia hæc non sunt bona immobilia, & perpetua, sed mobilia. Lege Molinam *d.* 389.

DVBIVM LV.

Conditio hæc vt census super re immobili constituatur, requisita positiuo iure, requirituine etiam iure naturali, ad census iustitiam?

285 *Non requiritur.*

NOn requiritur. Quia licitus est de iure naturæ census personalis: Si autem potest collocari census in sola persona venditoris, à fortiori poterit collocari in re aliqua mobili vel non fructifera, quâ tamen pereunte, census non pereat, sed maneat adhuc persona obligata ad pensionum solutionem. Sic plures, qui affirmant censum personalem licitum de iure naturæ esse, quos refert, ac sequitur Salas *de cens. dub. septim. numer. quart. & sexto.*

286 *Requiritur plane.*

Conditio hæc de iure naturæ requiritur. Quia cum in hoc contractu census realis ematur directè ac primario dominium vtile, seu vsusfructus saltem partialis rei censitę, consequens est, vt si res ipsa fructifera non sit, nihil prorsus ematur, quando eius vsusfructus emitur, sed emptio sit ficta, & census sit mere personalis, atque adeo palliata emptio pensionum solum soluendarum pro pretio præsenti. Ita Molina *disputatione* 389. Nauarr. Philiarc. Vega, Ludouic. Lopez, & alij, quod affert Salas *vbi suprà* Lugo *tomo secund. de iust. d.* 27. *numer.* 65.

287 *Cum his sentiens, nonnihil adiicio.*

Cum his opinor. Adijcio tamen non ita requiri, loquendo de solo iure naturæ, perpetuitatem rei immobilis, vt non posset census absque ipsa iustificari. Potuisset enim aliquis bona fide emere vsumfructum census, v. gr. redimibilis, quem possides, & subire hoc periculum, vt si census prior redimeretur, vel extingueretur, periret census posterior super ipso constitutus. Ratione autem huius periculi pretium posterioris census posset diminui, & ad contractum iustum fortunæ reduci.

DVBIVM LVI.

An licita sit nunc clausula generalis, qua post designatam certam rem, in qua census constituatur, obligantur cætera bona præsentia, vel futura ad pensionum solutionem?

288 *Non est licita.*

LIcita non est. Quia Pontifex prohibet, ne census nisi super re certa, & suis finibus designata constituatur. At generalis illa bonorum obligatio nec est res certa, aut designata suis finibus. Sic Pizarro ad statutum Guadalipense, quem affert Salas *de cens. dub.* 7. *n.* 11. & alij.

289 *Licita est*

Licita est, si non intendatur constitui census

super alijs bonis, sed solum super rebus certis nominatis, cætera verò bona solum obligentur ad solutionis securitatem, itavt non pereunte re nominata, vel ipsa euicta possit creditor ab alijs etiam bonis exigere suum debitum, quia hypothecata fuere ad securitatem, pereunte tamē re nominata, non possit ab alijs bonis aliquid exigere. Quia hoc non est constituere census in alijs bonis, quod solum Pius V. prohibuit, sed dare maiorem ad solutionem debiti securitatem, quamdiu res determinatè nominata non perit. Ita Matienzo, Salazar, & alij plures, quos affert, ac sequitur Salas *citat.* Gutier. *l. 2. de pract. qq. q.* 177. Mol. *d.* 389. *n.* 5. Qui tamen ad superfluam & inutilem fore clausulam illam, & hypothecam in ordine ad pensionum solutionē.

290 *Ego autem clausulam illam licitam, & vtilem esse.*

Ego autem affirmo nec illicitam esse clausulam hanc in censu, cum bona illa ei non subijciantur, vt secunda fert sententia, nec inutilem ac superfluam mei P. Molinæ venia. Quia etiam non pereunte re censui subiecta, deseruire illa hypotheca potest ad pensionis solvendæ securitatem, quando v. gr. res illa censui subiecta non haberet fructus eo anno, quo casu adhuc debetur pensio ex censu, & creditor non vult rem illam distraxi, ne census extinguatur, aut deterior fiat, sed solum exigere huius anni pensionem ad quod potest agere contra alia bona hypothecata

DVBIVM LVII.

Conditio à Pio V. requisita, quod res censui subiecta fructifera sit ex natura sua, requirituine etiam ex iure naturæ?

291 *Status quæstionis.*

EX vi Bullæ requiritur atque ideo non sufficit, quod sit per accidens fructifera, vti si sit pecunia negotiationi exposita, sed debet esse ex natura sua fructifera. Quæsierim vero, num etiam de naturæ iure hæc conditio requiratur.

292 *Non requiritur.*

Non requiritur. Quia licitus est de iure naturæ census personalis, & per consequens potest res infructifera obligari ad solutionem pensionis debitæ à persona venditoris. Sic nonnulli Doctores, quos affert, ac sequitur Salas *de cens. dub. 7. n. 6. & 7.*

293 *Requiritur quidem.*

Requiritur equidem. Quia si res censui subiecta non esset fructifera, venditio directa, ac primaria ficta esset, cum emeretur vsusfructus rei nullum habentis fructum, atque ideo census maneret personalis, quem de iure naturæ illicitum esse iam vidimus. Ita Emanu. *de cens. condit.* 2. Ioan. Medina, Miranda, Greg. Lopez, Nau. Val. Philiarc. apud Salas *n.* 5. Mol. *d.* 389. *n.* 4. & alij.

294 *Idem affirmo.*

Idem affirmo vnde non solum rem fructiferam requiri patet, sed & in ea quantitate debere habere fructus, vt adequare valeant pensionem solvendam expensis deductis, alioquin quoad defectum emptio esset ficta, & personalis census, qui illicitus est naturæ iure.

DVBIVM LVIII.

An debeatur pensio etiam eo anno, quo res censui subiecta nullos fructus affert, vel in minori quantitate, quàm ad pensionis solutionem sufficiat.

NOn debetur. Quia in quarta Pij V. clausula prohibentur *conditiones directè, vel indirectè obligantes ad casus fortuitos eum, qui alias ex natura contractus non teneantur.* Quibus verbis non videtur esse sermo de casu fortuito circa ipsius rei substantiam, in qua census est constitutus, hoc enim inferius diuersa clausula prohibetur, ne ergo hæc clausula otiosa ac superflua sit, debet intelligi de casu fortuito circa fructus eiusdem rei, quibus casu fortuito aliquo anno deficientibus, noluit Pontifex obligari venditorem ad pensionem illius anni solvendam. Sic Mol. *d.* 390. *claus.* 4. *n.* 6. Lef. *l.* 2 *c.* 22. *n.* 82. & probabile putat Reb. *l.* 10. *q.* 6. *condi.* 3.

295 *Non debetur.*

296 *Debetur omnino.*

Debetur omninò. Quia sensus illius clausulæ alius est, nimirum, ne adijciatur obligatio ad casus fortuitos præter naturam contractus censualis. Negari autem potest pactū hoc esse præter naturam contractus census pecuniarij, in hoc enim contractu interuenit primo emptio dominij vtilis, qua emitur pars aliqua fructuum talis fundi, quæ quidem ex vi huius primæ emptionis non deberetur, quo anno fundus nullos fructus affert, postea vero additur contractus alius ibi virtualiter contentus, quo debitum illud incertum ad certam reducitur quantitatem, siue fundus plures, siue pauciores fructus ferat, quæ reductio vtilis vtique est contrahenti ad lites vitandas: Denique hoc fructuum debitum reducitur ad debitum pecuniarium annuum certum, ac determinatum. Qui omnes contractus includuntur in censu reali pecuniario. Quare obligatio ad soluendam pensionem etiam in anno sterilitatis non est contra, sed iuxta naturam ipsam talis contractus censualis, nec grauat venditorem, cum vtile ei etiam sit, quod in anno maioris vbertatis non soluat plus, sed solùm illam pensionem annuam pecuniariam determinatam, quę iusta æstimatur, attento periculo sterilitatis, & spe vbertatis maioris, quæ esse potest. Ita Ludouic. Lopez, Sotus, & Nauar. dicens, id communi praxi obseruari, quos afferunt, & sequuntur. Reb. *citat.* & Salas *dubit.* 10. *numero secundo* Valent. Sà, quos affert, & sequitur idem Salas *dub.* 42. Lugo *tomo secundo de iust. disputat.* 27. *numero* 72.

297 *Hanc sententiam probabiliorem esse reor.*

Hanc sententiam probabiliorem esse existimo, nec ex hac sequitur clausulam Pij V. ab Auctoribus contrariæ sententiæ citatā esse superfluam, & contentam in alia clausula sequenti. Nam in illa alia non prohibentur pacta circa casus fortuitos, sed solum declaratur, id quod ex natura contractus census realis consequitur, quod scilicet pereunte re censita in totum, vel in parte perire etiam debeat census realis

realis in totum, vel in partem pro rata. Quia verò possent contrahentes opponere pactum ad assecurandum censum etiam pereunte ex casu fortuita re censita, qui contractus assecurationis distinctus, addito sufficienti pretio non videtur ex natura rei illicitus, ideo Pontifex hac præcedenti clausula voluit prohibere eiusmodi pacta ad casus fortuitos, ad quod alias ex natura contractus non esset obligatio, quæ prohibitio in illa clausula sequente nullo modo, vel saltem non clare contenta videretur.

DVBIVM LIX.

Ad implendam primam illam Bullæ Pij V. conditionem, debetne res ita esse fructifera, vt habeat fructus eiusdem rationis cum his, qui pro pensione sunt soluendi?

298 *Non debet ita esse fructifera.* VErb. grat. an super vinea non possit constitui census, qui reddat tot tritici modios, sed solum tot dolia vini, & sic de alijs? Ita debet esse fructifera, vt res debeat eos fructus ferre, qui pro pensione sunt soluendi. Quia præscribens Pontifex, rem super qua census est collocandus, debere esse fructiferam, indicat plane redditus ex fructibus rei illius esse soluendos. Sic aliqui, quos tacito nomine refert Molina *disputatione 389. numero quarto.*

299 *Non debet ita esse fructifera.* Non debet ita esse fructifera, vt res debeat eos fructus ferre, qui pro pensione soluendi sunt. Quia cum lex illa exorbitans sit, non debet magis stricte explicari, quam verba ipsa sonent. Ita Molin. *numero quinto* Lessius *libro secundo capite 22. dub. quinto* Rebell. & Sà, quos affert, & sequitur Salas *dub. 34.* & alij.

300 *Hanc præpono sententiam.* Hæc sententia communis fere omnium est. Et quidem explicatio illa tam stricta non erat ad intentum legis necessarium, quæ solum curabat excludere census personales, vel periculum vsuræ habentes. Ad quod quidem parum refert, quod pensio in hoc vel illo fructuum genere æqualis valoris sit soluenda. Et fortasse magis commodum erit venditori in alio genere soluere, quam in eo, quod ex re censui subiecta potest colligere.

DVBIVM LX:

An de iure naturæ licitus sit census, pensionésque integræ debeantur, quando non emitur pecunia præsenti, sed partim credita, ac postea soluenda?

301 *Clausulam Pij V. præmitto, & exponò secundam.* CLausulam secundam Bullæ Pij V. recolo. *Rursus non nisi vere in pecunia numerata, præsentibus testibus, ac notario, & in actu celebrationis instrumenti, non autem prius recepto integro iusto pretio.* Voluit Pontifex fraudibus, ac iniustitijs occurrere, quæ in hoc contractu assolent reperiri, periculis etiam, & damnis vendentium, qui propter indigentiam præsentem cogebantur vendere censum, non accepta pecunia pro pretio, sed mercibus, quibus non indigebant, & quas pretio summo à mercatore accipiebant: aliquando etiam non totum accipiebant pretium de præsenti, sed partem, reliqua pecunia postmodum sibi soluenda, cum tamen pensio ex nunc currere inciperet. Aliquando etiam debitor non habens nunc ad soluendum cogebatur debitum ipsum computare in pretium census, ex quo pensionem postea solueret. His omnibus voluit Pontifex radicitus obuiare incommodis, annullando census, qui aliter crearentur, quam toto pretio in pecunia tunc numerata coram notario, ac testibus. Circa quam conditionem in primis requisierim, an de iure naturæ licitus sit census & pensiones integræ debeantur, quando pecunia præsenti non emitur; sed partim credita: ac postea soluenda.

302 *Licitus non est huiusmodi consensus.* Licitus non est. Quia censualis contractus est introductus, vt præsentis pecuniæ subsidio præsenti necessitati vendentis censum occurratur, quo sine cessante, inutilis ac noxius erit talis contractus, & lumine naturæ apparet iniquum, quod quis cogatur reditus soluere eius pecuniæ quam nondum accepit. Sic Molina *disputatione 390. numero primo*, quem immerito pro contraria sententia Salas affert. *dub. octauo numero secundo*, Nau. Emanu. Reb. Salon. & alij quos affert, ac sequitur idem Salas *ibi, n. 1 & 3.*

303 *Licitus est.* Est licitus. Quia non videtur de iure naturæ magis esse illicitum hoc in censu, quam in rebus alijs, quæ licet fructiferæ sint, possunt emi pretio credito, & tamen ex tunc incipiunt emptori fructificare, postquam ei traditæ sunt, vt constat ex §. *venditæ voro res, & traditæ. Institut. de rer. diuis. & leg. Quod vendidi, 19. ff. de contrahen. empt.* Et quidem census antea constitutus emi potest ab aliquo tertio pecunia partim credita, quare non apparet, cur in prima etiam constitutione id fieri non possit. Ita Sotus, Binsfeldius, & alij, quos affert Salas *numero secund.* qui probabilem esse fatetur hanc sententiam, quam Cardinalis de Lugo tenet *tomo secund. de iust. disputatione 27. numer. 80.*

304 *Sententiam hanc probabiliorem esse profiteor.* Et ego probabiliorem esse profiteor. Quia non apparet ratio vlla differentiæ sufficiés, cur de iure naturæ possint res aliæ fructiferæ vendi, ac tradi emptori, eique fructificare, pretio nondum soluto, & census realis non possit, præsertim cum in ipso directe, & primariò non vendantur pensiones, sed vsusfructus saltem partialis rei, vel fundi, in quo census constituitur?

***

DVBIVM LXI.

An ex iure naturæ possit emi census ex mercibus, vel massa argenti pro pretio dato?

305 *Non potest emi.*

EMi non potest. Quia census sola venditione constitui potest, at vbi pecunia non interuenit, non erit venditio, sed permutatio. Sic Felician. quem affert Salas *dub.* 8. *numero* 4.

306 *Emi potest*

Potest emi, quando merces taxantur, & æstimantur. Quia tunc non erit permutatio, sed emptio ex mercium æstimatione. Ita Gaspar. Roderic. *l.* 1. *de reddit. q.* 12. *numer.* 3. Sarmiento *in select. c.* 1. *n.* 39. Anton. Gomez *tr.* 3. *de cens. a.* 3. *n.* 18.

307 *Auctoris resolutio.*

Communem sequor sententiam docentem attento solo iure naturæ id fieri posse, siue merces taxentur, & æstimentur, siue non, vti asserunt Mol. *d.* 390. *n.* 2. Nauar. Ludou. Lopez Salon, & alij multi, quos congerit, ac sequitur Salas *dub.* 8. *numero quinto*. Neque enim census essentialiter alligatur ad contractum propriæ venditionis, sed sicut donationi, legato, ac dote, sic etiam permutatione constitui potest. Quare etiam si merces non æstimentur, aut taxentur, aptæ sunt de se ad acquirendum censum, dummodo iustitiæ in reliquis obseruetur æqualitas.

DVBIVM LXII.

Stante Pij V. Bulla, & cessante fraude validusne est census sine integro pretio numeratæ pecuniæ emptus.

308 *Validus est*

VAlidus est in vtroque foro. Quia lex fundatur in præsumptione fraudis, vnde si probetur omnis fraus defuisse, validus iudicabitur. Sic Salazar *de vsu, & consuet. c.* 6. *n.* 45. Nauar. autem, Boninsignius, Les. & alij, quos affert Salas *dub.* 8. *n.* 10. Megala, Malder. Ioan. de la Cruz, Barthol. à S. Fausto, & alij, quos affert, ac sequitur Diana *to.* 1. *tr. de contr. res.* 44. affirmant, cessante fraude, & iniustitiæ periculo, validum esse talem censum in foro conscientiæ, non in externo foro.

309 *Non est validus.*

Stante Pij V. Bulla id in neutro foro valet, aut licet. Quia id statuit clare Pontifex clausula in illa, qua talem contractum omninò irritat, & nullo modo vult esse validos. Ita Mol. *d.* 390. Salon. Medi. Manuel, Reb. Ant. Gomez, Vega, & alij plures, quos refert, ac sequitur Salas *vbi sup. n.* 11.

310 *Hoc verius mihi.*

Hoc verius esse reor. Nam lex illa est, sicut lex ieiunij, cuius ratio licet in aliquo particulari deficiat non habente ieiunij necessitatem ad carnem refrenandam, manet tamen in communi. Et sicut lex irritans matrimonium clandestinũ, in quo licet in casu particulari cessarent pericula, manet tamen ratio, ac necessitas communis, cui non potuit sufficienter occurri, nisi prohibendo, & irritando in omnibus casibus, & ita intelligenda est Bulla circa census propter similem necessitatem vniuersalem, cui alioquin non poterat sufficienter occurri.

DVBIVM XLIII.

An ex iure naturali possit census emi ex debito venditoris.

PEtrus debet tibi mille aureos, quæritur, an possis eo debito emere ab ipso censũ valentem aureos totidem, computando debitum illud pro pretio soluto, saluo scilicet iure vtroque? 311 *Status quæstionis.*

Non potest emi cẽsus. Quia præterquã quod videtur lædi Pij V. decretum census ordinatur ad subueniendum necessitati debitoris ex pretio accepto, qui finis non obtinetur, si debitum solum præcedens extinguatur. Sic Felician. Palac. Reb. & alij, quos affert Salas *dub.* 8. *n.* 5. 312 *Emi non potest.*

Potest quidem emi. Quia perinde est debiti extinctione emere censũ, ac si pecuniam debitam à debitore accepisses, & iterum dedisses pro censu, & non minus valet debiti extinctio. quam tantundem pecuniæ venditori traditæ, Ita Mol. Salazar. Nauar. Les. Lopez, Vega, Salo. & alij, quos congerit, ac sequitur Salas *ibidem* Lugo *to.* 2. *de iust. d.* 27. *n.* 84. 313. *Potest emi.*

Hoc probabilius mihi. Potest enim hoc modo etiam subueniri necessitati venditoris, qui nisi censũ constitueret ex debito, cogeretur quærere cum graui incommodo pecuniam præsentem ad soluendum debitum contractum, quod ab eo exigitur. Verum loquendo de iure positiuo, & Pij V. Bulla ijdẽ Auctores, qui dicunt, in foro externo, vel saltẽ in foro conscientię licere cẽsum mercibus emptum, idem asserunt de censu empto per debiti extinctionem præcedentis. Atqui hoc negant (vt vidimus) negant etiam in hoc casu ob eandem rationem. Quare mihi sententia negatiua consequenter est amplectenda. 314 *Hanc sententiam probabiliorem quidem amplector.*

DVBIVM LXIV.

An stante Pij V. Bulla, licitum sit emere censum pecunia præsenti numerata, eo tamen pacto, vt venditor statim ex illa pecunia soluat emptori debitum, quod ei antea debebat?

LIcitum est. Quia verè emptor solueret integrum census pretium: pecunia numerata coram notario, & testibus, quod Bulla requirit. Quod vero ea lege soluat, vt inde debitum antiquum ei soluatur, nihil mali, aut fraudis continet. Sic Mol. *d.* 390. *n.* 2. 315 *Licitum esse*

Non est licitum. Quia quarta conditio à Pio requisita est: *Ne vlla pacta indebita, aut conditiones adiungantur, quibus consuarius* 316 *Non est licitum.*

oxtra

extrà naturam contractus obligetur. Pactum autem illud soluendi debitum : est omnino extra naturam contractus censualis : & sæpè obligaretur venditor ad id, ad quod nullatenus tenebatur, nempe ad præferendum, (v.gr.) emptorem aliis creditoribus, eique primo loco soluendum. Aliunde videtur esse contra Pontificis intentionem pactum illud, qui voluit totum pretium venditoris solui, soluere autem in rigore, est, pecuniam dare, & ponere in Dominio, ac potestate recipientis. Qui verò non aliter dat pecuniam venditori, nisi vt ad talem vsum eam expendat, & statim debitum soluat, non ponit illam potestate, & pleno eius dominio, sed cum limitatione, ac ligamine ad vnum solum vsum determinatum. Vnde non videtur cum plenè dominium pecuniæ efficere. Ita Cadin. de Lugo *parte secundâ de iust. d. 27. numer. 90.* Fauet Salas *dub. 19.* asserés quartam illam Pontificis clausulam ita vt refert prima sententia, se habere.

317 *Auctoris placitum.*

Ego quidem existimo, clausulam illam fideliter à Magistro meo Ioanne de Salas (eius venia) referri. Nam Bulla non prohibet in vniuersum omnia pacta, sed illa, quæ obligant ad casus formitos eum, qui alias ex natura contractus non tenetur. Vnde valde in P. Molinæ mentem inclinor. Sed vt etiam sapientissimo doctori, eminentissimo quæ Cardinali simul morem geram Ioann. de Lugo, facilius posset Molinæ sententia locum habere, si non apponeretur tale pactum in ipso censuali contractu, sed antecedenter debitor se obligaret, ad soluendum creditori debitum, si postea idé creditor pecunia præsenti censum ab eo emeret: postea enim si creditor alio contractu seorsim, & omnino inde pendenti pretio præsenti censum ab eo emeret. Postea namque si creditor alio contractu seorsim, & omninò independenti pretio præsenti censum emeret, hoc secundo contractu vere poneres pretium in pleno dominio, & potestate venditoris, quantum ex vi illius contractus : licet ex pacto antecedenti debitor obligatus esset ad soluendū illi præcedens debitum.

DVBIVM LXV.

Iuxtà octauam Bullæ conditionem, quando prædium censui subiectum non perit, sed diuiditur postea inter plures dominos : singuline tenentur, ad pensionem integram, si dominus census ab eis exigat?

318 *Octauam Bullæ clausulam recolo.*

OCtauam Bullæ clausulam præmitto. *Postremo census in futurum creando, vel in totum, vel in parte perempta, aut in fructifera parte effecta, volumus ad ratam perire.* Pereunte itaque in perpetuum fundo cēsito v. gr. perit omninò census. Si verò vno, vel alio anno fructus ex eo non percipiantur, debetur pensio eo etiam anno, seu annis interim, quia sterilitas perpetua non est. Et à fortiori debita pensio integra, etiam si pars prædij, quæ his annis fructificat, non reddat fructus toti pensioni æquiualentes. Quando verò pars prædij facta est in perpetuum infructifera non debeatur pensio integra, etiamsi ex parte permanente fructus habeantur æquiualentes toti pensioni, imo & eam excedentes. Hæc & alia Molina *d. 391. numer. tertio.* Iam requisierim, num quando prædium censui subiectum non perit, sed diuiditur postea inter plures dominos, singuli teneantur ad integram pensionem, si dominus ab eis exigat? an verò solùm ad partem pensionis pro rata partis prædij, quam possident.

319 *Tenētur ad integram pensionem.*

Ad integram tenentur pensionem, potestque creditor à singulis totum censum exigere. Quia conditio creditoris non debet fieri deterior ex hæredum multiplicatione : nec vllus vellet cum tanto grauamine censum emere. Sic Molina *d. 391. numero tertio* Lessius *libro secundo capite 22. numero 89.* Nauarra *de vsur. n. 114.*

320 *Non tenētur.*

Non tenetur ad integram, nec potest creditor à singulis totum censum exigere. Quia si pars quæ ex illo fundo de nouo venit ad Petrum non possit habere fructus sufficientes ad soluendam integram pensionem census, non apparet, quo titulo possit Petrus obligari ad eam integrè soluendam aut quomodo census ille respectu Petri esset realis, vel saltem mixtus, cum res censui subiecta, quæ apud ipsum est, vel nunquam fuit, non sit capax tantæ obligationis : & ex termitis ipsis manifestè apparet absurdum, quod si emas particulam fundi magni, quæ valeat centum aureos, eo ipso assumas tibi obligationem soluendi aureos mille annuos pro pensione census, cui totus erat subiectus. Ita Couarruuias *lib. tertio variarum capite 8. numero septimo.* Manuel, Valaicus, Rebellus quos refert, ac sequitur Salas *dub. vndecim. numer. secund.* Lugo *tom. secund. de iust. d. 27. numer. 106.*

321 *Hoc mihi magis arridet.*

Hæc sententia mihi magis arridet, quam hęredis exemplo confirmabo. Profecto si quis non sit hęres vniuersalis, sed partialis cum aliis cohæredibus, non subit onera, & obligationes defuncti nisi iuxta partem hæreditatis, in qua succedit; nec potest creditor defuncti à singulis hæredibus pro libito totum debitum exigere; qua cum parte hæreditatis non transit tota obligatio defuncti, sed pars illius. Haud aliter, & à fortiori obligatio fundi, quæ non erat tota in singulis partibus, non potest integra transire cum vna sola fundi parte ad eius emptorem, sed solùm partem fundi, quam possidet.

DVBIVM LXVI.

An si res censui subiecta pereat, vel infructuosa perpetuo fiat debitoris culpa creditor possit, & pensiones exigere, quandiu census pretitas ei non restituitur?

322 *Potest quidem*

POtest quidem, census quæ obligatio nullo ex capite perit. Quia licet Pontifex hāc exceptionem non explicuerit, clausula tamen

octaua illa intelligenda videtur solùm de casu, quo absque creditoris culpa res deperit. Sic Medina *summæ capite* 14.§.26. Salas *dub.*11.*in fine,& dub.*33.*num.*8.Molina *d.*394.*numer. tertio* dicit, teneri debitorem ad reddendum pretium census,vel illum in re alia immobili constituendum.

323 *Non potest.* Minime potest, sed census omninò petit. Quia in fauorem debitoris clausula Pontificia benignè est interpretanda. Creditor tamen habebit contra suum debitorem,sicut haberet cõtra alium tertium, qui causam damni dedisset, actionem doli quoad pretium census, totumq; interesse lucri cessantis,vel damni emergentis. Ita Nauar.& Rodriguez quos refert,ac sequitur Rebellus *p.secund.de oblig.iust.lib.*10. *qu.*6. *num.*17.

324 *Distinctione vtor.* Ego autem cum Cardin.de Lugo distinctione vtor.Nam si census erat irredimibilis,crediderim debitorem teneri vel censum in re alia cõmoda collocare, vel pensiones soluere,donec creditor habeat, in quo possit restitutum sibi pretium constituere, vt Salas affirmat. Quia debet resarcire damnum totum, quod sua ex culpa creditori consequitur. At si census redimibilis erat,satisfaciet debitori restituendo pretium census.Quia iure suo vtitur, cum etiam extante fundo censito potuisset,pretio reddito, censum extinguere. Quamdiu tamen censum non reddit ad soluendas pẽsiones tenebitur,quia alioquin sua culpa causa fuisset,ne pensiones haberet toto illo tempore, provt habere debuisset, quandiu pretium non recipit. Monuerim tamen debere, esse grauem culpam ex parte debitoris,sine qua tam grauis obligario oriri non potest.

DVBIVM LXVII.

An illicitum sit de iure naturæ pactum, quod elapso decennio verbi gratia,census redimi vlterius non possit,vel quod non possit, nisi post decennium?

325 *Nona Bullæ conditio.* VErba Bullæ expendo nonam conditionem statuentia. *Volumus, census omnes posse pro eodem pretio extingui, non obstante longissimi etiam temporis, & immemoriabilis, imo & centum & plurium annorum præscriptione, &c. Cum vero traditione pretij reditus extinguendus erit, volumus,per bimestre ante eam denunciari ei, cui pretium dandum erit,&c.*In primis requiro,an secluſa Bulla, etiam de iure naturæ sit illicitum pactum quòd elapso decennio census redimi, vlterius non possit,vel quod non possit, nisi post decennium?

326 *Est illicitum.* Illicitum est.Quia pactum illud valde est onerosum venditori. Ideò in multis prætoriis pronunciatũ fuit,vt tales conditiones pro non appositis habeantur. Sic Couarruuias,Molinæus Anton. Gomez, & alij apud Salas *dubio* 12. *numer.*2.

327 Est licitum. Quia de iure naturæ licitus est census omninò irredimibilis;ergò à fortiori licitus erit cum aliqua irredimibilitate limitata quoad tempus,cum hęc minus auferat debitori facultatem redimendi.Et quia in emptione domus licita est talis irredimibilitas limitata,vt ex *cap.* 25.*Leuit.* patet ergò & in emptione census Ita Conrad.Medin.& Sotus,quos affert,ac sequitur Molina *d.*391.*numer sexto* Lessius *libro secundo capite* 22.*dub.*9.Gabriel,Palacius, Aragon. & alij, quos sequitur Salas *citat.num. secund.*Lugo *tom. secund.de iustit.disputat.*27. *num.*111. *Licitum est*

328 *Resolutio Auctoris.* Hæc sententia communis,& vera est, si tamen pretij augmento iuste eiusmodi onera cõpensentur, quo enim plus habent census de irredimibilitate, eo plus valet, & ideò fortasse pacta illa à Iudicibus reprobata fuere,quia census communi pretio empti fuerãt, quo alij cẽsus simpliciter redimibiles.Itaque pactum illud licet onerosum sit venditori, potest tamen addito pretio compensari, si ergo æquale pretium detur, nulla aderit iniustitia.

DVBIVM LXVIII.

An verbis Bullæ Pij V. prohibiti sunt in posterum census omnes de nouo creandi, qui sint omninò irredimibiles?

329 *Non sunt prohibiti.* NOn sunt prohibiti. Quia Pontifex solùm agit de censu redimibili,in quo erat maius periculum, & species maior vsuræ, cũ post solutas pensiones redderetur integrum pretium redimenti, pensionibus in sortem non computatis.In censu autem irredimibili nullum erat tale periculum, nec de illius iustitia vnquam fuerat dubitatum, nec Pontifex posset potestate spirituali illum contractum toti orbi prohibere, in quo nullum animarum inuenitur periculum. Sic Nauar. *de vsur. numero* 98. Molina *d.*391.*numer.*9.Lessius *lib secund. capit.*22.*dub.*12.*numer.*92.Salas *dub. duodecim. num.* 4.

330 *Sunt prohibiti.* Prohibiti sunt. Quia Pontifex agit vniuersaliter de omnibus censibus in posterum creandis, & hos omnes dicit tales esse debere, vt possint semper à venditore eodem pretio,non obstante quolibet pacto, quo sibi eiusmodi facultatẽ auferat.Cum ergò in censu irredimimibili ad sit pactũ expressũ,quo eiusmodi facultas redimẽdi directè auferatur,consequens est,vt tale pactum prædicta clausula omnino sit prohibitum. Ita Bonac.*d.*3.*de contr.q.*4.*pun.vnic. n.*14.citans Azor.*part.*3.*lib.*10.*cap.*27.*quæst.* 1. & P. Salas *dub.*12. *num.* 3. Neuter tamen hanc docet sententiam,nam Salas potius tenet contrariam, vt vidimus Azor. vero,relata vna & altera sententia, dubius manet,& nihil resoluit. Vigl.*de censibus parte secund. numer.* 37.55.& 153.& miratur, Nauarrum oppositum docuisse contra expressa Pontificis verba.

Ego autem licet propter tot Doctorum authoritatem nõ audeam damnare eum,qui priorem

rem sententiam in praxi amplecti, sicut nec Rebellus audet; attentis autem verbis Bullæ non nisi videtur sine volentia posse negari, quod eiusmodi census ibi prohibeantur.

DVBIVM LXIX.

An attento iure Pontificio possit venditor, obligari, ad non redimendum censum per partes?

332 *Non potest obligari.* OBligari ad id non potest. Quia de iure naturali quod venditor eiusmodi facultatem habeat; quod intelligendum est, dum reddit partem notabilem v.gr. dimidium, vel tertiam, aut quartam. Sic Alciat. & alij, quos affert Salas *dub. 56. num prim.* Quod autem aliqui intelligunt, quando venditor est pauper, qui non potest totam pecuniam simul comparare.

333 *Obligari potest.* Potest venditor ad id obligari. Quia in tota Pij V. Bulla nusquam apposita est talis conditio censui, vt non possit per partes redimi, sed tantum quod eodem pretio redimi valeat. Quare licet Martin. V. & Calixtus III. eius conditionis meminerint esse necessariam; sed solùm approbarunt census, de quibus fuerant consulti, & in quibus hæc etiam conditio interuenire narrabantur. Nec Pius V. qui alias plures conditiones retinuit, & alias de nouo addidit, huius conditionis meminit; quare videtur de industria noluisse ad eam obligare. Ita Nauar. *comment. de vsur. num. 78.* Molin. *d. 391.* citans Sotum, Vegam, Bañes, Gutierrez, Angles, quos refert, ac sequitur Salas, *vbi suprà numer. secundo & tertio.* Lessius *lib secund. capite 22. numero 93.* Sà *verſ. census, numer. tertio.*

334 *Hoc mihi omninò verum.* Hæc sententia mihi omninò vera videtur. Quia nec de iure naturali nec de positiuo talis facultas venditori concessa videtur. Poterit ergò emptor obligare ad acceptandam redemptionem etiam per partes.

DVBIVM LXX.

Creditori denuncians debitor census extinctionem, tenetúne, eum non extinguere, nisi elapso bimestri?

335 *Non tenetur non extinguere, nisi elapso bimestri* NOn tenetur non extinguere nisi bimestri elapso, sed potest quando voluerit intra bimestre soluere, & cogere creditorem ad censum extinguendum. Quia duo illi menses ad hoc solùm conceduntur, vt intra ipsos possit debitor soluere: extra illos verò vsque ad anni finem possit cogi à creditore ad soluendum etiam inuitus. Quod colligitur ex verbis illis: *& vbi pretium neque volens intra bimestre soluat, neque ab initio intra annum exigatur.* Quibus significatur debitoris libertas ad soluendum intra bimestre. Sic Molina *d. 391. num. 12.*

Tenetur non extinguere, nisi bimestri elapso, nec potest pro libito intra bimestre soluere sed potest cogi debitor à creditore, vt post denunciationem per duos menses perseueret in censu. Quia dantur illi duo menses, vt emptor possit sibi prouidere, & quærere alium censum vel rem fructiferam pecunia illa emendam. Qui census potest colligi, quia si debitor posset libere soluere die sequenti, non teneretur per bimestre ante redemptionem denunciare, cum die præcedenti id facere quiret; quod tamen constat esse contra Bullæ præscriptionem. Ita P. Salas *dub. 11. num. 5.* Lugo *tom. secund. de iust. d. 27. num. 120.* 336 *Tenetur planè.*

Idem assero, iudicans minime obstare verba *vbi pretium neque volens debitor intra bimestre soluat*: ex quibus colligebat P. Molina, posse debitorē qualibet die bimestris pretium reddere. Nam ex contextu colligitur ea intelligenda de fine bimestris, cum velit Pontifex, denunciationem geri per bimestre ante solutionem quod non posset fieri, si posset debitor die sequenti post denunciationem census extinguere. 337 *Idem assero*

DVBIVM LXXI.

Censuales contractus, qui post Bullam Pij V. sub alia forma celebrantur, sunne re ipsa vsurarij?

REcolo duodecimam Bullæ conditionem. *Contractus sub alia forma post hac celebrãdos fœneratitios indicamus.* Circa hæc verba quæsierim, an censuales contractus, qui post hanc Bullã sub alia forma celebrantur sint re ipsa fœneratitij, an solum quoad fori externi præsumptionem? 338 *Duodecima Bullæ conditio.*

Solum sunt vsurarij quoad præsumptionem fori externi, non tamen re ipsa. Quia non potest esse vsura, vbi non est contra iustitiam inæqualitas, quamuis autem debitum aliquod, v.gr. cõuertatur in censum, vel aliquod pactum alioquin iustum intercedat, nulla fit inæqualitas cõtra iustitiam. Ergo nec potest esse vsura. Sic Lessius *libro secundo capite 22. dub. 12. n. 97.* 339 *Sunt vsurarij quoad præsumptionem solum.*

Non sunt solùm quo ad præsumptionem si contractus vsurarij in foro externo, sed re ipsa vnde perinde puniuntur, ac vere vsurarij. Quia sicut est duplex simonia altera contra ius naturę altera cõtra ius solùm positiuum incurrendi pœnas simoniacis impositas; sic etiam post hanc Bullam est duplex vsura distinguenda, vna ex natura rei, & contra ius naturæ, altera iuris positiui, vera quidem ad incurrendum vsuratiorũ pœnas. Ita Molina *dub. 12. nu. 6. & 7.* 340 *Non sunt solũ quoad præsumptionem.*

Primam eligo sententiam. Exemplum enim duplicis simonię ad rẽ nõ videtur, quia in simonia iuris positiui interuenit irreligiositas contra reuerentiam re Sacræ lege positiua præceptam, & ideo potest iam esse ibi malitia veræ simoniæ contra religionem. Vsura vero non potest induci solùm ex lege positiua, cum non fiat vlla inęqualitas contra ius proximi, quę necessario requiritur ad omnem iniustitiam. 341 *Primam sententiam eligo.*

DVBIVM

DVBIVM LXXII.

Deficiente aliqua ex conditionibus à Pontifice assignatis, redditur ne totus contractus irritus, ac prohibitus?

342 *Non redditur totus irritus.*

NOn redditur irritus, totus contractus, sed solum quoad defectum vel additione talis conditionis. Quia, dummodo pactum aliquod contra bullæ dispositionem et adiunctum ad petitionem emptoris exequutioni non est mandatum, non videtur Pontifex voluisse totum contractū annullare, sed id locum, quod est contra Bullam, corruere. Sic Gutier. *in pract. l. 2. q. 176.*

343 *Totus redditur irritus.*

Totus contractus redditur irritus quoad substantiam. Quia id sonant verba Bullæ, Contractus sub alia forma celebrādos fœneratitios *indicamus*. Vbi de contractu ipso secundum substantiam est sermo. Ita Molina. *d. 392.* Salas *dub. 12.* Card. de Lugo *to. 2. de iust. d. 27. n. 125.* Melius hi, quos sector.

344 *Hoc affir. mo.*

Distinctio enim Gutierrez non videtur habere fundamentum; parum enim refert ad propositum, quod pactum mandatum sit, vel non sit exquutioni.

conditio, si pactum sit de reddendis totidem ducatis æqualis perfectionis, & sigilli, quàm si sit de reddenda eorum futura æstimatione. Quamuis non abnego, posse etiam stante Bulla, pactum fieri de reddendis 6000. libris, eo quod mille ducati, qui nunc dantur, singuli nunc sex libris æquivalent. Ita Card. de Lugo *tom. secund. de Iust. d. 27. numer. 137.*

347 *Hanc sententiam veriorem esse indico.*

Hanc sententiam veriorem esse reor, adiiciés pactum illud etiam esse licitum de iure naturæ si æquale sit periculum decrementi, & incrementi futuri valoris, & æstimationis in tali monetæ specie, vel si fortè maior sit spes, quod eius æstimatio crescere debeat in futurum, emptor ascendat in pretio quanti spes illa æstimabitur, & grauamen illud, quod venditori apponitur. Lessius *libro secundo capite 22. dub. 8.* Salas *dub. 24.* Qui bene aduertunt, licitum esse pactum illud, tiam pretio non aucto, si emptor statuerat pecuniā in illud tempus asseruare, quo eius æstimatio erat augenda; quia ratione damni emergentis, vel lucri cessantis poterat pretio communi censum emere.

CAPVT X.

Circa Cambia.

DVBIVM LXXIV.

An licitè apponi possit in census redemptione pactum, vt venditor non solum idem pretium, sed eandem monetam in specie reddat?

345 *Non potest licitè apponi.*

MInimè potest tale pactum apponi. Quia illicitum id reddit graue onus, quod ex eo venditori apponitur, cuius commodo vult etiam Pontifex prouidere. Ideóque salua Pontificia Bulla hoc fieri non potest. Si multi Doctores, quos presso no. nine memorat Card. de Lugo *to. 2. de iust. d. 27. n. 135.*

346 *Potest quidem.*

Potest quidem. Quia nullatenus id in Bulla est prohibitum. Solum enim statuitur, quod venditor retineat semper facultatem censum redimendi eodem pretio, quo vendiderat. Identitas autem pretij dupliciter potest considerari, nempe vel eodem pretio formaliter quoad æstimationem, ita vt si census emptus fuit mille ducatis, quorum singuli æstimabantur tunc sex libris, reddi debeant tot ducati, quot posteà sufficiant ad tot librarum æstimationem, quæ antea mille ducatis correspondebant. Vel potest considerari identitas pretij quoad valorem intrinsecum, itavt debeant reddi totidem mille ducati eiusdem bonitatis quoad pondus, & perfectionem argenti, & quoad sigillum: & hoc secundo modo magis seruatur identitas pretij accepti, & redditi; quia ille alius valor respectiuus est magis extrinsecus, & accidentalis desumptus ex variis extrinsecis circumstantiis. Quare magis videtur seruari Bullæ

DVBIVM LXXIV.

An licet Cambium contractus sit innominatus sit in eo, pœnitentæ locus tametsi ex vtraque parte completus non sit?

348 *Statuquasitionis.*

VPPONO, cambium contractum esse innominatum *Do vt des*: das enim pecuniam, vt pecuniam accipias. Molina *tract. secund. d. 396.* Rebellus *tom. secund. de iust. lib. 11. quæst. prim.* & colligitur ex *leg. ex placito. Codic. de rer. permutat.* & *leg. 1. ff. eodem.* Quæsierim autem, num in hoc contractu innominato sit locus pœnitentiæ, tametsi non sit completus?

349 *Locus est pœnitentia.*

Ex eo quod cambium contractus innominatus sit, & perfici non possit quousque ex vtraque parte pecunia tradatur, quilibet ex contrahentibus potest pœnitere, quousque ex sua parte pecuniam tradat. Quia si contractus nondum est perfectus nunquàm non locum obtinet pœnitudo ad restituendum. Sic Nauar *ad caput Nauiganti, de vsur. numero 9.* Additque neque dominium acceptæ pecuniæ posse quem accipere, quousque ex sua parte pecuniam promissam tradat.

350 *Non est pœnitentia locus.*

Minimè ex eo pœnitere potest, quia esto in foro externo ob vitandas lites non admittatur actio in contractibus innominatis quousque ex vtraque parte perficiantur: attamen in foro conscientiæ nulli dubium esse potest obligationem esse accipienti pecuniam perficiendi contractum, & promissis standi. Ita Rebellus citat. *num. 10.*

num. 10. Salas *de camb. du. 1.* Palao *de iust. commut. d. 7. pun. 1. n. 1.*

351 *Cum his opinor.*

Cum his opinor. Nam verum non est, dominium pecuniæ acceptæ esse in pendenti, quousque altera pecunia tradatur, cum vsu comprobatum sit, posse vt propriam statim expendi. Et colligitur ex *leg precibus. Cod de rer. permut.* Ab illa namque generali regula, *Traditione dominum comparari*, tantum excipitur venditionis contractus §. *vendita, inst. de rer. diuis.* in quo res vendita emptori non acquiritur, quousque pretium soluat, vel pro soluto acceptetur.

DVBIVM LXV.

Occasione officij cambiandi propria authoritate suscepti potestne quis, vltrà pecuniæ valorem aliquid accipere?

352 *Nimirum supponо.*

Svppono, ratione officij cambiandi à Principe, seu Republica iniuncti posse campsorem aliquod lucrum vltra valorem, quem, habet pecunia à lege, exigere ab eo, in cuius gratiam fit permutatio, nisi à Republica salarium ob hanc causam sit statutum. Quia hoc officium nimium est onerosum, cum vi illius obligationem habeat campsor, paratam pecuniam petentibus exponere, ministros ad illius custodiam, & numerationem conducere, &c. Requiro autem, num occasione huiusce officij propria authoritate suscepti possit campsor aliquid exigere, & an id exigens ad restitutionem teneatur.

353 *Non potest & est restitutioni obnoxius.*

Non potest, & si exigat obnoxius est restitutioni. Quia *leg. prim. titul. 18. l. 5. nouæ collect.* cautum est, ne vllus campsoris munus suscipiat in curia, nisi à Principe deputetur: & in aliis ciuitatibus extra curiam assignetur à iudicibus, & decurionibus. Sic Caiet. *tr. de camb. cap. prim. 5. & 7.* Cui consonant citra Regna Castellæ Sotus *lib. 6. de inst. q. 9. articul. vni. concl. 3.* Manu. *parte secund. summæ c. 103. concl. 5.* Rebellus *parte secund. de inst. lib. 11 q. 4. numer. septim. quæst. 178.*

354 *Potest sine restitutione obligationis.*

Potest plane sine restituendi obligatione, quia expositum esse cambio concedendo in gratiã petentium, si hoc minus sponte suscipiatur, mercede est dignum. Ita reliqui omnes Doctores præter Caietanum, Nauarro teste *sum. capite 17. numer. 388.* Conar. *de collat. mi miss. capite 7. numer. 4.* Sylvest. *verb. vsura, 4. quæst. 7. dicto 3.* Valent. *2. 2. d. 5. quæst. 23. punct. 4.* Molina *d. 399.* Sà *v. cambium, numero quart.* Salas *de camb. dub. 3. n. secund.* Dummodo tamen lege aliqua positiua id expresse non prohibeatur.

355 *Hoc mihi verius.*

Cum his probabilius opinor, asserens iure nostro Regio minime id prohibitum esse; nam lex citata non prohibet campsoris munus priuatim suscipi: quin potius expresse hoc munus omnibus est concessum: si quidem dicitur: *Que sea libre, y franco* Item *que todos cambien, y puedan cambiar sin pœna, ni calumnia alguna.* Tantum enim prohibetur campsoris publici munus propria suscepti authoritate. Addo, licet lex illa vim haberet prohibendi omnibus priuandi cambij vsum: attamen si de facto eo vteretur, restitutioni obnoxios non esse. Et quidem comparatione Reipublicæ nullam obligationem restituendi habere possunt, cum nullum ei damnum intulerint. Neque item comparatione eius, in cuius gratiam cambium est institutum, cum ab eo non sit plus acceptum, quam quod campsorum iudicio pecunia in ea permutatione æstimatur. Ergo nulla est restituendi obligatio, cũ nullus sit cui restitui iodeo debeatur. Lessi. *lib secund. c. 23 d. secund. numero 17.* Layman. *lib. 3. sect. quint. tr. 4. capite. 19 num. 3.* Salas *de camb. dub. quint.* Rebellus *parte secund. de instit. lib. 11. q. 4.*

DVBIVM LXXVI.

Ob commoditatem, quam pecunia aurea, aut argentea præ ærea obtinet, potestne aliquid præter valorem à lege taxatum campsor exigere?

Sclusis rationibus ex officio cambiandi & ex damno emergente, vel lucro cessantibus ob commoditatem, quam plerumque habet pecunia aurea præ argentea, aut argentea præ ærea, non potest campsor commutans pecuniam auream pro ærea vltra valorem à lege taxatũ aliquid aliud exigere, quia Princeps cum pretium monetæ taxauit, omnes commoditates cuiuscumque monetæ spectauit, nempè monetam auream securiorem esse, alportatu faciliorem, & ad plures vitæ humanæ vsus deseruire. Ergo ob commoditates vnius pecuniæ pertium taxatum non licebit præterire. Sic Ioan. Medina, *Cod de rest. q. 2. de camb.* Valent. *2. 2. d. 5. q. 23. pun. 2.* Nec dissentit Molina attente recognitus, *d. 341.*

356 *Non potest aliquid exigere.*

357 *Exigere potest.*

Potest in commutatione grandioris monetæ cum minutiori campsor aliquid vltra pretium taxatum recipere, ratione commoditatis. Quia licet quælibet moneta suas speciales commoditates habeat, (nam viliori facilius res quotidiano vsui comparantur) at negari non potest monetam auream commodiorem esse & vtiliorem, cum non solum in proprio Regno, sed extra magni æstimetur, & pluribus vitæ humanæ vsibus sit aptior. Ergo inspecto communi hominum iudicio pluris æstimatur. Ergo hanc æstimationem poterit campsor vendere, cum gratis tibi commodiorem pecuniam pro minus vtili concedere non teneatur. Ita Sotus *lib. sexto de inst. q. 9. articulo vnic.* Caiet. *tr. de camb. c. 6.* Sylvest. *v. vsura 4. quæst. 2* Nauar. *summæ capit. 17. numer. 287. & 288.* Lessius *libro secundo capit. 23. dubio secundo* Rebellus *p. 2. de iust. libro 11. quæstio. quinta* Sà *vers. cambium, num. secundo & tertio* Salas *de cam. dub. 3. numer. 9.* Layman. *lib. tertio sectio. quinta tract. 4. c. 19. num. 4.*

358 *Verius hoc mihi.*

Hoc verius esse duco existimans non obstare, Regem in constituendo monetarum valore spectasse cuiusque monetæ vtilitates: id enim solum probat, in mercibus ti emendis, & solutionibus debitorũ faciendis tanti æstimandam esse mone-

monetam argenieam, ſicut aureã, vel æreã, cũ earum æſtimatio in ordine ad præfatũ finem ſolũ ex lege pendeat, non tamen probat, ipſam monetam auream in ſe comparatione alterius non eſſe pluris æſtimandam. Vnde modius tritici decem & octo dachmis vendendus, potes emere moneta aurea, argentea & ærea: neque ex eo quod ematur ęrea pretum augeredebes, neque ex eo quod aurea emeris, diminuere; quia comparatione rerum venalium pretium ac valor legis eſt ſpectandus. Leſſius. *citat. dub.* 8. Salas *dub.* 3. & 4.

DVBIVM LXXVII.

An ſit iuſtus titulus, vt campſor lucrum comparere valeat, ſi ipſe prius det pecunias alicui, vt alibi recipiat?

359 *Nullus iuſtus adeſt titulus, ſi*

NVllus iuſtus ad id adeſt titulus. Quia neque hic interuenit titulus virtualis traiectione, ante receptam enim pecuniam non eſt traiectioni locus, & cãpſarius cẽſetur campſori pecuniam traiicere, non è contra. Neque interuenit titulus maioris æſtimationis. Nam eſto pecunia præſens maiores cõmoditates regulariter habeat, quam abſens, id tamen vniuerſe verum non eſt cum ſæpe merbatoribus pecunia abſens vtilior ſit; illa enim pecunia Valliſoleto v.gr. data, & Matrito accepta merces vilius emunt, quos alibi earius vendant, à qua negotiatione lucroſa cogerentur abſtinere, niſi pecuniam alibi paratam haberent. Sic D. Antonin *part.* 8. *cap.* 3. Sarmiento *lib.* 7. *ſelect. cap.* 2. *n.* 7 & 8. & alij.

360 *Iuſtus titulus adeſt.*

Adeſt ad id titulus iuſtus. Quia ineſt titulus virtualis traiectioni, cui non obſtat pecuniam prius à campſore concedi. Nam licet ad formalem & realem traiectionem opus ſit, pecuniam prius campſarij eſſe receptam; ſecus ad traiectionem virtualem, & eminentem, quæ in eo conſiſtit, vt beneficio campſarij abſens præſens virtute cenſeatur. Ità Caiet. *tr. de cambio cap.* 8. Sotus *lib.* 6. *de iuſt. q.* 10. *a.* 1. Naua. *ad c. fin. de vſur. numer.* 25. & *ſum. cap.* 17. *n.* 289. 290. & 294. Ioan. Medin. *de camb. q.* 4. & 5. Bannes 2. 2. *vbi de camb. dub.* 5. *art. vlt.* Valent. *ibi, d.* 5. *q.* 23. *pun.* 4. Tolet. *l.* 5. *cap.* 55. Sà *verb. Cambium, num.* 3 & 4. Molina *d.* 404. Leſſius *lib. ſecund. cap.* 23. *dub.* 4. Salas *de camp. dub.* 9. *n.* 2. Laym. *p.* 3. *ſect.* 5. *tr.* 4. *cap.* 19. *n.* 9.

361 *Hoc ferè mihi certũ.*

Hoc mihi fere certum alium iuſtum titulũ adiiciente ſcilicet, maiorem æſtimationem, quam habet pecunia præſens, præ abſente. Negari enim non poteſt præſentẽ pecuniã regulariter commodiorem ac vtiliorem eſſe, minoribuſque periculis expoſitam. Et licet aliquãdo mercatoribus commodior ſit pecunia abſens, quam præſens, id per accidens eſt, & eorum forunæ aut induſtriæ eſt tribuendum.

DVBIVM. LXXVIII.

An cambia cum lucro intrà idem Regnum poſſint, inſtitui?

362 *Non poſſũt inſtitui.*

INſtitui non poſſunt. Quia titulus honeſtandi auctarij receptionem in cambiis eſt virtualis traiectio pecuniæ periculoſa, & difficilis; at intra idem Regnum hæc difficultas, at pericula ceſſant; Ergo ceſſat titulus, quo honeſtari auctarium in cambio poſſit. Sic Matienzo *ad leg.* 8. *gloſ.* 1. *titulo* 18 *lib.* 5. *nouæ collect.* Sotus *l.* 6. *de iuſt. qu.* 10. *a.* 1. & *q.* 13. *a.* 1. Gaſpar Roderic. *de reditib. q.* 5. *numer.* 17.

363 *Inſtitui poſſunt, ſeclusa lege poſitiua.*

Secluſa lege poſitiua, poſſunt cambij cum lucro intra idem Regnum inſtitui. Quia licet plerumque maiores difficultates ac pericula intercedant in traiectione pecuniæ ex vno Regno in aliud; attamen negari nequit, aliquas difficultates & pericula intervenire in traiectione pecuniæ ex vna in aliam prouinciam, ac ex vna in aliam ciuitatem. Ergò eſt ſufficiens titulus auctarium honeſtandi, tametſi moderatum iuxta loci diſtantiam, & pericula, ac difficultates, quæ in traiectione reali intercedere poſſent. Ita Nauar. *ſumm. cap.* 17. *numer.* 290. Molina *d.* 405. Toletus *lib. quin. cap.* 54. Sà *v. Cambium, num.* 6. Leſſius *lib. ſecund. capit* 23. *dub.* 4. *numer* 32. Rebellus *parte* 2. *de iuſt. lib.* 11. *q.* 6. *num.* 14. Salas *de camb. dub.* 10. Palao *de iuſt. commut d.* 7. *punct.* 6. *num.* 2. & alij.

364 *Longe hoc probabilius.*

Longe hoc probabilius dixi autem *ſecluſa l. poſitiua.* Nam *lege* 8. *titulo octauo titulo* 18. *lib. quint. nouæ collect.* dicitur *Mandamos, que no puedandar a cambio maravedis algunos por ninguna intereſſe de vn lugar de eſtos Reynos para otro alguno dellos: ni de vna ferta a otra de las que ſe hazen en eſtos nueſtros Reynos, ſopena, &c.* Verùm Molina, Salas, & Nauar. citati exiſtimant, hanc legem ſolum procedere, cũ campſor prius recipit pecuniam, poſtmodum cum incremento ſuſcipiendam ſicut indicant illa verba, *No puedandar a cambio maravedis algunos, &c.* quia in hac cambij conceſſione videtur vſura palliari. Non autem prohiberi cambium, quo campſor pecuniam recepit poſtmodum minorem ſoluendam.

DVBIVM LXXIX.

Vltra titulum officij cambiandi, & damni emergentis, ac lucri ceſſantis, atque virtualem monetæ traiectionem, titulusne iuſtus eſt, ad aliquid amplius recipiendum vberiorũ lucri, maior pecuniæ æſtimatio.

365 *Eſt iuſtus titulus.*

ESt quidem iuſtus titulus. Quia ſi campſor Valliſoleti pecuniam recipiat in Flandria reddendam, vbi maior illius eſt æſtimatio, amplius reddit in Flandria, quam Valli-

Vallisoleti accipit: ergo hoc ex titulo potest lucrum recipere. Sic Lessius *libro secund. capite 23, dub. 4. num. 37.* Mol. *d. 406. & 410.* Salas *de camb dub. 12.*

366 *Iustus titulus non est.* Titulus iustus non est. Quia si campsor tuam pecuniam Vallisoleti receptam transmitteret Flandriam, eo ipso pluris inibi æstimaretur: Ergo ea maior æstimatio transmissioni est annexa. Ergo campsor lucrum recipiens ob transmissionem, nequit alium lucrum pro maiori monetæ æstimatione recipere. Ita Sotus *l. 6. de iust. q. 12. a. 2.*

367 *Primam sententiam reor verior esse.* Primam sententiam longe reor esse veriorem. Nam traiectio, quę in cambio intercedit, non est realis, & physica, sed moralis, & æquivalens, quatenus obligatur recipiens tantundē ex suis bonis alibi restituere. Cum autem pecunia eo in loco, vbi est restituenda, maiorem contineat valorem, consequens est, sic obligatum ob eam causam posse secluso traiectionis titulo, compensationem petere. Manifeste id probo, si enim pecuniæ vtrobique eundem haberent valorem, posset campsor titulo traiectionis lucrum exigere. Ergo addita traiectioni maiore pecuniæ soluendæ æstimatione iuste poterit ob hanc causam maius lucrum accipere.

DVBIVM LXXX.

An possit lucrum augeri à campsore, ex eo quod in loco vbi reddenda est, quæ hic accipitur, pecunia, sit rarior, pauciores ve sint, qui ad cambium concedunt?

368 *Quæstionis status.* GRauior est dubitatio, cum maior pecuniæ æstimatio, (de qua Dub. proximo) ex alijs capitibus extrinsecis procedit, & non ex lege, nimirum quia pecunia eo in loco, vbi à campsore datur, rarior est, ac pauciores sunt, qui hic ad cambium concedant, num possit à campsore lucrum augere?

369 *Non potest augeri cambium.* Non potest augere lucrum ob pecuniæ raritatem. Quia pecunia illa est eiusdem legalis æstimationis; alias liceret acceptis mutuo centum minus reddere, si tempore solutionis raritas pecuniæ contingat. Sic Medina *de cam. q. 4. §. illud tamen.*

370 *Potest augeri.* Potest cambium ex hoc capite augeri. Quia licet pecunia cum adest illius copia tanti æstimetur legali æstimatione quanti æstimatur, cum est illius penuria, attamen absolute minoris æstimationis est, maiorque illius copia exhibetur in rerum venalium emptione, sed cambij pretium augetur ex eo, quod res cambianda maioris est æstimationis: Ergo ex hoc capite augeri pretium cambij poterit. Ita Sotus *l. 6. de iust. q. 10. a. 3.* Nauar. *ad c. fin. de vsur. n. 51.* Rebel. *p. 2. de iust. l. 10. q. 8. n. 9.* Tolet. *l. 5. c. 53.* Palao *de iust. commut. d. 7. pun. 7. n. 3.* Salas *de cens. dub. 35.*

371 *Cum his opinor.* Cum his opinor. Et quidem quod eandem pecuniæ quantitatem soluere debeas, (cum mutuum accepisti) siue pecuniæ copia, siue penuria sit, prouenit ex eo, quod in mutuo pecuniæ tantum spectatur illius valor, in ratione pecuniæ. Idem dixerim, cum campsores sunt pauci, & multi ad cambium petentes. Nam sicut ex multitudine emptorum, & vendentium paucitate mercium pretium augetur, sic ex multitudine petentium cambium, & paucitate exhibentium illud augeri debet.

DVBIVM LXXXI.

Licitumne est cambium cum lucro concessum ei, qui etsi verè nullam pecuniam habeat in loco solutioni destinato, ignoranter tamen existimat eam habere?

372 *Nonnulla præmitto.* SI certo scias; eum, cui pecuniam ad cambium concedis, nullam pecuniam habiturum neque per se, neque per alium etiam ad cambium tumptam, qua possit solutionem in loco destinato præstare, nullatenus posses auctariū vllum recipere, quia nullum ibi cambiū intercedere potest, cum nulla sit pecunia campsarij, qua cum tuam permutes. Attamen quæstioni committo, an possit quis lucrum id accipere, cum bona fide processit?

373 *Non potest.* Minime potest. Quia cambium esse non potest, vbi non est pecunia permutandæ: ergo neq; lucrum cambij. Sic Petr. de Ledes. *p. 2. sum. tr. 8. de camb concl. 5.* Vega *sum. v. Cambium, casu 22.* Salas *tr. de camb dub. 15.*

374 *Potest quidem.* potest quidem. Quia licet ille contractus nullus fuerit, obligatur tamen sic contrahens non tam ex vi contractus, quam ex vi deceptionis compensare decepto quantum sua intererat, contractum verum esse, alias non videtur, iniuriæ satisfacere. Ita Mol. *d. 404.* Les. *l. 2. cap. 23. dub. 7. n. 69.* Palao *de iust. d. 7. pun. 8. n. 2.*

375 *Primam sententiam eligo.* Primam sententiam eligo. Quia lucrum illud non debetur ex contractu, cum nullus fuerit, tùm ex pecuniæ defectu, tum ex defectu voluntatis campsarij se obligandi. At ex alio capite deberi non potest. Superest ergò, vt solum debeatur illi damni emergentis, aut lucri cessantis compensatio, si quod ex datione pecuniæ proueniat.

DVBIVM LXXXII.

Licitumne est cambium, cum pro campsario respondet campsoris procurator?

376 *Non est licitum.* NOn est licitum. Quia cambij contractus inuoluit vnius pecuniæ pro alia commutationem. At si procurator campsoris pro campsario respondeat, non reperiuntur diuersæ pecuniæ commutatę, cum ille procurator non satisfaciat campsori per pecuniam campsarij, sed per campsoris pecuniam. Sic Sot. *l. 6. de iust. q. 10. a. 1.* Mercado *l. 4. de contr. c. 7.* Gasp. Roderic. *l. 3. de reddit. q. 5. n. 17.* Mol. *tr. 2. d. 404.* Comitol. *l. 3. qu. 15. & 16.* Palat. *l. 13. de contr. c. 3.* Reb. *p. 2. de iust. l. 11. q. 6. concl. 3. n. 10.*

377 *Licitum est.* Licitum est. Quia ad cambium non est opus propriam habere pecuniam actu, cum pecunia cambienda accipitur, sed satis est, si eam

campsarius habeat in spe, moraliterque certus sit, eam acceptrum vel donatione, vel mutuo, vel cambio, sed perinde est eam pecuniam recipere à procuratore campsoris, ac ab alio tertio: Ergo campsarius sciens procuratorem campsoris sibi accommodaturum pecuniam, vt campsori satisfaciat, optimè cambium cum campsore poterit instituere. Ita Sylvest. *verb. Vsura 4. quæstione 9. dicto 6.* Nauarr. *summa capit. 17. numero 289.* Sà *verb. Cambium, numero octauo*, testaturque à Pio V. approbatum esse in Bulla data ad Bononienses, quod nullatenus faceret Pontifex, si iure naturali inspecto iniquitatem contineret. Salon *quæstion. quart. de camb. articulo secundo controu. 11. & 12.* Lessius *l. 2. c. 23. dub. 7.* Salas *de camb. dub. 17. n. 4.*

378 *Secundam sententiam ego.* Ex hisce sententijs admodum probabilibus secundam mihi eligo credens Salonio asserenti, Congregationē Cardinalium declarasse, hoc cambium non cōprehendi in Pij V. Bulla cābia prohibentis. Itaq; procurator cāpsoris duplex munus gerit concedit enim ex cāpsoris præscripto cāpsario pecuniā, vt campsori satisfaciat, & illammet pecuniam virtualiter traditam campsario, ab eo vt procurator illius accipit, & campsori reddit. Ob cuius officium, & factoriam recipere à campsario leuissimum recipere stipendium. Aduertunt id Salonius *controuer. 12.* & Salas *dub. 17.*

DVBIVM LXXXIII.

Campsores, vel bancharij possuntne exigere à deponentibus pecunias stipendium?

379 *Non possunt.* NOn possunt. Quia cum campsores, & bancharij accipiunt pecunias a quouis deponente cum obligatione, eas reddendi, quando deponenti placuerit, hoc depositum non est rigorosè depositum, sed mutuum: siquidem est depositum cum facultate eo vtendi, & tantundem reddendi. At mutuatarius nequit ob custodiam mutui aliquid vltra sortem accipere: Ergo nec hi campsores depositarij. Sic ex doctrina Nauarri *sum. c. 17. n. 295.*

380 *Possunt plane.* Possunt planè. Quia licet illam pecuniam campsores accipiant cum facultate disponendi, illiusque dominium acquirant, accipiunt tamen in gratiam deponentium, & cum obligatione reddendi, quando, & qua forma deponenti placuerit, pro cuius obligationis expeditione, paratam semper pecuniam habere debent ministros, ac famulos, qui rationem scribant, & pecuniam à deponentibus recipiant: & alijs soluant, quæ omnia mercede sunt digna, neque in mutuo, quod in gratiam tantum mutuatarij præstatur, continentur. Ita Molin. *disputatione 408* Lessi. *l. 2. c. 23. dub. 8.* Salas *de camb. dub. 20. & 26.* Rebel. *de iust. p. secund. libro 11. quæstion. 8.*

381 *Communem hanc iuteo* Certè recte posse mercedem moderatam exigi ob depositam illam pecuniam campsori traditam, aut bancharo communem reor esse sententiam. Cui non obstat hanc custodiam pecuniæ campsoribus esse commodam, & occasionem lucri, id enim eorum industriæ, ac fortunæ est tribuendum cum pecunia ex se fructifera non sit. Attamen licet hoc ita sit, consuetudo obtinuit, nullum à deponentibus exigi stipendium pro eiusmodi custodia, vt de Hispania, Gallia, Italia, alijsque orbis Regnis Nauarrus Molina Lessius, Salas, & Rebellus citati animaduertunt: Quod procedit, cum soluunt eisdem deponentibus. At si tertio ex eorum commissione soluant quinque, vel sex pro mille solent accipere. *sententiam.*

DVBIVM LXXXIV.

An campsor vel bancharius licitè possit detrahere ex mille sex à deponente ob custodiam, & obligationem, quam in eorum gratiam suscipiunt?

VIdimus *Dub.* proximo, campsorem cum non eisdem deponentibus, sed cum tertio ex eorum commissione soluit, solere quinque vel sex pro mille accipere. Quare consignatis litteris solutionem mille continentibus satisfaciunt soluentes 994. illa enim sex detrahunt à deponentibus ob custodiam, & obligationem: quam in eorum gratiam suscipiunt. Sed an illa sex possint detrahere creditoribus, an illis, quibus pecuniæ ex præscripto deponentium soluendæ sunt, non est constans sententia. Quæsierim itaque, an licitè possint illa sex ab ijs, quibus pecuniæ ex præscripto deponentis soluendæ sint detrahere? 382 *Quæstionis status.*

Possunt, quidem, maxime si vsu sit receptum. Quia hoc officium campsoris, quod est pecuniam solutioni habere cedit admodum in creditorum commoditatem, merceque vendentium, qui à mercatoribus suarum mercium pretium habere non possent, nisi hi campsores interuenirent. Ergo ob hoc officium assumptum iuste compensationem illam accipere poterunt. Sic Sotus *libro sexto de iust. quæst. 11. a. vnic.* Graf. *tomo prime decis. capite 110. numero octauo* Vega *summ. & epit. verb. Cambium, numero 45.* Bannes *2. 2. tomo secund. tr. de camb. dub. 7. & 8.* Petr. de Ledes. *part. secund. sum. Vbi de camb. concl. 11.* Regiæ *5.* consuetudine esse derogatum. 383 *Possunt quidem.*

Minimè possunt. Quia nullus videtur adesse titulus eam receptionem honestans, siquidem custodia pecuniæ, & obligatio soluendi in gratiam tantum deponentium præstatur, ac proinde illi soluere stipendium debent, non ij, quibus ex eorum præscripto pecunia est soluenda. Deinde numeratio pecuniæ, & illius conscriptio in libris rationum etiam fit in deponentium commodum nullatenus in commodū eorum, quibus pecunia soluitur, qui potius vellent ipsi sibi eā numerare: Nullus ergo adest titulus, quo illa sex ijs creditoribus detrahantur. Cautū hoc est *lege Regia 5. tit. 18. l. 5. nouæ collect.* Ita Nau. *sum. c. 17. n. 293. & ad c. fin. de vsur. n. 37.* Tolet. *l. 5. c. 54. num. 4.* Mol. *d. 408. consel. 2. & 3.* 384 *Possunt quidem.*

Valent.

Valent. 2. 2. d. 5. q. 23. p. 3. Reb. p. 2. de iust. l. 11. q. 14. Salas de camb. dub. 26.

385 *Auctoris iudicium.*

Iudico hanc sententiam communem quidem tenendam, & consulendam, non tamen primam improbabilem esse, maxime si vsu sit receptum, posse campsorem illa sex creditoribus detrahere certe Petrus de Ledesma *citatus* asserit legi Regię illi quintę contraria consuetudine esse derogatum.

DVBIVM LXXXV.

Licitumne est campsori pacisci, quod si tempore designato eandem summam campsarius non soluat, in recambium accipiat?

386 *Nonnulla praemitto*

CErtum mihi obligari posse campsarium ad interesse, quod campsori ex non soluta pensione proueniret, ob lucrum scilicet cessans, aut damnum emergens. Quia campsor non tenetur eam iacturam ob campsarij commodum pati. Praeterea adstringi posse ad subeundā aliquam pœnam culpæ proportionatam ob omissam tempore constituto solutionem, sicut in mutuo, aliisque contractibus morosus debitor obligari potest. Debet tamen culpa moralis esse, alias pœna saltem in foro conscientiæ nullatenus debita erit. Lege Salas *dub.* 22. & 39. Toletum *l. 5. c. 52.* Quæritur autem, num licitum sit campsori pacisci, quod si tempore designato campsarius non soluerit, eandem summam in recambium accipiat?

387 *Non est licitum.*

Non est licitum. Quia est obligatio extra naturam contractus. Ex vi enim contractus cambij solum obligari campsarius potest, ad subeundam moderatam pœnam ob culpabilem solutionis omissionem, & ad compensandum campsori interesse. Ergo si recambium illud interesse excedat ac culpam omissæ solutionis, haudquaquam ad id campsarius poterit obligari. Sic Nau. *ad c. fin de vsur. vbi de cam. n. 25.* Sot. *l. 6. de iust. q. 3. a. 2.* Mercado *l. 4. de contr. c. 4. n. 10.* Palat. *l. 3. de contract. c. 4. n. 8.*

388 *Licitum est*

Licitum est. Quia si ex contractus natura potest campsarius obligari ad soluendam pœnam ob culpabilem solutionis omissionem, & ad compensandum campsori interesse, poterit campsarius obligari saltem ad recambiandam sortem, quatenus illud recambium interesse non excedit, quod alias campsor haberet ex solutione sortis sibi facta, vel quatenus non excedit culpam commissam in sorte non soluenda. Ita Lel. *l. 2. c. 23. du. 9 nu.* So. Graf. *to. 1. decis. l. 2. c. 110. n. 15.* Salas *de camb. dub. 22.*

389 *Auctoris resolutio.*

Verissimam sententiam, & omnino tenendam iudico non posse campsarium ad recambiandam sortem obligari, nisi quatenus illud recambium interesse campsori obuenturum ex solutione statuto facta tempore non excedit.

DVBIVM LXXXVI.

An cessante fraude in cambio sit obligatio implendi conditiones à Pio V. praescriptas?

390 *Conditiones à Pio V. assignatas ad cambij institiam recolo.*

SVppono, Pium V. in Bulla edita anno 1571. quam referunt Nau *sum. c. 17. n. 300.* & Rebel. *p. 2. de iust. l. 11. q. 13.* aliquas conditiones assignat pro cambio instituendo, quas sub grauibus pœnis ac seuere præcipit obseruari. Prima est, ne campsor rationi dilationis vltra terminum solutioni designatum concessę lucrum aliquod exigat: Secunda, ne ab initio vel postea pacisca tur de certo interesse etiam euentu, quo sors soluta non fuerit. Tertia, ne realia cambia aliter quàm ad proximas nundinas instituant, vel si nundinæ non agantur, ad proximos terminos iuxta locorum consuetudinem. Quarta, designantur solutionum termini iuxta longinquitatem, vel vicinitatem locorum, in quibus solutio destinatur, ne dùm longiores præfiguntur, quam loca destinata solutioni desiderant, œnerandi detur occasio. Hoc promisso, quæsierim, nam cessante fraude in cambio, sit implendi has conditiones obligatio?

391 *Non est obligatio.*

Nulla est obligatio si fraus non adsit, hasce implendi conditiones. Quia Pontifex ob fraudem, quam interuenire præsumit, si hæ conditiones non obseruentur præceptum hoc tulit. Sic Nau. *sum q. 17. n. 301.*

392 *Obligatio est.*

Est quidem obligatio, licet fraus non adsit. Quia Pontifex non præsumptioni fraudi in hoc præcepto inxus fuit, sed periculis fraudis committendę. Ita Salas *tr. de camb. du. 27. n. 2.* Palao *de iust. d. 7. pun. 14. n. 1.*

393 *Verius hoc mihi.*

Verior em hanc sententiam esse existimo. Vnde licet nulla fraus interueniat; quia tamen periculum vniuerse non abest lex pontificia vim obtinet, dummodo sit recepta. Quod addiderim, quia Lessius *libro secund. capite 23. dub. 11. fine*, & Salas *dubit. 26.* testantur, paucis in locis, & forte nusquam saltem quoad omnes conditiones, legem Pij V. receptam esse?

DVBIVM LXXXVII

An sit obligatio restituendi acceptum si de facto campsor pacisca tur de certo interesse, si termino praefixo sibi non praestetur solutio ob verisimile periculum damni, quod timet euenturum?

394 *Status quaestionis.*

DIximus *Dub.* proximo, secundam cōditionem Bullæ Pij V. esse. Ne ab initio, vel postea campsor pacisca tur de certo interesse etiā in euentu, quo sors soluta non fuerit. Porro conditio hæc, inspecto iure naturali, non obli-

gat. Potest namque in cambio alijsque contractibus decreto interesse pactum geri, si termino designato non fuerit facta solutio. Quod pactum honestatur ob verisimile periculum damni emergentis, vel lucri cessantis, quod timet creditor sibi euenturi, si solutio differatur. At quia in hoc pacto plerumque adest fraudis periculum, id summus Pontifex prohibuit Quæstio igitur est, si de facto campsor pactus fuerit de certo interesse, si termino præfixo sibi solutio non præstetur, sit restituendi sic acceptum obligatio?

395 *Adest quidem obligatio restituendi.*

Adest quidem. Quia si de facto nullum postmodum damnum contingit nullus est titulus, quo interesse illud recipi possit, cum nullum sit interesse compensandum. Si vero de facto damnum eueniat, quod interesse petitum non excedat, & si occasione illius interesse recipi posset, id intelligendum est, cum in pactum potest deduci: At pactum de certo interesse est nullum vtpotè à Pontifice reprobatum iuxta *leg. Non dubium, Codic. de legib.* Ergò certum illud interesse non potest retineri. Sic Reb. *p. 2. de iust. l. 11. q. 13.*

396 *Non est obligatio.*

Nulla adest restituendi obligatio interesse acceptum ob periculum damni emergentis, aut lucri cessantis, cui se campsor exposuit. Quia illud periculum (estò postmodum damnum non eueniat) mercede conduci potest. Ita Palaus *de iust. d. 7. punct. 14. numero sexto* Nauar. *sum. cap. 17. numero 301. notab. 4* Less. *l. secund. cap. 23. dub. vltim. num. 90.* Salas *de camb. dub. 6. numero 4.*

397 *Hoc probabilius esse iudico.*

Hoc probabilius esse iudico. Nam pactum illud etsi à pontifice vt periculosum prohibetur, non tamen irritatur. Nullum enim est verbum, ex quo hæc irritatio colligatur.

CAPVT XI.

Circa Locationem, & Conductionem.

DVBIVM LXXXVIII.

An si quis habeat licentiam Papæ, vel Episcopi ad petendam eleemosynam per se, vel per alios, vt suæ consulat egestati, possit hoc ius alijs pretio locare?

398 *Potest quidem.*

POTEST quidem. Quia nullo expresso iure locare prohibetur, aut sit inhabilis ad pretium locationis recipiendum, & locat ius illud quod habet, & est contractus fortunæ, quo vterque lucri, aut iacturæ periculo exponitur. Sic Sanch. *l. 1. cons. c. 7. dub. 2. n. 2.* citatque P. Henricum *l. 7. de indulg. c. 35. n. 5.* qui tamen solùm dixit, contrarium non esse certum.

Minime potest. Quia intentio concedentis licentiam, non est; vt locetur. Quare conductor tenebitur restituere quod acquisiuit vltra pretium locationis, quod soluit sustentationem, illi cuius erat licentia, si nondum eius necessitati consultum erat alioquin pauperibus alijs. Ita Manuel Rodriq. *in Bulla composit. n. 51.* Corduba *sum. q. 98.* 399 *Non potest.*

Ego quidem locationem ac conductionem illam valde periculosam esse iudico. Quia licet in aliquo sensu excusari fortè posset ab iniustitia ex parte vtriusque, tot tamen circumstantiæ ad hoc requiruntur, vt raro inueniantur, & semper magnam præseferre videtur indecentiam pietatis prætextu lucrum quærere. 400 *Auctoris iudicium.*

DVBIVM LXXXIX.

Vxor, soluto matrimonio, teneturne stare locationi rei dotalis à marito factæ?

NOn tenetur. Quia sicut successor in maioratu, vel fideicommisso non tenetur prædecessorem reddere indemnem à damnis ex locatione facta ei imminentibus, quia nimirum postea possit contractui non stare, ita vxor cum non debeat stare contractui facto à marito, non apparet, cur debeat vxor stare locationi factæ à marito, & eum reddere indemnem à damnis ex locatione imminentibus. Sic Mol. *d. 492. n. 3.* citans Conar. Anton. Gomezium, & alios. 401 *Non tenetur.*

Tenetur omnino. Quia maritus non solum est vsufructuarius, sed etiam administrator bonorum dotalium, quæ cum vxor per se ipsam administrare non possit, pertinet ad maritum eorum administratio in suam vtilitatem, quia est vsufructuarius, & in vxoris vtilitatem, quæ est rerum dotalium domina, *l. in reb. C. de iure dot.* Quare sicut minor, debet stare locationi à tutore, vel curatore factæ, penes quos est bonorum administratio: Sic stare debet locationi à marito factæ vxor, cui maritus est quasi curator ad eius bona administranda, & ideo merito vxor cauere cogitur, antequam dotem recipiat, de seruato marito indemni ab oneribus, quæ in eiusmodi contractibus subierit. Ita Cardinalis de Lugo *tomo secund. de iustit. d. 29. numer. 23.* 402 *Tenetur plane.*

Verius mihi videtur fatendū, vxorem debere absolute stare locationi factæ à marito, saltem in ijs casibus, in quibus minor stare tenetur, postquam est sui iuris, locationi factę à tutore, vel curatore. Quod fatetur Panormita. & alij, quos refert Molina *ibi.* quibus addiderim Alexandrum, cuius verba pro summario adiecta sunt in ipso Infortiato ante illum §. *si vir in quinquennium,* in hunc modum: *Locationi facta per virum vxor stare tenetur, ideo cauetur de interesse, si contra fecerit.* 404 *Verius hoc mihi.*

DVBIVM

DVBIVM XC.

An fructus rei conductæ fiant conductoris ante solutam pensionem?

404 *Non fiunt.* NOn fiunt. Quia sicut res vẽdita in dominium emptoris non trãsit, donec pretium sit solutum, vel vẽditor pro soluto habeat, in rei locatæ fructibus idem consequenter erit dicendum. Sic glos. *ad l. si fernus communis §. locati, v. facere, ff. de fartis* Bartol. & alij, quos refert Mol. *d.* 497.

405 *Fiunt equidem.* Fiunt equidem conductoris fructus statim ac separati sunt à prædio. Quia quod res vendita, & tradita non transeat in dominium emptoris peculiare est in venditione, nec debet decisio illa iuris ciuilis extendi ad alios contractus, cum non sit de natura contractus, cum non sit de natura contractus, sed ex solo iure positiuo. Ita Aluar. de Velasco, quem refert, ac sequitur Mol. *ibi. n.* 4. Lugo *tom. secund. de inst. d.* 29. *numer.* 26.

406 *Veriorem esse hanc sententiam ver.* Veriorem hanc reor esse sententiam. Nam quamuis in §. *locati* dicatur concedi locatori actionem furti, si clam, ipso inuito, fructus extra prædium asportentur ante solutam pensionem, non inde arguitur: ipsum fuisse dominum fructuum, nam si creditori pignus clam auferatur, furtum etiam committitur.

DVBIVM XCI.

Quid nomine sterilitatis omnimodæ, quæ omnino ab vlla pensione soluenda excusat, intelligatur?

407 *Nonnulla recolo.* REcolo, ex æquitate, ac benignitate iuris erga conductores introductum esse, vt propter sterilitatem superuenientem absque conductoris culpa vndecumque proueniat, siue ex causis naturalibus, siue ex hostium incursione, siue ex incendio, siue ex locustis, &c. quando omnino fructus colliguntur, liberetur omninò cõductor à pensione soluenda *l si merces, §. vis maior l Ex conducto. §. si vis. ff. locati. l. 1. C. eodem tit. c. Propter sterilitatem*, si tamen sterilitas non tollat omnes fructus, sed tameu sit magna, & notabilis, imminuitur pensio prorata: Si verò modica, nihil remittitur *§. vis maior*. Iam autem requiro, an nomine sterilitatis omnimodæ, quæ excusat omnino ab omni pensione soluenda, intelligatur, quando nulli prorsus fructus ex fundo colliguntur; an vero etiam quando deductis expẽsis, nulli fructus remanẽt.

408 *Non intelligitur quando nulli prorsus fructus colliguntur.* Non intelligitur quando nulli prorsus fructus colliguntur e fundo, sed quando deductis expensis nulli fructus remanent. Quia expensę deductę nullam conductori afferunt vtilitatem, vnde perinde illi, ac si nullos fructus percepe-rit. Sic Bartol. *ad l si merces, §. vis maior.*

409 Intelligitur, quando nulli prorsus fructus ex fundo colliguntur. Quia id clare indicatur *l. ex Escob. & Mend. Theol. Moral.* Tom. V. *conducto, §. si vis ff. locati.* ibi: *Sed et si labes facta esset, omnemque fructum tulerit, damnum coloni non esse, vt suprà damnum seminis amissi mercedes agri præstare cogatur.* Ita Mol. *d.* 495. *n.* 2. Secutus Panormitanum, Couar. & alios.

Intelligitur, quando nulli colliguntur fructus.

410 *Cum his opinor.* Cum his opinor. Textus enim ille supponit, nullos fructus collectos, alioquin non facere iacturam seminis, quę facta supponitur. Requiritur ergo ad huiusmodi omnimodam liberationem à pensione, quod nulli omnino fructus percipiantur.

DVBIVM XCII.

An diminuenda sit tunc pensio solum quando non percipitur dimidia pars fructuum qui communiter ex eo fundo solent percipi?

411 *Diminuenda est solũ, quando non percipitur dimidia pars fructuum.* QVæstio est, quid intelligatur nomine magnæ, & notabilis sterilitatis, ob quam diminuenda sit pensio quoad partem? Tunc quidem diminuenda est solum quando non percipitur dimidia pars fructuum, qui communiter ex eo fundo percipi solent. Quia hic defectus adeo grauis est, vt debeat pensio merito imminui. Sic nonnulli, quos affert Mol. *d.* 495. *n.* 2. quorum sententiam fatetur esse probabilem.

412 *Non solum tunc diminuenda est pensio.* Non est imminuenda pensio solum tunc, quando non percipitur dimidia pars fructuum qui communiter ex eo fundo percipi assolent, sed etiam quoties tertia fructuum pars qui communiter colligi solent, deficit. Quia defectus huiusmodi grauis est colono. Ita Abbas, Nauar. citati à Mol. *ibid.* Diana *p. 2. tr. 6 res.* 17. cum Armilla, & Ioanne de la Crux.

413 *Nulla mihi ex his sententia arridet.* M.hi verò nulla ex his arridet sententia. Nam computatio, quæ fit ex sola fructuum collectorum exiguitate, non videtur dare regulam sufficientem ad hoc intentum. Finis enim legum illarum est colono subuenire, ne notabile damnum incurrat propter sterilitatem, vel casum fortuitum. Potest autem contingere, quod deficiat tertia, imo & dimidia pars solitorum fructuum, & tamen colonus damnum notabile non sentiat, maius namque pretium, quo pauciores illi fructus in sterilitate venduntur, compensat in totum, vel in magnam partem fructuum defectum, quare non debet illi aliquid de pensione diminui, cum ob sterilitatem nõ cogatur damnum notabile sustinere. Existimo igitur, tunc remissionem aliquam concedendam colono, quando ob paucitatem fructuum, deducto semine, & expensis, si soluatur integra pensio, colonus vltra dimidium iusti pretij lædatur, v.g. si pro pensione soluendi sint decem tritici modij, & fructus adeo sint pauci, vt deducto semine, & expensis, quinque modij non maneant, tunc & non alias intelligitur damnum notabile ex conductione, & sterilitate superueniente sentire.

DVBIVM XCIII.

An vbertas notabilis alicuius anni det ius locatori, maiorem pensionem exigendi, quam deducta fuerat in pactum.

414 Datus. DAt quidem ius. Quia sicut sterilitas notabilis pensionem imminuit, ita vbertas notabilis debet dare ius locatori maiorem pensionem exigendi. Et quia sicut locator sentit damnum ex notabili sterilitate, pensionem minuendo: ita debet sentire commodum ex vbertate notabili, illam augendo. Sic communiter Iuristæ, quos affert. Molin. *disputatio.* 495. *numer.* 15.

415 Non dat Minime dat. Quia *leg. Si merces*, §. *vis maior*, *ff. locati*, dicitur: *Modicum damnum æquo animo ferre debet colonus, cui immodicum lucrum non infertur.* Queis in verbis aperte supponitur, lucrum immodicum conductoris vtilitatem esse, & ideo patienter debere tolerare, si quando saltem notabile detrimentum non sustinet, id solus ipse totum patiatur. Ita Pincian. Pinel. Emanu. Suarez, Velasc. Salic. & alij, quos adfert, ac sequitur Rebell. *part. secund. de iust. l.* 14 *q.* 9. *n.* 1. Sa *v. Conductio, nu.* 12. Fill. *tr.* 36. *n.* 51.

416 Hoc longe verius esse crediderim. Hoc longè verius esse crediderim. Nam sterilitas fructuum damnum intolerabile misero conductori affert, lucrum verò ingens nulli prorsus nocet, cum non ideo locator quicquam perdit pensionis sibi promissæ. Voluit itaque lex misero subuenire, ne suorum bonorum iacturam faceret sine vlla prorsus commiseratione, ac subsidio, non tamen necesse erat locatori subuenire, vt plus etiam lucraretur, quam ipsemet sua contentus sorte lucrari voluerat. Vnde argumentum illud à paritate rationis omnino eneruatur.

DVBIVM XCIV.

Si famulus durante tempore in contractu statuto, ægrotet, potestne stipendium accipere pro eo tempore, quo ægrotarat, & non potevat famulari?

417 Potest, & debet. POtest, & debet. Quia per ipsum non stetit. Et quidem *leg. prim.* §. *Diuus Seuerus ff. de variis, & extraord. cognit.* dicitur: *Diuus Seuerus ab hæredibus Aduocati, eo mortuo, prohibuit mercedem repeti, quia per ipsum non steterat, quo minus causam ageret.* Ergo sicut Aduocatus lucratur mercedem etiam obsequio non præstito, sic etiam famulus lucrabitur, quando per ipsum non stat; quo minus exerat ministerium. Sic Innocent. Dominic. Salicet. apud Azor. *part. secund. libro secund. capite* 39. *quæstio. quinta.* Speculat. Mari. Anton. Homobon. Graf. Nauar. & Genuens. apud Dianam *tom.* 1. *tr. de contrau. resol.* 86.

418 Nec debet, nec potest. Nec debet, nec potest. Quia quando per locatorem stetit etiam sine eius culpa, quod rem locatam conductor habere posset ad eius vsum pensio aut merces non debetur pro rata eius temporis, vt colligitur ex *leg. si vno.* §. *item cum quidam. ff. locati.* Ergo similiter de famulo asserendum. Ita Couarruu. *l.* 3. *var cap.* 13. *numero octauo* Ioannes Andr. Abbas, Imola, Angel. Tabien. Syluest. & alij, quos affert, ac sequitur Azor. *citat.* Mol. *d.* 493. *nu.* 1. Laym. Megala, Barbo. & alij, quos citat, & sequitur Diana *vbi supra.*

419 Auctoris resolutio. Hanc sententiam longè veriorem puto, si tamen intelligatur secluso pacto explicito, vel implicito, quo dominus ad id se obligasset. Lex autem illa, qua prima sententia nititur, non vriget, quia illud fuit priuilegium Aduocatis concessum, vt colligitur ex *leg. post duos, Codic. de Aduocat.* Ex qua lege Azorius *p.* 3. *l.* 8. *c.* 14. *de locat. q.* 2. colligit, Aduocati hæredes siue ex testamento, siue ab intestato posse exigere totius anni, quo Aduocatus obijt, salarium.

DVBIVM XCV

Quando locator obligat in contractu conductorem ad meliorationem rei conductæ faciendam, faciendane est melioratio sumptibus locatoris?

420 Quæstionis status. CErtum est, si in pacto explicetur, vt conductor ex suo faciat, ita esse obseruandum. si hoc vero non explicetur, ex coniecturis indagandum esse contrahentium mentem, quibus cessantibus, quæsierim, num gerenda sit illa melioratio expensis locatoris, an cõductoris.

421 Facienda locatoris sumptibus. Facienda est locatoris sumptibus. Quia dominus est fundi, & perpetua in eum cedit meliorationis vtilitas. Sic Mol. *d.* 496. *n.* 4. citans Velascum.

422 Non facienda locatoris sumptibus. Non facienda expensis locatoris, sed conductoris. Quia qui alium ex cõtractu obligat ad aliquid faciendum, nullo addito, censetur obligare ad ea, quæ necessaria sunt ad rei exequutionem, Quare cum sumptus necessarij sint ad meliorationem, qui conductorem obligat ad meliorandum rem conductam, si aliud non explicet, intelligitur ad sumptus necessarios obligare. Ita Lugo *de iust. to.* 2. *d.* 29. *n.* 69. Gregor. Lopez, & alij citati à Mol. *vbi sup.*

423 Verius hoc mihi. Verius mihi. Quemadmodum si quis alium obliget in contractu ad soluendam pensionem in tali loco, censetur eum obligare ad sumptus necessarios, vt pensio ad talem locum transferatur.

DVBIVM

DVBIVM XCVI.

Vsufructuarius locat fundum in quinquennium eaque, spe conductor fundum meliorat, & vsufructuario, secundo anno, v. gr. moriente locatio resoluitur, & fundum ad dominum proprietatis reddit: Hoc in casu conductor potestne exigere meliorationis valore?

424 *Non potest exigere.*

EXigere non potest. Quia obstat *lex si quis domum, vers. idem quærit, ff. locati* vbi de conductore dicitur, *Idem quærit, si sumptus fecit in fundum, quasi in quinquennium fruiturus, an recipiat? Et ait non recepturum, quia hoc euenire posse, prospicere debuit.* Sic aliqui, quos refert. Molina *d.* 496. *num.* 5.

425 *Exigere potest.*

Potest exigere. Quia iniquum est proprietarium sumptibus conductoris locupletari. Et quia si vsufructuarius expensas illas vtiles fecisset, eius hæredes exegissent vtique à proprietario earum æstimationem. Ita Aluar. Valasc. *de iure emphyteus. quæst.* 25. *num.* 35. asserens illam decisionem *legis, si quis domum* vt rationi non consonam in praxi apud iudices Lusitanos non obseruari. Mol. *vbi sup.*

426 *Auctoris resolutio.*

E quidem his applaudens, existimo textus illius alium esse censum. Non enim agebatur ibi an conductor posset exigere à proprietario expensas, sed an posset exigere ad hærede vsufructuarij expensas illas, quas *quasi in quinquennium fruiturus*, hoc est, spe vsus futuri per quinquennium fecerat? Et Iureconsultus respondit: si locator locauit, quasi esset proprietarius, posse exigi ab eius hærede; quia decepit conductorem, & dedit expendendi occasionem. Si verò nō decipit, nō posse exigi, sed sibi debere imputare conductorem, qui scire debebat, mori posse vsufructuarium, & resolui locationem. An verò possit exigere expensas illas à proprietario, non definit lex ibi. Et quidem dicendum est, si expensæ illæ reddūt fundū meliorem ad tres saltem, vel quatuor annos sequentes, eodem modo posse exigi per conductorem à proprietario, quo possent exigi per hæredem vsufructuarij, si vsufructuarius eas fecisset expensas. Quia per locationem transtulit vsufructuarius ius suum in conductorem; quare non minus obligari poterit proprietarius ad soluendum valorem melioratione factæ per conductorem, si re vera est vtilis proprietario, quam si facta fuisset per vsufructuarium.

DVBIVM XCVII.

An liceat, locatori, obligare conductorem, ad suscipiendum in se omne rei locatæ periculum?

427 *Non licet.*

MInimè licet. Quia si obligaretur conductor suscipere in se omne periculum rei locatæ, illanam iam esset locatio, sed venditio. Sic Sotus *l.* 9. *de iust. quæstio.* 9. *articulo.* 2. *ad* 3.

428 *Licet quidem.*

LIcet omnino. Quia absque eo, quod conductor acquirat dominium rei conductæ, potest eius periculum suscipere; vnde si res non perit, non potest pretium reddere, sed rem ipsam, ita Nauar. *de vsur. numer.* 35. Azor. & alij, quos refert, ac sequitur Lugo *to.* 2. *de iust. d.* 29. *n.* 73.

429 *Cum his opinor.*

Cum his opinor, iudicans, pactum illud non esse contra, sed præter substantiam locationis. Erit tamen contra iustitiam, nisi propter illud onus pensio à conductore soluenda imminuatur.

DVBIVM XCVIII.

An si licitus sit contractus, quo aliquis locat gregem, vel animalia ad vsum, & fructum ex iis percipiendum eo pacto, vt conductor teneatur numerum integrum conseruare, aliis in defectum morientium subrogatis?

430 *Non est licitus.*

LIcitus non est. Quia sapit vsuram: est enim potius mutuum, quam conductio, si integer numerus animalium cogitur reddere, licet aliqua depereant. Sic aliqui, quos presso nomine memorat Lugo *to.* 2. *de iust. d.* 29. *n.* 74. Nec improbat omnino Aznr. *part.* 3. *lib.* 8. *c.* 12. *q.* 3.

431 *Licitus est.*

Licitus est. Quia id, quod locatur, est grex, qui quidem semper perseuerat idem, moraliter loquendo, variatis successiue animalibus, & semper manet sub dominio locatoris. Itaque non potest esse vsura, vbi non est mutuum, prout in præsenti non est, cum dominium non transeat in conductorem, sed vsusfructus. Ita Card. de Lugo *citatus* Molina *d.* 503. Filliuc. *tr.* 36. *n.* 85. & alij communiter.

432 *Hos sequor*

Quos sequor, monens requiri ad iustitiam huius contractus, vt fructus, qui ex grege remanent conductori, deductori, deductis expensis omnibus, pensioni soluendæ æquiualeant, & oneri alia animalia subrogādi in defectū morientium, præsertim si habeat etiam hoc onus, quando propter sterilitatem, vel tempestatem multa malia pereunt.

CAPVT XII.

Circa Emphyteusim & Feudum.

DVBIVM XCIX.

An Emphyteuta seu feudatarius debeat priuilegiis domini gaudere?

433 *Quæstionis status.*

Licet Emphyteusis valde affinis sit locationi, & quatenus ab ea differt magis ad Iuristarum, quam ad Theologorum tribunal spectet, nonnulla tamen dubia attexam, quæ ad conscientiæ causam magis pertinere videbitur. Simul autem de Feudo tractationem exponam, nam Feudum parum ab Emphyteusi differt. In primis igitur requiram, num emphyteuta, seu feudatarius debeat priuilegiis domini gaudere. Exemplum est, cum emphyteuta ab Ecclesia, vel ab alio exempto accipit in emphyteusim prædia, quæ à tributis & vectigalibus erant exempta, an eandem apud ipsum retineant?

434 *Gaudet priuilegiis.*

Gaudet quidem domini priuilegiis. Quia *l. Priuatæ, & l. penult. C. de excus. muner. lib.* 10. emphyteuta gaudet immunitate fisco concessa: Ergò idem erit dicendum de emphyteuta Ecclesiæ, cum Ecclesia & fiscus fere semper æquiparentur. Sic Bartol. *ad l. Priuatæ*, Iason *in Auth. Quas actiones* Duennas, *regul.* 100. *ampliat.* 3. Syluan. *conf.* 9. *numero* 9. Sachin. *l.* 1. *controu. c.* 91. & alij.

435 *Non gaudet.*

Minimè gaudet. Quia onus vectigalis, ac tributi Regij solnendi non imponitur emphyteutæ ob bona in emphyteusim accepta, sed ob vsumfructum, & dominium vtile ex his bonis perceptum, qui vsufructus, & dominiu non est Ecclesiæ, sed emphyteutæ, ac proinde Ecclesia hac exactione non læditur. Ita Rolan. *cons.* 18, Petr. Nuñez. de Auendaño *tr. de exequen. manda. cap.* 15. *numero* 33. Menoch. *de arbitrar. casu.* 180. *num.* 8. Pluresque copiosius refert *centur. sext. casu* 562. *numero* 22. Molina *tract. secund. d.* 446. & 456. Lessi. *lib.* 2. *de iust. c.* 24. *dub.* 8. *n.* 44. Laym. *l.* 3. *sect.* 5 *tr.* 4. *ca.* 23. *n.* 5.

436 *Probabilius hoc mihi.*

Hanc sententiam probabiliorem esse reor. Nec enim ei obest textus ex *l. Priuatæ, & l. penult.* solùmodo quippe probat emphyteutã fisci audere fisci priuilegiis quoad exemptionem numerum sordidorum, de quibus fit mentio in *l. Maximarum. Cod. eodem titulo* nihil tamen de exemptione tributorum, ac vectigalium decidit, vt ipse Bartol. in *lege. penultim.* exponit

DVBIVM C.

An emphyteuta, & feudatarius obligentur rem in emphyteusim, seu feudum acceptam meliorare?

437 *Obligentur quidem.*

Obligantur quidem. Quia hic contractus melioratione nem significat, & in eum finem conceditur. Sic Franc. Sarmiento *lib.* 6 *tertio select. capite quarto* Fachin. *lib. prim. controuers. cap.* 92. Hinc doctores hi inferunt, finita emphyteusi, vel feudo non adstringi dominum proprietatis meliorationes factas in re emphyteutica, aut feudali soluere, sed ipsi cedere; nam hæ meliorationes debitæ erant ex vi contractus.

438 *Non obligantur.*

Non obligantur, rem acceptam in emphyteusim, vel in feudum meliorare, sed solum illam conseruare, nè eorum culpa deterior reddatur. Quia licet res in emphyteusim olim concessa fuerit, vt melioraretur, ideóque res incultæ, & infrugiferæ in emphyteusim concedebantur, & modo ob eundem finem plerũque fiat concessio: attamẽ obligatio meliorandi nisi expresse inter partes conuentum sit, inducta non censetur: aliàs meliorationes faciẽdæ ex vi huius contractus determinatæ essent, cum absque determinatione obligatio stare non potest. Ità ex communi sententia Rebel. *parte secunda de obligat. iustit lib. tertio. qu. secund. fine.*

439 *Hoc mihi verius.*

Hoc probabilius esse reor. Vnde in foro, finita emphyteusi, vel feudo absque culpa emphyteutæ, vel feudatarij, posse eos repetere à domino meliorationes posse; quia non ipsi domino, sed emphyteutæ, aut feudatario cedunt. Gloss. *ad l. sed si quis vers. Reficere. ff. de vsufr.* Iason *lege secunda Cod. de iure emphyt.* Molina *d.* 456. Layman. *l.* 3. *sect. quinta tr.* 4. *c.* 23. *num.* 7.

DVBIVM CI.

An emphyteuta, vel feudatarius reddens deteriorem rem acceptam incidat in commissum; vnde possit, domino priuari?

440 *Certum suppono.*

Profectò licet emphyteuta, aut feudatarius non obligentur, rem in emphyteusim, vel in feudum acceptam meliorare: obligantur tamen, ne illam deteriorem reddant: alias tenebuntur compensare domino, quanti sua intererat rem deterioratam non esse, vt constat ex *leg. diuortio, §. si fundum. ff. solut. matrimonio*, & tradit Iason *cons.* 17. *col.* 1. *lib.* 1. Molina *d.* 457. Rebellus *tom secund. de inst. lib.* 13. *q.* 3. Quęsierim verò num ob hanc causam emphyteuta, aut feudatarius incidant in commissum, priuariquè à domino possint?

441 Emphyteuta vel feudatarius sæcularis deteriorem

Non incidunt in commissum

riorem reddens rem in emphyteusim, vel feudum acceptam non incidunt in commissum. Quia hæc pœna nullibi statuta esse videtur. Sic Immola, Iason, & alij, quos refert Aluar. Valascus *consul. 50. n. 5.* qui horum sententiam reputat esse probabilem.

442 *Incidunt plane.*

Incidunt in commissum, & possunt à domino priuari quia rationi consonum non est obligare proprietarium ad perseuerandum in contractu, cum ex eius perseuerantia detrimentum accipiat. Ita Bartol. *ad l. diuortio, §. si fundum. ff. soluto matrimonio.* Menoch. *de arbitrar. lib. secund casu. 78. numer. secund.* asserens esse omnium. Molina. *d. 457.* Laym. *d. 3. q. 5. tr. 4. c. 23. n. 7.* & alij.

443 *Auctoris resolutio.*

Equidem de emphyteuta Ecclesiæ nullus est, qui dubitet, qu'a expresse definitum est. *Auth. de alien. & emphyteu. Authent. Qui rem Codic. de sacrosan. Eccle.* Item de feudatario videtur Sic videtur expressum *in cap. Federicus, §. quicumque, de pace tenenda* vbi habetur, Vasallum re feudali abutentem priuandum esse. De emphyteuta verò sæculari idem iudico. Quia nulla est specialis ratio, ob quam emphyteuta Ecclesiæ priuetur ob deteriorationem factam, quæ in sæculari emphyteuta non procedat. Attamen vt locum habeat doctrina; hæc tria debent concurrere vt Bald. annotauit *Authent. Qui rem, numero secundo Cod. de sacros. Eccles.* quem cæteri sequuntur. Primò deteriorationem contingere debere in ipsa re, non autem in fructibus. Secundò, ex culpa non solum lata, sed leui, quia contractus communis est vtrique. Tertiò, debere esse deteriorationem notabilem; nam cum hæc pœna grauis sit, graui detrimento niti debet.

DVBIVM CII.

Accepit quis in emphyteusim, aut feudum perpetuum, vel ad plures vitas oliuetum verbi gratia Poterit ne, irrequisito domino, oliuas euellere, & loco illarum vites planare, quæ secundum communem hominum æstimationem vtiliores sint?

444 *Poterit quidem.*

POterit quidem. Quia illa non est alienatio aut destructio, sed in melius commutatio, & quia quod proprietario non nocet, & emphyteutæ, vel feudatario prodest, permitti debet. Sic Aluar. de Valasco. *consult. 50. numer. vltim.* Aluar Pinel. *lib. 1. de bon matern. 2. p. n. 52.*

445 *Non poterit.*

Minimè poterit. Quia negari non potest, rem emphyteuticam, aut feudalem destrui, & consequenter emphyteusim aut feudum perire. Ità Iul. Clar. *l. 4. sentent. §. emphyteusis, q. 26.* Arias Pinel. *l. 1. Codic. de bonis matern. p. secund. n. 60.* Molina *lib. 1. de primogen. cap. 22. num. 7.* & noster Molina *tr. 2. d. 457.*

446 *Ità affirmo*

Ità affirmo probabilius. Nam quod loco oliueusis antiquæ interitum, sed, solùm præstat, vt alia de nouo possit institui; quam dominus oliueti creare non tenetur, quia nemo adstringitur loco propriorum bonorum alia bona etsi meliora accipere: ideóque proprietarius poterit emphyteutam ad interesse cogere cum oliuarum renouatio ferre sit impossibilis.

DVBIVM CIII.

Si ab hostibus res emphyteutica, aut feudalis occupetur, eo tempore emphyteuta, aut feudatarius habetne obligationem pensionis soluendæ?

447 *Habent quidem.*

HAbent quidem. Quia casus fortuiti, ex quibus res emphyteutica in integrum nõ perit, ad emphyteutam pertinent. Certè bellum casus est fortuitus, neque tamen ob illius causam res perit, vt supponimus: Ergo ob hunc casum fortuitum emphyteuta non excusatur. Sic ex legum prætextu Conan. *l. 7. comment. tit. c. 12. n. 7.* Molina *d. 454.*

448 *Non habet*

Minimè habent soluendæ pensionis obligationem. Quia in eo euentu fundum emphyteuticum emphyteuta non possidet. *lege cum vnus, §. vltim. ff. de bonis authorit. Iudic. possidend.* ibi: *Aut propter latrones pecunia non potest possideri, recte dicitur, non esse, quod possideatur.* At obligatio soluendi non nascitur ex eo tantum, quod fundus existat, sed ex eo, quod existat possessus ab emphyteuta. Ita Abbas, *ad capit. Potuit, de locato.* Iason *ad leg. prim. num. 91. Codic. de iure emphyteut.* Iul. Clar. *l. 4. sent. §. emphyteusis. q. 8. num. 6.* Aluar. Valasc. *de iur emphyt. q 27. nu. 13.* Pachine. *l. 1. c. 90.* & alij.

449 *Verius hoc mihi.*

Verius hoc esse crediderim. Nam comparatione emphyteutæ perinde est non possidere fundum, ac si fundus integrè periisset: Ergò illo tempore, quo cessat possessio, cessat soluẽdi pensionem obligatio, & emphyteusis suspenditur.

DVBIVM CIV.

Cum ob infortunium, aut sterilitatem fructus rei emphyteuticæ non colligitur, estne eam causam pensio imminuenda?

450 *Status quæstionis.*

QVando modica est pensio, communis sententia testatur diminuendam non esse; maximè cum sterilitas vnius anni aliorum abundantia possit compensari. Quæsierim autem quid, cum pensio fructibus correspondet, an sit diminuenda?

451 *Diminuenda est.*

Diminuenda est. Quia æquitas non patitur, vt cum iactura emphyteutæ proprietarius locupletetur.

cupletetur Sic Aluar.Vaksc.*de iur. emphyteut, quæst.17.num.11.*Iul. Clar.*lib.4.sentent.§.emphyteusis,q.8.*Nauar.*sum.capite 17.num.190.* Gregot.Lopez *ad l. 28. v. octaua parte.* Fachin. *lib.1.controu.c.89*

452 *Non est diminuenda.* Non est diminuenda. Quia per accidens est quod pensio ita grauis fuerit constituta, neque ob illius causam censendi sunt, recessisse à dispositione legis contrahentes illi cum non expresserint, ita Castro Palao *de iust.tr.32.d.10.pun.5.*

453 *Idem affirmo.* Cui quidem adhæreo.Nam etsi inspecta æquitate, primam sententiam præferre possem & deberem; at secluſa consuetudine nullam reor obligationem esse diminutionem faciendi. Etenim *lex 1. Codic. de iure emphyt. & paragrapho Adeo, institut. de locatione* apertè decidunt, manente re etiam in parte, soluendam esse pensionem.Ergò ob sterilitatem excusari emphyteuta non poterit.

DVBIVM CV.

An obligatio emphyteutæ, vel feudatarij soluendi pensionem requirat Iudicis sententiam?

454 *Requirit quidem Iudicis sententiam.* REsidet in emphyteuta, ac in feudatario obligatio soluendi proprietario pensionē. Quæsierim vero, an hæc obligatio ipso iure eos adstringat, an Iudicis requirat sententiam? Requirit quidem.Quia si emphyteusis laica sit, & triennio non soluatur pensio constituta,cadit emphyteuta in commissum, hoc est,committit culpam,ob quam merito ab emphyteusi expelli potest.At priuatio huiusmodi ipso iure inducenda non est absque manifesta lege,lex vero non apparet, cuius præscripto priuatio hæc ipso iure incurratur: quin imo indicatur à lege sententiam Iudicis requisitam esse,siquidem vtitur verbo futuri tēporis,vt patet ex *leg.2.Cod.de iure emphyt.*ibi: *cadat iure suo,*id est sententiam iudicis subsecuta & in *Authent. de alienat. & emphyt.§.si vero,*ibi:*Extraneus Fiet à iure suo*, quod post sententiam rectè intelligi potest.Sic Speculat.*tr. de emphyt.q.41.* Paul. Castrens. *cons.68.lib.2.* Ludouicus.Rom.*cons.212.*& alij,quos refert, ac sequitur Tiraquel.*ad leg.si vnquam.Codic. de reuocanda donat.v. Reuertatur. num.187.* Sà *v.emphyteusis,n.1.*

Emphyteuta ipso iure priuatur, nisi triennio pensionem non soluat.Quia est verbum *Cadat,*& verbum *Fiet* indifferentia sint,vt priuationem inductam ex lege, vel inducendam iudicis officio significent,attamen conuenientius priuationem ex lege indictam innuere videntur,sita Iason *ad leg. secund. num.14.C. de iure emphyt.* Alexand.*cons.6.lib.3.*Decius *cons.146.*Andr.Fachin. *lib prim. cap. 93.* Iur. Clar.*§.emphyteusis, q.9.* Layman. *l.3. sect.5. tr.4.cap.23.num.8.*Molina *d.453.*Rebel.*p.2. de iust.lib.13.q.7.*

455 *Sententiam Iudicis non requirit.*

456 *Hanc sententiam probabiliorē esse vor.* Hanc sententiam probabiliorem esse iudico,cuius explico fundamentum,nam si attentè inspiciatur,verbum illud *Cadat,*& *Fiet* non sunt indeterminata,vt significent priuationem ipso iure inductam, cum non ad iudicem dirigantur, sed ad ipsum reum, qui virtute legis cadere debet & fieri extraneus à iure suo.

DVBIVM CVI.

Quando emphyteuta venditioni emphyteusim exponit, non expectata domini; venia, vt incidat in commissum, sufficiatne traditionem geri fictam per clausulam constituti?

457 *Nonnulla præmitto.* EMphyteuta, irrequisito domino potest venditioni Emphyteusim exponere, dū tamen ei denunciet, an velit pro eodem pretio rem accipere, teneturque per duos menses eius resolutionem expectare. Quod si ea resolutione non expectata, & à fortiori denunciatione non præmissa,emphyteusim vendat, venditio est nulla & emphyteuta incidit in commissum.Vt autem præfata pœna locum habeat, debet venditio ex se valida, esse, ac venditionem traditio subsequi. Quęstioni autem do,an sufficiat,traditionem esse fictam per clausulam constituti,vel an debeat esse realis?

458 *Suff.cit quidem ficta traditio.* Sufficit esse traditionem per clausulam constituti. Quia per eam dominium, & possessio in emptorem transfertur, & vera alienatio perficitur, dominóque iniuria irrogatur. Sic Roland.à Valle *con.51.lib.2.*Iul. Clarus §.*emphyt.q.13.*Tiraquel.*de vtroq;retract.tit.1.glos. fa 2.n.4.*Matienz.*l.1.tit.10.glos.6.n.4.*Fachin. *l.7.contr.c.80.*& alij plures communiter.

459 *Non sufficit.* Non sufficit fictam fieri traditionem. Quia licet traditio per clausulam constituti eosdem opereretur effectus quoad dominij translationē ac vera & realis traditio: at negari non potest, traditionem illam solùm fictione iuris traditionem esse, ac proinde non veram neque realem. Cum autem ad incurrendam pœnam caducitatis requiratur venditio, traditione subsequuta, intelligi debet de traditione vera,ac reali,non de traditione ficta.Ita Anton. Gomez *ad leg. 45.numero 95.*Rebellus *de iustit. parte secunda lib. 13.qu.4.a.7.* & alij quos refert Fachineus *l.septimo capite 86.*

460 *Verior sententia hæc.* Verùm etsi prima sententia, rigore iuris inspecto,vera sit,crediderim, contrariam æquiorem esse, & in iudicando amplectendam, vt testatur Iul.Clar.*ibid.n.4.* Certè in pœnis mitior est facienda interpretatio,maximè aduersus reum.

DVBIVM CVII.

An possit quis permutare vel donare emphyteusim domino irrequisito?

461 *Certa supponо.* POtest quidem quilibet irrequisito domino, emphyteusim Pignori,hypothecæ, alterive seruituti subiicere. Titulo hæredis, legati,aut nomina-

nominationis concesse, potest irrequisito domino emphyteusim alienare. Non poterit autem emphyteusim ad longum tempus locare; ad breue tempus potest, & ad longum emphyteusis commoditates, in his Doctores conueniunt. Dissentiunt tamen quoad permutationem, & donationem quæstioni committo, an possit quis emphyteusim commutare vel donare irrequisito domino?

462 *Potest permutare & donare.*

Potest quidem permutare, dummodo, ante traditionem moneat proprietarium, vt videat, an nouus emphyteuta sit persona idonea, eumque in possessionem mittat, ab eoque laudemium accipiat. Quia emphyteusis alienatio ob pretium acceptum, vel ob rem, quæ loco pretij habeatur, videtur interdicta *lege tertia & vlt. Codic. de iure emphyteut.* Potest item, irrequisito domino, emphyteusim donare, dummodo ante possessionem moneat dominium, vt nouum emphyteutam in possessionem mittat, si nihil habet, quod ei legitimè opponat. Quia nulla est causa monendi dominum ante donationem, cum ipse nullum ius habeat prælationis comparatione donatarij ab illo designati. Non enim tenetur ipsi donare: neque eius iuri ac potestati exigendi pensionem præiudicatur, cum nouus emphyteuta ab eo inuestituram accipiat. Sic de permutatione Sylvest. *verb. emphyteusis, quæst.* 17. Iul. Clarus *ibi, quæst.* 17. Gregor. Lopez, *lege vltim. titul.* 8. *parte quinta* Molina *d.* 461 Lessius *lib. secund. capite* 24. *d. b. 9. numer.* 54. Layman. *l.* 3. *sectio. quinta tract. quart. cap.* 23. *num* 9. De donatione verò sic Glos. *ad leg. vltim. Cod. de iure emphyt. v. emphyteusis, quæstion.* 15. Gregor. Lopez *ibi, v. La venta* Molina *d.* 461. Lessius, & Laym. *vbi supra.*

463 *Nec permutare, nec donare potest.*

Nec permutare, nec donare, quis potest domino non requisito consensu emphyteusim. Quia *lege tertia Codic. de iure emphyt.* inquit Imperator, *minimè licere emphyteutæ sine consensu domini meliorationes suas aliis vendere, vel iure emphyteuticum transferre.* Quæ verba de qualibet translatione siue titulo onerolo, siue lucratiuo intelligi debent. Neque refert, si dicas, consensum domini post celebratum contractum permutationis, aut donationis intelligendum esse, quia Iustinianus expresse de denunciatione ante contractum loquitur, & æque venditioni, ac translationi illam requirit. Constat autem in venditione requirendum esse dominum ante contractum celebratum. Ergò etiam in donatione, ac permutatione, ac qualibet translatione alia. Ita Battol. *ad legem vltim.* Glossa *lib. prim. Codic. de fund. patrimonial.* Fachin. *lib. tertio controu. cap.* 97. Rebel. *p. secund. de oblig. iustit. lib.* 13. *q.* 5. *n.* 1. & alij.

464 *Sententiam hanc veriorem esse puto.*

Equidem licet prima sententia communior videatur, & secure in foro cõscientiæ, & externo amplecti possis; veriorẽ tamẽ existimo esse secundam, quam ita confirmo: Contraria sententia adstruit, ante traditionem, ac possessionem rei emphyteuticæ requirẽdum esse vt videat, an persona idonea sit, cui donatur, vel quocum permutatur emphyteusis. At si ante permutationem, vel donationem celebratam requisitio fieret, domino commodior esset, cum liberius posset iudicium ferre de noui emphyteutæ idoneitate, vtpotè qui nulli eius iuri quæsito derogaret, ipsi etiam emphyteutæ minus grauis, & damnosa esset. Negari enim non potest, dure laturum, donationem aut permutationem factam sibi reuocari; quod non ita ægre ferret, si nulla donatio, aut permutatio facta esset: occasióque non leuis excitandi lites præstatur.

DVBIVM CVIII.

An si Princeps aliquem legitimaret, vt in feudo succedat: eius dispositio habeat effectum, irrequisito Domini?

SI Princeps aliquem filium naturalẽ, spuriũue à feudo quidem exclusum, irrequisito domini consensu legitimaret, vt posset in feudo succedere, eius dispositio effectum habet, quia ea est potestas Principis, vt valeat suis legibus legitimatos à successione feudi excludentibus derogare. Sic Glos. *ad §. Naturalis*, Curtius iun. Alexand. Roland. à Valle, & alij plures quos refert Fachin. *lib. septim. capit.* 49.

465 *Habet effectum.*

Eius dispositio non habet effectum, quia ex huiusmodi Principis dispositione domino grauis præiudicium infertur, ita alij plures relati à Fachineo *vbi suprà.*

466 *Non habet effectum*

Ego autem ex ipso doctore vtramque sententiam concilio. Prior sententia vera est, si grauis causa, ac publica intercedat vtilitas. Nam hac interueniente, non solum Princeps poterit suis in legibus dispensare: verùm iuri quæsito alteri derogare, *argum. lege quinta paragrapho vltimo, ff. de iniur leg. Ædificari. C. de opere. publ.* & tradit Decius *cap. Quę in Ecclesiarum, numer.* 19. *de constitut.* Abbas *n.* 11. Felin. *nu.* 26. At hac causa cessante nullum in hac parte effectum legitimatio habebit, quia absque causa nequit Princeps ius alteri quæsitum tollere, quamuis possit suis in legibus dispensare. Conar. *l.* 3. *var. capite.* 6. *num.* 8. Zasius *consil.* 20. *n.* 7. An dreas Gaill. *l.* 2. *obseruat.* 56.

467 *Vtramque sententiam ad concordiam adduco.*

DVBIVM CIX.

An in agnatorum præiudicium legitimatio habeat effectum ad emphyteusis, seu feudi successionem?

HAbet quidẽ, quia agnati, quibus ex antiqua inuestitura cõpetit successio huiusmodi, nullum ius quæsitum habent, sed quærendũ. At iuri quærendo, & in spe facilius derogatio contingit. *l. vlt. C. de adquir. possess. l. Qui autem, ff. qua in fraud. credit. l. si sponsus. § si maritus, ff. de donat. inter vir. & vxorem.* Præterquam quod Princeps non tollit ius vllum agnatis, sed differt; & casu quo tollat, non tollit directè, sed indirectè, quatenus ab illegitimo remouet successionis obstaculum.

468 *Habet quidem.*

Sic

Sic Decius *consil.* 269. *num.* 10. Alciat. *consil.* 171. Iul. Clarus §. *Feudum, q.* 82. Rolandus à Valle *cons.* 3. *n.* 142. *l.* 1.

469 *Non habet.* Non habet effectum. Quia Princeps nequit pro libito alteri suum ius auferre. At agnati ius succedēdi debent deficientibus legitimis filiis ex primo feudi institutore, quod ius non est tantum in spe, & futurum, sed præsens, & certum. Ergò illi Princeps derogare non potest. Ita Andreas Gayll. *l. secundo observat.* 142. *numero* 15. Menoch. *cons.* 181. *numero* 24. *libr. secundo & consil.* 202. *num.* 168. *l.* 3. Fachin. *l septim. controu. c.* 50.

470 *Auctoris resolutio.* Existimo stāte causa graui, & publica, posse Principem legitimare quemquam, vt in præiudicium agnatorum legitimatus succedat. At ea cessante contrarium iudico asserendum. Portò contrariæ sententię argumentum procedit de iure incerto futuro. Neque verum est, nullum agnatis tolli ius ex hac legitimatione, cum ab illis tollatur feudi possessio, viuente legitimato, quod ius etiam indirectè non est permittendum tolli.

DVBIVM CX.

Si sit emphyteusis, aut feudum priuati, & concedatur alicui pro se eiusque liberis: comprehendunturne illegitimi naturales?

471 *Non comprehenduntur.* NOn cōprehenduntur. Quia *leg. Filium, ff. de iis. qui sui, vel alieni iuris sunt*, definitur, filium eum esse qui ex viro & vxore natus est. Ergò nomine filij illegitimus comprehendi non debet, maximè in materia odiosa, & præiudiciali, sicuti est emphyteusis successio; præiudicat enim concedenti, ad quem difficilius dominiū vtile reuertetur. Sic Decius *ad caput In præsentia, num.* 42. *de probation. & ibi*, Berous, *numero* 325. Aurel. Corbul. *de iure emphyt. cap.* 12. *n.* 59. alijque apud ipsos.

472 *Comprehenduntur plane.* Naturales illegitimi, legitimis deficientibus, comprehenduntur, Quia *leg. ex facto, paragrapho si quis rogatus, ad Trebellian.* inquit Consultus: *si quis rogatus fuerit, si sine liberis decesserit vt restituat hæreditatem, Papinian. scribit, etiam naturalem filium efficere, vt deficiat conditio.* Ecce qualiter naturalis filius nomine filiorum comprehenditur, & ad successionem: filiis legitimis deficientibus, admittitur. Ita Molina *d.* 475. Fachin. *l.* 8. *controuers. capite* 98. & alij antiquiores quos refert Iul. Clarus *paragrapho emphyteusis quæstione* 30.

473 *Hanc sententiam amplector.* Hanc sententiam vti communiorem amplector, procedere autem iudico, cum mens concedentis emphyteusim nequit inuestigari. Nam prius censeo examinandas esse circumstantias concessionis, & ex illis inuestigandum an voluerit naturales filios comprehendere sicuti dixit Vlpian. *ad leg. ex facto, paragrapho si quis rogatus.* Mihi autem quoad naturales liberos attinet voluntatis quæstio videbitur esse, de quibus liberis testator senserit sed hoc ex dignitate, i& voluntate, & conditione eius, qui fideicommisit accipiendum est, vti aduertit Fachin *vbi suprà.*

DVBIVM CXI.

An Fœmina semel ad feudum admissa, eo, quod masculus deficiebat, si postmodum nascatur illius natiuitate sit excludenda?

474 *Certa recolo.* CErtum est, fœminas, earumque filios à feudi successione excludi, nisi expresse in inuestitura admittātur. Porro si in feudo nullū sit præstandū personale obsequiū, vel quod præstandum sit, à fœmina præstari potest, ad successionem feudi admittitur in feudo fœmineo, id est, quod primo fœminæ fuit concessum. At euentu, quo fœminæ admittuntur ad feudum, intelligendæ sunt admissæ, deficientibus masculis. Iam requiro, num fœmina semel ad feudum admissa, eo quod masculus deficiebat, si postmodum nascatur, illius natiuitate sit excludenda?

475 *Excludenda est.* Ita plane? Quia *capite primo. de eo, qui sibi, & heredibus suis masculis, & fœminis, ex libro secund. tit. ul.* 17. dicitur, *Non enim patet locus fœminæ in feudi successione, vbi masculus supereſt.* Sic Gloss. *ibi.* Bursat. *cons.* 63. *nu.* 16. & alij adducti à Fachineo, & Claro citandis.

476 *Non est excludēda.* Non est excludenda. Quia id aperte ex *dicto capite primo* colligitur, vbi fœmina obtinēs feudum, deficientibus masculis, exclusa non fuit à feudi possessione, ob suorum filiorum natiuitatem. Neque congruum erat, vt masculus denuo natus priuaret fœminam iure iam quæsito, maxime cum hoc ius perpetuum sit Ita Curtius iunior *de feudis, parte tertia num.* 33. Iul. Clar. § *feudum, qu.* 8. Fachin. *l.* 7. *contr. c.* 41. Molina *l.* 1. *de primogen. cap.* 10. *n.* 13. Molina noster *d.* 474. & alij plures. quos ipsi referunt.

477 *Verior mihi sententia hæc.* Hanc sententiam veriorem esse credidi rim', nec ei obstare verba illa textus quis contraria nititur. Fateor enim, non patere locum fœminæ in feudi successione, vbi masculus supereſt, fœmina non succedit in feudo interim ac supereſt masculus: bene tamen illius successionem masculo non existente requisitam retinet, masculo postmodum superueniente. Nam de hac tetentione nihil tex. fuit locutus.

DVBIVM

DVBIVM CXII.

An si quis accipiens emphyteusim, stipulatus fuerit pro se, & filiis suis: fœmina sit admittenda?

478. *Non est admittenda.* SOlum masculi admittendi sunt, nõ fœminę. Quia in contractibus & stipulationibus, quia sunt stricti iuris, interpretatio stricta facienda est. At nomine filiorum non comprehenduntur filiæ nisi ex benignitate, ac fauore legis, *leg. Pronunciatio, leg. Iusta. ff. de verb. signific. leg. Cum in adoptiuis. §. quæ in filio, ff. eodem titul.* Ergò in hoc euentu filiæ censendæ sunt exclusæ. Sic Couar. *l. 2. var. cap. 18. num. 1.* Burſat. *cons. 80. n. 7.* Riminal. *cons. 153. n. 3 l. 2.*

479. *Admittenda est.* Etiam fœminæ sunt admittendæ. Quia esto in materia stricti iuris, & quæ aliis præiudicare debet nomine filiorum filiæ non continẽtur iuxta *leg. 3. § sed si incertum sit. ff. de ventre in possess. mittendo.* fallit tamen quando ex legis dispositione cõtrariũ colligitur, vt in casu nostro contingit: Cum æque fœminæ ac masculi habiles sint ad emphyteusim. *§. emphyteusi. Authent. de non alienand. reb.* Cum autem quælibet stipulatio & contractus censeatur factus secundum iuris regulas, *leg. si stipulatus, ff. de vsur.* consequens est, vt stipulatio emphyteusis pro filiis, filias contineat, si quidem emphyteusis vtrisque masculis, ac fœminis sit communis. Ita Salicet. *ad l. 2. de iure emphyteu. qu. 12.* Decius *ad leg. 2. ff. de reg. iur. n 9.* Alciat *ad leg. ff. de verb. signific.* Couar. *l. 2. var. c. 18. n 1.* Pinel. *leg. 3. num. 33. c. de bonis matern.* Menoch. *cons. 111. num. 57. & 60. lib. 2.* Fachin. *l. 1. controu. c. 97.* Molina *d. 474.* Palao *de iust. tr. 22. d. 10. pun. 8. §. 4. n. 12.*

480 *Cum his probabilius opinor.* Cum his probabilius opinor. Nam est nomine filiorum fœminæ non veniant nisi ex benignitate legis, sufficiens fundamentum habemus, vt hac benignitate in præsenti gaudeamus. Cum hæc interpretatio dispositioni legis admittentis fœminas æque ac masculos ad emphyteusim sit conformis.

DVBIVM CXIII.

An in emphyteusi, vel feudo hæreditario possit succesſor, repudiata hæreditate vltimi possessoris, emphyteusim obtinere, cum tamen primi possessoris hæres existat?

NOn potest. Quia emphyteuta, aut feudatarius ab vltimo possessore recipit emphyteusim, vel feudum, immediatè, à primo autem non nisi mediantibus illis, in quos emphyteusis, vel feudum deriuatum est; Ergo vltimi possessoris hæres debet esse. Sic Molina *d. 472. in fine.* 481 *Non potest.*

Potest profecto. Quia licet quilibet emphyteuta, ac feudatarius accipiat emphyteusim, aut feudum à proprietario, qui emphyteusim, vel feudum concessit tanquam à prima origine at negari non potest, primum possessorem hanc concessionem acceptasse, & pro se, suisque hæredibus stipulatum esse, cuius stipulationis virtute quilibet eius successor hæres capax est emphyteusis; Ergò ab ipso possessore primo tãquam à causa formali, & propria emphyteusi habetur, tametsi ordine quodam successionis derinetur; Ergò potius spectandum est, an successor sit hæres primi possessoris, quam vltimi Ita Arias, Pinel. *ad l. 1. Cod. de bon. matern. p. 3. n. 91.* Iul. Clar. *§ feudum, q. 9. n. 5.* Caldas *de nominat. emphyteus. qu. 22. n. 39.* Aluar. Valasc. *de iure emphyt. q. 44. n. 19.* Clarúsque testatur in facto Senatum Neapolitanũ iudicasse, sufficere, hæred esse primi possessoris, quamuis vltiminon sit. 482 *Potest plane.*

Hæc sententia verosimilior mihi addiderim, præfatum successorem absolutè hæredem esse saltem primi possessoris. At prima dispositio, ex qua interpretatio sumenda est, solam qualitatẽ hæredis in successore requisiuit. Ergo absque fundamento restringitur, vt ea qualitas hęredis debeat esse vltimi possessoris, & non sufficiat esse primi. 483 *Sententia hæc verosimilior mihi*

LIBER XL.

CONTRACTVS FORTVNÆ.

DE quatuor agendum in præsenti Contractibus, in quibus præter ea, quæ cum cæteris habent communia, fortuna quoque peculiariter admiscetur. Hi sunt Assecuratio, Sponsio, Sortes, & Ludus.

SECTIO PRIMA.

De Contractibus Fortunæ Receptiores sine pugna Sententiæ.

CAPVT I.

De Assecuratione.

1 *Quid assecuratio?*

ASSECVRATIO est *contractus quo alienæ rei periculum suscipitur pro pretio, obligando se ad eam compensandam, si perierit.* Ita quidem vt quis teneatur ad compensationem totius, si res tota perierit, vel ad restitutionem partis, si tantummodo perierit pars. Reducitur ad contractum innominatum *Facio, vt Des*, ex parte assecurantis, vel ad *Do, vt facias* ex parte offerentis pretium pro assecuratione. Vel reducitur ad emptionem, & venditionem, assecurator enim vendit susceptionem periculi, vel obligationem soluendi æstimationem rei, si pereat, pro certo pretio. Molina *tractat. secund. de iustit. disputatio* 507. Lessius *libro secundo capite* 28. *dub. quart. numero* 24. Azor *parte tertio libro* 11. *cap.* 18. *quæstione prim. & secund.* Filliuc. *tractat.* 37. *numero primo, & secund.* Sylvest. *verb. Negotium, quæst.* 5.

2 *Quinque conditiones ad assecurationis iustitiam.*

Quinque ad assecurationis iustitiam conditiones requiro. Prima est, vt adsit æqualitas inter pretium datum assecurati, & obligationem, quam assecurator in se suscipit, perpensis temporis, loci, ac personarum circumstantijs. Iustum autem pretium in assecuratione censetur, quod est à lege taxatum, vel à communi hominum æstimatione præscriptum. In aliquibus locis accipi assolent tres, quatuor quinque, vel sex pro centum. Azor. *part. tertia libro* 11. *cap.* 18 *quæstion.* 10 Bonac. *de contr. d.* 3. *quæstion.* 9. *puncto* 3. *numero tertio*, Filliuc. *tract.* 37. *numero tertio.* Secunda est, vt qui petit assecuratorem, non cogat alterum ad huiusmodi contractum ineundum. Quia alioquin imponeret obligationem pretio æstimabilem, ad quam assecurator non tenetur. Imo qui mutuat, & simul est assecurator pecuniæ mutuatæ in foro externo præsumi posset vsurarius ex *c. Nauiganti, de vsuris.* Quia præsumitur dare mutuum cum pacto celebrandi, assecurationis contractum, adeoque cum onere pretio æstimabili, ideóque vsurario. Naus. *cum. c.* 17. *n.* 283. Fill. *tr.* 37. *n.* 12. Tertia est, vt assecurator ab eo, qui assecurationem petit, de veris periculis admoneatur, quibus res assecuranda subiacet. Quarta, vt res de qua contractus assecurationis initur, existat, vnde non est valida assecuratio, quando quis non habet merces in naui, sed fingit eas habere. Quia dolus tunc dat causam contractui. Salon *de assecur. art. secund. concl.* 2 Azor. *p.* 3. *l.* 11. *c.* 18. *quæst.* 9. Quinta est, vt res non solum subsistat, sed etiã sit periculo exposita, alioquin si assecurator sciat ante contractum; rem (verb. grat.) peruentalse ad portum, vel ad terminum, ad quem elset deferenda, nihil poset acipere, & teneretur ad pretij accepti restitutionem, & ad resarcienda omnia damna mercatori secuta ob ipsius dolum. Quia contractus per dolum dantem ipsi causam celebratus, est inualidus. Less. *libro secund. c.* 28 *n.* 24. Fill. *tr.* 37. *n.* 5. & 7.

Quando

3 *Assecurator potest aliquid retinere quando nescit certo, rem non pervenisse ad portum.*

Quando assecurator nescit certo, rem ad portum pervenisse, potest aliquid accipere, non ratione contractus, præcise, vtpote inualidi, sed ratione contractus cum periculo iuxta maius vel minus periculum, cui se exposuit, iuxta prudentis arbitrium. Mol. *tr.* 2. *d.* 507. *n.* 3.

4 *Qui per Astrologiam, vel aliunde nouit haud futuram tempestatem, potest æstimatur integrum assecuratio-nem pretium accipere.*

Qui per Astrologiam, vel aliunde nouit, non futuram tempestatem in pelago, aut ex litteris amicorum accepit mare tutum esse, & à latronibus immune, potest tantum accipere, quantum acciperet alter assecurator, qui hæc ignoraret. Quia non videtur esse deterioris conditionis alijs, qui hoc ignorant, sicut enim merces vendi possunt pretio currenti, etiam si quis sciat, cito aduehendas esse in magna quantitate vilisque æstimandas, ita etiam obligatio hęc potest vendi pretio, quo communiter à peritis æstimatur. Lef. *l.* 2. *c.* 28. *n.* 27. Fill. *tr.* 37. *n* 8.

5 *Inualide contrahit, qui sciens nauim periisse petit assecurationem.*

At mercator, qui sciens nauim periisse petit assecurationem, inualide contrahit. Qui dolus adest ex parte mercatoris, qui eo ipso, quod petit assecurationem, indicat rem non periisse. Verum si certus omnino non sit, videtur posse aliquid accipere iuxta prudentis arbitrium perpensis omnibus circumstantijs. Fill. *tr.* 37. *n.* 6. Azor. *p.* 3. *l.* 11. *c.* 18. *d.* 6. 9. Bon. *de contr. d.* 3. *qu.* 9. *p.* 3. *n.* 3. Lef. *l.* 2. *cap.* 28. *n.* 25 & 26. Mol. *tr.* 2. *d.* 507.

6 *Quatuor res sunt, quæ solent assecurari.*

Quatuor res sunt, quæ assecurari assolent. Primo, merces siue terra, siue pelago. Secundo, pecuniæ, siue quæ transferuntur de loco ad locum mari, vel terra, siue quæ sunt debitæ, vt si Antonio debeat Ioannes centum mercator ea pro quinque assecuret. Tertio est libertas, vt cum quis nauigans ac Turcarum periculum curat sibi assecurati libertatem. Quarto, vita vt si amico mutuani pecuniam ad annos quinque quam me amissurum timeo, si intra annos quinque amicus moriatur, possum petere assecurationem vitæ illius, traditis assecuratori quinque pro centum, itavt si amicus intra quinquennium obeat, assecurator pecuniam, quam mutuani amico, soluere teneatur. Quia vterque subit æquale periculum lucrandi, & perdendi. Syluest. *v. Negotium, q.* 4. Lopez *de contr. l.* 2. *c.* 16. Regin. *l.* 25. *n.* 384. Azor. *p.* 4. *l.* 11. *c.* 18. *q.* 8. Fill. *tr.* 37. *n.* 11. & 13.

7 *Fraudes quæ interuenire solēt in assecuratione indico.*

Denique te fraudes, quæ interuenire assolent in contractu assecurationis tam ex parte assecuratoris, quam assecurati, admoneo. Duæ sunt ex parte assecuratoris. Vna quidem, si nō habeat sufficientia bona vnde possit soluere, si res assecurata pereat. Altera, si faciat assecurationem in re, quam certo nouit, esse in tuto constitutam. Ex parte autem assecurati, seu domini rei, quæ assecuratur duæ aliæ possunt adesse. Prima, si quando scit certò rem suam perijsse, tamen cum alio conueniat, vt assecuret. Secunda, si loco rei assecuratæ substituat aliam rem minoris æstimationis, vel nullam, tunc enim inualidus erit cōtractus Azor. *p.* 3. *l.* 11. *c.* 18. *q.* 9. Bo. *de contr. d.* 3. *q.* 9. *pun.* 3. *n.* 4. Garzias *de contr. p.* 2. *c.* 15. Sot. *de iust. l.* 6. *q.* 7.

CAPVT II.

De Sponsione.

8 *Quid sponsio.*

Sponsio est contractus, *in quo duo de veritate, vel euentu alicuius rei contendentes, sibi vicissim aliquid spondent, vt id eius sit, qui veritatem, vel euentum fuerit assecutus.* Contractus hic sua ex natura est licitus. Quia quòd vnus se exponat periculo aliquid committendi, si non euenerit, quod dictat, vel certum non sit, quod affirmat, commutabile est pro simili periculo, cui alter similiter se exponit. Sic omnes Doctores,

9 *Tres conditiones ad eius iustitiam requiruntur.*

Tres conditiones ad iustitiam huius contractus requiruntur. Prima, vt cum æquali incertitudine sit etiam æqualitas in re, quu sponderur. Secunda, vt contendens vterque sit dubius de futuro euentu, seu de re, de quæ cum altero contendit. Tertia, vt vterque in eodem sensu accipiat id, de quo certatur. Garzias *de contr. p.* 2. *c.* 13. Molin. *tr.* 2. *d.* 508. Azor. *p.* 3. *l.* 11. *cap.* 19.

10 *Non potest sponsionem facere qui certo scit rem, de qua disputatur.*

Qui certò nouit rem de qua certatur, vel ex scientia, vel ex diuina reuelatione, vel ex sensuum experientia, non potest licitè sponsionem facere. Quia non est æqualis conditio ex parte vtriusque, is namque, qui certò rem nouit haud se amissionis fortunę exponit. Attamen si res tantum sit nota ex opinione probabili, aut signis, inditijs, coniecturisve probabilibus, aut ex fide, seu authoritate solum humana, licita erit sponsio. Quia hæc omnia possunt fallere, cum certam cognitionem non pariant, sed solum probabilem. Lopez *p.* 2. *Instr. c.* 18. *de contr.* Sanch. *to.* 1. *opusc. c.* 8 *dub.* 13.

11 *Quid si postea dubitare inciperet, de re.*

Qui verò certo rem sciret, & postea dubitare inciperet, poterit spondere. Quia saltem in sua æstimatione se se alicui amittendi periculo exponit, etiamsi alius ex sua pertinacia verè amittat. Idem dixerim de eo, qui reputans id, pro quo spondet, esse omninò certum, spondet, & lucratur, quia res ita contigit, re vera tamen postea comperit, non fuisse ita certum, sed se se exposuisse periculo amittendi.

Quia licet peccauerit spondendo ob conscientiam erroneam, tamen potest retinere id quod lucratus est, nam res erat incerta, & se periculo amittendi, vel ignorans exposuit. Mol. *tr.* 2. *d.* 508. Bonac. *de rest. d.* 2 *p.* 1. *n.* 18.

12 *Sponsiones de re illicita prohibita.*

Sponsiones cum conditione illicita, sunt illicitæ, & legibus ciuilibus damnatæ. Quia spe lucri homines inducuntur ad delinquendum in huiusmodi sponsionibus. Vt si quis in mensa se superaturum alterum in edendo, aut bibendo spondet, datur peccati occasio in temperantiæ violatione. Azor. *p.* 3. *l.* 11. *c.* 19. *q.* 6. Fill. *tr.* 37. *n.* 27. Diana *p.* 7. *tr.* 9. *res.* 69.

13 *Qui potest sponsionem, implere non vult.*

Sponsione facta inter Antonium, & Ioannem, quod Antonius currendo, vel saltando Ioannem vincat, deinde Ioannes non vult currere, aut saltare, obligatur Antonio soluere,

Tenetur sponsionem soluere.

quod depositum sponsione fuit. Quia iniustè renuit adimplere contractum: Ea quia conditio adimpleta censetur. Azor. *p. 3. l. 11. c. 19. q. 7.* Fill. *tr. 37. n. 28.*

14 *Licitæ sunt per se sponsiones pro vita, & electione Cardinalium, sed prohibitæ.*

Licitæ sunt per se sponsiones super vita mortè, vel futura Cardinalium electione, quia sunt de re, & euentu dubio, iure tamen positiuo prohibentur sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ reseruatæ summo Pontifici, & irritæ reddiuntur, ac proinde lucrum ex eis sponsionibus æquisitum in foro conscientiæ est restituendum. Ita Greg. XIV. *in constit. Cogit nos depravata*, die 28. Martij anno 1591. apud Quarantam *v. Electio.*

CAPVT III.

De Sortibus.

15 *Sortium diuisoriarum hic sermo.*

DE sortibus diuinatorijs, quando scilicet per eas inquiritur de futuro euentu, & de sortibus consultatorijs, quibus inquiritur diuinum consilium, &c. egimus ad primum Decalogi præceptum. Hic sermo procedit de sortibus diuisorijs, vt cum sortes mittuntur ad aliquod commune inter multos dividendum. Nam quia inter ipsos non conuenit, quam partem quisquam debeat accipere, sortibus id committunt. Fill. *tr. 37. n. 35. & 36.*

16 *Quidnam sortes diuisoriæ earum differentia.*

Contractus ergo sortium est ille, *quo aliqui ius habentes in re aliqua, conueniunt, vt mittantur sortes, quibus constet, quisnam illam debeat obtinere.* Pro varietate autem pacti etiam variæ possunt esse sortes. Aliæ enim *lusoriæ sunt*, vt in ludo, aliæ *Electoriæ*, quæ ad electionem faciendam ordinantur, aliæ alijs modis. Ex hac definitione colligo, in huiusmodi contractu posse duos contractus aliquando interuenire. Primus est emptionis, & venditionis, in quo emptores sunt ij, qui concurrunt, ad eam rem habendam per sortes, venditor autem est is, qui rem illam sortibus exponit. Secundus est ipse sortium contractus, inter eos qui ad sortes concurrunt. Filliuc. *tr 37. n. 38.* Mol. *tractat. 2. d. 509.*

17 *Licitus hic contractus si fraus absit.*

Si fraudes absint, & inæqualitates sortium contractus licitus est. Quia quod singuli inuicem in fauorem cæterorum periculo sortis exponant æquale ius ad rem aliquam, vel quam partem ex ea debeant accipere, est commutatio quædam æqualis, ac consequenter erit iusta. Dixi, *si fraudes absint*, nam si in sortibus mittendis, aliquid fiat, quo aliqui eorum, inter quos sortes mittuntur, minus sint expositi commodo lucrandi, vel periculo amittendi, esset contractus iniustus. Quare si quis rem ita disponat, vt sors vnum contingat determinatum, & non alios, tenebitur restituere reliquis id totum, quod singuli contribuerunt. Filliucius *tract. 37. numer. 39.* & alij communiter.

17 *Prohibita est in Ecclesiasticis beneficijs*

Porrò electio per sortes in Ecclesiasticis beneficijs prohibita est, secus in alijs rebus. Vnde si reliqua adsint requisita, fieri potest. Sic sorte eliguntur virgines, quæ dotem recepturæ sunt ex multis habilibus. Sic in conclaui ad electionem summi Præsulis distribuuntur cubicula, & eliguntur qui in quo debeant collocari. Fill. *tr. 37. n. 41.* *electio per sortes.*

Porro in contractu sortium, qui Italice dicitur *Il lotto*, vbique vsitato, quinque personarum genera interueniunt. primo enim sunt domini rerum, quę sortibus exponuntur, qui *dicitur*, in rum valorem. Secundo sunt ij, qui contribuunt, & diuidunt inter se sortes vt is lucretur, in quem sors, vt aiunt, beneficiata, cadit. Tertiò sunt ministri, qui publica authoritate taxant valorem rerum circa quas mittendæ sunt sortes, accipiunt contributiones, & nomina eorum, qui volunt contribuere, demum extrahunt sortes, & rem totam fideliter exequuntur, eis competenti stipendio deputato. Quartò sępè sunt pauperes, & pia loca, quibus applicatur aliqua pars eius, quod quis sorte lucratur. Quinto denique lucrantur ij, qui plus contribuunt, quibus sæpe solet ob id aliquid donari. Verùm domini rerum, quæ sortibus exponuntur, licite earum iustum pretium lucrantur. Quia iusto contractu, nempe venditionis eas acquirunt, vt suppono. Is autem, in quem sors beneficiata cadit absque aliqua fraude, eam licite lucratur, quia omnes sunt æqualiter expositi lucro, & periculo, & omnes liberè consentere, vt is, in quem sors caderet posset rem illam licite habere. Ministri vero licite recipiunt stipendium laboris sui, modo tres adsint conditiones. Prima, vt stipendium non excedat iustum rigorosum. Secunda, vt non sit plures, quam necessarij esse videantur. Tertia, vt non plus temporis in eo negotio insumant, quam necesse sit. Molina, *tractat. secund. disputatione 509.* Et quidem stipendium pro ministris soluendum à contributoribus; quam à rerum venditore. Quia huiusmodi ministerium est in bonum contribuentium potius, quam venditoris. Demum ex rebus expositis aliqua in pios vsus possunt applicari. Quia eiusmodi applicatio fit omnium in id concurrentium consensu, ac præterea publica authoritate. Mol. *De instituta genera* *contractus* *qui* *quinq; concurrunt* *rum genera*

CAPVT IV.

De Ludo.

20 *Ludi desinitio.*

LVDVS est contractus, *quo ludentes inter se paciscuntur, vt victori cedat, quod vterque deposuit.* Quilibet collusorum potest à contractu ludi, quoties voluerit, re integra, resilire, quando vero res non est integra, ideest, quando vel sors iam incepta est, non licet resilire antequam sors consummetur nisi alter consentiat. Quia ratio contractus postulat ne alter ab eo resiliat cum alterius contrahentis inuiti damno. D. Tho. *2. 2. q. 168. a. 2.* Les. *l. 2. c. 26. n. 1.* Fill. *tr. 37. c. 4.* Azor. *p. 3. l. 5. c. 24. q. 7.*

21 *Ludus per*

Ludus sua ex natura est licitus, & ex se res indifferens, si tamen ob honestos fines ineatur, bonus, & honestus erit. fieri potest illicitus ex circum-

Illicitus, potest tamen ex circumstantiis illicitus fieri.

circumstantijs, nempe ex affectu ad malum, vel si ludens paratus sit ratione ludi facere, vt committere aliquid, cuius actus; vel omissio sit peccatum lethale, vt quando omittitur sacrum in die festo, quando admiscentur facta aut dicta praua, vt blasphemiæ, conuitia, vel quando intercedunt fraudes cõtra ludi leges (Porrò leges ludi dicuntur illæ, quæ in eo loco, in quo ludus instituitur, asseruantur,) vel quãdo alter dolo, aut vi pertrahitur ad ludendum, vel quando irreuerentia contra Deum interuenit, vel ratione periculi alicuius notabilis nocumẽti, vel quando ludus exercetur cũ eo, qui non potest pecuniã ludo exponere, vel donare, vel alienare. Hisce in casibus ludus est illicitus mortaliter, aut venialiter pro rei grauitate, D Tho. 2. 2. q. 168. a. 2. Sayr. *in claui l.* 11. *c.* 12. *n.* 2. Fil. *tr.* 37. *c.* 4. *q.* 3 Bon. *de rest. d.* 2. *q.* 3. *n.* 3. Valent. 2. 2. *d.* 5. *q.* 6. *pun.* 5. *dub.* 8.

22 *Non est mortale ratione affectus ad lucrum, nec ex circumstantia loci vel temporis vel facti, vel personæ,*

Aliquæ circunstantiæ sunt, quæ videntur ludum graniter illicitum facere, re vera autem haud efficiunt lethaliter illicitum. Primo ratione affectus ad lucrum notabilis. Quia lucrandi affectuosa intentio non est ex se mala, nisi alioquin depraueatur, tamen actus otiosus erit, si ad alium honestum finem non ordinetur. Secundo ex personæ circunstantia. Quia Clerici, Monachi, imo etiam Prælati aliquando licitè ludunt, etiam talis, & chartis lusorijs ob honestam causam, modo absit scandalum, & à violatione legis ad mortale obligantis abstineant. Tertio ex circunstantia loci sacri non est ludus peccatum mortale, nisi forte cum scandalo geratur, vel graui irreuerentia; aut nisi forte sit comœdia nimium profana, quam in loco sacro exponi non decet. Quarto ex temporis circumstantia præcise. Quia ludere in die admodum solemni, & populi deuotioni dicato, mortale non est, nisi aliqua lethalis circumstantia superaddatur. Nau. *sum c.* 20. *n.* 3. Fill. *tr.* 37. *n.* 55. Regin. *l.* 10. *n.* 385. Dana *p.* 4 *tr.* 4. *res.* 183. & *p.* 7. *tr.* 9. *res.* 3. & 4. Sylu. *v. Ludus, n.* 2.

23 *De ludis histrionum.*

Ludi histrionum sunt liciti, modò honeste gerantur: secus si turpiter, aud cum turpium repræsentatione. Clerici vero non possunt ludos larnales gerere. Quia dedecet personã Ecclesiasticam fictam personam hoc modo repræsentare, propterea à Doctoribus culpę lethalis damnantur. Angel. *v. Ludus nu* 2. Salon. 2. 2 *q.* 4. *de dominio, a.* 6. *concl.* 2. & quidem non videntur excusandi, nisi id raro breui tempore, & absque scandalo geratur.

24 *Ad iustitiam ludi quatuor requiruntur conditiones. Prima, vt ludentes habeant liberam dispositionem rei, quam ludo exponunt.*

Ad iustitiam ludi quatuor requiro conditiones. Prima est, vt ludentes habeant liberam dispositionem rei, quam ludo exponunt. Nõ enim possunt res alienas, vel quas alienare nequeunt, periculo exponere, vel eius dominium in alterum transferre. Vnde licet filiusfamilias ludere valeat de bonis castrensibus absq; patris consensu, non tamen de aduentitijs, nisi ei pater vsumfructum concedat. De profectijs autem non potest absque patris consensu, cum consensu licite ludit. Filius qui in curia, aut Academia centum ducatos quot annis expendit, si quatuor, vel quinque ludo dispendat, verisimile est, patrem ratum habere, cum probè parentes sciant, vix innenes posse sine huiusmodi viuere dispendijs. Lessius *libro secundo cap.* 26. *dub. secund. numer. secund.* Tolet. *libro quinto cap.* 27. Diana *part. prim. tr. de contr. res.* 66. Nauar. *sum. c.* 17. *n.* 12. Vxor non potest de bonis sibi cum viro communibus, & dotalibus ludere sine viri licentia, nisi iuxta morem patriæ, saltem in notabili quantitate. De bonis vero paraphernalibus, quæ illis scilicet extra dotem, vel hæreditate, vel donatione, vel alias quauis via aduentarunt, ludere valet. Sayr. *in claui, l.* 11. *c.* 12 *n.* 7. Bon. *de rest. d.* 2. *q.* 3. *pun.* 2. *n.* 10. Religiosus de Prælati consensu ludere aliquid potest, non autem si excedat, vel illicitus sit ludus etiam laicis. Degens extra Monasterium, ludere potest modicũ quiddam, v. g. quatuor aut quinque in centum. Imò illam quantitatem, quam extra ludum licite valet iuxta suam regulam, seu constitutiones, donare. Portel. dedub. Regul. *v. Ludus, nu.* 2. Ludẽs pecunia aliena, non facit suum, quod, ludendo, acquirit, vt accidit quando fur, aut vsurarius, vel famulus, vel depositarius pecuniam alienam suo nomine ludo exponit, & vincit, & lucrum acquisitum restituendũ est collusori perdenti. Fill. *tr.* 37. *c.* 6. *q.* 1. Bon. *de rest. d.* 2 *q.* 3. *pun...n.* 15. Dian. *p.* 7. *tr* 9. *res.* 19.

25 *Secunda, vt ludens fraudibus non vtatur contra ludi leges.*

Secunda conditio, vt ludens fraudibus nõ vtatur contra ludi leges, alioquin ad restitutionem eius, quod lucratus sic fuerit, tenetur, & ad reparationem damni, quod incurrit, qui ablata fraude, erat lucraturus. Non autem ideo damnarim cautelas, quas ludi natura admittit, vtriusque ludentium communes & notas, vt si quis aduertens, se certo lucraturum roget aduersariũ, velit ne duplũ deponere, &c. Lel. *l.* 2. *c.* 26. *n.* 13. Fill. *tr.* 37. *c.* 6 *q.* 3. Azor *p.* 3. *l.* 5. *c.* 25. Val. 2. 2. *d.* 5 *q.* 6. *p.* 5. *du.* 8. Qui autem se aliquius ludi fingit ignarũ, vt trahat alium ad colludendũ, qui verè ignarus est, tenetur restituere quidquid huiusmodi ab eo fraude lucratur. Quia cẽsetur causa damni per fraudẽ. Idem dixerim de illo, qui finit se in primo vel secundo iactu vinci, vt deinde vberiori questu superet aduersariũ Reg. *l.* 10. *n.* 387. Mol *tr.* 2 *d.* 5 17. *n.* 4. Sayr. *in claui l.* 11. *c.* 12. 18. Sa *v. Ludus, n.* 8. Qui verò auctionẽ factã ab altero collusore acceperit eo quod à tertiochartarũ inspectore vtriusq; colludẽtis admonitus fuerit, vt eã acceptaret, ad restitutionem tenetur, si ante admonitionem decreuerat non acceptare. Quia admonentis fraude gessit lucrum, Sayr. *n.* 23 Mol. *n.* 3. Lopez *de contr l.* 2. *c.* 22.

26 *Tertia, vt alter alterum per iniuriam ad ludum non pertrahat.*

Tertia est, vt alter alterum per iniuriam, minis, conuitijsve ad ludum nõ pertraxerit. Quia si ille sic attractus perdat, alter ei est causa damni per iniuriam, & tenebitur ad restitutionem. Sayr. *in claui. l.* 11. *c.* 13. *n.* 1. Tolet. *l.* 3. *c.* 27. Man. *p.* 1. *sum. c.* 188. *conc.* 7.

27 *Quarta, vt æqualis sit colludentiũ conditio.*

Quarta denique conditio est, vt æqualis sit conditio ludentium, vnde per se loquendo, de ratione ludi est, vt quis lucrari non possit plura, qua collusor ab eo lucrari queat, habẽs v. g. decẽ nummos aureos non potest primo iactu lucrari viginti, seu quindecim. Quia æqualis esse debet vtriusque conditio. Hinc si collusor potest lucrari tecum decem, tunc tantummodo totidem potes ab eo lucrari in vices singulas. Tamen fieri potest, vt vnus possit plures lucrari, quam perdere, verb. grat. quando alter collusor nouit conditionem socij minorem pecuniæ vim habentem; & tamen cedit iuri suo, vel quando ludo exponit decem, ludendo cum duobus, tunc enim potest lucrari viginti, quia in eo casu exponit pecuniam suam duplo maiori periculo. Idem in diuersis manibus

Escob. & Mend. Theol. Mor. Tom. V.

bus seu vicibus potest plus lucrari, v. gr. si ludo exponat decem, & à socio alia decẽ lucretur, si omnes viginti nummos voluerit ludo exponere, poterit vna vice lucrari alios viginti, & sic deinceps. Quia in his casibus nulla inęqualitas reperitur. Molina *tract. secundo d. 519. numero quart.* Sylu. 2.2. *quæstione* 168. *artic.* 3. *concl.* 2. Diana *p.* 1. *tr. de contr. resolut.* 67. Bañes 2. 2. *qu.* 32. *a.* 7. Sot. *l.* 4. *de iust. q.* 5. *a.* 2. Nauar. *sum. c.* 17. *n.* 12.

28 *De colludentibus vetito ludo.*

Qui lusit vetito ludo intendens non soluere, vel solutum repetere, non potest retinere, quæ fuerit lucratus. Quia dolus dat causam contractui, collusor enim non luderet, si sciret socium nolle soluere, aut velle solutum repetere. Reginald. *l.* 10. *n.* 388. Less. *lib.* 2. *cap.* 28. *du.* 5. *num.* 31. Qui verò vetito ludo pecuniam amittit, eamque soluit, non potest propria authoritate recuperare, nec illius compensationem sumere, quamuis illud se per Iudicem recuperare desperet. Quia qui lucratus est sine dolo, violentia, & ab eo, qui alienare potes, & in eo cõtractu nihil aliud reperitur, nisi sola legis prohibitio, iuste retinet pecuniam, eiusque dominium habet, quousque Iudicis sententia condemnetur: Medina *de rest. quæst.* 22. *corollar.* 3. Valent. 2. 2. *d.* 5. *q.* 6. *pun.* 5. *dub.* 8. Bañes 2. 2. *q.* 32. *a.* 7. *dub. penult.* Diana *part.* 7. *tract.* 9. *resol.* 22.

Quando luditur pecunia absente in ludo vetito, præstita fide de soluendo, stando in iure ciuili communi is qui amittit, non tenetur in conscientia soluere creditori, nisi forte iuraverit, se soluturum, quod perderet. Quia iure Cæsareo sancitur, vt victus non cogatur soluere. *Auth. vt alearum C. de relig. & sumpt. funer.* Sanch. *l.* 2. *sum. c.* 23. *n.* 144. Nan. *sum. c.* 20. *n.* 17. Less. *l.* 2. *c.* 28. *du.* 4. *n.* 24. Con. *ad reg. peccat. p.* 2. §. 4. *n.* 8.

SECTIO SECVNDA.

Dubia de Contractibus Fortunæ.

CAPVT V.

Circa Assecurationem.

DVBIVM I.

An semper sit licitus, Assecurationis contractus?

29 *Non semper est licitus.*

NOn semper est licitus, sed solùm, quando ille idem, qui alias operam suam debebat ad conseruationem rei alicuius adhibere, tursus pro interesse moderato periculum illius in se suscipit, v. g. si nauta periculum in se suscipiat mercium, quas in naui deportat. Quia tunc assecuratio deseruit, vt maiori ille diligentia suo muneri satisfaciat. Secus vero, quando qui periculum suscipit, nullam adhibiturus est operam, aut diligentiam ad rei conseruationem. Quia hæc assecuratio non est reipublicæ vtilis, nec deseruit, nisi vt hi assecuratores otiosi suis in domibus locupletentur, sicut lusores. Sic Conrad. *de contract. quæstione* 71.

30 *Licitus est semper.*

Semper quidem est licitus seruatis conditionibus, quas *sect.* 1. expressi. Quia contractus hic publicum cedit in bonum, vt mercatores audeant merces suas ex vno ad alium locum cum maiori securitate transportare. Ita omnes Doctores teste Lugo *to.* 2. *de iust d.* 31 *numero* 93.

Profecto de huius contractus honestate solus Conradus dubitauit, cuius sententiam merito omnes alij reijciunt. Nam præterquam quod contractus hic in bonum publicum cedit, aliunde possunt in eo omnes iustitię conditiones sicut in alijs asseruari.

31 *Hoc mihi certum.*

DVBIVM II.

Quis agnouit ex Astrologia, non fore tempestates, vel ex amici litteris Piratas omnino recessisse: Potestne adhuc ordinarium pretium, etsi magnum sit pro assecuratione petere ob magna tempestatis, ac Piratarum irruptionis pericula?

POtest quidem, v. gr. tria in centum. Quia obligatio tanta passim æstimatur, eo quod magna sint pericula communiter occurrentia, nec minuit communem æstimationem notitia priuata causæ occultæ, quam ille habet. Sicut merces possunt vendi pretio communi ab eo etiam, qui priuatam scientiam habet de proxima abundantia. Sic Less. *l.* 2. *capit.* 28. *dub.* 4. *numero* 27.

32 *Potest quidem.*

Minime potest. Quia instat obligatio manifestandi vitium, & defectum intrinsecum rei quę est materia contractus, vt constat ex venditione, & alijs. Cum ergo materia huius contractus sit periculum quod suscipitur, si periculum tale non sit, vel sit minus; vel maius, &

33 *Non potest*

& alius intrinsecè ab eo, quod apparet : id totum debet manifestari ad contractus iustitiam Ita Cardin. de Lugo *tom. secund. de iust. d. 31. num. 97.*

34 *Hoc verius esse puto.*

Hoc verius existimo, & idem esse, si dicat Lessius, non periculum, sed obligationem ad periculum huius contractus esse materiam. Nã quando periculum non est, vel est multo minus; obligatio etiam ad illud periculum erit in se & intrinsece multo leuior; & è contra quando periculum maius est, obligatio erit in se etiam & intrinsece maior. Parum autem refert quod passim tanti æstimetur : id enim prouenit ex ignorantia, non quidem circumstantiæ extrinsecæ, sed ipsiusmet periculi, vel obligationis, quæ æstimatur esse talis cum talis non sit. Sicut quando gemma falsa æstimatur communiter vera, & magni pretij, non ideo venditor, qui scit esse falsam, potest carius illam vendere; quia defectus est in ipsa gemma intrinsecus. Quando autem merces venduntur pretio currenti a sciente futuram abundantiam non occultatur vitium occultum; quia merces non sunt minus, vel magis bonæ in se propter abundantiam, vel penuriam futuram.

DVBIVM III.

Si assecuretur dimidia mercium pars generatim, pereunte media mercium parte assecurator teneturne soluere partis pereuntis dimidium?

35 *Satisquæsitum.*

SI designata sit pars assecurata, illa remanente salua ad nihil tenetur illa autem pereunte, debet soluere valorem. Hoc certum. Quia si nulla pars designetur, sed media mercium pars generatim assecuratur?

36 *Tenetur soluere.*

Pereunte quidem media mercium parte debet assecurator soluere dimidium partis pereuntis. Quia cum nulla pars particulatim fuerit assecurata, debet assecuratio illa vtriusque medietatis partem contingere. Sic Molina *d.* 507. §. *Solent.*

37 *Soluere non tenetur.*

Non debet soluere assecurator dimidium partis pereuntis. Quia verba illa assecurationis solum videntur significare, & promittere securitate mercium saltem quoad mediam partem, hoc est, quod saltem media pars salua erit. Ità Cardin. Lugo *tom. secund. de iust. d. 31. num. 102.*

38 *Hoc teneo, & confirmo.*

Hoc probabilius reputans exponam si iubente duos filios in nauigatione periculosa promittas securitatem, & reditum vnius in confuso nullo designato solum significas, quod vnus saltem manebit incolumis, nec assecuras singulorum dimidium. Sic ergò qui assecurat solum alteram mercium partem, non videtur promittere, nisi quod altera saltem pars erit incolumis. Debet tamen tunc assecurationis pretium minus esse quam dimidium pretij, quod daretur pro assecuratione totius; quia in hac singulæ partes, determinatè assecurantur; & minus etiam quod daretur pro dimidiæ partis determinatæ assecuratione : quia facilius est securari incolumem hanc, vel illam partem disiunctam, quam hanc determinatè. Sicut minus debetur pro assecuratione vitæ vnius ex duobus filiis indeterminatè, quicumque sit superstes, quam pro assecuratione vitæ vnius determinati.

DVBIVM IV.

Licitumne est, quando aliquid sub hasta venditur, aliquid promittere, & dare ei, qui pretium auxerit, ob assecurationem venditionis?

MInimè licet id accipi. Quia eo ipso videtur emptor totum id detrahere de iusto pretio rei, quod offert. Sic docti viri, quos consului. 39 *Non licet.*

Licet planè, & vsitatum est in Hispania ad emptores alliciendos. Quia id reducitur ad assecurationis contractum : emptor enim assecurat venditorem quod res non vendetur minori pretio, & pro hac assecuratione præmium accipit obligans se vicissim ad venditionis securitatem pro iusto pretio, de quo periculum erat propter pecuniam emptorum. Ità Azor *p. 3 l. 11. cap. 21. q. 3.* 40 *Licet plane*

Hoc mihi certum. Addiderim, sicut assecurari possunt merces, ita & lucrum in nundinis assecurari posse. Molina §. *Hic contractus* cum Soto. Potest etiam libertas assecurari, si periculum sit captiuitatis. Azor. *parte tertia l. 11. c. 18. q. 6.* Item vita alicuius, quidquid alij dixerint, quos impugnat Azor. *ibi, q. 8.* & Molina *vbi supr.* Sic enim assecurari solet vita Episcopi, vel beneficiarij accipientis pecunias mutuo ad soluendum pro Bulla. 41 *Hoc mihi certum.*

CAPVT VI.

Circa sponsionem, & lucrum per sortes.

DVBIVM V.

Potestne sponsio acceptari, ac lucrum retineri, quando habens quis certitudinem protestatur alteri, se esse certum, nec velle, aut posse spondere : & tamen alius contendit, ac vult spondere, non obstante illa certitudine?

CONSENTIVNT omnes regulariter loquendo te non posse lucrum accipere cum certus eras de euentu, vel de veritate rei quam spondendo affirmabas. Ille 42 *Nonnulla suppono.*

autem est certus de rei euenu, qui scit per scientiam, vel diuinam reuelationem. Quæsierim autem, an quis possit acceptare sponsionem & retinere lucrum, si protestetur alteri, se esse certum, & tamen alius adhuc contendit, ac vult spondere?

43 *Potest quidem.* Potest quidem. Quia tunc nulla adest fraus aut iniuria: & sibi debet alter imputare suam temeritatem. Sic. Nauar. Ludouic. Lopez, Medi. quos affert, ac sequitur Sanchez apud Lugo *tom. de iust. d. 31. n. 81.* Villalob. *to. 28. diffic. 6. numer. secund.* Diana *tom. tertio. tract. quart. resolutio. 186.*

44 *Non potest.* Non potest. Quia iustitia & æqualitas in his contractibus onerosis debet attendi cũ proportione ad contractum emptionis & venditionis, quem omnes alij imitantur, in venditione autem venditor licet non teneatur vitia extrinseca rei manifestare, quando de illis non interrogatur, debet tamen aperire intrinsecos defectus, quare si vendit gemmã quam putat esse veram, & emptor etiam veram existimat, postea autem falsa appareat, venditio fuit inualida si tamen scit falsam esse debet id manifestare ementi vt veram, si dubitat, debet vt dubiam vendere, & tunc fit contractus fortunæ diminuto pretio, qui licet postea appareat esse falsa validus est propter periculum, cui vterque in dubio se exposuit, si denique certo scit esse falsã & emptor credat esse veram debet manifestare vitium, nec poterit, licet emptor pertinaciter cõtendat esse veram, vendere, quando venditur vt vera; quia venderet supra pretium iustũ, nec error emptoris posset pretij excessum iusti facere, nisi omnino gratis donare vellet. Tota ergo sponsionis iustitia debet venditionis iustitiam imitari, qua venditur pretio moderato gemma, de qua vterque contrahens dubitat, an sit vera vel falsa, & ideo venditur cum vitio intrinseco, si forte illud habeat; quia vterque exponit se periculo in illo dubio, sicut ergo qui sciret, gemmam illam esse falsam, non posset, etiam petente, & non credente emptore, accipere pretium, quod offert, ita in sponsione qui scit ius illud, & spem falsam esse non potest pro illa accipere ius certum ad lucrum, etiam petente, & non credente aduersario, nisi apertè constet de animo spontaneo donandi, quem animum ferè nunquam præsumi posse iudico. Ita Lugo *citat.* secutus Alcozer, Franciscum Garcia, Molinam, Filliuc. *tr. 37. n. 14.* asserens sententiam primam probabilem esse, secundam tamen magis iustitia niti.

45 *Idem affirmo.* Idem iudicarim. Nam quod affirmant Sanchez & alij, posse id lucrum accipi in pœnam temeritatis accipientis spõsionem, non subsistit, tum quia idem dici posset de vendente gẽmam falsam emptori nolenti credere falsam esse: tum etiam quia aliquando culpa non erit tanta pœna digna; tum denique quia pœna imponi debet à Iudice non à quolibet priuato sua authoritate

DVBIVM VI.

Tribus concurrentibus ad officium, vel cathedram, licetne sponsionem contra singulos omnes facere?

46 *Quæstionis status.* QVæstio est, num licitum sit quando tres concurrunt ad petendam cathedram, Beneficium, aut officium vacans, cum vnoquoque seorsim spondere, quod ipse non eligetur: quo casu certum est, quod spondens à duobus lucrabitur, ac perdet cum vno: atque ideo ei lucrum est certum?

47 *Non licet.* Non equidem licet. Quia hi omnes contractus simul sumpti tollunt æqualitatem, licet singuli seorsim liciti sint. Quare qui ita spopondit, debet duobus lucrum restituere, & à tertio petere, quod ipsi soluit, sic Petr. Ledesma *tom. 1. sum. tr. 32. capite secundo post. 7. conclus. diffic. 2.* Villalob. *tom. secund. summæ tract. 28. diffio. 6. numer tertio* Diana *parte tertia tract. quarto resolutio. 185.* qui profitetur contrariam sententiam esse probabilem.

48 *Licet equidem.* Licet omninnò Quia contractibus cum singulis iustus fuit, & expositus lucro, & damno, ergo per concomitantiam cum contractu inito cum alio non fit iniustus. Ita docti viri, quos presso nomine refert ac sequitur Sanchez *hic capite ult. ad dub.* 18. Lugo *tom. secund. de iust. d. 31. numer.* 87. & alij.

49 *Probabiliorem hanc sententiam esse puto eamque roboro.* Hæc mihi magis arridet sententia, eiusque fundamentum. Non enim potest esse iniustitia vbi alicui iniusto contra ius damnum non infertur. Rogitarim ergo postquam ille sponsionem gessit cum duobus licitè & iustè, cui infert iniuriam spondendo cum tertio? Certè duobus primis non infert, ipsi namque nihil damni patiuntur ex tertia sponsione: imò gratum illis erit, quod ipsis lucrantibus, ille aliunde lucretur, vt æquiori animo ipsis satisfaciat: Non igitur sunt inuiti circa tertiam illius sponsionem, & per consequens non fit illis iniuria. Quod idem argumentum fieri potest de ipso tertio; ipse enim parum curat, quod ille antea cum aliis duobus sponsionem inierit, cum hoc nullum ei afferat nocumentum; vnde etiam si id sciret non ideò minus eam sponsionem acceptaret: Ergò nec ipse patitur iniuriam, pro qua sit obligatio restituendi. Quod enim mihi prodest, & tibi non nocet, non potes rationabiliter impedire, aut ideo inuitus esse.

***

DVBIVM VII.

Quando sponsio fit inter Antonium & Ioannem, quod Antonius Ioannem saltu, vel cursu superabit, & Ioannes postea saltare, aut currere non vult: Ioannes debetne soluere?

50 *Soluere debet.* SOluere debet. Quia cum per ipsum stet, censetur completa conditio. Sicut si emisses iactum retis, & pretio salutio piscator nollet rete iacere, deberet reddere sperati lucri æstimationem, sic Azorius *part. 3. lib. 11. capite 19. in fine.* Filliuc. *tr. 37. numero 18.*

51 *Non debet soluere.* Non debet soluere, quia communiter potius per modum ludi quam sponsionis præmium, illud, aut pœna solet imponi. Ita Lug. *tom secunde inst. d. 31. num. 79.* In huius expositionem.

52 *Distinguenda sententia.* Distinguendum existimo. Nam hæc concertatio potest fieri per modum meræ sponsionis, quæ italice vocatur *Scomessa*, Gallicè *Gageure* Hispanice *Apuesta*, Differentia autem videtur esse inter ludum & sponsionem; nam in contractu ludi, licet ludo inceepto, nõ possit ludens resilire ante finitã illã saltẽ, vel saltẽ commissionẽ inceeptam nõdum tamen inceepto ludo; semper possunt non ludere, nec alium animum sese obligandi videntur habere. Sponsio autem videtur solo consensu perfici, & ea facta, & acceptata, non potest vnus eorũ resilire. Hoc supposito pronocatio ad saltum vel cursum pœnæ, aut præmio addito, potest fieri sicut quando aliqui qui sese ad aliud ludi genus pronocant; sicut enim pila, sic cursu vel saltu certare possunt; & tunc ante cœptum ludum, cursum vel saltum non est obligatio quasi concertando de veritate rei, & de euentu, tunc locum habebit Doctrina illa P. Azorij, ac Filliucij. Ex circumstantiis autem constabit, quando vno, vel altero modo se voluerint obligare.

DVBIVM VIII.

An irrita sit super electione futura summi Pontificis, aut Cardinalium sponsio?

53 *Status quæstionis.* PIus IV. prohibuit fieri sponsiones super electione futura summi Pontificis, solum tamen tempore sedis vacantis, & in Vrbe Romana, vel vbi conclaue fieret, & solum sub pœnis Gubernatoris, & futuri Pontificis arbitrio. Quæsierim num sit irrita huiusmodi sponsio?

54 *Irrita non est.* Irrita non est. Quia consuetudine videtur derogata eas irritans sponsiones. Vnde contranenientes nulla censura ligantur. Nec etiam extenditur prohibitio ad sponsiones super Cardinalis alicuius electionem. Sic Azor. *p. 3. lib. 11. numer. 20.*

Irrita omnino est quia Gregor. XIV. in Bulla quæ incipit, *Cogit nos.* Bullam Pij IV. renouauit, eamque ad sponsiones super Cardinalium electione tempus etiam ante sedem vacantem, & ad omnem locum etiam extra Vrbem, & locum electionis. Et addidit, excommunicationem latæ sententiæ Papæ reseruatam, & denique hasce sponsiones de nouo irritauit, & annullauit, ita Filliuc. *tr. 37. c. 2. qu. 7 & 8.* Lugo *to. 2. de inst. d. 31. numer. 90.* 55 *Est irrita.*

Hoc verum esse existimo. Vnde post Gregorij Bullam lucrum sponsonum huiusmodi restituendum erit.

CAPVT VIII.

Circa Ludum.

DVBIVM IX.

An vetum, aut iuramentum non ludendi possit sub morali obligare?

56 *Non potest* NOn potest. Quia ludus secundum se est res indifferens, & quæ bene, vel male potest fieri, votũ verò debet esse de bono melore. Sic nonnulli apud Sanch. *l. 3. Decal. c. 18. numer. 2.*

57 *Potest quidem.* Potest quidem. Quia potest quis cum laude, & merito obligare se ad abstinendum ab aliquibus licitis, ac bonis, v. gr. à matrimonio, & à certis cibis salutaribus, ab amicorum conuiuiis &c. Sic ergo potest aliquis ex melore fine à delectatione cibi abstinere, vt magis Deo vacare valeat, vel vt pro peccatis satisfaciat. Ita Sanchez *citatus.* & alij apud ipsum.

58 *Primam sẽtiãreiicio, & aliquid addo.* Primã sententiam omnino reiicio, & indico quãdonã huius voti seu iuramenti violatio sit grauis, aut leuis. Porrò si finis fuit temporis iactura, non erit grauis violatio si per parum tempus lusit etiã magnã sũmam, sine periculo tamen persistẽdi in ludo per longius tempus. Ecõtra si finis fuit vitare pecuniæ iacturã, aliorũ peccatorũ pericula, violatio erit grauis modico etiã tẽpore ludere summã notabilem: & è contra non erit grauis longiori tempore ludere sine periculo aliorum peccatorum, aut iacturæ talis fortunarum, quale voto vel iuramento impedire intendebat.

DVBIVM X.

An sit lethale peccatum ludere principaliter propter lucrum.

9 *Est lethale.* ESt quid. Quia tam desideraretur, & intenderetur principaliter proximi damnum

num contra decimum decalogi præceptum, *Non concupiſces rem proximi tui*. ſic Gabriel. *in 4.d. 15.q.13.concl.3.* Abul. *ad c.6. Matth.q. 53.& 55.* & alij plures apud Salas *de ludo, dubio. ſecund. numero primo.*

60 *Lethale non eſt.*

Non eſt lethale. Quia ſicut non eſt contra nonum præceptum proximi vxorem deſideraret modo licito hoc eſt caſu, quo eius maritus moreretur, ita non eſt contra decimum præceptum deſiderare rem proximi tui modo licito, id eſt, quod ea res tua fiat per ludi contractum. Ita Molina *d.* 511. Sanchez. *libro primo conſil. capite* 8. *dub.24.numer.*11. Salas, *citatus*, & alij apud ipſos.

61 *Hæc ſententia mihi probabilior.*

Hæc ſententia communis eſt. Primæ autem fundamentum non vrget: eodem enim argumento probari poſſet, nec etiam poſſe lucrum haberi vt finem ludi minus principalem, cum neq; hoc modo poſſimus aliena concupiſcere, eo concupiſcentiæ genere, quod ibi prohibetur.

DVBIVM XI.

An ludere principaliter propter lucrum ſit ſaltem veniale piaculum?

62 *Eſt quidem veniale.*

Est profecto. Quia finis ludi eſt licita recreatio, eſt autem peccatum veniale conuertere in alium finem rem ad finem alium inuentam. Et quia ille actus pertineret ad prodigalitatem, exponere ſcilicet pecunia fortunæ. Sic Nauar. *ſumm. capite* 19 *numer.*3.& 8. Couar. Vega, & alij quos refert Salas *de ludo dub.*3.*numero ſecund.*& 4. Azor. *p.*3. *lib.quint. capite* 24 *qu.*1. dicens eum actum eſſe otioſum, nam otioſus eſt actus qui ad nullum honeſtum finem eſt vtilis: talis autē videtur eſſe ludus, in quo non eſt maior ſpes lucri, quam timor iacturæ; non enim videtur vtilis ad lucrum, quare ſi non ad recreationem, ſed ad ſolum lucrum ordinetur videtur eſſe actus otioſus. Petr. Ledeſ. apud Salas *n.* 4. aſſerit eſſe veniale, quia actus ille continet auaritiam, cui ipſe Salas videtur conſentire, & approbat Sanchez *l.*1. *conſil. capit. octauo dub.*24.*n.*12.

63 *Veniale non eſt.*

Quando debitæ concurrunt circunſtantiæ non eſt veniale piaculum propter lucrum principaliter ludere. Quia, fundamenta contrariç ſententiæ ſolidatæ non ruuntur: poſſit lucrum honeſte appeti, & procurari. Ita Medina, Sotus, & alij à Salas citati *vbi ſupra* Lugo *tom.* 2.*de iuſt.d.*31.*n.*4.

64 *Cum his opinor.*

Cum his opinor. Quia non eſt peccatum ordinare medium ad eum finem, ad quem eſt vtile, ſi finis ipſe licitus ſit. Sic poteſt homo abſque veniali comedere cibum delectabilem potius quam ingratum, licet vterque ſit æque ſufficiens ad naturæ ſuſtentationem, & hoc propter delectationem illam moderatam, quam licitè percipere poteſt ad recreandam naturam. Et quia ludus non eſt actus otioſus non ſolum quando eſt maior ſpes lucri, ſed etiam quando eſſet æqualis. Nam ſicut qui emit domum iuſto pretio, non plus lucratur, quam perdat, & tamen emptio illa non eſt otioſa, ſed vtilis ad habendam domum, quam deſiderat: ſic qui ludit deſiderat maius illud lucrum, ad quod neceſſarium eſt diſpiendum periculi iacturæ, nec eſt otioſus ludus, cum ſit vtilis ad maius lucrum, quod ſine iacturę æqualis periculo obtineri non poteſt. Quare nec eſt prodigalitas, cum non exponatur pecunia periculū ſine cauſa, ſed propter ſpem lucri maioris. Denique in vniuerſum verum non eſt, ludum cum huiuſmodi intentione auaritiam cōtinere; quia deſiderium lucri, niſi nimium ſit, non ſemper continet auaritiam, cum poſſit lucrum honeſte appeti, & procurari ad familiæ, vel ſtatus ſuſtentationem.

DVBIVM XII.

Licitumne eſt ludere preces ſacras, ita vt victus debeat aliquoties pro victore aut pro animabus purgatorij Angelicam (v gr.) ſalutationem recitare?

65 *Licitum non eſt.*

Non eſt licitum. Quia irreuerentia eſt, ſacra profanis admiſcere. Imo eſt ſimonia, ſi ſe ciuiliter ad id velint colluſores obligare ſic Ludou. Lopez *p.*2. *Inſtruct. capite.*32. *in fine* Vega *v. ludus, c.*14.

66 *Eſt licitum*

Licitū eſt, quia poteſt ſine irreuerentia, & ſine ſimoniæ periculo geri. Ita Nauar. *ſumm. cap.* 20. *numer.*7. Sanchez *lib. primo conſil. capite octauo dub.*24.*numero* 15. Rebellus *de iuſt. lib.*12. Salas *de ludo dub.*23.*n.*1.

67 *Placet hæc ſententia duplici ſeruata conditione.*

Placet mihi ſententia hæc, nam duplex illa conditio (quam Doctores eius innuunt) concurrere poteſt. Prima conditio eſt, ne propter præſentiam ludi periculum ſic defectus debitę reuerentię in oratione ſoluenda dum ob redditum ad ludum, mente omninò diſtracta, & feſtinanter oratio quaſi ludrica recitatur, quis verò abneget haud difficilè poſſe huic incommodo occurri? Secunda circa ſimoniam conditio ſeruatur, ſi vtrinque oratio ſoluenda ſit; ſi enim vnus ſoluere aliquid temporale deberet, ſi vinceretur, alter vero, quia nihil aliud habet debeat ſi vincatur, preces recitare, iam adeſſet ſimoniæ periculum, quatenus temporale opponitur ſpirituali in contractu oneroſo, in quo exigitur æqualitas inter id, quod ab vtroque ludente eſt ſoluendum. Quod periculum ceſſat, ſi vtrinque aliquid mere ſpirituale ſoluatur; commutare enim ſpirituale pro ſpirituali, non eſt prohibitum, niſi de iure humano in aliquibus materiis, v. gr. in Beneficiis. Quare nec etiam ſi ludentes ſe ciuiliter obligent, ſimonia interueniret.

***

DVBIVM

DVBIVM XIII.

An peccent lethaliter exponentes mensas publicas ad ludendum: recepturi omnes, qui ludere volunt, remissiuè?

DVBIVM XIV.

An lethaliter delinquant, qui contra legum præscriptum ludo prohibito dant operam?

68 *Nonnulla variata.*

REcole ludum alearum seu fortunæ prohiberi *leg. 2. 3. & 4. ff. alea vsu*, & in *Auth. Alearum vsu, Cod. de aleatorib. & alear. vsu.* Vbi additur, victum non esse condemnandum ad soluendum, imo concedendam ei, vel eius hæredibus soluti repetitionem: permittitur tamen in his legibus in communi opinione, quod comedendū est. Prohibentur etiam sponsiones à circumstantibus in ludentium fauorem. Denique in præfata Authent. prohibetur, ne aliis etiam ludis non prohibitis perdi possit ab vno ludente supra vnum solidum, quod Sanchez *l. 1. consil. c. 8. dub. 25. numer. 4.* cum aliis dicit fere duobus ducatis nostris æquiualere. Aliæ sunt prohibitiones municipales in Regno Castellæ, quas referunt Sanchez *dub. 26.* Molina *d. 512.* & Salas *dub. 4.* Quæstio igitur est, an contra has leges ludentes lethaliter delinquant?

69 *Delinquunt lethaliter.*

Delinquunt lethaliter, Quia lex ob grauem causam lata, nempe ad grauia, incommoda spiritualia, ac temporanea vitanda violatur. Sic plures, quos congerit P. Salas *de ludo dub. 3. numer. 5.*

70 *Non delinquunt.*

Non delinquunt lethaliter. Quia vel leges illæ solum obligabant ad pœnam, vel non fuerunt aliter receptæ, vel sunt iam vsu abrogatæ, Ita Molina *d. 521.* Salas *ibi, numer. 2.* Sanchez *l. 1. consil. cap. 8. dub. 25. numero 5.* Lessi. *l. 2. c. 26. dub. 1. num. 6.* Azor. *to. 3. l. 5. c. 27. q. 1.* Filliuc. *tr. 37. cap. 4. n. 58.* & alij plures, quos ipsi afferunt. Quod idem in legibus Castellæ prædicti Auctores asserunt.

71 *Hic teneo, & magis expono.*

Hoc longè verius esse puto; Et quamuis Molina *ibidem*: Non audeat excusare à lethali ludentes tesseris, seu taxillis, Hispanè *Dados*, quod idem docent Cast. & Alcozer apud Sanch *dub. 26. n. 6.* ipse autē *n. 7.* & Salas *dub. 4. n. 10.* plures referens, generaliter loquuntur, & negant, ex vi earū legum esse hodie obligationem grauem à ludis prohibitis abstinendi. Aduerto tamen cum Sancio *n. 8.* quando lex irritat tractationem dominij, prout lex Hispania videtur irritare circa milites in ludo taxillorū, peccari lethaliter contra institiam, cum sine titulo sufficienti qui ita ludunt, accipere velint alienum. Quod autem dictū est de iure ciuili, a sserēdum de iure cōmuni Canonico respectu laicorum. Nam licet in *cap. Episcop. 35.* dicatur, quod laicus ludo aleę deseruiens; communione priuetur (quod intelligēdum de laico nimis ludo dedito) illa tamen prohibitio saltem quoad laicos non est vsu recepta. Lessi. *n. 6.*

DVBIVM XV.

An Clerici peccent lethaliter ludis prohibitis operam exhibentes?

VIdimus varias esse leges, quibus ludus Clericis prohibetur, quasdam quidem Cæsareas in *Authent. Interdicimus, Codic. de Episc. & cleric.* de qua pœna aut lege cutandum non est, cum princeps sæcularis non valeat pœnam Clericis imponere, vel legem specialem pro Clericis ferre, vt cum aliis annotat Molina *d. 512.* Alias Canonicas in *can. 41. & 42. Apostolorum*, qui habetur *cap. 1. dist. 35. Episcopus, aut Præsbyter, aut Diaconus aleæ, ac ebrietati vacans aut desinat, aut deponatur. Subdiaconus, aut Cantor, aut Lector similia faciens, aut desinat, aut separetur.* Et in *cap. Clerici, de vita & honest. Clericor.* de eisdem dicitur: Ad aleas & taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis intersint. Denique Tridentinum *sess. 22. c. 1.* renouat omnes antiquos Canones circa hanc materiam, eorūque pœnas, adductis aliis Ordinarij arbitrio imponendas. Quæritur igitur, num Clerici delinquant lethaliter his ludis operā impendendo.

72 *Leges Cæsareas, & Canonicas contra clericos ludentes ad mentem aduoco.*

Delinquunt plane. Quia leges hasce graues equidem transgrediuntur. Sic Molina *d. 512. circa fin.* Sanchez *lib. 1. consil. c. 8. dub. 25.* Salas *de ludo dub. 24.* Lessius *l. 2. cap. 27. dub. prim.* & alij communiter.

73 *Delinquunt plane grauiter.*

Minimè grauiter delinquunt. Quia quantum ex præcepto iuris positiui non videtur esse materia hæc adeò grauis. Et quia hi canones non videntur hoc tempore recepti, nisi quatenus prohibent id fieri cum scandali periculo, nec per superiores curari, vt executioni mandentur. Ita Caietan. & Henriq. apud Sanchez *n. 3.* & videntur fateri Lessius *n. 5.* Filliuc. *tr. 37. n. 59.*

74 *Grauiter non delinquunt.*

Ego existimo, frequentiam solam in Clericis prohiberi, prout significant verba illa, *Vacans, Deseruiens, Aleator*, quæ consuetudinem significant. Vnde Clericus lethaliter non delinquet si raro ludat etiam magnam quantitatem excluso scandalo. Monuerim tamen, vix posse contingere, quod sine graui scandalo Clericus publice ludat magnam pecuniæ summam, & & longo tempore ludo vacet. Negari autem non potest, canones illos receptos hodie non esse in toto suo rigore, cum & de laicis etiam & de Clericis omnibus loquantur.

75 *Auctoris iudicium.*

DVBIVM XVI.

An Religiosi delinquunt chartis ludentes?

LEthaliter peccant. Quia ludus chartarum Religiosis longe magis indecens est, & scādalosus aliis, quam Clericis sæcularibus eoque magis ipsis indecens, & scandalosus aliis quo arctiorem vitam profitentur. Sic Alcozer. *l. de ludo. c. 11.* mitius Rebellus *l. 12. de iust. q. 1.* putat Religiosos

76 *Lethaliter peccāt aut venialiter saltem.*

Religiosos non posse à veniali excusari, si vel semel ludant, nisi vrgeat necessitas excitandi, vel recreandi infirmum, vel aliud simile, cui non possit aliter satisfieri.

76 *Nec lethaliter, nec venialiter delinquunt.*

Minimè peccant, si ludis prohibitis non dent operam. Quia licitus est eis ludus, nec scandalum ingenerare potest, si modestè se gerant, & moderatè ludant id ad quod prælati habent facultatem, ob solam animi recreationem. Ita Salas *de ludo dub.* 24. durum iudicans esse contrarium, & alij.

78 *Auctoris resolutio.*

Ego quidem existimo regulam desumi debere ex indecentia, quam iuxta præsentem rerum statum ludus Regularis statui offerre videtur. Vnde indubitanter assero hominem nostræ societatis chartis vel semel publice ludentem peccati lethalis esse reum. Id quod de PP. Capucinis, Carmelitanis Discalceatis ac similibus dixerim; quia in his Religionibus magis regularis disciplina viget. De aliis etiam Religiosis idem assererem, si in aliquibus exterior procedendi ratio non aliquantulum ab illo primitiuæ obseruantiæ deflexisset statu. Tunc enim eiusmodi ludus magis indecens illis erat, maiusque sæcularibus generabat scandalum, quam hodie generat. Itaque grauitas huius obligationis iudicanda est ex Regionis consuetudine, ex scandalo, ex frequentia, ex quantitate pecuniæ ludo expositæ, ex ludi qualitate (neque enim omnes sunt æquè indecentes) & ex aliis similibus circumstantiis, quæ facilè possunt variari. Profecto Religiosum quicumque ille sit, in sæcularium conspectu chartis ludentem haud audebo à veniali piaculo excusare.

DVBIVM XVII.

An si quis in ludo exponit rem furtiuam alienam, aut apud se depositam: qui eam lucratus est teneatur, eam domino reddere, vbi scit, alienam esse?

70 *Tenetur quidem.*

SI res illa non sit vsu consumptibilis, qui eam lucratus est cum Primum scierit alienam esse tenetur domino reddere. Quia ad id ratione rei acceptæ obligatur. Sic Mol. *d.* 518. Lessius *l.* 2. *capite* 26. *dub.* 5. Salas *de ludo dub.* 8. *num.* 1.

80 *Non tenetur.*

Non tenetur eam domino reddere, sed potest eam reddere collusori illi, vt ab eo pretium, quod exposuit, recuperare. Quia cum ludens, rem illam habuerit ex contractu oneroso, & qui eam perdidit teneatur de euictione, sicut si vendidisset, vt hi Auctores admittunt: consequens est, vt si postea non possit possessor recuperare pretium ab eo, qui eam perdidit, valeat eidem, & non domino reddere, vt valorem recuperet, vt diximus supra de eo, qui bona fide rem alienã à fure emit, posse eidem eam reddere, vt pretiũ suum recuperet, aliter non recuperandum, vt se indemnem conseruet. Ita Lugo *to.* 2. *de iust. d.* 31. *num.* 13.

81 *Idem affirmo.*

Idem affirmo si aliter rem illam recuperare non valeat. Nam licet in casu nostro lucrans nullum pretium pro re illa dederit, non tamen eã gratis habuit, sed ex oneroso cõtractu, imò, & quodãmodo emit, periculo, cui se exposuit, perdẽdi: quod periculũ dignũ erat petit, & nullũ aliud pretiũ fuit statutũ nisi res illa ludo exposita sub conditione, si vinceret. Si ergo vterque de euictione tenetur rei, quam ludo exponit, nõ video, cur ad recuperandum debitum suum non possit, qui eam lucratus fuerat, reddere ei qui perdidit. Sicut qui sub pignore mutuauit, sciẽs postea pignus esse alienum reddere potest pignus mutuatario ad mutuum recuperandum.

DVBIVM XVIII.

Cum tibi in ludo pecunia deficeret, clam eam à colludente surripuisti, eaque postea lucratus es, habens quidem vnde valeas eam pecuniam ablatam restituere: Potesne lucrum id retinere?

82 *Non potes lucrum retinere.*

SI fur non habebat, vnde pecuniam illam restitueret, contractum ludi existimo fuisse nullum, atque ideò non posse te lucrum ex ipso retinere. Quid si habebas vnde pecuniam illam furtiuam restitueres? Adhuc non potes lucrum retinere. Quia ludus ille est inuoluntarius aduersario, qui sanè nollet ludere, sciret, pecuniam illam esse sibi furto sublatam. Et quia non seruatur in ludo æqualitas, in quo fur ludit quasi pecunia absente licet domi habeat, vnde soluere possit. Sic Ledesma *summ. tr.* 31. *cap. secund. concl.* 7. Salas *du.* 8. *n.* 5. dicens contrarium esse probabile.

83 *Potes retinere lucrũ.*

Potes equidem id retinere lucrum. Quia etiã quando pecunia alteri sublata fuisset, nollet ludere aduersarius, si id sciret: & tamen ludus est validus. Et quia fur re vera ludis pecunia præsenti, quam facis tuam volens restituere pro furto ex pecunia absente; in ludo tamen tuam pecuniam præsentem exponis. Ita Sanch. *lib.* 1. *consil. capit. octauo. dubio* 22. *numero quarto* & alij

84 *Eiusdem sum mentũ*

Idem affirmo. Nam quod fur ex iniuria pecuniam habuerit, quam ludo exponit, nimis extrinsecè se habet ad contractum sequentem. Alioquin, si ex bello iniusto captiuus aliquis detineatur, & postea ad recreationem cum victoribus ibi ludat, non poterunt ipsi lucrum ex ludo retinere, quia iniusta captura dedit Ludo occasionem, qui non fuisset, captura non præcedente, quod tamen nemo dicet, quia nimis extrinsecè ac remote sehabet ad ludum sequentem. Cum ergo in casu nostro aduersarius non moueatur metu, aut minis ad ludẽdum, sed desiderio pecuniæ, quam præsentem videt, & hæc iam facta sit furis, non apparet (Magistri mei P. Ioannis de Salas venia) vnde ludus sit irritus vel fur habere debeat lucrum restituendi obligationem.

DVBIVM

DVBIVM XIX.

Id quod filiusfamilias per totum annum licite ludere potest, potestne etiam semel initio anni totum simul ludere cum animo in toto anno iterum non ludendi?

85 *Non potest.* NOn potest. Quia patris consensus videtur esse, vt filius per totum annum eam animi laxationem habere valeat. Sic nonnulli, quos affert Sanch. *de ludo c. 8. du. 7. n. 6.*

86 *Potest quidem.* Potest quidem. Quia si filius eiusmodi recreationi renunciat, non videtur esse contra patris voluntatem. Ita Sanch. *citatus.* Lugo *to. 2. de iust. d. 31. n. 21.*

87 *Melius hic.* Merito id ad his doctoribus affirmatur. Nam si pater annuit ludo filij per totum annum, vt recreationi eius prodideat, filius iustè renunciat diutinæ illi recreationi, vt semel maiorem percipere valeat.

DVBIVM XX.

Qui lucratur à filiofamilias eam summam, quam toto anno posset perdere, debetne inquirere, an iam eo anno summam illam in aliis iacturis expleuerit?

88 *Debet plan.* DEbet profectò. Quia illud ipsum totam summam eam simul ludo exponere, generat probabile argumentum, quod filius iam iterum summam aliam ludo exposuerit. Sic aliqui, quos, presso nomine, Card. de Lugo memorat, non omnino eorum improbans sententiam, *to. 2. de iust. d. 31. n. 22.*

89 *Non debet.* Minimè debet. Quia in casu dubio melior est conditio possidentis. Et quidem durum videtur in dubio lucrantem obligare. Alioquin enim, etiamsi vnum aureum lucratus esset deberet illum restituere, ne forte iam prius totam summam amisisset. Imò, & quicumque ab eo eleemosynam, vel dona aliqua acciperet, deberet ob eandem causam reddere, Ita Sanch. cum alijs *de ludo c. 8. du. 7. n. 6.*

90 *Auctoris resolutio.* Ego autem existimo posse illud lucrum à collusore retineri, si filiusfamilias consuetudinem ludendi non habeat cum alijs. Nam si eam habet, dubet ab eodem, vel ab alio inquiri, an vltra id, quod ludere poterat, eo anno amiserit. At si sciri non possit, retinere posse lucrum, ob meliorem possidentis conditionem. Igitur quãdo non constat ex circunstantijs probabile periculum, quod iam in eo casu summam licitam excederet, non video præsumendum esse delictum, sed potius præsumerem, licite id alienasse.

DVBIVM XXI.

Qui suprà summam illam, quam, patre annuente, filiusfamilias perdere valet lucratus est, debetne totum lucrum restituere?

DEbet totum lucrum reddere, nec sufficit excessum. Quia in hoc casu totus ludi contractus vitiosus redditur. Sic Alcozer *l. de ludo, c. 17.* 91 *Totum lucrum reddere debet.*

Non debet totum reddere lucrum, sed solum excessum. Quia quoad illum solummodo contractus vitiatur. Ita Sanch. *de ludo, c. 8. du. 8. n. 7.* alios referens. 92 *Non debet totum reddere lucrũ.*

Scio Ioannem Medina *de restitut. quæstion. 10.* in simili cum Alcozer consentire, sed immeritò. Nam si quis suprà pretium rigorosum mercis aliquid iniustè accipit, non vitiatur totus contractus, sed solummodo quoad excessum. Vnde melius Sanchez opinatum esse crediderim. 93 *Cum his opinor.*

DVBIVM XXII.

Si filiusfamilias, qui potest verb. grat. quinque aureos perdere, lucretur successiue triginta, potestne illos triginta quinque tunc ludere & perdere?

MInime potest. Quia eo ipso quod illos triginta aureos lucratus est, cedunt patri, qui tantæ iacturæ consensum non exhibet. Sic docti quidam, quos confului, & non omnino improbabiliter. 94 *Non potest*

Potest plane, quando idem adhuc ludus perseuerat. Quia lucrum illlud est solum, quod absoluto ludo remanet. Ita Sylu. Ang. Nau. & alij plures, quos congerit, ac sequitur Sanchez *l. 1. consi. c. 3. du. 8. n. 1.* 95 *Potest planè.*

HOc omnes, quos legi, fatentur. Vnde ego infero, posse in eodem ludo perdere non solum id, quod lucratus fuerat, sed etiam id, quod de suo perdere potuisset. 96 *Auctoris placitum.*

DVBIVM XXIII.

Quando non est idem ludus sed sequenti die cum eodem, vel cum alio collusore filiusfamilias ludum instituit, potestne perdere triginta illos aureos, quos quinque aureis, quos perdere poterat, fuerat lucratus?

DIxi Dub. 22. filiumfamilias posse ludere, ac perdere licite quinq; aureos, quos ex patris consensu 97 *Status quæstionis.*

consensu perdere poterat, & simul triginta altos, quos quinque illis fuerat lucratus, quando idem ludus persæuerat. Iam requiro, num idem sit asserendum, quando non est idem ludus, sed die sequenti, aut post dies instituitur?

98 *Perdere illos non potest.*

Non potest illos triginta quinque aureos alio in ludo perdere. Quia post primum ludum terminatum iam videntur triginta illi aurei magis in patris cessis se possessionem. Sic Arm. Gabr. Rosel. apud Sanch. *l. 1. cons. de ludo, c. 8. dub. 8. n. 2.*

99 *Potest illos perdere.*

Potest quidem. Quia pater volens ludum filio permittere, censetur licentiam dare, vt ludo exponat id, quod ludo lucratus fuerat, ne parum ciuilis ab eo qui perdiderat, reputetur. Ita Sanc. *ibid* citans Angelum, Sylvestr. Nauarr. & alios

Melius hos opinatos esse existimo. Imo crediderim non solum cum idem, à quo lucratus fuerat, posse die sequenti totum illud perdere, sed & cum alijs diuersis: quoad hoc enim etiam videtur interpretatiuus patris adesse consensus; vt Sanch. *numer. 3.* & Bannes *2. 2. q. 32. a. 7.* annotarunt.

DVBIVM XXIV.

Lucrum ex ludo suscepto ex qualibet tractione, nempe ex precibus, &c. debetne lucrante collusori restitui?

100 *Debet restitui.*

SEcunda conditio ad ludi iustitiam est libertas, provt à coactione, ac dolo distinguitur. Trahens igitur alium ad ludum, quomodocunque trahat nempe precibus aut importuna inuitatione, debet ei totum lucrum restituere. Quia preces illæ, & instans inuitatio videtur trahere collusorem inuitum ad ludendum. Sic D Tho. *2. 2. qu. 32. a. 7. ad 2.* Innocent, Palud. Turrecr. Tabie. apud Molinam *d. 516.*

101 *Non debet restitui.*

Non debet sic trahens lucrum restituere. Quia preces vel inuitatio simplex licet importuna nullam iniuriã continent, nec vllam causam inuoluntariam etiam mixtam. Ita Sanch. *de ludo c. 8. dub. 9. n. 1.* Mol. *ibid.* Lugo *to. 2. de iust. d. 31. n. 27.*

102 *Hos sequor*

Hos sequor iudicans Doctorem Angelicum haud locutum esse de qualibet tractione, sed de violenta. Volentes enim non tradimus, sed ducimus, nolentes vero trahimus.

DVBIVM XXV.

Quando tractio ad ludum est cum violentia, aut metu graui iniusto, debentne restituere illud lucrum is, qui traxit, & qui tractus fuit, si ipse lucratur?

103 *Debent quidem.*

DEbent plane. Quia cum ludus petat æqualitatem, necesse est, vt vel vterque, vel neuter lucrari valeat. Quare cum trahens lucrari non possit, necesse est, quod neque etiam tractus, alioquin posset solum lucrari, & non perdere. Sic Vict. Lud. Lopez, Alcozer, & alij, quos refert Sanch *de ludo du. 11. num. 1.* dicens hanc sententiam esse probabilem.

Neuter debet lucrum restituere. Quia licet intercesserit inuoluntarium mixtum ex parte tracti, fuit tamen voluntarium simpliciter, quod sufficit ad transferendum dominium lucri. Ita Molina *d. 516.* Franc. Garcia *de contr p. 2. c. 19.* & probabilem docet Diana *p. 2 tr. 3 res. 27.*

104 *Non debent.*

105 *Auctoris rejolutio & expositio quæstionis uberior.*

Ego autem communi ac veriori sententiæ hærens, affirmo, illũ, qui iniuste trahitur, ac cogitur posse lucrari, & lucrum retinere, trahentem tamen, si lucretur, debere lucrũ tracto restituere. Fundamentum antẽ huius obligationis restituẽdi lucrum, non debet accipi ex iure, quod metus iniustus, vel violentia dat ad rescindendũ contractum, sed ex alia radice, nẽpe ex obligatione, quã iniusta læsio, seu iniuria secum affert resarciẽda totum damnum ex iniuria subsequutum. Nam omnis iniusta læsio affert hanc obligationẽ vniuersalẽ reddendi indemnem eum, cui iniuriã intulisti, & resarciendi totum damnum, quod ex occasione talis iniuriæ ei subsequutũ est in omni genere. Vnde si metu graui iniustè coegisti Antonium ad equum vendendum, etiamsi pretium iustum solueris, si tamen Antonius eam ob causam coactus est postea emere alium equum cariori pretio, debes hoc damnum ei resarcire, quod tua causa passus est, non quidem rescindendo contractum, qui mortuo iam fortasse equo rescindi non potest, sed reddendo eũ indemnem à damno, quo ex tua iniuria ei est subsequutũ. Cum ergo trahens per violentiam iniustum alium ad ludendum, inferat ei iniuriã in violentia, ac iniusta tractione, reus sit totius damni, quod ex violentia illi subsequitur, & debet eum reddere omnino indemnem obligatione scilicet ex iniusta læsione oborta. Fateor denique contractum ludi debere esse æqualem, vnde si coactus lucrari potest, poterit etiam cogens. Ex vi enim contractus vterque est æqualis, & ideo cogens etiam potest lucrari, & lucri dominium acquirere, aliunde tamen manet ei obligatio, non ex contractu, sed ex iniuria extrinseca, ratione cuius debet damnum coactu resarcire.

DVBIVM XXVI.

Etne contra iustitiam, si aduersario errante contra se in numerandis punctis, vel in accipiendo primo loco, qui sibi competebat, eum de errore non moneas?

106 *Est contra iustitiam.*

ET cõtra iustitiam. Quia lex ludi est, & cõdirio, vt ingenuè, & sine fraudib. ludatur, At sine ingenuitate ac fraudulenter ludit; qui aduersarium sic errantem non admonet. Sic Nau. Lud. Lopez, & alij apud Sanch. *de ludo, c. 8. du. 4.* Azor. *p. 3. l. 5. c. 25. q. 2.* Mol. *d. 517.* Reb. *l. 12. de iust. q. 3.* qui addit, nisi forte lex ludi alicubi sit, vt id non attendenti noceat.

107 *Contra iustitiam non est.*

Contra iustitiam non est. Quia ludi hæc lex est, vt error proprius noceat erranti, dummodo alter positiue non decipiat. Ita Alcozer, quem sequitur Sanch. illo *du. 14* Lessius, quem refert, ac se quitur Lugo *tom. 2. de iust. d. 31. numero 26.*

profecto

108 *Iudicium auctoris.*

Profecto circa ludū ſunt fraudes duplici generis, quædam licitæ, & permiſſæ; nam ſicuti in bello, *an dolus, an virtus quis in hoſte requirat?* Sic etiam in ludo. Aliæ tamen ſunt illicitæ, & iniuſtæ. Regula generalis eſt, fraudes illas, & cautelas licitas eſſe, quę ſecundum leges ludi illius communiter permittuntur, in dubio autē ſtandum eſt peritorum iudicio. Circa quæſtionem vero noſtram ſecundam ſententiam veriorem eſſe reor. Certum denique mihi circumſtantes, qui errorem aduertunt, non teneri ex iuſtitia errantem admonere, niſi ea cura eis ſit demandata, imò peccare contra iuſtitiam admonendo quoties aduerſarius non tenetur ex iuſtitia illum admonere.

DVBIVM XXVII.

Debeſne reſtituere Antonio centum aureos, quos ab eo ob fraudes lucratus es: poteriſne ab illa reſtitutione liberari, ſi tantumdem cum eo perdas?

109 *Certū præmitto.*

CErtum eſt, ſi non perdas cum Antonio in eodem ludo, ſed in alia die, te à reſtitutione facienda non liberari. Nam hic ludus ſecundus eſt alius contractus diuerſus, in quo ille iuſte lucratur, & ex vi cuius debes ſoluere nouum debitum: Non potes igitur vnica ſolutione duplici debito ſatisfacere. Difficultas eſt, quando in eodem ludo perdis cum eodem id, quod per fraudem iniuſte lucratus fueras, an à reſtitutionis obligatione libereris.

110 *Liberaris plane.*

Liberaris quidem. Quia lucrum dicitur eſſe ſolum, quod finito ludo manet. Et quia ille videtur vnicus eſſe contractus. Sic Armilla *v. Ludus, n.* 7. Sanch. dicit eſſe probabile, *du.* 19. *n.* 5. & alijs doctis placere.

111 *Non liberaris.*

Minimè liberaris. Quia ſingulę ſortes, & commiſſiones ſunt diuerſi contractus à precedentibus independentes, in quibus denuo vterque ludens ſubit nouum periculum, quare ille, cui iam debebas delicto reſtituere, acquirit nouum ius lucrandi, & per conſequens acquirendi aliquid vltra id, quod aliunde ei debebatur, alioquin poſtea poſſet ſolum perdere, & nihil lucrari, cum ſolùm poſſet acquirere nouum titulum ad id, quod iam ſibi debebatur. Ita Sanc. *ibi*, citans alios Lugo *to.* 2 *de iuſt. d.* 31. *nn.* 39.

112 *Probabilius.*

Idem affirmo probabilius. Nam ſi clam accepiſſes ab eo inter ludendum aliquam pecuniæ quantitatem, quam poſtea ipſe lucraretur, non libereris à reſtituendi obligatione ob furtum præcedens: Ergo idem dicendum in caſu noſtro, quod enim per fraudem abſtuliſti, furatus es, & debet reſtitui, nec potes vnica ſolutione duplici diuerſo debito ſatisfacere. Quod autem dicitur, lucrum eſſe ſolum quod finito ludo manet, habet ſolummodo locum in filiofamilias qui ex patris conſenſu cenſetur habere facultatem exponendi iterum ludo lucrum, donec omninò abſoluatur.

DVBIVM XXVIII.

Quando magis peritus in ludo poſitiue non fingit, nec decipit, ſed aduerſarius à ſe ipſo deceptus, (quia eius peritiam: ac dexteritatem non ſatis nouit) ludit; debetne lucrum reſtituere?

REſtituere non debet. Quia non interuenit dolus, vel fraus ex parte peritioris, ſed ſola ignorantia, & deceptio ex parte alterius, hæc autem non irritat contractum, nec dat ius reſcindendi, quando non eſt circa ſubſtantiam, ſibi enim debet imputare deceptus, quod non debite examinauerit circumſtantias, & periculum, cui ſe exponebat. Imo in venditione non tenetur venditor ſaltem non interrogatus manifeſtare emptori proxime futuram mercium abundantiam, & pretij diminutionem, qua cognita, nollet tanti rem emere. Sic Tolet. *l.* 5. *cap.* 27. *n.* 6. Dec. *conſ.* 115. Couar. *regula Peccatum*, §. 4. *n.* 6. Nau *ſum. c.* 20. *n.* 18. Salas *de ludo dub.* 25. ait eſſe probabile. 113 *Non debet reſtituere.*

Debet reſtituere. Quia error dat cauſam contractui, ſi enim alter peritiam, & exceſſum aduerſarij cognouiſſet, nollet vtiq; ludere. Et quia in ludo ad eius iuſtitiam requiritur æqualitas, quæ in prędicto caſu deeſſet. Ita Mol. *d.* 517. Leſ. *l.* 2. *c.* 27. *du.* 5. Reb. Med. Petr. Ledeſ. Eman. Azor. & alij, quos affert, ac ſequitur Salas *citatus, n.* 1. & omnes alij communiter, Sanch. *c.* 8. *du.* 13. *n.* 1. Qui immerito adijcit, certum eſſe, quod is, qui certus erat de ſuo notabili exceſſu, tenetur reſtituere illum neſcienti. Non enim eſt ita certum, quod Doctores adeo graues obnegarunt. 114 *Reſtituere debet.*

Hanc ego ſententiam merito præferendam duco propter æqualitatem, quę ad ludi iuſtitiam requiritur. Nam ſicut in emptione requiritur æqualitas inter rem & pretium, & in contractu ſocietatis requiritur æqualitas inter ſpem lucri & partem, quā ſocius confert, & in omni permutatione requiritur æqualitas inter vnam rem & aliam, cum qua permutatur, ſic etiam in ludo, in quo ſinguli volunt quaſi emere ſpem lucri periculo iacturæ, requiritur inter ſpem, & periculū æqualitas, vt ſit æqualitas inter datū, & acceptum. Vnde ſicut in aſſecuratione non acciperetur iuſtè magnum pretium ab aſſecurante, quando periculum rei aſſecuratæ nullum, vel leniſſimum eſſet, quia deeſſet æqualitas inter datum, & acceptum, ſic in ludo non aſſeruatur iuſtitia, quando pro periculo certo perdendi datur ſpes nulla, vel leniſſima lucrandi neque enim vlla ſufficiens ratio differentiæ inter hunc contractum, & alios omnes oneroſos apparet. 115 *Hanc præfero ſententiam.*

DVBIVM XXIX.

Si peritia & exceſſus tuus alteri colluſori noti ſint, vel à te ei manifeſtentur poteſne ipſo adhuc ludere volente, lucrari?

POtes planè. Quia ſcienti, & volenti non fit iniuria. Sic Azor. *p.* 3. *libro* 5. *capit.* 25. *quæſtion.* 4. & alij, quos affert, Salas 116 *Potes plane*

Salas *de ludo, du. 25. n. 4.* non bene citans Molinam, cum id absolute non asserat sed cum limitatione mox afferenda. Sanch. *c. 8. du. 13. n. 7.* plures citans.

117 *Non potes.* Non potes. Quia sicut non sufficit ad iustitiam venditionis, si vitium rei emptori manifestetur, & adhuc rei cupiditate soluat pretium excessiuum vltra eius valorem, neque enim donare censetur excessum, sed dare necessitate coactum, vel cupiditate rei quam aliter habere non potest, ita in ludo qui subit periculum illud pro spe lucri, quæ non est, non præsumitur donare, sed dare ad obtinendam illam spem lucri, quam aliter habere non potest. Quare protestatio sola non sufficiet, nisi spontanea donatio ex circumstantijs possit præsumi. Ita Lugo *to. 2. de iust. d. 31. nu. 50.* Mol. *d. 517.*

118 *Limito cũ Molina.* Existimo cum Molina (hæc est eius limitatio) tunc posse lucrum retineri, quando præsumitur spontanea donatio, quæ quidem præsumi potest, quando res est parua. Addo ego cum Card. de Lugo, vel quando generosus aliquis, & liberalis vult ludi delectationem ea nota iactura emere. Secus quando lucrum est magnum, non adsunt aliæ circumstantiæ, quæ ostendant donandi animum, præsumitur enim potius non credidisse excessum, qualis re vera aderat, & ideo ludendi, ac experiendi affectu lusisse.

DVBIVM XXX.

An licite fiat hoc pactum: Antonius ludit pro se, & pro Ioanne, ita vt dimidium iacturæ Ioannes soluat, lucri verò solùm partem tertiam habeat?

118 *Non fit licite.* NOn fit licitè, nisi fortè Antonius subeat periculum soluendi pœnam, si ludus erat prohibitus, quæ quidem pœna à solo Antonio exigetur ludente non à Ioanne, cuius vice ludit. Quia hic est quasi contractus societatis, in quo socius æquè debet de lucro, & de damno participare. Sic Sanch. *de ludo c. 8. dub. 23.* Alcozer *de ludo c. 44.*

120 *Licite sæpe fieri potest.* Licite fieri sæpe potest. Quia in societate qui operam, & industriam apponit, & rursum dimidium capitalis, plus debet de lucro participare, & minus damni sentire, cum semper amittat operam, & industriam. Potest ergo contingere, quod opera & industria Antonij in ludo digna sit tota illa retributione, v. gr. si in ludo pilæ strenue partes sociorum suorum tueatur, qui merito, vt illum socium habeant possunt hanc illi indulgentiam concedere. Ita Card. de Lugo *to. 2. de iust. d. 31. n. 52.*

121 *Hoc verũ existimo, & præfero.* Hoc verum existimo Nam etiam sæpe ex liberalitate Ioannis hoc prouenire potest, solet enim communiter is cuius nomine alius lusit, donare partem lucri ludenti retributione gratuita, licet nihil in iactura debuisset participare, quare non est facile pactum illud vniuersaliter damnandum: Primam autem sententiam veriorem plerumque esse crediderim.

DVBIVM XXXI.

Qui ludit animo non soluendi, vel animo repetendi poste à solutum ex beneficio legis repetitionem concedentis, si lucretur, potest ne lucrum retinere?

122 *Non potest* NOn potest. Quia decipit aduersarium significans, se habere animum soluendi, & non repetendi, quam deceptionem si aduersarius sciret, minimè luderet. Et quia par debet esse vtriusque conditio. Sic Les. *l. 2. c. 26. n. 31.* Lud. Lopez, & Victoria, quos affert Sanch. citatus à Lugo *to. 2. de iust. d. 31. n. 53.*

123 *Potest quidem.* Potest quidem. Quia vtitur beneficio legis sibi concedentis, ne soluere teneatur. Vnde alter sibi imputare debet cum velit ludere cum eo, qui beneficio legis potest non soluere, vel repetere, quo etiam beneficio ipse si vellet, posset vti. Ita Sanch. quem Lugo *vbi sup.* citat, & sequitur.

124 *Hoc teneo, & confirmo* Hoc teneo, & confirmo. Quia animus soluendi vel non soluendi, aut soluendi, & non repetendi non est necessarius ad valorem contractus ludi: sicut nec animus soluendi votum, vel non petendæ dispensationis voti est ad eius valorem necessarius: Ergo sine tali animo contractus ludi validus fuit, & potuit ludens ius acquirere ad lucrum. Sicut coniux valide contrahit matrimonium, & acquirit ius ad corpus, & ad fidem vxoris; quamuis ipse contrahat cum animo non seruandi vxori fidem promissam.

DVBIVM XXXII.

Quando alter fingit se habere in crumena pecuniam, nec animum habet soluendi, cum posset soluere si vellet, potest ne si lucratur, lucrum retinere?

126 *Potest plane.* POtest quidem. Quia si perderet, teneretur soluere, sicut si pecuniam adulterinam, & falsam pro vera apposuisset, teneretur etiam soluere veram, si perdidisset, & per consequens posset lucrari. Sic Sanch. apud Lugo *tom. 2. de iust. d. 31. nu. 58.* Con. *l. de ludo, p. 3. n. 14.*

126 *Non potest* Non potest. Quia alius si veritatem sciret, ludere nollet, & mendacio illo nocuo ad ludendum inducitur. Ita Lugo *citatus.*

127 *Hoc mihi verius.* Hanc sententiam iudico veriorem esse, quando ille alius, si veritatem sciret, ludere nollet, secus si conscius veritatis adhuc ludere velit. Certe quamuis ipse ex parte sua possit lucrari, ille tamen, qui dolo vtitur, videtur propter iniuriam obligatus ad resarcienda damna, quæ decepto ex ludo prouenient, & per consequens ad reddendum ei lucrum.

DVBIVM

DVBIVM XXXIII.

Lucrans in ludo prohibito teneturne extra iudicium restituere quod lucratus est?

128 *Tenetur quidem.* LVcrans ludo legibus prohibito, restituere tenetur extra iudicium, siue antequam victus petat. Quia lucrum illud fuit inique acquisitum, & male parta restitutioni sunt obnoxia, & quia contractus lege prohibitus eo ipso est irritus. *l. Non dubium c. de legibus.* Sic D. Thom. quem affert Lugo *to. 2. de iust. d. 31. n. 60.* quem tamen alij varie interpretantur. Bonauent. Sylnest. Tabie. & alij quos referunt Salas *de ludo dub. quint. numer. prim.* & Sanchez *capite octauo dub. 1. num. 1.* Aliqui autem ex iis dicunt restituendum esse victo, alij vero pauperibus saltem quando ipse non fuit prouocatus, sed prouocauit ad ludum.

129 *Non tenetur.* Non tenetur restituere, antequam victus petat. Quia de iure naturæ non tenetur lucrans restituere, cum ludus, sit de se contractus iustus, & licitus: de iure etiam communi non est talis obligatio, cum leges humanæ contractum, vel translationem dominij non irritent, sed tantum præcipiant restitutionem in iudicio post sententiam. Ita Molina *d. 513.* Bannes, Soto, Medina: & alij omnes, quos congerit Salas *dub quinto* & Sanchez *cap. 8. dubio 1. n. 1.* Lessi. *l. 2. c. 26. dub. 3.*

130 *Huic communi quidem sententiæ adhæreo.* Huic communi veræ quidem sententiæ adhæreo. Nam & ex *lege Alearum, Cod. de aleatoribus.* Doctores inferunt, etiam victo repetente, non esse obligationem reddendi, nisi retinet petat in iudicio, ac sententia proferatur, vt colligitur ex verbis illis: *Et competentibus actionibus repetatur.* Nec aliter lex in praxi intellecta fuit, nec moribus humanis erat conueniens, Porro lex illa *Non dubium* solum vult, contractum esse irritandum, retrotracta irritatione ad diem commissi criminis, vel initi contractus. vti Suarius *l. 5. de legib. c. 27.* exponit.

DVBIVM XXXIV.

Si victus prius renuncianerit facultati restitutionis petendæ, vel promiserit se non petiturum, potestne adhuc eam petere?

131 *Potest plane.* POtest quidem. Quia simplex cessio non priuat iure, quod lex ei tribuit in boni communis fauorem: alioquin enim facillimè lex inanis redderetur. Sic Lessi. *l. 2. c. 26. dub. 2.* & alij plures, quos refet, ac sequitur Salas *de ludo dub. 26. n. 7.*

132 *Non potest* Non potest. Quia cessio illa videtur indicare, illum nouam gerere gratuitam donationem. Et quia collusor illi cessioni nitens lusit, qui fortasse non luderet, si suspicaretur, aduersarium legis beneficio vsurum. Ita aliqui, quos affert *Escob. & Mend. Theol. Moral.* Tom. V. Salas *vbi supra.*

Profectò sententiam primam iudico esse veriorem. Et quidem si solui non videtur dubium, quod non priuatur legis beneficio, omnes enim, qui ludunt, promittunt soluere, & ad hoc ipsum facta est lex, vt non obstante promissione soluendi, non cogerentur soluere. Vnde quando etiam promisit soluere, non obstante beneficio legis, videtur posse vti eius beneficio, nam lex vniuersaliter concedit soluti repetitionem, & non potuit ipse legis vim eneruare. Quare idem dicendum reor, licet promiserit non petere restitutionem, quia promittere solutionem simpliciter, est promittere solutionem irreuocabilem: & tamen lex voluit, non obstante promissione soluendi restitutionem concedi: ergò concedi etiam debet, non obstante promissione non petendi restitutionem. Attamen si illa promissio fieret post factam solutionem, censerem eam validam & irreuocabilem, quia tunc iam videtur esse noua donatio gratuita, & nihil habens commune cum ludo. Quare sicut posset validè donare aliquid aliud, sic videtur posse tunc valide donare ius, quod habet ad restitutionem petendam. 133 *Primam eligo sententiam.*

DVBIVM XXXV.

Iurauit quis soluere, & restitutionem non petere, Potestne petere à Prælato iuramenti relaxationem, creditore inuito.

SI non solum promisit ludens, sed iurauit se soluturum, & nō vsurum beneficio legis ad repetendum, ex iuramento certum est obligari, Quia cum possit non petere, & possit soluere (suppono enim, sine vllo peccato posse id fieri) debet propter iusiurandū id obseruare. Mol. *d. 515.* Lessi *l. 2. c. 26. n. 26.* & alij, quos affert, ac sequitur Salas *de lud. dub. 26. n. 7.* Quæsierim vero, num possit, inuito creditore, petere à Prælato illius iuramenti relaxationem, atque ea obtenta, non soluere, vel solutum repetere? 134 *Quæstionis status.*

Potest equidem. quia iuramentum illud nullum strictius ius addidit aduersario, sed solummodo obligationem indidit promissori non petendi restitutionem, dum iureiurando adstringeretur: ab hac autem obligatione expeditur, relaxatione à Prælato impetrata. Sic Nau. Couar. Valent. Tolet. Vega, Henriq. & alij, quos refert, ac sequitur Salas, *citat. n. 8.* 135 *Potest equidem.*

Minimè potest, quia cum iuramentum illud sit de re licita, & de solutione, quam absq; peccato accipere, & retinere potest victor, videtur contractum confirmare, & dare ius ex iustitia, in cuius præiudicium nequit Prælatus relaxationem concedere. Ita Lessi. *citat.* Mol. *ibid.* Rebel. & Sotus apud Salas *vbi sup.* 136 *Minime potest.*

Sequor eminentis. Cardin. de Lug. *to. 2. de iust. d. 22. de contr. in communi, sect. 8.* asserēs iuramentum huiusmodi in materia ludi confirmare pomissionem, quia ludens iurauit se soluturū & non vsurum beneficio legis ad repetendum, ex iuramento certum est obligari, quia cū possit non petere, & possit soluere, debet propter iusiurandum id obseruare, ita Molin. & alij *citati.* 137 *Idem affirmo.*

DVBIVM XXXVI.

Quando credito creditur, potestue lucrum in conscientia retineri?

138 *Retineri non potest.* REtineri non potest. Quia lex irritat omnem promissionem: ergò victus nullo modo id debet: ergo victor non habet ius ad illud accipiendum, & per consequens iniustè accipit. Sic Comitol. Soto, Castro, Alcozer, Corduba, & alij apud Salas *de ludo dub. 26. n. 6.*

139 *Potest retineri* Potest retineri à lucrante iustè, si ei soluatur, quia leges licet irritauerint promissiones, & victum ab obligatione soluendi liberauerint, nunquam tamen irritauere dominij translationem, si quis lucretur: nec fortasse expediebat. Ita Salas *citat.* Mol. *d.* 115. Bañes, Vega, Aragon. Saloni. & alij multi, quos affert, & sequitur Sanch. *c.* 8. *dub.* 4. *n.* 2. Qui quidem loquuntur non solum de iure communi, sed etiam de iure Hispano, quo leges clarius prohibẽt ludum pecunia credita, etiamsi ludus alioquin non sit prohibitus, sed pilæ v. gr. vel similis.

Mihi quidem magis hæc sententia placet. Dixi autem, *Nec fortasse expediebat.* Quia nobiles, vt fidem datam, & honorem suum ab omni nota liberarent adhuc soluerent, & lucrantes acciperent, nec lex talis deseruiret, nisi ad illaqueandas subditorum conscientias. 140 *Magis hæc arridet sententia.*

LIBER XLI.

CONTRACTVS ADMINICVLARII, QVASI CONTRACTVS, ET INNOMINATI.

CONTRACTVS, *qui aliis contractibus adminiculo sunt, quatuor annumero*, Societatem, Fideiussionem, Pignus, & Hypothecam, *Supereſt verò ad perfectam Contractuum tractationem, de Quasi contractibus, & nonnullis Innominatis essentiam saltem sine lite prælibare, qui quidem à Doctoribus aut omnino pratereuntur, aut quasi per transennam annotantur. Hi sunt* Mandatum, Negotia gesta, Tutela, & Cura, stipulatio, & Acceptilatio, Compromissum, Transactio, Compositio, & Arbitrium.

SECTIO PRIMA.

De Contractibus Adminicularijs, Quasi contractibus, & Innominatis Receptiores sine lite Sententiæ

CAPVT I.

De Societate.

1 *Quid societas, & quenam ad hunc contractum requiratur.*

CONTRACTVS societatis est *Conuentio duorum, aut plurium facta ad conferendum aliquid in vsum, vel quæstum communem.* Quatuor requiruntur. Primum, vt singuli socij aliquid conferant in commune siue pecuniam, siue operam, & industriam, siue instrumenta, vt nauim, equos, & huiusmodi: siue animalia, siue alia bona; nam si nihil conferrent, non possent licitè esse lucri participes, quod fit ex societate. Secundum, vt id, quod à singulis sociis collatum fuerit eo animo, vt sit commune, statim cedat in dominium singulorum, ita vt quilibet socius sit dominus totius sortis partialiter, vt pro dimidia, si duo sint socij, & æque contulerint: pro tertia vel quarta, si tres, vel quatuor vel iuxta partem, quam quisque contulit in commune. Tertium lucrū, & damnum commune sit quantum est ex vi societatis. Quartum, vt fiat diuisio lucri secundum sortis collatæ à singulis proportionem, nisi aliter fuerit conuentum. *C. Pro socio instituendo, de Societ.* Reginaldus *l. 25. numero. 372.* Lessius *lib. secund. cap. 25. dub. prim.* Sylui. *2. 2. q. 78. articul. secund.* Bonacin. *de contr. d. 3. q. 6. punct. 1. numer. tertio* Filliucius *tractatu 38. numero secundo.*

Multiplicem inuenio societatem esse. Alia enim est *omnium bonorum.* Alia *negotiationis*, cū duo, vel plures ex negotiatione lucrū quærunt. Alia *artis*, cum vnus ex sociis artem exercet, & habet cum altero communia damna & lucra vna cum expensis: verum hęc vix differt à priore, quia hæc etiam est quædam ad lucrum negotiatio. Alia *animalium*, siue maiorum, vt bouum, equorum, &c. siue minorum, vt pecorū, capratum, &c. Alia *officiorum*, cum quis officio fungitur, & alios sibi socios adiungit, quibus fructus ex officio communicat. Alia est *viri & vxoris.* Alia *fratrum inter se.* Molina *tract. at. secund. d. 412.* Filliucius *tract. 38. n. 9.* Azor. *p. 3. lib. 9. c. 1.*

2 *Multiplicem societatem recēseo.*

Variis modis societas contrahitur. Primo ex parte finis, & sic contrahitur ad vsum tantum vel ad lucrum solum modo, vt in negotiatione, vel ad vtrumque, vt in matrimonio. Secundo ex parte materiæ, & sic contrahitur societas omnium bonorum, vel lucrorum duntaxat, vel certæ negotiationis. Tertio ex parte temporis alia enim contrahitur ad vitam, alia ad certum tempus, alia vsque ad certi negotij finem. Molina

3 *Variis modis societas contrahitur.*

tr.2.d.412.Filliucius *tract.*38.*n.*10. Lessi.*l.*2.*c.* 25.*dub.*1.

4 *Licitus est societatis contractus duo si observentur.*

Duo si asseruentur, societatis contractus licitus proculdubio erit. Primum est, vt quisque sit expositus periculo amittendi suam capitale, v.g. quis pecuniam exponit, suo pereat damno. qui ponit laborem, & industriam, si casu nil lucri obueniat, perdat laborem, salua pecunia alterius. Alterum est vt in dividendo lucro, computetur, quantum valeat labor & industria, & quantum etiam periculum hoc valeat quod labor & industria semper perdatur, dum nihil est lucri, at pecunia non, nam salua manere potest. Nauar. *summæ.c.*17.*n.*255. Tolet.*lib.* 5.*cap.*41.

5 *Tres conditiones requiruntur ad animalium societatem*

Ad societatem verò animalium tres conditiones requiruntur. Prima, vt vnusquisque sociorum aliquid conferat in societatem siue animalia ue custodiam, siue industriã. Quia hęc est societatis natura, vt, quis commune conferat. Secunda, vt seruetur æqualitas, ita vt damna, expensæ, ac lucra prouenientia ex causa societatis sint communia, provt aliquis plus, vel minus in societatem contulit. Tertia, vt animalia stent periculo apponentis, ita vt si pereant apponenti. Quia apponens est dominus, res autem domino perit. Hoc tamen intelligo, nisi periculum animalium in totum, vel in partem in alterum reiectum sit; potest enim periculum in alterum reiici, facta grauaminis compẽsatione Tolet.*l.*5.*capite* 41.*numer.*4. Reginald.*l.*25. *numero* 401. Filliucius *tr.*38.*num.*86. Bonacin. *de contr. d.*3.*q.*6.*pun.*5.*n.*2. Azor.*p.*3.*l.*9.*capite septim &* 8.

6 *Quandonã Iniquus sit animalium societatis contractus.*

Iniquus & illicitus quidem est contractus societatis animalium, quando quis tradit animalia pastori cum pacto, vt ea custodiat, & pascat, & semper in eodem numero alseruentur, ita vt si aliqua pereant, numerus ex fœtibus compleatur, & pastor in fine annorum singulorum accipiat dimidiam reliquorum fœtuum partem, quia contractui huic deesse videtur æqualitas, si pastoris industria pluris çstimetur quam valeat numerus animalium ipsi constitutus, & assignatus; secus erit, si non pluris ipsius opera, & industria æstimetur. Similiter iniusta videtur societas, qua quis animalia hoc pacto, vt si pereat, æqualiter pereant apponenti ac recipienti; si tale, detur apponenti, fructus vero æqualiter diuidantur, quia non seruatur æqualitas, nam sors stare debet periculo apponentis, nisi alter socius periculum sortis in se suscepetit per contractum assecurationis: aut nisi apponens animalia fecerit alterum socium animalium simul dominũ Azor. *p.*3.*l.*9.*c.*7.*q.*10. Filliucius *tr.*38.*n.*102.

7 *Ad quemnam pertineant damna quæ ex societate obueniunt.*

Damna, quæ ex causa proxima societatis obueniunt, debent esse communia; modo ex leui socij culpa non oriantur, quia lucra, quæ prouenient societatis causa, communia sunt, ergo etiam. Damna vero propria, quæ socius tantum ex occasione societatis patitur, non debent esse communia, quia hoc nullo iure constat; & sicut lucra, quæ non ex causa, sed ex occasione societatis prouenient, communia non sũt ita neque damna. Propterea socius tenetur de leui consulere societati, cum societatis contractus respicit commune commodum. Per *leuem culpam* in hoc contractu intelligunt eam, qua quis omittit eam diligentiam adhibere in societatis rebus, quam in rebus propriis adhibuisset, aut æquum esset vt adhiberet. *L Cum duobus.§ quidam sagariam ff pro socio.* Molin *d.*418.*n*56.*&* 7. Fill.*tr.*38*n.*14. Laym. *li.*3.*sect.*5.*tract.*4.*cap.*20.*n.*5. Reginaldus. *l.*25.*n.*394.

8 *Ad quemnã expenſæ pertineãt*

Porrò expensæ, quæ non superfluè fiunt à socio industriam apponente, ex communi sunt gerendæ pecunia societatis, nisi aliter sit inter socios conuentum; aut aliter lege cautum: vel consuetudine receptum. Molina *d.*418. Reginaldus *lib.*25.*numer.*395. Synest. *v societas, 1.q.*12.

9 *Quid de eleemosyna à socio, qui apponit industriam facta.*

Eleemosynæ verò, quas elargitur socius, qui apponit industriam, si moderatæ sint, fiantque felicius exitus societatis intuitu, ex communibus soluendæ sunt lucris, quia socius potest absque socij licentia, eas expensas agere, quas apponit iudicauerit expedire ad societatis augmentum; sed ad id inter alia media præcipuum est diuinum auxilium quod per eleemosynas impetratur: Ergo. Manu. *parte prim. sum. capite* 47. Bonacin. *de contr. d.*3.*q.*6.*punct.*4.*num.*4. Nauarra *de rest. libro tertio capite secundo numero* 467.

10 *Cũ pro capitalis aut mercium conseruatione facienda sunt expensæ quæ extrahi ex capitali non possũt: debet socius eas ex propria pecunia facere.*

Quando pro conseruatione mercium, vel capitalis, vel lucri acquisitione faciendæ sunt aliquæ expensæ, nec potest extrahi pecunia ex societate ad eas expensas agendas: tenetur socius non solum ex charitate, verum ex iustitia eas facere ex propria pecunia, aut mutuo ab aliis petere pecuniã, ad eas faciẽdas, quia socius ratione cõtractus societatis tenetur eã diligẽtiã exhibere, quã circa res proprias adhibuisset: at qui ad propriatũ rerũ cõseruationẽ nullũ quis non lapidem amoueret. Attamen in hoc casu ipsi competeret ius repetendi à sociis, quod insumpsit, cum vtiliter societatis negotium gesserit. Molina *d.* 418. Salon. *de societ. artic.* 4 *contr.*3.*num.*27. Filliucius *tract.*38.*n.*78. Reginal.*l.*25.*n.*395.

CAPVT II.

De Fideiussione.

11 *Fideiussio definitur*

FIDEIVSSIO est *alienæ obligationionis in se susceptio, qua se quis obligat ad eam implendam, si debitor principalis non soluerit.* Vnde fideiussio est obligatio quædam accessoria supponens aliam alterius obligationem principalem, fideiussor autem est ille qui pro alio fidẽ suam obliga, & fidẽ sua, hoc est, periculo suo iubet esse, quod alius debet creditori. *Inst. de fideiuss.* Duplex est fideiussio vna *Judicialis, Extraiudicialis* altera. Iudicialis est qua quis se adstringit in iudicio, se sisterе reũ aut debitorẽ, quãdo opus fuerit, vel requisitus, sub pœna pecuniaria. Extraiudicialis est, cum quis fidem suam obligat extra iudicium creditori, quod ipse soluet, si principalis nõ soluerit debitor. Iure ciuili perficitur fideiussio verbis, quia sine formula stipulationis non parit actionem in foro externo, tanquam pactum nudum. Iure autem Canonico & in foro conscientiæ

scientiæ non requiritur formula stipulationis, sed sufficit consensus verbis expressus. Lessius *libro secundo. capite* 28. *dubio primo* Molina *de contr. d.* 539. Bonacin. *de contr. d.* 3. *q.* 9 *punct.* 1. Rebellus *lib.* 16. *qu. vnic. de fideiuss. numer. quint.* Azor. *p.* 3. *lib.* 11. *capit.* 22. *quæstio decima.*

13 *Ad huius contractus iustitiam quatuor requiruntur conditiones.*

Quatuor ad fideiussionis iustitiam conditiones requiro. Prima est, vt sit contractus accessorius, supponens aliam obligationem principalem præsentem, vel futuram nō referentem, quod obligatio principalis ortum habeat ex contractu, vel ex delicto, vel ex Iudicis sententia. Secunda, vt non plus obligetur fideiussor, quam principalis, imo nec alio tempore, aut loco obligabit; potest tamen fideiussor arctius obligari, nempe cum iuramēto, vel cū hypotheca, vel instrumento publico, quod *Guarentigium* vocitant, eo quod habeat paratam executionem, etiamsi principalis debitor ita nō sit obligatus. Tertia est, vt inualida sit fideiussio, quando contractus, quo debitor principalis se obligauit, est inualidus, secluso dolo, ac fraude. Hinc fideiussor tenetur, quoties ex contractu principalis debitoris oritur obligatio naturalis, quamuis ciuilis non oriatur. Quia nihil deest tunc, quominus lex etiam cogere possit fideiussorem, ad soluendum. Quarta est, vt fideiussor non debeat, nec possit conueniri, regulariter loquendo, antequam solutio petatur à principali debitore. Quia ipse in defectum principalis tenetur. *Instit. de fideiussoribus paragrapho prim.* 3. & 6. Gomez *tom. secund. capit.* 13. *num. primo & secund.* Filliucius *tract.* 38. *numer.* 154. *Authentic. Præsente, C. de fideiuss.*

14 *In quatuor casibus potest fideiussor conueniri ante excussionem principalis.*

In tribus tamen casibus fideiussor communis potest ante excussionem principalis conueniri. Primò, si fideiussor renunciauerit beneficio Authenticæ *Præsente.* Secundò, si constet, principalem non esse soluendo, aut procul abesse, & non habere bona in eodem territorio, è quibus sumi pretium ad solutionem queat. Tertiò, si fideiussor conuentus, negauit se fideiussorē, amittit enim per hoc beneficium, vt prius conueniri principalis debeat, *L si dubitetur paragrapho primo ff. de fideiuss.*

15 *Quinam fideiubere possint? Vbi de filiofamilias, minoribus pupillis, & pauperibus.*

Illi omnes fideiubere possunt, qui liberam habent suorum bonorum administrationem, & possunt principaliter obligari, nec à iure repelluntur. Vnde necesse est, vt habeāt propria bona sufficientia ad soluendum debitum, & damna, quæ passus esset creditor ob culpam principalis debitoris. Hinc repellendi sunt pauperes à fideiussione, filiifamilias, nisi peculium Castrense, vel quasi habeant, minores absque curatoris facultate, pupilli sine tutoris licentia, si tamen minor vigintiquinque annis pro aliquo fideiubeat obligatur naturaliter, licet beneficio restitutionis in integrum possit obligationem eludere, quia semper præsumitur læsus. Pro patre tamen carceri addicto, efficax est obligatio, quia ad id tenetur. Reginaldus *libr.* 25 *numer.* 220. Filliucius *tract.* 38. *numer.* 156. Lessius *libro secundo capit.* 28. *dub. secund. numer. vndecim.* Authentic. *si captiui Codice de Epis. & Cleric.*

16 *Quando fœmina possit, &*

Mulier regulariter fideiubere pro marito nō potest: & si fideiubeat pro illo, irrita fideiussio est. Pro alio autem fideiubere potest cū instrumento publico, adhibitis testibus cum suscriptione: & tenetur ex hac fideiussione ciuiliter, & naturaliter, & si cōpetat ei exceptio *S. C. Velleiani*, per quam potest elidere hanc obligationē, ante executionem scilicet sententiæ. Consuetudine iam receptum est, vt sufficiat notarium publicum subscribere, præsentibus tribus testibus. *Auth si qua mulier Cod. ad* S. C. *Velleianum. l. Antiquæ paragrapho fin.* Filliucius *tractat.* 38. *n.* 157. Vt verò mulieri fideiubere liceat debet aut necessitas, aut pietas postulare. *quando non possit.*

Sex verò casus inuenio, in quibus non possit vti Velleiani beneficio. Primus est, si accepto pretio fideiubeat, vel addito iuramento ad fideiussionem confirmandam, tenetur promissioni stare, si conscia priuilegij erat. si verò non erat conscia, ex receptiori sententia adhuc iurauit, vt sibi omnes vias præcluderet non implendi promissionem. Secundus est, si renunciauit beneficio Velleiani, sciens, & eius admonita coram Magistratu, vel cum iuramento, & non sufficiet implicita renunciatio. Tertius, si fideiubeat pro alterius dote. Quartus, si pignus, vel fideiussorem pro alio dedit, & post biennū à dicta cautione numerandum, iterum se ad idem obligauit, & pignus, vel fideiussorem dedit: si autem ea obligatio fiat ante biennium completum, non valet. Quintus, si se obliget ad aliquid soluendum pro serui alicuius, libertate. Sextus demùm, quando in fraudem fideiussit, vt deciperet. Qui extra hos casus aliquid à muliere fideiubēte accepit, non potest acceptum sibi retinere. Quia ex fideiussione inualida non est translatum dominium in accipientem: & ideo tenetur ad restitutionem, etiam quādo fideiussio fuit valida, mulier tamen beneficio Velleiano vtitur Lorichi. *in Thesaur. vers. Fdeiussio, numer. secund.* Sanchez *de matrimonio lib.* 4. *disc.* 9. *numero* 14. Reginaldus *lib.* 25. *numero* 220. Sylvest. *verbo Fideiussor. q.* 2. Mol. *d.* 540. 17 *Sex in casibus mulier vti non potest beneficio Velleiani circa fideiussionem.*

Clerici fideiubere non possunt in Ecclesiæ præiudiciū: ex consuetudine verò pro aliis Clericis, & suis Ecclesiis possunt ex bonis patrimonialibus, & fructibus beneficiorum, quos faciūt suos, ita tamen vt in egestate ideò non maneāt, iuxta *c. Odoardus, de solut.* Filliucius *tractat.* 38. *numer.* 158. *c. te quidem.* 11. *q.* 1. 18 *Quid de Clericis?*

Religiosus non potest fideiussor existere sine Prælati, ac maioris partis capituli consensu, si autem aliter factum est, conuentus non tenetur nisi quatenus versum est in eius vtilitatem. Imò in re magni momenti repellitur ipse superior à fideiussione, nisi maioris partis Capituli consensus adsit. *C. Quod quibusdam, de fideiuss.* 19 *Quid de Religiosis?*

Fideiussor potest licitè pecuniam pro fideiussione recipere. Quia eiusmodi onus & obligatio, quam in se suscipit pretio est æstimabilis, nec quis tenetur, eam gratis suscipere. Et hoc verum, etiamsi fideiussor nullum periculum subeat, nullam molestiam fideiubendo, quia pecunia, seu pretium recipitur ob obligationem soluendi pro debitore, quæ obligatio cum ciuilis sit, & foro externo subiecta, pretio est æstimabilis. Nauar. *summæ capite* 17. *numer.* 185. Azor. *parte tertia lib. vndecim. capite* 22. *quæst.* 5. Reginaldus *lib.* 25. *numer.* 218. Sa *versic. Fideiussio, numero primo.* 20 *Potest fideiussor pecuniam prosiri deiussione recipere.*

Hinc creditor potest aliquid accipere à fideiussore volente se à fideiussionis obligatione eximere. Quia fideiussio est pretio æstimabilis non 21 *Creditor potest ali-*

quid à fideiussore accipere, vt eum à fideiussionis obligatione liberet.

non solum ratione obligationis, verũ etiam ratione periculis, cui se exponit creditor debitum amittendi. Couar. 3. *variarum. capit secund. n.* 6. Azor. *p.* 3. *l.* 11. *c.* 22. *q.* 6.

22 *Debitor tenetur de dãno, quod fideiussori accidit, ratione debiti soluti.*

Tenetur debitor non solùm restituere debitum, quod fideiussor pro ipso soluit; sed etiam expensas, & damna, quę subiit, modo culpa debitoris interceſſerit. Si autem nulla debitoris culpa interceſſit, sed non soluit ob impotentiã, obligandus solum ad debiti principalis solutionem, non verò ad expensas & damna à fideiussore acceptata. Quia non adest radix, ob quã ad restitutionem huiusmodi sit obligandus. Sylvest. *verbo Fideiussor. numer.* 10. Azor *parte tertia lib.* 11. *cap.* 22. *qu.* 10. Sà *verbo Fdeiussio, nu.* 3. Bonacin. *de contr. d.* 3. *q.* 9. *p.* 1. *num.* 13.

23 *Triplici in casu potest creditor à fideiussore exigere debitum, & ille tenetur soluere.*

Creditor potest à fideiussore debitum exigere & tenetur ille soluere, triplici in casu. Primò, quando debitor non est soluendo. Secundo, quando debitor esset absens; & non posset commode conueniri. Tertio, quando suo iuri renunciasset, & se tanquã principalem debitorem cõstituisset. Vnde non potest fideiussor ante tempus solutionis debiti contra debitorem agere, vt eum ab obligatione liberet nisi in quatuor casibus. Primo, si fideiussor diu stetit in obligatione. Secundo, si post fideiussionem, debitor dissipet bona sua, vel ad inopiam vergat. Tertio, si fideiussor fuerit condemnatus super fideiussione. Quarto, si ab initio ita inter eos sit conuentum. Sylvest. *verbo Fideiussor. qu.* 10. Molina *d.* 546. Azor. *p.* 3. *lib.* 11. *capit.* 22. *quæst.* 8. 9. & 13. Reginal. *l.* 25. *n.* 221.

Non potest fideiussor ante tempus solutionis debiti contra debitorẽ agere, nisi in quatuor casibus.

24 *Quando plures fideiussores pro eodem debito sunt omnes in solidum tenetur, sed quid eis in hoc casu agendum.*

Quando plures fideiussores pro eodem sunt debito, singuli tenentur in solidum. Qui tamen in solidum conuenitur, excipere potest, vt quilibet pro sua parte conueniatur. Hæc autem exceptio debet opponi ante sententiam definitiuã, qua soluere iubeatur. Non competit autem ei, qui vel sponte vel compulsus per sententiam definitiuam soluit, vel fideiubendo huic priuilegio renunciauit. Verum si vnus fideiussor totum soluerit, potest creditorem compellere, vt sibi cedat actionem, quam in reliquos fideiussores habebat, exigendo ab illis partes, quas à singulis creditor poterat exigere. Lessius *l.* 2 *c.* 28. *dub.* 3. Molina *d.* 644. Reginaldus *l.* 25. *num.* 221. Fill. *tr.* 38. *n.* 163.

25 *Qui fideiubet pro reo, fugiente ipso non ad pœnam corporis, sed ad pecuniariam obligandus*

Qui fideiussit pro reo, cui periculum capitis, vel mutilationis impendebat; reo fugiente absque illius culpa, capite plectendus non est nec pœna mutilationis, aut flagellationis, afficiendus. Quia hæc sunt criminum supplicia, non solutionis debitorum. Vnde ex huiusmodi fideiussione obligatur solùm ad pœnam pecuniariam post iudicis sententiam soluendum. Clarus *l.* 5 *sentent.* §. *fin. q* 46. *numer.* 18. Lessius *l.* 2. *c.* 28. *dub* 7. *num.* 42. Sylvest. *verbo fideiussor. qu* 6. *numero.* 6.

26 *Remanet liber fideiussor ad tempus determinatũ si creditor prorogauit debitori terminum.*

Denique fideiussor, qui se tantum ad aliquod tempus obligauit, v. gr. ad annum remanet liber ab obligatione fideiussionis, postquam creditor proroganit debitori terminum, pro quo fideiusserit. Quia obligatio non se extendit vltra partium conuentionem, si tamen fideiussor obligauerit se simpliciter, non remanet liber à fideiussionis obligatione. Quia obligatio indefinita temporis lapsu non tollitur. *L. Celsus ff. de arbit.* Azor. *p.* 3. *l.* 11. *c.* 22. *q.* 12. Sà *v. Fideiussio, n.* 5. Nauar. *de rest. l.* 3. *c.* 4. *n.* 160.

CAPVT III.

De Pignore, & Hypotheca.

27 *Pignus vel hypotheca quid*

PIGNVS latè sumptum *Res est subiecta, vel obligata pro debito*, vt si alter satisfactum non fuerit, in ea satisfieri valeat. Stricte sumptum addit traditionem eius creditori vel alteri illius loco. Hypotheca vero latè sumpta idem est, quod pignus latè sumptum, stricte vero *est res subiecta* modo dicto, non facta traditione rei ita obligatæ. In iure tamen hæc nomina idem valent, vnde in præsenti contractum pignoris & hypothecæ pro synonimis vtrpabo. Lessius *lib. secund. cap.* 28. *dub. quint.* Layman. *lib.* 3. *sect.* 5. *tract.* 4. *c.* 38. *numer. prim.* Bonac. *de contr. d.* 3. *quæst.* 10. *punct. prim. num. secund & tertio* ex *L. Contrahitur, & L. creditur. ff. de pignor.*

28 *Ex triplici causa nascitur pignus, vel hypotheca. Vbi de diuisione eius multiplici.*

Ex triplici causa nascitur pignus seu hypothecæ obligatio. Vel ex Magistratus iurisdictione, quod dicitur *Pignus prætorium*. Vel ex partium conuentione, quod dicitur *Pignus conuentionale*. Vel ex iuris constitutione, quod dicitur *Pignus legitimum*. Prætorium pignus subdiuiditur in *Iudiciale*, & in id, quod *propriè prætorium dicitur*. Iudiciale pignus est, quod in executionem sententiæ, Iudicis auctoritate constituitur mittendo creditorem in possessionem bonorum debitoris, postea quam is in soluendo contumax extitit. Propriè, prætorium est, quod ante latam sententiam à Magistratu constituitur, mittendo actorem in possessionem, vel retentionem bonorum, quatenus ipsi cautum sit. Conuentionale autem pignus est, quo partes contrahentes expresse constituũt, siue rei interuentu, siue solo consensu; hoc autem est duplex *Generale*, quod ad omnia bona se extendit, non solum præsentia, sed etiam futura (in huiusmodi tamen pignore, seu hypotheca non comprehendũtur ea, quæ nemo prudens in specie obligaret, vt quotidiana vestis, supellex, & artium instrumenta) & *Particulare*, hoc est, vnius, vel plurium rerum in specie obligatio. Sylvest. *verb. Pignus.* Azor. *p.* 3. *lib.* 7. *capit. secund.* Fillinc. *tr.* 28. *numer.* 169. Reginaldus *li.* 25. *n.* 582. Mol. *d.* 528. *n.* 14. & 15.

29 *De pignore seu hypotheca legitima.*

Legitimum autem pignus, seu hypotheca est, quæ neque Iudicis præcepto, neque partium conuentione; sed legis dispositione constituitur; vnde *tacita hypotheca* assolet vocitari. Quæ etiam subdiuiditur in *Vniuersalem*, & *Particularem*, Vniuersalis est illa, qua omnia bona ex legis dispositione obligantur qualis est illa, quã habet vxor in omnib. bonis mariti pro solutione dotis, quæ comprehendit omnia bona præsentia, & futura: Et fiscus cuiuscumque debitoris sui: Et bona omnia tutoris vel curatoris Ecclesiæ vel Hospitalis tacite obligata sũt pro administratione: Et liberi habent tacitam hypothecam in bonis patris, pro administratione aduentitiorum. Et res pupilli pecunia obligata ipsi est, donec pretium accipiat. Et quæ à conductore in prediũ vrbanum illata sunt obligata censentur

censentur pro pensione, ac damno rei. Particularem vero hypothecã vel pignus iam constat esse vnius vel plurium rerum ex legis dispositione obligationem. Azor. *p. 3. l. 11. c. 3.* Molina *de contr. d. 556.* Sylvest. *v. Pignus, qu. 1.* Bonacin. *de contr. d. 3. q. 10. punct. 2. n. 1.* Lessi. *l. 2. c. 28. dub. 6.*

30 *Quænam subiici pignoris, seu hypothecæ possint.*

Subiici hypothecæ possunt non solum res corporeæ, quæ existunt. Sed etiam quæ futuræ sperantur: vt fructus pendentes, pecorum fœtus, ancillarum partus, etiam si nondum fuerint concepti. Ex rebus vero incorporeis subiici possunt hypothecæ iura, nomina debitorum, seu debita, quæ ad aliquem pertinere videantur, vsus fructus, emphyteusis, sine præiudicio tamen proprietarij, item census, vectigalia, iurisdictio. Bonacin. *de contr. d. 3. q. 10. punct. 1. num. 5.* Molina *de contr. d. 529.* Lessius *lib. 2. c. 28. dub. 7.* Illa non possunt oppignorari, aut hypothecari, quæ vendi nequeunt, vt Ecclesia, cœmeterium, sepulchrum, ius patronatus, mobilia pretiosa cultui diuino dicata, vt calices, casullæ; respublicæ, vt plateæ, & alia vsui communi deputata. Item homo liber, nisi in casibus, in quibus in seruitutem legitimè redigeretur. Potest tamen dari obses, præsertim in causa belli, vt stetur pactis. Filliuc. *tr. 38. capite 9. q. 5.* Manu. *p. 2. summ. capit. 26. n. 1.* Lessius *lib. 2. c. 28. dub. 7.*

31 *Quinam possit, vel non possit pignus vel hypothecã dare.*

Quicumque habet liberam suarum rerum, vel alienorum bonorum administrationem potest pignori dare. Vnde pupillus non potest absque Iudicis decreto rem suam loco pignoris obligare authoritate tutoris: quod locum habet in obligatione voluntaria, non in necessaria. Seruus non potest aliquid loco pignoris obligare. Nec moribundus hæredis bona, nisi hic ratum habeat obligationem, nec Prælatus potest subiicere res Ecclesiæ hypothecæ speciali, potest tamen in contractibus iure permissis bona Ecclesiæ generaliter obligare sine illorum traditione. Nec socius potest pignori dare rem sibi cum socio communem. Procurator autem, vel qui negotia alterius gerit, potest aliquid pignori dare, quando speciale mandatum habet vniuersam bonorum administrationem cum libera potestate. *L. solum, §. vlt ff. de pign.* Azor. *p. 3. l. 7. c. 5.* Filliuc. *tr. 18. n. 176. C. Nulli, de reb. Eccl. non alien. L. Nemo ex sociis ff. pro socio.*

32 *Quæ nam peccata circa pignus, vel hipothecam possint contingere.*

Peccata, quæ circa pignoris commissi assolent, sunt si creditor, socio domino, vtitur pignore, si sciente, admitti vsuram. Si sua culpa graui, vel dolo pignus perdet, & soluere noluit, si transacto tempore pignus vendat non monito domino Creditor autem potest pignus retinere, donec debitor omnia soluat & post tempus alteri oppignorare: fructus tamen ex pignore fructifero perceptos soluere debet. Nauar. *summ. c. 17. num. 203.* Graf. *p. 1. l. 2. c. 93. nu. 38.* Filliuc. *tr. 38. n. 178.*

CAPVT IV.

De Mandato.

33 *Mandati definitio.*

MANDATVM est contractus innominatus, *quo quis efficium honestum gratuito expresse vel tacite suscipit exequendum, in gratiam alterius.* Debet itaque esse de re bona & honestam, andatum enim de re mala, & contra leges non obligat. Quia illud potest ad rem turpem obligari. Debet fieri gratis. Quia si merces pro eo sumatur, transit in locationem. Non autem si tantum sit spes remunerationis habendæ: imo etiam cum promissione remunerationis non tollitur ratio mandati. Stipendium tamen pro executione debetur, si in pactum deductum fuerit, & mandatarius consueuerit recipere mercedem. Fieri potest mandatum expresse, vel tacite. Tacite fit quando quis sciens, & tacens, paritur, vt alter suum negotium gerat. Expresse fit, quando committitur signis, vel verbis. Azor. *p. 3. lib. 9. cap. prim.* Filliuc. *tr. 39. cap. prim.* Reginaldus *l. 35. num. 607.* Molina *tr. 2. d. 548.* Layman. *l. 3. sect. 5. tr. 4. c. 26. n. 1. & 2.*

34 *Generale mandatum ad illicita non se extẽdit.*

Generale mandatum ad illicita non extenditur de re illicita inualidum est, & damna ex iniquo mandato sunt restituenda. Mandans autem percuti aliquem, non occidi, si sequatur occisio, non punitur ordinaria pœna, sed mitiori. Molina *d. 550.* Filliucius *tr. 39. capit. prim. quæst. 6.*

35 *Mandatarius potest recusare mandatum nondum susceptum.*

Mandatarius potest recusare mandatum nondum susceptum. Quia mandatum est contractus dependens ab vtriusque contrahentis voluntate. Susceptum vero iam mandatum recusare non potest, nisi iusta causa recusandi superueniat, qualis est capitalis inimicitia interueniens inter mandatarium, aut suspicio, qua mandatarius non bene apud mandatorem audit. Bonacin. *de rest. d. 1. q. 2. pun. 6. num. 11.* Reginaldus *lib. 25. n. 607.* Azor. *parte 9. lib. 3. capite sexto.*

36 *De substantialibus mandati.*

Porrò substantialia contractus mandati sunt consensus vtriusque, præcessio obligationis alicuius, vt fit de re bona, vt in eo dando mandans certam formam præscribat. Vnde quę mandatarius facit contra formam mandati, invalide facit quoties certa forma sibi fuit præscripta. Quia qui mandati fines egreditur. aliud agere videtur, quam id, quod sibi mandatum est. Hinc qui equum ab altero acceptit vendendum centum nummis aureis, & tantum vendidit nonaginta, tenetur mandati decem restituere, eo quod fines mandati fuerit egressus. *L. Diligenter, ff. mandati.* Molina *d. 552. numer. prim.* Filliucius *tractat. 39. capite prim. fine.*

37 *Demandatario mandatum accipiente absque vlla*

Quando autem mandatarius absque vlla forma expressa mandatum accepit, debet diligenter prudenter, & rationabiliter negotia præstare: quæ si hoc modo præstiterit valida erunt, & rata habenda à mandatore. Quia censentur

sentur facta iuxtà rationabilem mandatoris voluntatem. Propterea qui mandauit alteri, vt sibi equum emeret nullo expresso pretio, valide emet quocumque pretio emat, modo sit iustum. *L. Praterea, Cod. mandati* Azorius *p. 3. l. 8. c. 23. q. 8.*

38 *Multis modis mandatum finitur.*

Finitur mandatum multis modis. Primo per temporis constituti lapsum. Quia contractus non durat vltra contrahentium conuentionem. Secundo per reuocationem mandati factam ab ipso mandatore. Quia hic potest reuocare mandatum quamdiu res est integra, id est, quamdiu res mandata nondum est inchoata. re autem inchoata non potest mandatum reuocare illud cum mandatarij damno. Post reuocationem mandati, gesta per mandatarium inualida sunt quoties mandatario mandati reuocatio innotuit; valida vero sunt si reuocatio mandati non innotuit, mandatario, excepto casu matrimonij, quod non valide celebratur post mandati reuocationem, etiamsi procurator illum ignoret. Tertio finitur per mortem mandatoris, vel mandatarij: modo res sit adhuc integra. *L. Procuratorem, ff. mandati.* Fill. *tr. 39. c. 2. q. 7.* Reginal. *l. 25. n. 608.* Moli. *d. 552. n. 6.* Laym. *l. 3. sect. 5. tr. 4. c. 26. n. 6. Instit. de mãdato § item si adhuc.*

39 *Quinque in casibus mãdatoris morte non finitur mãdatum.*

Attamen mandatum quinque in casibus mandatoris obitu non finitur. Primo, quando datum fuit mandatum de re aliqua exequenda post mandatoris mortem. Secundo mandatum factum fuit in gratiam mandatarij. Vnde confessarius absolute delegatus ab Episcopo non admittit iurisdictionem audiendi confessiones Episcopi obitu, si verò non sit absolutè delegatus, sed concessa sit facultas ad beneplacitum concedentis, amittitur Episcopi illius morte: secus si concessa sit ad sedis beneplacitum, nam sedes seu dignitas mortua persona perseuerat. Tertio, non finitur quando factum fuit gratia dotis. Quarto, quando delegata est alicui facultas & iurisdictio sub nomine dignitatis, & non sub nomine proprio illius, à quo fuit præstitum mandatum; dignitas enim non extinguitur. Quinto deniq; quãdo mãdãs dicit, se concedere iurisdictionẽ, donec reuocauerit, sed postmodum re ipsa ante obitum non reuocauit. *L. Si vero, §. vltim. ff. mandati L. Si cum fundum ff. de pactis. L. Si ego, ff. de iure dotium.* Sanchez *de matr. l. 8. capite 28. numero 49.* Sà *v. Gratia, num. 4. Cod. si delegatus de officiosis Iudicis in sexto.*

40 *Quid intelligendũ, cum dicitur mandatum non expirare morte mandantis, quando res non est integra?*

Quando autem dicitur mandatum non expirare morte mandantis, quando res non est integra, intelligo de iurisdictionis mandato, id est, per quod committitur iurisdictio. Nam præcepta superiorum, ad aliquid faciendum vel non faciendum obligantia, si non emanent per modum constitutionis à potenti illam facere: sed sint mandata ab homine, semper expirant mandantis morte, quamuis res non sit integra. Quia cum ea præcepta non sint constitutiones, haud sunt ex natura sua perpetua, nec possunt ligare extincta præcipientis iurisdictione per eius obitum, vel eius ab officio amotionem, nam quoad hoc perinde habetur ac mortuus, cum vtroque casu præcipientis iurisdictio extinguatur, à qua præcepta vim habent. Sylvest. *v. Delegatus, q. 6. & v. Mandatum, q. 3.* Bonac. *de leg. d. 1. q. 3 pun. 8. §. 1. n. 25. & 26.* Menoch. *de arbitrar. lib. primo. q. 69. num. 4.* Corduba *ad Regul. S. Francis. c. 10. q. 3. pun. 1.*

CAPVT V.

De Negotiis gestis.

41 *Quid negotia gesta, & gestor negotiorum*

NEGOTIA gesta dicuntur, *cum absque mandato formaliter, aut virtute negotium alterius vtiliter geritur.* Si antè præcedat mandatum formaliter, aut virtute, non erit contractus negotiorum gestorum, sed mandati. *Instit de obligat.* Molina *d. 553.* Negotiorum gestor is dicitur, qui negotia alterius vtiliter agit, absque eo, quod de iis habeat ab illo mandatum formaliter, aut virtute. Certe res ipsa, & bonum commune postulat, ne res, & negotia absentium, & minorum damnũ paterentur, ideo statutum est vt vtiinque oriatur obligatio, ideóque existeret hic quasi contractus negotiorum gestorum. Filliucius. *tr. 39. n. 33. & 34.*

42 *Negotia alterius quatuor modis geruntur.*

Negotium alterius quatuor modis geritur. Primo, cura & officio, vt in tutore, curatore, & huiusmodi. Secundo, re ipsa, cum in vtilitatem alterius aliquid impenditur, etiamsi eius intuitu factum non sit. Tertio, ratihabitione, cum vnus nomine alterius gessit, hic ratum habet: & nisi hic ratum haberet, nihil ad illum pertingeret. Quartò, ipsa actione negotij gesti, vt si quis creditori alterius soluat eo absente, vel ignorante. Nil autem refert, si quis in hoc contractu gerat negotia alterius siue per se siue per alium: potest enim alium substituere sicut procuratoren suo tamẽ periculo. Azor. *parte tertia lib. 11. cap. 24. ex l. Nam & seruius, ff. de negot. gest.*

43 *Obligationes gerentis negotia, & negotia, & debitoribus eius, cuius negotia geruntur.*

Negotium gerentes indico obligationem. Debet reddere rationem eorum, quæ gessit, & soluere, si aliquid peruenit ad ipsum ex negotio gesto, vt fructus rei administratæ, pecuniam à debitoribus receptam. Huic vero obligationi respondet in eo, cuius negotiũ gestum est, actio directa aduersus negotiorum gestorum, ad ea omnia exigenda ab eo, quæ competit mandati aduersus mandatarium. Ex parte vero eius, cuius negotium est gestum, oritur obligatio soluendi expensas in ipsius bonum factas. Nomine autem expensarum etiam intelligo valorem industriæ, & operarum appositarum. Cui obligationi respondet in gestore negotiorum actio contraria, ac exigẽdũ ad eo, cuius negotiũ gestũ est, eiusmodi expensarum intelliguntur, *Instit de obligat. quæ ex quasi contr. & l. si remunerandi §. 1. ff. mandati.* At in eo, qui putans se agere negotium vnius, gessit alterius negotium, quia res illa ad hunc pertinebat; resultat ex eo negotio actio negotiorum gestorum inter hunc & illum, cuius negotium vere est actum *lege si cum putaui lege Luberto paragrapho primo ff. de negot. gest.* Eodemque modo, si quis recipiat aliquid alterius nomine, vel alteri, si hic ratum habet postquam sciuit, oritur inter recipientem

pientem & hunc actione negotiorum gestorum *l. si pupilli §. item quæritur ff. eodem*, Molina *d. 554 n 10. & 11.*

44 *De qua culpa teneatur negotiorum gestor.*

Negotiorum gestor, si gestum est negotiũ tantum in bonum eius, qui absens erat, quapropter ita desertum erat, vt nullus alius id gesturus fuisset: tenetur tantùm de dolo & culpa lata *l. Quod Nerua ff. depositi.* si autem negotium desertũ non erat, sed id quivis alius gessisset, tenetur de leui culpa, saltem quando nullus diligentissimus sese offerebat, qui id gereret. Quando vero diligentissimus se obtulisset, & impeditus est, eo quod ipse iam id suscepisset, nisi mandatum datum fuisset diligentissimi negotiorum gestoris, non tenetur nisi de leui. Mol. *d. 554. n. 6.*

45 *Regulariter non tenetur de casu fortuito.*

De casu vero fortuito regulariter non tenetur *l. Negotium. C. de negot. gest.* Dixi, *Regulariter*, quia si dominus negotiorum admonuisset, ne ageret sua negotia in absẽtia nisi eo pacto, vt teneatur de casu fortuito: tũc si ea agat in absentia domini, teneretur. *l. Negotium cit.*

46 *Quid si negotium inceptũ & interfectũ reliquit.*

At incipiens negotium gerere, & postea relinquens antequam perficiatur, tenetur de damno ob id subsecuto. Quia censetur initus quasi contractus inter vtrumque de eo gerendo, ac perficiendo. *l. In commodato. § sicut. ff. commodati.* Vnde sicut in societate morte vnius ex sociis expirat societas, quoad negotia non gesta, non autem quoad ea, quæ cœpta sunt, hæc enim per fici debent: ita negotiorum gestor debet quæ cæpit, perficere. *l. Nam & Neratius, §. si vnico. ff. de negot. gest.*

47 *Quãdo teneatur ad expensas factas is, cuius negotiũ geritur.*

Quando is, cuius negotium geritur, expresse significauit, ne vllus id gereret: non tenetur ad expensas factas post admonitionem, etiamsi vtiliter negotium actum esset, ad factas vero tenetur. *l. sin C. de negot. gest.* Azor. *p. 3. l. 11 c. 24. q. 3.* Molina *d. 154. n. 1.* Si autem nulla præcesserit admonitio, & negotiũ alioqui vtiliter gestum est, tenetur soluere expensas. *l. si ex duobus ff. de negot. gest.* si vero expensæ factæ in negotio absentis maiores sint, quam rei vtilitas: non tenetur absens eas soluere, nisi pro vtilitatis in re illa subsecutæ ratione. Molina & Azor *vbi supr.*

48 *Qui negotium gessit animo gratuito, non potest expensas petere.*

Certè qui negotium gessit animo gratuito non potest expensas petere, mutato animo, si is fuit eleemosynæ, & pietatis. Quia eo ipso donauit, vnde non potest exigere pretium, si autem non gessit animo gratuito, sed animo compensationem exigendi, tunc potest exigere id, quod expendit. Quia tunc vtiliter gessit illius negotia, & quod impensum est pretio est compensabile Filliuc. *tr. 39 n. 48.* Præsumitur quidem expensas factas fuisse causa pietatis, si gestor negotiorum, & ille cuius nomine gerit sint consanguinei intra tam arctos gradus, vt soleant ab ascendentibus illis præberi alimenta, quando indigent, si famulus ægrotauit, & pater familias sumptus in infirmitate eius gessit famulo incompetentes, conuenientes autem nobilitati, ac diuitiis patris familias, præsumendum est, eos fecisse gratis, ac pietatis intuitu Mol. *d. 554. n. 14.*

49 *Ex negotiis gestis duplex actio oritur.*

Ex negotiis gestis duplex actio oritur. Vna directa in eo, cuius negotium geritur aduersus negotiorum gestorem, ad ea omnia exigenda, quæ mandator exigit contra mandatarium. Altera contraria in negotiorum gestore aduersus eum, cuius negotium gestum est, vt id exigat ab eo, quod merentur expensæ industria, & operæ in eo collatæ. Est verò eiusmodi actio vtrimque resultans, personalis, vt habetur *l. penult. C. de negot gest.* & transit etiam vtrumque in hæredes, & contra hæredes negotiorum gestoris, & eius cuius negotium est actum *l. 3. §. hac autẽ. ff. de negot. gest.* lege plura apud Molinam *d. 555.*

CAPVT VI.

De Tutela, & Cura.

50 *Quid Tutela? Quid cura? Tutor & curator?*

TVTELA est *ius & potestas in capite libero ad tuendum eum, qui propter ætatem suam sponte se tueri nequit à iure ciuili data & permissa.* Vnde tutor dicitur, qui pupillum, vel pupillam morte patris, vel emancipatione sui iuris factum, factamve tuetur. Principaliter tutor datur in personæ defensionem, quæ propter ætatem defendere se nequit. Secundariò autem datur ad res tuendas. Curator autẽ ex opposito datur principaliter ad defendendas res, secundario in personæ defensionem. Tutor datur pupillo, seu impuberi: curator vero minori, id est, illi, qui quatuordecim annos expleuit. *Instit. §. est autem. de tutela. Instit. de curatore.* Syluest. *v. Tutela.* Filliucius *tr. 39 n. 53.*

51 *Tutela triplex Testamentaria, legitima, Datiua.*

Triplicem tutelam sicut & tutorem inuenio. Prima dicitur *Testamentaria*, & tutor testamentarius, cum scilicet pater, vel alius ex ascendentibus dat filio tutorem in testamento. Secunda dicitur *Legitima*, quæ datur à lege absque hominis facto, cum nullus est tutor testamentarius, & defertur ei, qui primo loco debebat succedere pupillo ab intestato, is enim tenetur, suscipere eius tutelam, quia vbi est successionis emolumentum, ibi & tutelæ onus esse debet. Tertia dicitur *Datiua*, quæ scilicet datur à Iudice, cum nullo tutore dato in testamento, nec extantibus consanguineis ad tutelam ideneis.

52 *Tutelæ ac curæ duratio.*

Iudex ex officio dat tutorem. Durat autem tutela vsque ad quatuordecimum annum completum in mare, & duodecimum in fœmina. Deinde incipit cura vsque ad vigesimum quintum completum in vtroque. *Institution. Qui mo. tutel. fil. & Institut. de curatore.* Syluest. *verb. Tutela quæstio. prim.* Bonacina *de contr. disp. 3. qu. 19. puncto secund.*

53 *Qui nam possint institui tutores aut curatores.*

Tutor potest institui ille, qui alterius curam suscipere valet, & à iure non prohibetur. Vnde impubes & minor non possunt constitui tutores, imò nec furiosus, mente captus, prodigus, mutus, surdus, seruus, Religiosus creditor, vel debitor pupilli. Quia omnes hi à iure repelluntur. Porro mater, & auia tutelã filiorũ suscipere possunt, si velint, & aliis

tutoribus legitimis, & datiuis præferuntur, non vero testamentarijs. At si mater, & auia transeant ad secundas nuptias, contracto matrimonio, tutelam ipso iure amittunt, & bona secundi coniugis obligata remanent pro reddenda administrationis ratione. Filiusfamilias, præciso alio impedimento, tutor potest constitui. Clerici autem non possunt cogi ad tutelam suscipiendam, quia eo gaudent priuilegio, possunt autem si velint, recipere tutelam legitimam, non autem datiuam, vel testamentariam, *leg. si hæreditas, § si furiosus, ff. de test. tut. Authent. Matri, & auiæ, c. Quando mulier tutelæ offic. fungi pot. l. Filiusfamiliæ, ff. de his, qui sunt sui vel alieni. Cap. fin. dist.* 76. Bonac. *de contr. d. 3. q. 19. pun. 3.* Filliuc. *tr.* 39. *n.* 55.

93 *Ex qua culpa tutor aut curator teneatur.*

Tutor autem tenetur ex eadem culpa, qua negotiorum gestor, nempe ex dolo, culpa lata, & leui, & ad omnia negotia pupilli, ex quorum omissione pupillo detrimentum sequeretur, & hoc maxime, si officium tutoris pretio exercet, tunc enim cum officium tutoris, aut curatoris vtile sit pupillo, vel minori, & ipsimet tutori, vel curatori, ideo de leui culpa tenetur. Salarium autem tutori, vel curatori constituendum est à principio, alioquin non debetur, nisi iusta causa superueniat. Quia dum Salarium ab initio constitutum non est, censetur tutor, vel curator, gratis tutelam, aut curam suscepisse, quoque cessisse iuri. *l. secund. Codic. si tutor, vel curator. leg. Tutori. Codic. de negot. gestor.* Molina *de contr. d.* 555. *n.* 1. Menoch. *de arbitr. l.* 2. *casu* 512. Bonac *de contr. d. 3. quæst. 19. puncto* 4. *numero* 2.

54 *A tria tutor vel curator tenentur.*

In particulari tutor vel curator ad tria tenentur. Primò vt conseruet pupillos vel minores à crimine illæsos, eósque bonis moribus imbuat. Ob id vnus & alter potest stipendium pupilli, aut minoris præceptoribus assignare, iuxta eorum qualitatem, & quantitatem patrimonij. Secundò, vt res eorum ab iniuria præseruet, vnde tutores dicti sunt quasi *tuitores*. Tertiò, vt pecuniam eorum, vel bona mobilia, quæ ad nihilum, valent, si asseruentur conuertant in prædia, ex quibus percipiant fructus, alioqui tenetur tutor, aut curator pupillo, aut minori ad fructus, quos habere poterat, deductis expensis, & periculis. Quod tamen intelligo, si id facere potuerunt, *C. i. 12. quæstion. prim.* Sylvest. *verb. Tutor. quæstio. quart.* Filliuc. *tract. 39. numero* 57. Rebell. *part. secund. l. 17. qu. prim. num.* 10. Bonac. *de contr. d. 3. q. 19. pun. 4. num. 5.*

55 *Quid agere debeat tutor aut curator cũ ad æs alienum soluendum, vendenda pupilli, vel minoris bona sint?*

Si ad ęs alienum soluendum vendenda sint aliqua pupilli bona, tutor primo loco debet alienare res inutiles, deinde res minus vtiles, vltimo loco bona stabila, si reliqua non sufficiunt ad soluenda debita. Vnde infero, nefas esse tutori, vel curatori, vendere bona stabilia pupilli, vel minoris, nisi ex vrgenti causa. *leg. Obæs Cod. de prad. minor.* Sylvest. *verb. tutor, quæstion.* 4. Tabiena *ibi*, § 2. Res autem pupilli, aut minoris non possunt emi à tutore vel curatore, nisi sub hasta, ac bona fide.

56 *De inuentario bonorum faciendo.*

Tutor vel curator, tenetur quam primum poterit, facere inuentarium de rebus pupilli, nisi causa necessaria, vel iustissima impediatur. Causa autem necessaria est mortbus. Causa iustissima dicitur, si testator remisit confectionem inuentarij, nisi ex causa videretur contrarium in iudicio *leg. Tutor, qui repertorium, ff. de administr. tutor. leg. Hæc conditio, ff. de condit. & demonstr.* Sylvester *verb. Tutor quæstion.* 6. & 7. In duobus autem casibus non tenetur. Primò, si consuetudo esset, quod non fieret. Secundò, si Iudex ex causa remitteret. Hoc verò inuentariũ fieri debet in præsentia publicarum personarum, sufficit tamen notarius, nec præsentia Iudicis necessaria, est nisi vt fiat fides contra debitores, quorum nomina in inuentario scribuntur. Fieri denique debet inuentarium omnium bonorum seu rerum corporalium: & instrumentorum, hoc est, omnium iurium corporalium, de quibus apparent instrumenta, vel probationes in bonis pupilli aut minoris *l. Tutores, C. de admin. tut.* Syl. *citat. q.* 8. & 9. Fill. *tr.* 39. *n.* 60. & 61.

CAPVT VII.

De Stipulatione, & Acceptilatione.

57 *Quid stipulatio.*

STipulatio *est contractus, qui verbis perficitur, præcedente interrogatione, qua ab altero petit, an promittat, vel adstringat se ad aliquid dandum, vel faciendum, & subsecuta responsione, ac sponsione alterius, qua promittat, id se facturum, aut concedat. Instit. de verb. obligat. in princ.* Verum is, qui interrogat ac petit promitti sibi, & stipulari ab alio, dicitur *Stipulator*, is vero, à quo stipulatur, & petitur promissio, dicitur *Promissor*, vel *Stipulatus*, sumpto nomine *Stipulari* passiuè. Profecto olim præscriptæ erant certæ verborum formæ ad interrogandum, & respondendum, sine quibus contractus non valebit, hodie satis est, vt quibuscumque vocibus in idiomate aliquo significantibus vnus alteri exprimat sufficienter suam petitionem, & alter illi suum consensum declaret. *Instit. de verb. obligat. §. 1. l. Omnes. ff. de contrah. & com. stipul.* Mol. *d.* 254. *n.* 3.

58 *Valet stipulatio facta in vno idiomate interrogatione, & responsio in alio.*

Si interrogatio fiat in vno idiomate, & promissio in alio, valida est stipulatio. Quia licet voces, quibus stipulator, & stipulatus vtuntur, non debeant esse significatiuæ ex sola impositione eorum, tamen si fiat inter homines diuersarum linguarum satis erit, si interrogatio in vno idiomate fiat, & in alio promissio, modo se inuicem intelligant, saltem per communem interpretem, *l. 1. §. vltim. ff. de verb. oblig.* Hinc inter absentes, hoc est, adeo distantes, vt vnus non valeat percipere vocis alterius significationẽ stipulatio perfici nõ potest *l. 1. ff. de v. oblig.* si tamen in publico instrumento contineatur, stipulatorem, & stipulatum præsentes fuisse, nisi stipulatus contrarium probet sufficientissimè in

instrumento standum, *l optimam, §. item verborum, C. de contrah. stip.* similiter cum muto, aut surdo stipulatio contrahi non potest, nisi per procuratorem, aut publicum notarium, nutu, aut scriptura suppleute. *l. 1. ff. de verb. oblig.* Mol. *d.* 224. *n.* 4.

59 *Debet responsio consonantẽ fieri.*

Responsio debet sequi continuo stipulationem. Nam si fiat ex interuallo itavt promissor ad alia diuertat, inualida est. Quia non modo stipulator, & stipulatus prę sentes esse debent, sed etiam requiritur vt responsiio continuo post interrogationem sequatur absque diuersione in alia. Nam si diuerteret, non intelligeretur responsio esse ad interrogationem factam. Si vero sit ex aliquo interuallo, vt quia interrogatus paulum discedat, & mox reuertatur priusquam ad alia diuertat, valida erit stipulatio, *l. 1. §. qui præsens*, & *l. continuus, ff. de verbor. oblig.* Quando autem dubium esset, an ad alia diuertisset, necne posset repeti interrogatio, atque ita succedente responsione continuò, omne dubium de eius inualiditate tolletur.

60 *Quatuor circa stipulationem obseruanda.*

Quatuor circa stipulationem de iure obseruanda repetio. Primò non posse quempiam alteri pro altero stipulari, nisi sit eius seruus aut filius. Secundò, non valere stipulationem, vel legatum factum ingenere de re aliqua non demonstrata. Tertio obligationem stipulatam sine conditione, neque ad certum diem die præsenti deberi, sed non posse peti eo die, quo stipulata est. Quartò, stipulationem ab hæredes transire, quando promissio facta potest per alium impleri. Fill. *tract. 39. num. 66.*

61 *Quid sit acceptilatio*

Iam verò Acceptilatio est *contractus, quo interrogante debitore suum creditorem, acceptũre seu solutum habeat debitum aut velit illud remittere, creditor respondeat: Acceptum habeo, seu remitto, qua extinguitur præcedens debitum.* Certè quamuis ex eiusmodi conuentione nulla oriatur obligatio, sed potius dissolnatur preterita, (nisi quis dicat, oriri obligationem in creditore, ad non petendum debitũ in posterum) quia tamen fit concurrente consensu creditoris debitum condonantis, & debitoris condonationem postulantis, & accipientis, ideo inter contractus latissime sumpto nomine contractus annumeratur. Mol. *d.* 252. *n.* 11. Iraque acceptilatio est contractus, vel potius distractus, qui verbis perficitur. Dissolnitur autem per eum obligatio ciuilis verbis contracta, hoc est, per stipulationem; & sicut ciuili iure introducta stipulatio fuit, ita eodem debuit introduci acceptilatio, qua illa dissolueretur, *§. item per acceptilationem, Inst. quibus modis oblig. tollitur.*

62 *Quonammodo per eam ciuilis obligatio tollatur.*

Quonammodo per eam obligatio ciuilis tollatur si rogites, respondeo, extingui non iocius ac si quod debebatur ex stipulatione, solueretur. Ideo *§. item* citato appellatur acceptilatio imaginaria, & virtualis solutio. Mol. *d.* 252. *n.* 8. Posse etiam extingui per eam obligationes ciuiles ortæ ex alio capite, quam ex stipulatione, *l. ex vno, ff. de acceptilat.* Modus autem hic est, si debitum ex quocumque alio capite conuertatur in debitum ex stipulatione, & deinde fiat acceptilatio, tunc enim per eam extinguetur ex alio quocumque capite debitum. Forma autem hæc est, vt creditor primum stipuletur hoc modo à debitore. Quantum mihi debes ex tali titulo, putà venditionis, vel donationis, spondeine dare, & debitor respondeat, spondeo, tunc per eam debitum ex alio capite conuertitur in debitum ex stipulatione. Quod si deinde hæc stipulatio extinguatur Per acceptilationẽ, per hanc etiã dicetur extingui obligatio ex alio capite suberta. Atque huiusmodi stipulatio dicitur *Aquiliana*, quia inuenta fuit à Gallo Aquilio ad effectum, de quo agimus, Molina *disputatione* 252. *numero* 9. Quod si non seruetur forma, acceptilationis, sed solum interueniat promissio creditoris acceptata per debitorem de non petendo debito, extinguitur quidem obligatio naturalis, & in foro conscientię illud petere non potest Mol. *vbi sup. n* 10.

63 *Acceptilatio habet de iure multa.*

Acceptilatio itaque habet vim solutionis, Barthol. *ad leg. si marito, §. si pater ff. soluto matrimonio.* Habet vim pacti de non petendo *leg. cum emptor, ff. de rescind. vendit.* & donationem sapit, Barthol. *ad leg. si ex pluribus, ff. de solut.* Tollit actionem realem personalem, & mixtam, *l. vt responsum.* Tollit omnem obligationem. Speculat. *de except. & repli. §.* 1. Valet facta à minore, vel pupillo, sed tutoris vel curatoris authoritate, *l. 1. & ibi*, Bald. *C. de acceptil.* Acceptilationis contractus statim est perfectus, & trahit secum executionem. Barthol. *ad leg. Metum, §. sed quod Prætor, ff. quod met. causa.* Acceptilatio facta mulieri quę fideiussit pro debitore debitorem non liberat, Bald. *ad l. Senatus, C. ad Velleia.* Acceptilatio facta per procuratorem non habentem speciale mandatum, habet vim pacti de non petendo. Barthol. *ad leg. An inutilis, ff. de accept.*

CAPVT VIII.

De Compromisso.

64 *Quid compromissum.*

COmpromissum est contractus quidam, *quo aliqui mutuo consensu in sententiã arbitri aut arbitratoris reiciunt controuersiam aliquam dirimendam, spondentes se illi parituros.* Dixi esse contractum, est enim contractus innominatus onerosus, quia vnusquisque compromittentium se adstringit arbitri, aut arbitratoris definitioni stare. Addidi, *Quo aliqui mutuo consensu &c.* quia est volũtarium, & liberũ, vt fiat, aut non fiat. Postquam autem factum est, adstringit compromissarios ad standum arbitrio. Adhibui, *Arbitri, vel arbitratoris*, quia arbiter est, qui eligitur vt iudex ad hoc, vt seruato in substantialibus iudicij ordine, de compromissa controuersia sententiam ferat. Arbitrator autem eligitur, vt aliquid existimet, vel dicat de re aliqua, quid sibi videatur sine ordine iudiciario. Mol. *d.* 556. Sylu. *v. Arbiter.*

65 *De commun promisso pacto nudo firmato.*

Certe promissum nudo pacto celebratum non inducit iure ciuili obligationem ad illud seruandum, nisi altera ex parte traditione sit com-

completum & sic transeat in pactum vestitum. Si enim aliter impleuit, habet actionem contra alterum, vt vel cogat illum implere ex parte sua, vel soluere interesse, quod ex hoc passus esset, qui impleuit iure ciuili communi conceditur, vt quod ex tali pacto nudo solutum esset retineri possit, cum enim ex eo oriatur obligatio naturalis, & in foro conscientiæ, ideo saltem ius ciuile concedit retentionem. Certè compromissum, quo aliqui compromittunt se stare arbitrorum sententiæ pactum est nudum, nisi ab vna parte aliquid alteri sit tributum, sententia autem arbitrorum eam tantum vim habent obligandi, quæ oritur ex compromisso, aut quam ius progressu temporis dare voluerit. Mol. *tr.* 2. *d.* 255. & 257.

66 *De compromisso firmato stipulatione, & pœna apposita.*

Si compromissum firmetur stipulatione, arbiter cogitur progredi in causa, & suo tempore sententiã ferre. Lata autem sententia iure communi ciuili, parti, quæ vult illi stare, conceditur actio contra alteram nolentem ei parere. De iure autem Canonico hæc competunt, etiamsi nudo pacto compromissum sit celebratum, modo sententia manifeste iniqua non sit. Molina *tract. secund. d.* 35. Iure communi à sententia arbitri non admittitur appellatio, siue apposita fuerit pœna, siue non. Quando autem post sententiam ab arbitro latam appellandum est, appellatur ad Iudicẽ rei, qui ab arbitri sententia appellat: ille enim futurus est sententiæ arbitri executor. Postquam verò à sententia arbitri appellatum est ad Iudicem ordinarium, pars grauata ea appellatione, & sententia lata ab eo Iudice ordinario, potest vlterius appellare ad Iudicem alium superiorem, ad quem à tali Iudice assolet appellari. At in compromisso firmato, stipulatione, & apposita pœna contrauenienti sententiæ, si non fuit apposita clausula, *Rata manente sententia*, de iure communi, si is, qui ea fuit damnatus expresse illam emologauit, victor agit ad sententiæ executionem, si victus eam moretur implere. Iam enim damnatus ea sententia eligit potius illi parere, quam pœnam soluere. In compromisso firmato stipulatione apposita pœna nõ stante compromisso, & sententiæ, si addita sit clausula, *Rato nihilominus manente compromisso*, tunc secuta sententia, & emologata expresse, de iure communi ciuili agitur solùm ad sententiæ executionem, si damnatus est in mora eam adimplendi, non autem agitur ad pœnam. Porrò *emologari* sententiam idẽ est, ac mutuo vtriusque compromittentis cõsensu, statu sententiæ, & arbitramento prolatis, iã esse acceptatã. Mol. *d.* 35. *n.* 8. 14. & 17.

67 *De compromisso iuramento obfirmato.*

Licet compromissum iuramento obfirmatum pareret olim obligationem ad illud seruandum etiam in foro ciuili tamen ob frequentiam periurij vetitum est iure Authenticorum in *Authent. Decernit, Codic. de recep. arbitr.* Hinc partes non tenentur seruare compromissum, quod iuramento confirmarunt. Tenentur tamen de iure Canonico & in conscientia. Quia tale iuramentum non est malum in se, nec contra bonos mores naturales ad summum, Molina. *tr.* 2. *d.* 36. Filliuc. *tr.* 39. *n.* 91.

68 Plura adiicio, quæ operæ pretium est de compromisso dignosci. Compromissum facere potest quilibet super rebus, quas potest alienare, in aliis autem, quæ alienare non potest absque certa solemnitate, etiã sine illa solemnitate compromittere non valet. Sylvest. *v. compromissum*, ex Panormit. & Bart. si compromissum prorogetur, intelligitur in tantundem tempus: vel vsque ad tres menses, vel vsque ad annum. Specul. *de abitr. §. excipitur.* Baldus *ad l.* 1. *Codic. vt in pos. leg.* Alex. *cons.* 20. *p.* 2. per arbitrium potest prorogari ad tres menses ex potestate prorogandi sibi concessa à partibus. Alex. *cons.* 70. *p.* 2. Non potest autem prorogare vltra duas vices, vel tres ad summum. Baldus *ad cap. Tua nos, de appellat.* Compromissum post annum expirat. Specul. *de arbitrar. §. differt.* Bartol. *ad l. si de meis, §. ex compromisso. ff. de arbitr.* scio, alios dixisse, durare triennio: alios, arbitrio Iudicis relinquendum ex æquitate. Compromissum suppendit causæ principalis instantiam. Baldus *ad l. Properandum. C. de iud.* Quod verum cẽseo, si sit factum à domino litis, vel procuratore ante litis contestationem habente speciale mandatum. Potest fieri compromissum etiam post sententiam intra appellandi tempus: non autem post, quia sententia transiuit in rem iudicatam, & rem liquidam facit. *L. eleganter, in principio* & *ibi* Bar. & *§ si post* & *§. Quid ergo, de cond. indeb.* Filliuc. *tr.* 39. *num.* 100.

Plura de compromisso dignoscẽda expono.

CAPVT IX.

De Arbitrio.

69 *Quid Arbiter, & Arbitrator. & in quo differant.*

ARbiter strictè sumptus est is, quem partes matua inter se conuentione sibi eligunt, qui controuersias inter ipsos dirimat, & cuius iudicio, ac definitioni extent. Si vero late sumatur, comprehendit quemlibet existimatorem siue suarum, siue aliarum rerum: siue alij eius iudicio, & existimationi se subiiciant, siue non. Differunt autem Arbiter & Arbitrator, quod ille partibus constituatur, vt iuxta iuris terminos sententiam ferat, ideóque velut Iudex quidam est: Arbitrator verò tanquam amicabilis compositor à partibus eligitur, vt pro bono pacis seruandæ, ex vnius iure demere, & alteri tribuere valeat, magna tamen læsione vitata. Mol. *tr.* 5. *d.* 30. *n.* 2. Fill. *tr.* 39. *nu.* 102. Sylu. & Tabi. *v. Arbit.* Sãch. *l.* 6. *sũ. c.* 13. *n.* 52.

70 *Quid arbitrium? Nemo potest esse arbiter in propria causa, bene arbitrator.*

Arbitrium verò est *sententia prolata ab arbitro.* Arbitramentum vero est *sententia ab arbitratore expressa.* Nemo potest esse arbitrator. Quia arbiter eligitur quasi Iudex, vt iuris ordine seruato procedat: at in facto proprio nemo potest esse Iudex. At arbitrator eligitur vt amicabilis compositor, vt procedat extra iudicij, & parte cõponat, quoin proprio facto non repugnat. Sylu. *v. Arbiter n.* 2. & 3. Fill. *tr.* 39 *n.* 104. Sanch. *l.* 6 *mor. c.* 13. *n.* 53. & 54. Abbas *ad c. Quintauallis n* 7. *de iureiur.*

71 *Qui possint, & qui non possint esse arbitri.*

Arbitri este non possunt minor viginti annis. *L. Cum lege. ff. de recep. arbit.* Si autem maior viginti, & minor viginti quinque acceptet arbitri-

ceptet esse arbitrium, & læsum se repetiat quod id sibi non expediat, restitutione in integrum subuenitur. Nec mutus, nec surdus, nec fœmus arbiter esse potest *L. Illa verba, ff. de verbor. signif.* Nec mulier, ideoque compromissum in illam, nullum est. *Lege vltima Codice de recept. arbitr.* nisi esset Regina, Ducissa, Marchionissa &c. vel nisi loci consuetudine iurisdictionem exerceret. Nec Religiosus, nisi de licentia sui Prælati, cum id expedit Monasterio; quia arbitrium requirit iudicij formam, quæ Religiosis prohibetur. *Cap. de præsentium. Cap. Monachi secund. 16. quæstio. prim.* Potest autem esse arbitrator cum superioris consensu, si subditus sit. Nec excommunicatus, quia non potest cum aliis communicare, quare nec arbitrator esse potest. Index ordinarius iure ciuili esse arbiter prohibetur. *L. sed etsi seruum, ff. de recept. arbitr.* Laici arbitri esse nequeunt in causis spiritualibus, nisi de summi Præsulis licentia. At laicus simul cum Clerico possunt arbitri esse de Ordinarij licentia, aut Iudicis delegati eius causæ *Cap. contingit de arbitr.* Porrò arbitri esse possunt alij omnes qui iure prohibiti non fuerint. Sanchez *libro sexto Decalog capite decimotertio numero 55.* Sylvest. *verb. Arbiter, quæst. 16.* Molina *d. 39.* Layman. *libro quarto tract. quinto cap. 11. num. 6.*

72 *Arbitrij materia, & iura.*

Porro materia arbitrij & compromissi est in omni causa & re, quæ prohibita non inuenitur. In causis criminalibus compromitti non potest, nec dari arbitrium. Neque de rebus ad communitatem spectantibus. Neque de causa ad matrimonij vinculum attinente. Arbitri potestas limitata est, & extra compromissum iudicare non potest. Debet autè arbiter præsentibus ferre sententiam. Index electus arbiter à collitigantibus sub conditione, vt iuxta suum iudicium iudicare debeat, & non iuxta aliorum: non potest alienam opinionem sequi. Si tamen æque probabiliter duas sustineat opiniones, iuxta quamlibet poterit iudicare. Fill. *tr. 39. à n. 107.* Mol. *d. 40. 41. 42 43. & 44.* Sylvest. *v. Arbiter q. 13. 14. & 15.* & alij ex *L. Diem. ff. de arbit. §. si quis L. Si cum dies, §. si arbiter. ff. de recept. arbi. L. 1. ff. de recep. arbi. L. Si intres l. sicuti, ff. de recept. arbitr l. Diem proferre, §. si plures, ff. eod. tit. l. Item si vnus, ff. item plures. de recep arbitr. L. Diem proferre. l. Non distinguamus, ff. eodem tit. §. Summa rei, & §. Itè non est cogedus.*

CAPVT X.

De Transactione.

73 *Transactio quid sit.*

RANSACTIO est *de re dubia & lite incerta, nec dum finita, non gratuita pactio, sed aliquo, dato, ve retento, vel promisso.* Præter rei dubietatem requiritur, vt non sit circa rem, de qua iam lata sententia sit, quæque in rem transierit iudicatam. Si enim inualida sit, iuramẽto minimè firmatur; at is qui iurauit, relaxationem prius curare debet. *l. 1 ff. de transact.* Moli. *tr. 2. d. 556. n. 4.*

74 *Est contractus innominatus, cuius iura expendo.*

Transactio est contractus innominatus, *Facio, vt facias*, vel *Do. vt facias.* Habet autem similitudinem cum locatione, & iuxta illam est regulanda. Transit in nominatum, si stipulatione vestiatur. Si fiat sub certa pœna nolenti illi stare, cogi potest, vel ad illi standum vel ad illam pœnam soluendam. Si iurata sit transactio, & pœna contrauenienti apposita, vtrumque peti potest, & quod seruetur transactio, & quod soluatur pœna. Si vero iurata non sit, sed tantum munita stipulatione Aquiliana, & apposita pœna contrauenienti: tunc etiam potest exigi pœna ab eo, qui contra illam agit. Fill. *tr. 39. c. 8. q. 5. 6. & 7.* Mol. *tr. 2. d. 556. n. 7. 8. 9. & 10.*

75 *De validitate eius in re dubia, & cum alter transigentiũ sit deceptus*

Transactio de re dubia valida est, tã in foro conscientiæ quam externo. Ad iustitiam auteni transactionis requiritur, vt inter transigentes seruetur æqualitas. Si alter transigentium deceptus sit vltra, aut infrà dimidium iusti valoris, datur actio decepto, vt vel contractus rescindatur, vel reducatur ad æqualitatem iuxta voluntatem eius, qui decepit, quod præcipue potest in rustico, ac muliere contingere. *l. Lucius*, iũcta Glossa *ibidem ff. ad Treb.* Mol. *tr. 2. d. 556. n. 20.* Fill. *tr. 39. c. 8. q. 11.*

76 *Non potest transigere qui non potest alienare.*

Qui non potest bona aliqua alienare, tã sigere non poterit circa illa, aut compromittere. Quia qui transigit, etiam alienat. In testamentis prohibita est transactio, quando fieret sine scientia eorum quæ in testamento continentur. Sententia autem super iis, quæ in testamento continentur non viso, etiam si eo viso, aliter iudicandum esset, valida quidem est, sed rescindenda. Si ignorentur contenta in vltima defuncti voluntate, & facta sit transactio cum debitore hærecitatis, inualida est, etiamsi fiat cum renunciatione iurium, quæ disponunt, eam esse inualidam. *l. Non solum, Cod. de pred minor. l. De his, ff. de transaction.* Mol. *tr. 2. d. 157 n. 1.* Fill. *tr. 39. c. 9. q. 5. & 6.*

77 *De transactione super alimentis & de transactione particulari, aut generali.*

Transactio super alimentis, si relicta sint ex vltima voluntate, & præstanda in futurum absque Iudicis authoritate inualida est. Si autem iuramento firmetur, valet. *l. Cum hi, ff. de transact.* Couar. *C. Quamuis pactum p. 2. §. vltim. n. 12.* Transactio autem particularis ad alias res non extenditur, licet extendatur etiam ad connexa, & dependentia. Si petitione præmia generali, secuta est transactio generalis, tunc etiam circa incognita intelligenda generaliter transactio, est modo absit dolus. Si generalis sequatur, post petitionem particularem, & restringi potest ad illa sola particularia, non intelligitur de aliis rebus. *l. Ago cum, Codic. de transact.* Molina *tractat. secund. d. 558.* Filliucius *tractat. 39. cap. 9. quæst. 9. & 10.*

CAPVT XI.

De Compositione.

78 *Quid compositio ?*

COMPOSITIO latius patet, quam transactio, est enim *Pactio de re aliqua, vel circa quam nulla controuersia sit, vel circa quam sit, aut esse possit.* Ita cum pontifex per Bullam cruciatæ, vel per se ipsum, aut summum Pœnitentiarium debitori summæ personis incertis, condonat maiorem partem, & minorem applicat in belli contra infideles subsidium, vel in aliud pium opus, compositionem dicitur facere, & gratis remittere debitum, de quo nulla est controuersia, quod ei debeat satisfieri, & id, quod soluitur in auxilium belli, etiam erat restitutioni obnoxium. Quando verò cum compensatione aliqua controuersia dirimitur, & vnius alteri concedit rem, vel ius, de quo controuertebatur, tunc etiam compositio quædam est, & proprie transactio. Ideóque dixit, compositionem latius patere. Molina *tractatu secundo disputat. 556. numero sexto* Filliucius *tractatu 39. num. 130.*

Compositio diuiditur in eam, quæ est de re, circa quam nullum est dubium, 79 *Quotuplex compositio.*
& in eam, quæ est de re, circa quam aliquod dubium est. Deinde hæc subdiuiditur in eam, qua vnus contendentium tribuit aliquid in pretium, vt alter recedat à lite, & condonet ius, quod prætendere poterat, quæ proprie transactio est, & in eam, qua amicabiliter his, & controuersia componitur prudentis arbitrio, siue diuidendo rem, aut emolumentum, quod ex ea speratur inter contendentes: siue compensando aliunde pro quantitate, ac qualitate iuris dubij, vt lites finiantur. Et hæc interuenire potest etiam in rebus spiritualibus, ac beneficialibus, non autem illa prior, qua aliquid in pretium, vel quasi pretium detur, Molina *tractatu secund. d. 556. numero sexto* Filliucius *tractatu 39. num. 131.*

SECTIO

SECTIO SECVNDA.

Dubia de Contractibus Adminicularijs.

CAPVT XII.

Circa Contractum Societatis.

DVBIVM I.

In societate, in qua alter pecuniam confert, alter operam, censeturne pecunia communicata, ita vt finita societate sit, vel non sit dividenda?

80 *Censetur communicata, vt dividenda sit.*

CEnsetur communicata, ita vt dividenda sit. Quia ea, quæ in societatem conferuntur, in eum finem conferri censentur, vt communicentur, & dividantur inter contrahentes, *leg. prim. & secund. ff. pro socio.* Certe industriam apponens, communem eam alteri socio facit. Ergo alter ipsi pecuniam communicare debet. Sic Accurs. Bart. & Alberic. *ad l.* 1.

81 *Non censetur communicata, vt sit dividenda.*

Non censetur communicata ita vt sit dividenda. Quia contrahentes, cum alind non exprimunt, tantum videntur intendere, communicare inter se vsum, & commoditatem eorum quæ in societatem conferunt, *argument. leg. cum duobus, ff. pro socio.* Nam ea intentio sibi est vtilior, ac litibus minus exposita. Ita Andr. Fachin. *l.* 2. *contr.* 6. 95. Palao *de iustit. tractat.* 22. *d.* 9. *puncto* 3. *numero* 3.

82 *Hæc sententia mihi est probabilior.*

Probabilior mihi hæc sententia est. Nam qui nauem verb. grat. confert ad negotiationem non censetur naues conferre proprietatem, sed vsum tantum. Sic collator pecuniæ censendus est pecuniæ vsum: & illius commoditatem conferre, hæc enim vt à proprietate pecuniæ distincta industriæ alterius æquialere, imo eam superare possunt. Fateor quidem, ea, quæ in societatem conferuntur, eo animo conferri, vt communia sint, non quidem quoad proprietatem, sed quoad vsum, & commoditatem, quando ille vsus, & commoditas æquialet iis, quæ alij socij conferuntur.

DVBIVM II.

Cum alter pecuniam, alter industriam confert, & pecunia perit, communisne est iactura?

IActura est communis. Quia *leg. cum duobus, §. quidam sagariam ff. pro socio.* dicitur damnum esse commune, ideoque pro socio actione damni, partem dimidiam agnoscere debere. Et quia æqualitas seruari debet in societate. Nam si conferens pecuniam, non solum illius vsum, & commoditatem perdit sed etiam ipsam pecuniæ proprietatem, grauiori iacturæ se exponit, quam ille, qui solum adhibet industriam. Cum autem in societate omnia debeant æqualia esse, conferens industriam debet etiam pecuniæ iacturam sustinere. Sic Salicet. Fulgos. post Oldradum *ad l.* 1. *C. pro socio.* 83 *Iactura est communis.*

Non est communis iactura pecuniæ, sed solummodo conferenti perit. Quia res suo domino perit *l. Pignus, C. de pignor. act.* At pecunia non est in conferentis industriã Et quia seruati potest æqualitas, etsi pecunia eius domino pereat, siue operæ sint exhibitæ, siue non, siue pecunia superet operas, siue non superet. Nam æqualitas in societate non desumitur ex euentu contingenter futuro, sed ex spe lucri, & periculo damni, quibus socij exponuntur. At hæc æqualia esse possunt, etsi pecunia præstanti illam pereat, potuit enim periculum amittendi pecuniam, vsum, & commoditatem illius, æquialere periculo amittendi operas, & esto illud periculum operarum amissionem excederet, compensari sufficienter posset maioris lucri spe, si lucrum contingeret. Non igitur debet conferens operas pecuniæ iacturam sustinere. Ita Fachin. *lib secund. controu. cap.* 96. Accurs. Bart. Bald. Angel. Castr. *ad leg. prim. Cod. pro socio.* Nauarr. *summ. cap.* 17. *numero* 252. Syluest. *verb. Societas* 1. *quæst.* 6. 1 Ludouic. Lopez *l.* 1. *Instr. cap.* 64. Rebel. *p.* 2. *de iust. l.* 15. *q.* 3. Les. *l.* 2. *c.* 25. *du.* 2. 84 *Non est communis iactura.*

Hanc sententiam credo esse probabiliorem. Quia *lex cum duobus* loquitur de societate, in qua vterque socius pecuniam apposuerit. Nam cum pecuniam, & industriam conferens censeatur pecuniam perdidisse, 85 *Hoc probabilius.*

verisimile est, alterum socium saltem pecuniam apposuisse. Quid ergò mirum, si damnum pecuniæ commune sit, cum non valeat distingui, cuius fuerit pecunia deperdita.

DVBIVM III.

Licetne lucrum, salvo capitali, in societatis contractu comparare?

86 *Quæstionis status.* AD vitandas lites, cum alter socius pecuniam confert, alter operas, & industriam, solet fieri conventio, vt conferens industriam, præstet conferenti pecuniam illius securitatem, & in super aliquod lucrum concedat minus, quam credit ei esse obuenturum, si societati nullum pactum additum esset. Quæstio igitur grauis est, an talis conuentio licita sit, liceatque conferenti pecuniam, lucrum illud comparare?

87 *Non licet.* Non licet. Quia de ratione societatis est, vt socij æque ad lucrum, & ad damnum concurrant. §. *Illud, institut. de societate.* Ergo socius, qui solius lucri particeps esse intendit reiecto periculo in alios socios, non veram societatem, sed simulatam trahit. Et quia conferens pecuniam reiecto periculo in accipientem, mutuare censetur, si quidem dominium pecuniæ in accipientem transfert, cum possit de illa libere disponere. Sic Panormit. *ad ca. Nauiganti, de vsur. numer.* 11. Abul. *ad c.* 23. *Mat q.* 226. Sotus *l.* 6. *de iust. q.* 6. *a.* 3. Ant. Gomez plures referens, *l.* 2. *var. c.* 5. *num.* 4. Rebel. alijs relatis, *l.* 15 *de iust. q.* 4. *n.* 2.

88 *Licet plane* Licet plane, si bona fides adsit. Quia id colligitur ex *l si non fuerint ff pro socio*, vbi dicitur posse societatem iniri eo pacto, vt nullam partem damni alter sentiat. Et quia in hoc contractu potest æqualitas asseruari. Socius namque pericula sortis sustinens, & certum lucrum promittens, non præstat hanc securitatem, neque hoc lucrum promittit ex vi contractus societatis, sed ex eo quod alter socius abundantius lucrum probabiliter speratum ex societate, si diligenter socius, vt tenebatur, negotiationi incumberet, remittit. Ob hanc enim remissionem securitatem accipit, & lucrum determinatum. Quod certè consentaneum est, nec societati videtur officere. Ita Angel. *v. Societas* 1. §. 7. Syluester *ibi q.* 2. Nau. *sum c.* 17. *n.* 255. Mol. *d.* 417. Tol. *l.* 5 *c.* 41. Val. 2. 2. *d.* 5. *qu.* 24. *pu.* 2. Les. *l.* 2. *cap.* 25. *du.* 3. *nu.* 24. Laym. *l.* 3. *sect.* 5. *tract.* 4. *c.* 20. *num.* 102.

89 *Cum his opinor.* Cum his opinor, indicans, minime id officere societati. Nam si contracta societate posset conferens pecuniam cum altero tertio conuenire de cedendo lucro, quod exinde esset eventurum speratum in ipsum, ea conditione, vt ab ipso securitatem sortis cum moderato lucro acciperet: cur non poterit hanc conuentionem cũ ipso socio præstare? Hæc ratio conuincit, hunc contractum non solùm ex interuallo post societatem initam, sed etiam in ipsa societate perfici, vt Doctores hi supponunt aduersus Caietanum *tr.* 17. *resp. c.* 11. qui hunc contractum celebratum ex interuallo post initam societatem approbat, reprobat vero celebratum in societatis creatione. Nam ratio honestandi hunc contractum, quæ est cessio abundantioris lucri probabiliter sperati pro securitate sortis cum moderato lucro, æque post initam societatem, ac quando ipsa creatur, procedit.

DVBIVM IV.

Licitusne est contractus in societate super animalibus inita, si periculum in accipientem animalia reiicias, ipseque tibi obligetur, æstimationem in quocumque euentu præsentem soluere, communicato lucro, & emolumento, quod superfuerit?

90 *Certa supponо.* CErtum est, diuersimodè super animalibus societatem iniri. Interdum ipsa pecora simul cum fructibus communia facis apponenti industriam in eorum pastu, & gubernatione, quo casu detrimenta vtrique erunt communia. Interdum solùm emolumẽta, & fructus, ac detrimenta communicare intendis, dominium vero animalium eorumque periculum, ac casus fortuitos tibi reseruare, &c. Difficultas autem est, si periculum, & casum fortuitum in accipientem reijcias, ipseque tibi obligetur, in quocumque euentu æstimationem pecorum præsentem soluere, communicato lucro, & emolumento, quod superfuerit, an hic licitus sit contractus?

91 *Non est licitus.* Licitus non est. Quia perinde esset, ac si ea pecora tunc venderes, & illorum pretium socio mutuum traderes sub obligatione lucri soluendi, quod sapit vsuram. Sic D. Ant. *p.* 2. *ti.* 1. *c.* 7. §. 39. Conrad. *de contr. q.* 91. Barth à Medina *sum. l.* 1. *c.* 14. §. 27. Reb. *p.* 2. *l.* 15. *q.* 6. *num* 7.

92 *Licitus est* Est licitus. Quia si lucri fututi communicatio, quam accipienti pecora concedis, æquivalet assecurationi, labori, industriæ, alijsque operibus ab accipiente præstitis, vti æquinalere potest, nulla est radix, vnde iniustitia possit oriri. Ita Nauarra *de rest. l.* 3. *c.* 2. *n.* 473. Molina *d.* 503. Lessius *libro secund. capit.* 25. *dub secund.* Layman. *l.* 3. *sect.* 5. *tr.* 4. *capit.* 20. *numero quarto* Palao *de iust. tract.* 22. *d.* 8. *p.* 6. *n.* 2.

93 *Probabilius hoc mihi.* Cum his probabilius opinor. Nec enim est verum, eo in contractu mutuum interuenire, cum dominium pecorum non transeat in accipientem, sed illa possit tanquam propria vendicare, & suo tempore repetere, nec accipiens valeat ea pro libito distrahere. Hinc infero licitum esse illum contractum, quo rustico traderes pecora custodienda sub obligatione, vt ea integra haberet, & loco demortuorum alia substitueret, designata ipsi ex fructibus congrua portione, quæ

quæ tùm labori, tùm præfatæ obligationi æquinaleret.

DVBIVM V.

An ad soluendas pro societate expensas, ea debeant detrahi, quæ quis domi insumeret, si non iniisset societatem?

94 *Certare-clo.*

CErtum est, ea, quæ insumpta fuerint in emendis mercibus, custodiendis, conseruandis, vendendis, &c. ex communibus bonis extrahi debere, cum hæc directe in bonum societatis fuerint expensa. Vnde ea, quæ socius, eiusque famuli extra propriam domum expenderint in cibo, ac potu, deportatione, hospitio, medicamentis, si forte infirmetur, ex societatis bonis desumere posse, *l. damna, & §. si quis ex socijs. ff. pro socio, & l. Regia 16. tit. 10. p. 5.* At quæsierim, num integræ expensæ ex communibus bonis soluendæ sint? an verò detrahi debeant ea, quæ socius domi insumeret?

94 *Detrahi debent.*

Debent detrahi. Quia expensas aliàs domi faciendas si negotiationi non incumberet, deberet ille ex propris expendere. Ergo inita societate, non debet hoc onus in socios reijcere, cum non sint sumptus causa societatis præstiti. Aliàs domi incumbens negotiationi, posset sumptus ex communibus bonis decerpere, quod nullus admittet. Sic Sylu. *v. Societas 1. q. 12.* Aug. *ibi, n. 22.* Armil. *n. 10* Maior *in 4. d. ſt. 15. quæſt. 47.* Rebel. *de iust. l. 15 qu. 7. num. 2.*

96 *Non debent.*

Detrahi non debent. Quia *lex cum duobus, §. quidam Sagariam lex si frater, §. si quis ex socijs. lex secundum Iulianum, ff. pro socio, & lex 16. tit. 10. p. 5.* expresse cauent, socio ad negotiationem extra domicilium proficiscenti expensas ex bonis societatis soluendas esse, superflua autem esset harum legum decisio, si solum expensas causa societatis tantummodo factas leges intelligerent. Ita Nau. *sum. c. 17. n. 283.* Mol. *d. 418.* Lef. *l. 2. c. 25. du. 4. n. 35.* Laym. *l. 3. q. 5. tr. 4. c. 20. n. 5.* Sà *v. Societas, n. 4.*

97 *Cum his sentent.*

Cum his sentiens, crediderim, ob incommoditatem itineris leges concessisse has expensas vltra id, quod alias debitum erat.

DVBIVM VI.

Pro damno mercium vitando, quod socius timet euenturum nisi ex propriis insumpserit, vel si non habet, mutuo acceperit, obligaturne ex iustitia si sumptus leuis sit, & facile id possit præstare.

98 *Nonnulla recolo ad*

NVm pro vendendis mercibus, lucroque acquirendo, cum non suppetunt bona societatis, debeas petere mutuo, vel propria expendere, non conueniunt Doctores. Dixerim, pro lucro præcisè acquirendo neque ex charitate, neque ex iustitia te esse obligatum, quia non teneris proximi lucrum quærere tuorum bonorum iactura. Neque contractus societatis obligat negotiationi incumbere per alia bona, quam quæ in societatē sunt contributa. Pro damno vero vitando, quod times probabiliter euenturum, nisi ex propris, aut mutuo acceperis aliquid, quod insumeres, si id leue est, & facile præstare potes, absque dubio obligaris ex charitate, hæc enim te obligat alienum damnum graue vitare, cum facilè possis. Quæsierim an quis ad id ex iusticia etiam obligetur? *Status quæstionis*

Non obligatur ex iustitia. Quia obligatio iustitiæ ex contractu nascitur. At contractus societatis non videtur obligare socios bono societatis consulere mutuum petendo, aut propria expendendo bona: Sic Reb. *de inst. l. 15 q. 7. n. 8.* 99 *Non obligatur ex iustitia.*

Ex iustitia obligatur. Quia ex vi societatis tenetur socius eam diligentiam præstare in bonis societatis conseruandis, & expendēdis, quam quilibet cordatus in suis bonis propris exhiberet, aliàs censeretur sua culpa saltem leui perire. At quilibet cordatus, vt grauem bonorum propriorum iacturam vitaret, sustineret mutui petitionem, & aliorum bonorum leuem iacturam, maxime si conscius esset ea sic impensa fore recuperaturum. Ergò eadem obligatione tenetur socius comparatione bonorum societatis Ita Mol. *d. 418.* Lef. *l. 2. c. 25. du. 25. n. 36.* Laym. *l. 3. sect. 5. tr. 4. c. 20. n. 5.* 100 *Ex iustitia obligatur.*

Melius hosce opinari iudico. Vnde cum eis sentiens addiderim, etsi nullam iustitiæ quis haberet obligationem, si tamen pro damno euitando, vel lucro acquirendo, prudenter aliquid ex propris, vel mutuo acceptis expendisset, posse illud actione negotiorum gestorum à bonis societatis recuperare, quia vtiliter negotium societatis gessit. Didici ex Molina *citato.* 101 *Hos melius opinari iudico.*

DVBIVM VII.

Inter patrem, & filium sub eius potestate constitutum, potestne contrahi societas?

MInimè potest. Quia nequit lucrum esse commune, filius enim sub patris potestate constitutus quidquid pecunia patris acquirit, patris est quoad dominium, & vsumfructum. Sic docti quidam, quorum placitum non omnino dixerim improbabile. 102 *Non potest*

Potest omnino vera societas inter patrem ac filium iniri. Quia estò verum sit, ad patrē pertinere, quæ filius pecunia, bonisque paternis fuerit lucratus, id tamen intelligendum est, cum non est aliter conuentum, & protestatum, facta enim conuentione, & protestatione, dominium acquisitorum filius comparat tametsi vsusfructus patri adiudicetur. Ita Nau. *sum. c. 17. n. 144. & 148.* Gama *dec. 110. n. 17.* Reb. *de inst. l. 15. q. vlt. n. 2.* 103 *Potest plane.*

Hoc

104 *Hoc asserendum.*

Hoc asserendum, fauente lege cum oportet, C. *de bonis, quæ liberis*, dicente: *Alioquin filij lugebunt, quæ suis laboribus sibi possessa sunt, ad alios transferenda aspicientes.*

DVBIVM VIII.

Cum societas transit ad hæredes, debetne transire non solum ad primos hæredes, sed ad subsequentes?

105 *Nonnulla præmitto.*

CErtum est, societatis contractum non transire ad hæredes, etiamsi de eo fuerit conuentio facta, vt habetur §. *soluitur, instit. de societ.* & *leg. verum.* §. *in hæredem. ff. pro socio.* Scio tamen duplicem casum à Doctoribus referri, in quibus societas ad hæredes transit, ita vt superstites socij teneantur cum hęrede defuncti continuare, si alioquin est aptus, ad societatẽ. Primus, si societas sit circa conductionem vectigalium, vel aliarum rerum publicarum, & socij pro se, suisque hæredibus conuenerint; ob fauorem enim publicum statuitur, pactum hoc esse validum *leg. Adeo leg. verum*, §. *in hæredem. ff. pro socio.* & tradit *ibi* Glossa, & communis sententia, teste Gutier. *de iuramen. c.* 48. *n.* 6. Mol. *d.* 414. Secundus est, si iuramento se obligent socij pro se, suisque hæredibus societatem continuare. Nam iuramentum eam vim habet vt pacta alioquin infirma valida, ac firma reddant, *cap. Quamuis pactum de pactis, l.* 6. & tradit Io. Faber, quem referunt, ac sequuntur Greg. Lopez *leg.* 10 *tit.* 10. *part.* 5 Gutier. *de iuram. p.* 1. *c.* 58. *n.* 5. Lessi. *l.* 2. *c.* 25. *dub.* 1. *dub* 1. Mol. *citat.* Quæsierim igitur, num cui in duplici hoc casu societas transit ad hæredes debeat transire non solùm ad primos hędes, sed & ad subsequentes? & quæstio procedit, cum intentio contrâhentium aliunde vestigari nõ potest, & verba sunt indifferẽtia.

106 *Non solum transit ad primos.*

Certè transit non solum ad primos, & ad subsequetes hęredes. Quia quoties mentio fit hęredum in contractibus, quę sunt ad hæredes ex sui natura transmissibiles, omnes hæredes vsque in infinitum comprehenduntur. At societas vectigalium, & iurata ad hæredes ex sui natura trãsmissibilis est. Ergo trãsmittitur non solum ad hæredes, primos, sed & ad subsequentes. Sic Gutier. *d. cap.* 48. *nu.* 8. Ant. Gomez *l.* 2. *var. c.* 11. *n.* 14. Fauent Bald. & Salicet *ad leg. Nulla. ff. pro socio.*

107 *Ad primos solum trãsit.*

Solùm transit ad primos non ad subsequẽtes hæredes illa dispositio. Quia societas vectigalium, & iurata non est transmissibilis ex sui natura, sed ex priuilegio ob bonum publicum, & ob Religionis virtutem, ac proinde non debet vltra primos hæredes extendi. Ita Glos. *ad leg. Nulla.* Castro Palao *de iust. tr.* 22. *d.* 8. *pun* 11. *n.* 13.

108 *Hoc mihi verius.*

Scio, Doctrinam illam qua Gutierrez nititur, esse Antonij Gomez asserentis quoties mentio fit hæredum in contractibus, quæ sũt ad hæredes ex sui natura transmissibiles, omnes hæredes vsque in infinitum comprehendi. Hoc fateor. Abnego autem minorem syllogismi, quo Gutierrez vtitur: At societas vectigalium & iurata ad hæredes ex sui natura transmissibilis est. Non enim est ex sui natura transmissibilis, sed ex priuilegio. Itaq; eadem Doctrina Ant. Gomez nostra nititur assertio.

CAPVT XIII.

Circa fideiussionem, Pignus, & Hypothecam.

DVBIVM IX.

Mulier si fideiussionem iuramento confirmauit priuilegij Velleiani ignara, eone gaudet?

109 *Nonnulla præmitto.*

OMNES, qui se possunt obligare possunt fideiubere, nisi speciali priuilegio, aut lege prohibeantur. Porrò mulieres aliquãdo non possunt se valide obligare, & tunc licet renũcient priuilegio Velleiani, non est valida renunciatio; quia resistente lege obligationis valori, non potest mulier propria voluntate valorem dare. Hinc est, vt si pro marito fideinbeat sit irrita fideiussio. *Authent. si qua mulier. Cod. ad senatusconsult. Velleian.* Quare si soluit fideiussionis causa, creditor ad restitutionem tenetur, cum sine valido titulo acceperit. Valebit tamen obligatio si fuerit iuramento confirmata, argum. *textus in cap. Quamuis pactum, de pactis.* Aliquando verò mulier potest valide fideiubere instrumento publico, & coram tribus testibus; potest tamen postea vti exceptione Senatusconsul. Velleiani, & obligationem elidere *leg.* 2. *& sequent. C. ad Senatusconsult. Velleian.* quo priuilegio potest tuta conscientia vti, cum à lege ob sexus fragilitatem sit concessum. Hoc tamen priuilegio gaudere non potest, si expresse renunciauerit in particulari, & non solum generali clausula. Ad hoc tamen Molina *d.* 540. & alij petunt, renunciationem coram publico Magistratu fieri. Quæsierim vero, an si fideiussionẽ iuramento confirmauit priuilegij Velleiani ignara, eo possit postmodum gaudere?

110 *Non potest priuilegio gaudere.*

Gaudere priuilegio non potest. Quia obligatio mulieris valida est, si fuerit iureiurando confirmata, *cap. Quamuis pactum, de pactis.* Si autem postmodum posset priuilegio gaudere, quid inrasse proficiet? Sic Molina *citatus* afferens multos. Lessi. *l.* 2. *c.* 28. *n.* 16.

111 *Potest quidem.*

Potest postea priuilegio gaudere, si priuilegium ignorauit, non obstante iuramento. Quia forte non iurasset, si priuilegio ignara non fuisset. Et quia iurauit tueri obligationem, non autem intendit iureiurãdo adstringi, vt cuilibet priuilegio, si forte aliquod adesset, renunciaret. Ita Couar, *ad cap. Quamuis pactum. p.* 2. §. 3. *n.* 5. citans alios. Videtur inclinare Card de Lugo *to.* 2. *de iust. d.* 32. *n.* 12.

Hanc præfero sententiam, quam licet Molinæ

112 linæ displiceat, scio Thomam Sancium *l. 4. de matr. d. 9. n. 15.* & Lessium *n. 17.* fateri esse probabilem, in praxique tutam.
Hanc præ-fere senten-tiam.

DVBIVM X.

Episcopus, & Clericus possuntne fideiubere?

113 *Minime possunt.* MInime fideiussores esse possunt. Quia huiusmodi contractum inire litibus. & executioni obnoxium videtur indecẽtiam sapere. Sic aliqui, quos presso nomine memorat Lugo Card. *to. 2. de iust. d. 32. n. 13.*

114 *Possunt plane.* Possunt equidem fideiubere. Quia huiusmodi inire contractum non solum indecens non est, sed plerumque charitatis documẽtum exponit erga proximum. Ita Lugo *citat.* Mol. *d.* 540. Lessi *l. 2. c. 28. num. 19.*

115 *Cum his sentio.* Primam sententiam, veram non esse crediderim, quia indecentiam nullam in eiusmodi obligatione recognosco. Lites enim ex fideiussione posse excitari, accidentarium omnino est.

DVBIVM XI.

Si debitor soluendo non sit, creditor in eius defectum debetne emptori reddere pretium pignoris venditi, si extet, vel si ex illo factus est locupletior.

116 *Certa supponuntur.* CReditor, qui vti creditor, & non vt dominus vendidit, ad debitum recuperandum non tenetur emptori de euictione. *leg. 1. & 2. C creditorem euictionem pignoris non habere leg. Periculum. ff. de pignoribus.* sed solum debitor tenetur. Quia tunc creditor vẽdidit tanquam debitoris procurator. Tenetur tamen creditor; si vendidit tanquam rei dominus, hoc est si non constitit emptori rem vt pignus alienum vendi. Vel si non probat, rem sibi fuisse obligatam. Vel si non constat, cum falsæ anteriorem creditorem, sed alius iure prælationis eam euinceret. Vel si mala fide vendidit, sciens pignus non esse debitoris. Vel si vendidit, quando nec ex pacto, nec ex lege, at Iudicis decreto vendere poterat nisi iusto deceptus errore vendidisset. Vel si promisit, aut cauit emptori de euictione. Semper tamen quando de euictione non tenetur, debet emptori re euicta, cedere ius, quod habebat aduersus debitorem, qui tunc de euictione tenebitur. Est autem difficultas, si debitor soluendo non sit, an creditor in eius defectum debeat emptori reddere pretium pignoris alieni venditi, si extet, vel si ex illo factus sit locupletior?

Debet quidem. Quia solutio & satisfactio sui debiti fieri illi debebat ex bonis debitoris, non verò ex re aliena euicta, neque ex illius pretio. Quare postquam constat, pignus fuisse alienum, nec rem nec pretium potest retinere in sui debiti solutionem, sed à solo debitore potest suum debitum exigere. Sic Molin. *d.* 538. 117 *Debet quidem.*

Minime debet. Quia cum creditor vendiderit nõ suo nomine, sed vt procurator debitori, prout ipse Mol. fatetur, perinde se habet, ac si debitor ipse vẽdidisset, & ex pretio ei debitũ soluisset, tũc autẽ creditor nihil teneretur reddere, nã pretiũ in dominium debitoris transiisset, & ex eo posset suo creditori valide soluere. Cum ergò aliunde creditor non tenetur emptori de euictione, sed solus debitor, cuius nomine facta est venditio, non est, cur debeat pretiũ reddere, quod ipse non accepit titulo venditionis, sed vt solutionem factam sibi à debitore; quæ in vi solutionis valide fieri potuit. Ita Card. de Lugo *to. 2. de iust. d. 32. n. 43.* 118 *Non debet.*

Vero similius hoc ego, esse crediderim. Profectò Doctorum Moralium Volumina euoluens nihil circa Contractus Adminiculares, Quasi contractus innominatos, inueni controuersum, quod potest conscientiæ tribunali deseruire. 119 *Eiusdem sum mentis.*

Triplicem autem materiam ab hoc Volumine intersecui, in commodiorem locum differens, nempe. Simoniam. Tributorum iustitiam, Iudicia publica, seù de Iudice, Teste, & Reo. Nam *Volumen decimum*, quod triplicis status obligationes exprimit, reddet Simoniæ tractatum in Ecclesiastico, in sæculari vero Tributorum, ac publicè iudicij iura exponet. 120 *Cur triplicis materiæ differam tractationẽ*

Ad Deiparentem Dominam Meam, Epilogus.

TIbi ô Beatissima Domina meus de Iustitia & Iure Tractatus debetur, quæ nunquam non pro causis hominum iudicario Filij Tribunali assistis, fante Bernardo serm. 1. de Assump. *Maria nobis dicitur Aduocata*, quæ apud Deum salutis nostræ negotia efficaciter pertractet. Nec solum Aduocatæ officium geris, sed in tribunal te conuertere dignata es, vt fiat prorsus misericordiæ; vnde D. Bonauentura in spec. cap. 7. ait? *Maria est Consistorium, & domus causarum.* Et quia iniqua est peccatorum causa, negotia iniusta, *facta e* (inquit Bernardus) *negotium omnium sæculorum*, vt cùm Iudex sententiam ferre moliatur, quasi negotia Matris purissimæ pertractans nos pius absoluat. Quod si in negotiationibus seu Contractibus deliquimus, Tu ô Clementissima ad nostram veniam assequendam es *Dei negotiatio*, vt Concilium Chalcedonense defin. 2. profatur. Apud cuius Tribunal *curialissima existis Regina*, vt Bernardinus ait to. 1. ser. 52. Nosti enim vndenam semper valeas Iudicem ad pietatem allicere. Quod plura? Certe Ioannes Geometra vnico verbo tuam circa homines pietatem expressit, fatus. *Maria est Ius ciuile, ius dirimens lites.* Ad voluntatem enim tuam tota Cœlestis Curia componitur. Velis ô misericordiæ Regina, & lites nostræ penitus dirimentur, quia Maria Ius ipsum est, dirimens lites.

Laus Deo, Deiparæ, Ioſepho, Ignatio, Antonio.

INDEX

INDEX
RERVM ET VERBORVM
Notabilium, quæ in hoc quinto Tomo continentur.

Prior Numerus Paginam, Posterior Numerum Marginalem indicat.

A

Abundantia.

AN Abundantię tempore exigere quis possit asportationis iura, quando necessum non est triticum asportaris qui id gesserit? p.173.n.115.

Acceptare, Acceptatio.

An ante Acceptationem obliget promissio de iure canonico promittentem.p.112.n.133.

An Acceptationis necessitas ad promissionis obligationem sit etiam de iure naturali.p.113. n.136.

Vtrum de facto sint aliqui casus, in quibus, lege ita disponente, Acceptatio non requiritur ad obligationem; & irreuocabilitatem promissionis producendam? pagin. 114. numer.139.

An ante Acceptationem valida sit debiti remissio.ibid.n.142.

Acceptatio sensibilis & externa promissarij an requiratur ad obligationem promissionis reuocabilis.ibid.n.145.

An ad Acceptationem validam requiratur, quod promissio intimetur promissario per nuncium, vel Epistolam missam à promittente? p.115.n.148.

An requiratur, Acceptationem ad promittentis notitiam venire, ad promissionis irreuocabilitatem?ibid.n.151.

Acceptarene potest valide promissionem promissarius, promittente mortuo? p.116.n.154.

Vide verb. *Promissio.*

Acceptio.

An Acceptio iniusta ad restitutionem obliget. p.45.n.123.

Acceptilatio.

Acceptilatio quid sit? p.243.n.61.

Quandonam per Acceptilationem ciuilis obligatio tollatur.ibid.n.62.

Acceptilatio quæ de iure habeat. ibid.

Accrescere.

An Accrescendi ius in emptorem hæreditatis transeat? p.180.n.167.

Actio.

Actio ciuilis quandonam ex precario oriatur.p. 99.n.39.

An Actio læso detur, & lædens teneatur læsionem reparare intra dimidium quoad forum Ecclesiasticum? p.179.n.157.

An Actio concedatur ex contractu per procuratorem inito, vt contractus in quo quis læsus fuit intra dimidium rescindatur, vel inæqualitas reparetur? ibid.n.160.

An Actio concedatur, si læsio intra dimidium in dotis æstimatione contingat? p.180.n.163.

Adulator.

Adulator quis dicatur.p.68.n.278.

Et quandonam ad restitutionem teneatur. ibidem.

Adulterium, Adulter.

Pro Adulterio quid veniat restituendum.p.34 n.38.

Vterque adulterans tenetur natâ prole restituere damna si possint.ibid.

Adultera ordinariè non tenetur prodere partum spurium, sed debet aliis industriis damna compensare.ibid.n.39.

Sæpe etiam Adulter excusatur. ibid.n.40.

Aduocatus.

Aduocatus, vel alius furem ad uuans in iudicio, vt à pœna capitali euadat, teneturne ex iustitia procurare, vt ablata restituat? pag.69.num. 281.

Animal.

An Animalium venatio iure naturali communium à Principibus prohiberi possit. pag. 140 n. 86.

Animal pertinetne ad illum qui id ex laqueo extraxit, & apprehendit. pagin. 15. numero 89.

Arbiter, Arbitrium, Arbitror.

Arbiter quis dicatur.p.244.n.69.
Arbitrator quis item dicatur.ibid.
Arbitrium inter,& Arbitratorem quæ discrepantiâ.ibid.
Arbitrium quid sit.ibid.n.70.
Arbiter nemo esse potest in propria causa,bene Arbitrator.ibid.
Arbitri qui possint & non possint esse. ibidem num.71.
Arbitrij materia & iura quæ sint.pag. 245.numer.72.

Assecuratio, Assecurator.

Assecuratio quid sit.p.218.n.1.
Ad Assecurationis iustitiam quot conditiones requirantur.ibid.n.2.
Assecurator an possit aliquid retinere, quando nescit certo rem peruenisse ad portum. pag. 219.n.3.
Qui per Astrologiam aut aliunde nouit haud futuram tempestatem, an possit integrum Assecurationis pretium accipere. pag. 219. num.4.
Assecurationem petens inualide contrahit, qui scit nauim periisse.ibid.n.5.
Quot sint res quæ Assecurari assolent.ibid. n.6.
Fraudes quæ in Assecurationis contractu interuenire solent veniunt indicandæ. ibid.n.7.
An Assecurationis contractus sit semper licitus. p.222.n.31.
An possit quis ordinarium pretium etsi magnum sit pro assecuratione petere ob magna tempestatis aut pyratarum irruptionis pericula.p.223.n.34.
Si Assecuretur dimidia mercium pars generatim,pereunte media mercium parte,an Assecurator teneatur soluere partis pereuntis dimidium.p.223.n.38.
An ob Assecurationem venditionis liceat, quando aliquid sub hasta venditur aliquid promittere, & dare ei,qui pretium auxerit. ibid.n.41.

B

Beneficiarius.

Beneficiarij non religiosi quodnam dominium habeant.p.3.n.11.

Beneficium.

An Beneficium retinere in foro conscientiæ quis possit, si postea constet illud vero titulo non habuisse. pagina 19. numero 131.

Bona.

Quot Bonorum genera possidere possint clerici.p.11.n.57.
Qui ne Bona sua vel alterius confiscentur, impedit mendaciis,ac fraudibus, quæ in commissi criminis pœnam fisco erant addicenda, teneanturne ad restitutionem.pagin.61.numero 230.
Quando bonorum cessio sit in loco publico cum certis cæremoniis ignominiosis à lege statutis extinguiturne omnino vlterius integrè debita soluendi obligatio in conscientia. p.87.n.408.
An qui Bonis cedit possit de Bonis antea habitis licitè occultare aliqua ad viuendum iuxta suum statum.ibid.n.411.
An Bonorum cessio cum priuilegiis consequentibus concedatur non solum pro debitis ex contractu, sed etiam pro debitis ex delictis ortis p.87.n.415.
Priuilegium concessum Clericis *Cap. Odoardus* ne indigeant cessione Bonorum, intelligatur de omnibus Clericis.p.88.n.419.
An contrahens possit se ad debita obligare, renunciando ius ad Bonorum cessionem faciendam.ibid.n.422.
De Bonis pupilli potestne tutor donatione remuneratoria sine termino præfixo donare.p. 120.n.185.
In Bonis paternis estne de iure diuino filij successio.p.150.n.439.
An ad Bona immobilia pertineat census redimibilis si sit ad modicum tempus. pagina 190. numero 249.

C

Cambium, Campsor.

Cambium quodnam dicatur. pagina 163. num.57.
Cambium an à Mutuo differat. ibidem numero 58.
Cambij diuisio quæ.ibid.n.59.
Quodnam Cambium sit illicitum.ibid.
Cambium reale quid,& eiusdem iustitia. ibid. n.60.
Eiusdem Cambij realis subdiuisio. ibid.
Cambij localis iustitia. ibid.n.61.
Quot sint tituli,cur Campsor in Cambio minuto plus accipere possit, quam dedit.pag.166. num.62.
Ad Cambij iustitiam per minutum quot desiderentur.ibid.n.63.
In Cambio locali potest aliquid accipi triplici ex titulo.ibid. n.64.
Cambium ad Nundinas quid. ibid. n.65.
In Cambiis vitandum Monopolium.ibidem numer.66.
In Cambio pignus an possit exigi.ibid.n. 67.
Pius V.quot ad Cambij realis iustitiam requirat conditiones.ibid.n.68.
An licet Cambium sit contractus innominatus, sit in eo pœnitentiæ locus, tametsi ex vtraque parte completus non sit. p.203.nn.351.
An occasione officij Cambiandi propria authoritate suscepti Campsor possit aliquid exigere, & an id exigens ad restitutionem teneatur.ibid.n.355.
Campsor potestne aliquid exigere præter valorem à lege taxatum ob commoditatem,quam pecunia aurea aut argentea præ ærea obtinet. ibid.n.358.
An sit iustus titulus, vt Campsor lucrum comparare valeat,si ipse prius det pecunias alicui vt alibi recipiat.p.204.n.361.
An Cambia cum lucro intra idem regnum possint institui.ibid.n.364.
Vltra titulum officij Cambiandi,& dani emergentis,ac lucri cessantis,atque virtualem monetæ traiectionem,an titulus sit iustus ad aliquid amplius recipiendum vberioris lucri,maior pecuniæ æstimatio.p.205.n.367.

An

An à Campsore possit augeri lucrum, ex eo quod in loco vbi reddenda, quæ hic accipitur pecunia, sit rarior, paucioresve sint, qui ad Cambium concedunt? ibid. n. 371.
An Cambium sit licitum cum lucro concessum ei, qui etsi verè nullam pecuniam habeat in loco solutioni designato ignoranter tamen existimat eam habere? ibid. n. 375.
An Cambium sit licitum, cum pro Campsario respondet Campsoris procurator? p. 206. n. 378.
Campsores, vel Bancharij possuntne exigere à deponentibus pecunias stipendium? pag. 206. num. 381.
An Campsor vel Bancharius licitè possit detrahere ex mille sex à deponente ob custodiam, & obligationem, quam in eorum gratiam suscipiunt? p. 207. nu. 385.
An Campsori sit licitum pacisci, quod si tempore designato eandem summam Campsarius non soluat, in recambium accipiat? ibidem numer. 389.
In Cambio cessante fraude; estne obligatio implendi conditiones à Pio V. præscriptas? pag. 207. n. 393.
An de facto Campsor pactus fuerit de certo interesse, si termino præfixo non præstetur solutio, sit restituendi sic acceptum obligatio. p. 208. n. 397.

Census.

Census quis dicatur? p. 163. n. 43.
Census diuisio quæ? ibid.
Census consignatui variæ diuisiones admittuntur. ibid. n. 44.
Ad Census contractum quot requirantur conditiones? p. 164. n. 45.
Census realis emptio est libera, pretio legali seruato. ibid. n. 46.
Census realis licitus est cum pacto redimendi ex parte venditoris. ibid. n. 47.
Persona, in qua Census constituitur, qualis debeat esse. ibid. nu. 48.
Res in qua Census fundatur debet tot fructus ferre qui sufficiant ad soluendam pensionem. ibid. n. 49.
An necessum sit, vt res Censita naturales ferat fructus. ibid. n. 50.
Census temporalis potest minori pretio emi, quam sint pensiones speratæ. ibidem numero 51.
Licituinne est pactum, vt Census eadem moneta redimatur? ibid. n. 52.
Et vt fiat irredimibilis, si intra certum tempus non redimatur. ibid. n. 53.
De Censibus Bulla Pij V. non obligat, vbi promulgata aut recepta non est. ibid. n. 54.
Cum Census emitur minoris iusto, & pretium lege constitutum cum clausula irritante contractum pensionis excessus est restituendus. p. 165. n. 55.
Iustum Census pretium quodnam dicatur. ibid. n. 56.
Census, qui de facto constitui solent, an sint mere reales, an vero mixti? pag. 189. numer. 241.
Census in dubio an sit præsumendus redimibilis, aut irredimibilis? pagin. 190. numer. 245.
An Census redimibilis pertineat ad bona immobilia, si sit ad modicum tempus? ibid. n. 249.
Census ralem emere, aut vendere, an sit licitum attento solo iure naturæ. pagina 191. numer. 252.
Census mere personalis, cuius pretium non adequat cumulum, liciténe emitur de iure naturæ, quando lucrum cessans, vel periculum, aut simile quid non intercedit? ibidem numero 255.
An census personalis temporalis sit licitus. pag. 192. n. 259.
Vtrum Census temporalis sit licitus ad indeterminatum tempus & incertum, scilicet ad vitam emptoris, qui census dicitur vitalitius. ibid. n. 262.
Quando Census constituti nullum pactum ab initio præcessit circa pretium redemptionis, sed tantum constitutus fuit Census redimibilis, quem venditor posset posset eodem pretio redimere, an possit postea emptor ipse, sicut quilibet alius redimere Censum minori pretio, eò quòd variis accidentibus diminutus sit. p. 193. n. 266.
An Census redimibilis licita sit secunda minori pretio venditio, loquendo de iure positiuo. ibid. n. 269.
Fructus ex Censu minori pretio empti debentne restitui. p. 194. n. 273.
An peccet lethaliter emptor, qui in modico iustum Census pretium defraudauit. ibid. num. 276.
An Bulla Pij V. circa conditiones asseruandas ad Census valorem, obliget vbique. p. 195. n. 280.
An Census vnus possit super alio, vel aliis constitui. ibid. n. 284.
Conditio, vt Census super re immobili constituatur, requisita iure positiuo, an requiratur etiam iure naturali, ad Census iustitiam. ibid. n. 287.
An sit licita nunc clausula generalis, qua post designatam certam rem, in qua Census constituatur, obligantur cætera bona præsentia, vel futura ad pensionum solutionem. p. 196. n. 290.
Conditio à Pio V. requisita, quod res Censui subiecta fructifera sit ex sua natura, requiriturne etiam ex iure naturæ? ibid. n. 294.
An Census sit licitus de iure naturæ, quando non emitur pecunia præsenti, sed partim credita, ac postea soluenda. p. 197. n. 304.
An Census ex iure naturæ emi possit ex mercibus, vel massa argenti pro pretio datis. pag. 198. n. 307.
Census estne validus sine integro pretio numeratæ pecuniæ emptus, stante Pij V. Bulla, & cessante fraude. ibid. n. 310.
An Census possit emi ex debito venditoris ex iure naturali. ibid. n. 314.
An stante Pij V. Bulla, licitum sit Censum emere pecunia præsenti numerata, eo tamen pacto, vt venditor statim ex illa pecunia soluat emptori debitum, quod ei antea debebat. p. 199. n. 317.
Vtrum Census pereat omnino, pereunte in perpetuum fundo censito. ibid. n. 318.
An si res Censui subiecta pereat, vel infructuosa perpetuò fiat debitoris culpâ creditor possit pensiones exigere, quandiù census pretium ei non restituitur. pagina 200. numero 324.

An Censu omnes de nouo creandi, qui sint omnino irredimibiles, in posterum sint prohibiti ex verbis Bullæ Pij.V.ibid.n.331.
An ad censum non redimendum per partes possit venditor obligari attento iure pontificio. p.201.n.334.
Census extinctionem debitor creditori denuncians, teneturne eum non extinguere, nisi elapso bimestri?ibid.n.337.
Censuales contractus, qui post Bullam Pij V. sub alia forma celebrantur, suntne reipsa vsurarij?ibid.n.341.
An Censualis contractus totus reddatur irritus ac prohibitus, deficiente aliquâ ex conditionibus à Pontifice assignatis?p. 202.n.344.
An licitè apponi possit in Census redemptione pactum, vt venditor non solum idem pretium, sed eandem monetam in specie reddat? ibid.n.347.

Clericus.

Clerici non Religiosi verum habent dominium bonorum patrimonialium, vel quasi patrimonialium.p.3.n.12.
An Clerici non Religiosi Decimarum, primitiarum aliorúmque Beneficij Ecclesiastici reddituum dominium habeant.pag.11.numero 60.
Clerici quadruplex genus possunt possidere. ibid.nu.57.
Clerici Beneficiarij quid possint, & non possint donare?p.96.n.16.
An Clerici teneantur seruare taxam principis? p.160.n.16.
An Clericus lethaliter peccet, aut dives, qui frumentum in farina, aut pane cocto pretio a lege regia præscripto vendiderit?p. 174. n. 119.
An Clerici peccent lethaliter ludis prohibitis operam exhibentes?p?227.n.75.
An Clerici possint fideiubere?pagi. 234.numero 18.

Codicillus.

Codicillus quis dicatur?p.101.n.53.
Plures Codicillos quis facere potest. pag. 102. n.54.
Codicillus fieri potest tam ab eo, qui intestatus, quam qui testatus decedit. ibidem numero 55.
Addita clausula Codicillari vices testamenti exerit Codicillus.ibid.n.56.
Clausulæ Codicillaris effectus.ibid.n.57.
Bifariam fieri possunt codicilli ad testamenti similitudinem.ibid.n.58.

Columbarium.

Columbaria an sint licita.p.12.n.66.
Columbariorum venari columbas extra leucam an sit licitum.p.15.n.93.

Commodatarius, Commodatum.

An quando Commodatarius vel depositarius dubitant, an sua culpa res commodata, vel deposita perierit teneatur ad integram restitutionem.p.56.n.192.
Commodatum quid sit.p.98.n.25.
Commodatum diuiditur ex parte contrahentium.ibid.n.26.
Commodatarij obligationes quot. ibid.
Commodatarius de qua culpa teneatur, si res pereat aut deterior fiat?ibid.n.27.
Commodatarius quando teneatur, vel non teneatur de casu fortuito.ibid. n.28.
Commodatarius potest tunc res suas, quæ pretiosiores sunt rebus Commodatis præferre. ibid.n.29.
Quid si res Commodata sit pretiosior.ibid.n.30.
Quid si res Commodatarij, & commodatæ sint æquales.p.99.n.31.
Quando res duobus Commodata fuit, quisnam damnum præstabit?ibid.
Commodatarius an possit repetere à commodante expensas extraordinarias.ibidem numero 32.
Quandonam possit Commodatum ante tempus repeti.ibid.num.33.
An Commodatum possit ante tempus reuocari, quando grauius detrimentum commodanti inopinato sequitur? pagina 108. numero 95.
An recipiens Commodatum sit obligandus ex sola culpa lethali?p.109.n.102.
Cum Commodatum, vel depositum receptum est æstimatum, an teneatur Commodatarius, vel depositarius de culpa leuissima? ibid.n. 106.
In quo casu teneatur quis rei Commodatæ, vel depositæ æstimationem compensare? p. 110. n.110.
An Commodatarius possit in foro conscientiæ occulte compensare sibi ex re commodata pro debito alio, quod à commodante recuperare non valet?ibid.n.113.

Compensatio.

per Compensationem occultam transitne res accepta statim in accipientis dominium?pag. 44.n.115.

Compositio.

Compositio an sit valida, cum non adest causa sufficiens compositionis?pagina. 92. numero 451.
An huiusmodi Compositionem Episcopus possit pro debitis incertis in sua diœcesi suis subditis concedere.p.93.n.454.
Huiusmodi Compositionem an possit princeps sæcularis concedere subditis.ibid. num. 457.
Compositio quid sit?p.246. n.78.
An Compositio latius pateat quam transactio? ibidem.
Quotuplex admittatur Compositio. ibidem numer.79.

Compromissum.

Compromissum quid sit.p.243.n.64.
Compromissum pacto nudo firmatum quid sit. ibid.n.65.
Compromissum firmatum stipulatione, & pœna oppositâ quid sit.p.244.n.66.
Compromissum iuramento obfirmatum quid sit. ibid.n.67.
De Compromisso plura dignoscenda exponuntur.ibid.n.68.

Conductio, Conductor.

Conductio quę dicatur.p.167.n.69.
Conductor quis item dicatur. ibid.
Licet Conductori rem quam ipse conduxit alteri locare.ibid.n.71.
Quinam possint Conductionis contractum inire, quinam non.ibid.n.72.
Conductor non tenetur singulari successori pensionem soluere.ibid.n.75.
Conductor locator, & conductori locator tenetur.p.168.n.80.

Conductori

Conductori rei vitium aperire tenetur locator. p.169.n.84.
Conductoris obligationes quot admittantur. ibid.n.87.
An Conductoris fiant rei conductæ fructus ante solutam pensionem. pagina 209. numero 406.
Quandonam Conductor possit exigere melioration is valorem.p.211.n.426.
An Conductorem obligare liceat locatori, ad suscipiendum in re omne rei locatæ periculum.ibid.numer.429.

Consensus.

Consensus quid sit. pagina 71. numero 297.
Consensus conditionalis contractum suspendit, vsque ad conditionis euentum. pagin. 158. numero 3.

Consilium.

Vide verb. *Restitutio, Homicidium.*

Contractus.

Ex Contractu rem alienam habens, an debeat eam præferre propriæ,quando vtramque non potest saluare.p.43.n.108.
Quod ex contractu licito debetur, restituendumne est debitoris expensis,ipso longius recedente?p.80.n.361.
Contractus carere ne vltra, quo venditor rem pecunia credita pretio dat rigoroso, & postea eam statim redimit numerata pecunia,medio, vel infimo?p.161.n.25.
Contractus celebratus à venditore rei vitium ignorante an sit validus? pagina 162. numero 35.
Contractu dissoluto ad quem pertineant fructus medij temporis?ibid.n.38.
An contractus sit iniquus, quo triticum vel aliam merceam quis vendit pretio à lege taxato sub conditione, quod emptor in moneta aurea, vel argentea soluat?p.172.n.109.
An Contractus versurarum, sit licitus, & validus?p.187.numero 222.

Creditor.

An si creditor secundus fateatur veritatem scripturæ prioris priuatæ,an ea præualeat in foro interno. pagin. 76. numero 330.
An creditor pauper debeat creditori non pauperi præferri.p.78.n.345.
An primo petens possit præferri aliis creditoribus eiusdem qualitatis. pagina 79. numero 348.
Creditoris remissio an libera sit,quando ei solutio non offertur? p. 89. numero 426.
Vt Creditoribus suis soluere possit Religiosus an debeat in monasterio laborare? pagina 91. numero 439.
An Creditoris excommunicatio à restitutione facienda debitorem excuset? pagina 94. numero 466.
An Creditor possit aliquid à fideiussore accipere, vt eum a fideiussionis obligatione liberet? pag. 234. numero 21.
Creditor quot in casibus à fideiussore exigere possit debitum, & ille teneatur soluere? pagin. 235.n.23.

Cura, Curator.

Cura quæ dicatur? pagina 241. numero 50.
Curator quis? ibidem.
Curæ duratio,ibid.n.52.
Curatores quinam possint institui.ibid.n.53.
Curator ex qua culpa teneatur.p.242.n. 53.
Curator ad quot teneatur?ibidem numero 54.
Curator quid agere debeat cum æs alienum soluendum, est vendenda pupilli,vel minoris sint bona? ibidem numero 55.
Curator inuentarium bonorum pupilli facere tenetur. ibidem numero 56.

D

Damnum.

AN Damnum illati restitutio contra iustitiam distributiuam sit actus iustitiæ distributiuæ,& non commutatiuæ.p.39.nu 77.
An ab Damnum ex culpa veniali Theologica obueniens consurgat obligatio restituendi in conscientia. pagina 41. numero 89.
Totum Damnum restituendi quæ admittatur obligatio. ibidem numero 93.
An qui damnum intulit ignorantia comitante inuincibili, teneatur ad restitutionem. pagina 42. numero 97.
An Damnum inferens alicui quod alteri tertio imputatur, teneatur ad restitutionem damni ipsi tertio euenientis. ibidem numero 101.
Ad Damnum positiue cooperans teneturne partem non totum restituere.pag.70.num. 287.
Ad Damnum iniustum per suum suffragium concurrens, quod solo suo suffragio inferri non poterat teneturne ad totum damnum. ibidem numero 290.
An ad totum Damnum insolidum teneatur miles gregarius,qui adiunit in bello iniusto, aliis sociis non restituentibus?p.71.numero 293.
Quando ex officio, vel ex contractu non obligatur quis ad Damnum impediendum, sed ex charitate solum teneturne ad restitutionem. ibid.
An hic qui ex iustitia non tenebatur impedire alterius damnum, sed ex charitate tantum,tamen ex odio, & affectu, vt damnum sequeretur non impediit teneatur restituere? pag. 72. numero 300.
Num ad restituendum damnum illatum teneatur is,cui fur dat ex rebus suis,de quibus disponere potest. pagina 72. numero 37.
An damni emergentis ratione possit aliquid vltra sortem recipi? pag. 133. numero 288. & 289.
Damnum emergens non est sufficiens titulus exhibendi aliquid vltra sortem, ex Scoto.ibidem numero 290.

Debitor.

An debitor dubitans vtrum soluerit debitum,teneatur illud soluere,cum creditor eandem habet dubitationem.p.55.numero 187.
Debitor dubitans an soluerit debetne integrum soluere,sed sufficiat ei soluere partem secundum dubij proportionem.p.56.n.190.
Debitor existens in mora culpabili soluendi, & ideo creditor cogatur accipere pecuniam, & interesse soluere,debetne in conscientia, id totum à debitore solui, si non fuit prius admonitus à creditore suo quod ipso non soluente, debebat pecuniam cum interesse accipere p. 56.n.196.
Quando debitoris mora circa solutionem culpabilis non fuit, an teneatur lucri cessantis,

ceſſantis,vel damni emergentis incommoda reſarcite,quæ creditor ob dilatam ſolutionem incurrit.p.57.n.199.
An Debitor debeat ex delicto ſuo lucrum reportare.p.79.n.353.
An Debitor expenſis ſit reſtituendum quod ex contractu licito debetur, ipſo Debitore longius recedente. p.80.n.361.
An quando Debitor iuſtè excuſatur à reſtitutione ſtatim facienda ob notabile detrimentum, debeat poſteà vltra debitum ipſum reſtituere,etiam damnum lucri ceſſantis, quod creditor ob eam dilationem eſt paſſus.pag. 84.n.391.
Vtrum Debitoris graue detrimentum ſufficiat, non ſolùm ad differendam ſolutionem , ſed etiam ad omittendam, quando non eſt ſpes, quod cum minori detrimento poterit poſtea reſtitui.p.85.n.394.
An debitor excuſetur à reſtitutione facienda creditori nocitura. ibid. n. 398.
An Debitore ſciente peccet contra iuſtitiam qui reſtituit creditori debitum , quo ipſe abuſurus eſt in alterius iniuriam. pag. 86. n.401.
Quandonam Debitor liberetur ab onere reſtituendi.p.90.n.433.
Debitor qui compoſitione accepta ſoluit partem illam à Pontifice deſignatam pro debitis incertis , manetne ita libere, vt etiam comparente poſtea vero Domino , aut creditore cui reſtitui facile poſſit , non debeat amplius ei reſtituere. pagina 91. numero 445.
An Debitor ex communicatus excuſetur à reſtitutione agenda. pagina 94. numero 463.
An Debitorem à reſtitutione facienda excuſet creditoris excommunicatio ? ibid. numero 466.
Debitor denuncians creditori extinctionem cenſus , an teneatur eum non extinguere,niſi elapſo bimeſtri?p.201.n.337.
Debitor an teneatur de damno , quod fideiuſſori accidit , debiti ſoluti ratione? pag. 235. num.22.
Si Debitor ſoluendo non ſit creditor in eius defectum debetne emptori reddere pretium pignoris venditi , ſi extet , vel ſi ex illo factus eſt locupletior? pagina 251. num. 117. & 118.

Debitum.

Debita incerta poteſt quis licitè ſibi retinere.p. 17.n.115.
Debita incerta ex contractu iuſto an poſſint retineri.p.34.n.45.
Debita certa ſunt præferenda incertis.pag.36. n. 59.
Priùs Debita certa quàm incerta ſunt ſoluenda. ibid.n.62.
In debitis ex contractu ſolutio fieri debet tempore , quo inter partes conuentum fuit.ibid. n.55.
Quando in debitis ex contractu non eſt conſtitutus terminus ad ſoluendum quid ? ibidem n. 56.
Debita ex contractu oneroſo prius ſoluenda, quam ex gratuito.p.37.n. 63.
In Debitorum certorum ſolutione ordo ſeruandus.ibid.n.64.
An emens domum vel fundum ad Debita hypothecatum,vel obligatum , teneatur in foro conſcientiæ ea debita ſoluere ante ſententiam.p.53.n.173.
An Debita certa præferenda ſint debitis incertis.p.74.n.317.
An Debita ex delicto ſoluenda prius ſint,quam debita ex contractu.p.75.n.324.
An Debita ex contractu oneroſo debeant præferri debitis gratuitis cæteris paribus.p.77.n. 339.
An inter debita perſonalia paria , & eiuſdem generis prius debitum ſit ei, quod tempore eſt poſterius.p.78.n.342.
Quid debiti nomine ex delicto intelligatur: p. 87.n.412.
An ſe ad Debita poſſit obligare contrahens, renunciando ius ad bonorum ceſſionem faciendam.p.88.n.422.
Qui Debita ſoluere non poteſt,ſperat quod manensin ſeculo poterit,an poſſit omiſſâ reſtitutione ingredi religionem. pag. 90. numero 436.
An Debiti remiſſio ſit valida ante acceptationem?p.114.n.142.
Quis debiti ſolutionem abſque morali culpa, termino præfixo gerendam amittit , obligaturne in foro conticientiæ lucrum ceſſans,aut damnum emergens mutuanti reſarcire ? pag 134.n.301.
In Debiti congruo tempore non ſoluti pœnam conuentionalem , poteſtne aliquid vltra ſortem exigi,quod propriè pœna ſit?p. 135. numer.305.
An ex Debito venditoris,ex iure naturali poſſit emi cenſus?p.198.n.314.

Depoſitarius,Depoſitum.

Depoſitum quid?p.95.n.1.
Depoſitarius quot in caſibus poſſit vti depoſito ibid.n.2.
Depoſitum quotuplex admittatur. ibidem numero 3.
Depoſitarij quinam poſſint eſſe.ibidem numero 4.
Quænam ordinariè deponantur. ibidem numero 5.
Ad quæ obligetur Depoſitarius ex Depoſiti contractu.ibid.n.6.
Quot in caſibus non teneatur Depoſitarius reddere Depoſitum.p.96.n.7.
Si Depoſitum pereat,ex qua culpa Depoſitarius teneatur.ibid.n.8.
Quandonam Depoſitarius poſſit fructibus rei Depoſitæ frui.ibid.n.9.
Quandonam Depoſitario cadat incrementum pecuniæ depoſitæ.ibid.n.10.
An Depoſitum in mutuum tranſierit , quoties res , in pondere , numero ac menſura conſiſtunt , ponderatæ ,numeratæ , ſeu menſuratæ Depoſitario tradantur?pag. 107. numero 88.
Pecuniâ æreâ in Depoſitum acceptâ,& conſumptâ,poſt conſumptionem antem regio decreto valor eius eſt imminutus , an teneatur quis reddere quantum in valore accepiſti, ac ſi diminuta non eſſet?pagina 108. numero 91.
An Depoſitum receptum eſt æſtimatum,an Depoſitarius teneatur de culpa leuiſſima?p.109. numero 106.

Dominium,

& Verborum.

Dominium, Dominus.

Dominium quid? p. 1. n. 1.
Dominij subiectum. ibid.
Dominium duplex admittitur. p. 2. n. 2.
Dominium iurisdictionis quodnam dicatur ibid.
Quid item dominium proprietatis. ibid.
Dominij proprietatis diuisio. ibid. n. 3.
Soli naturæ rationali potest conuenire Dominium. ibid. n. 4
Dominium habet puer ante rationis vsum. ibid. numero 5.
Quodnam in peculio dominium habeat filiusfamilias. ibidem. n. 7.
Dominium seruorum quod? ibid. n. 8.
Dominium non habent Religiosi professi, secùs qui simplici paupertatis voto adstricti. ibidem numero 9.
Dominium quodnam habeant Religiosi Beneficiarij. p. 3. n. 11.
Clerici non Religiosi verum habent dominium bonorum patrimonialium, vel quasi patrimonialium. ibid. 12.
Dominij obiectum. ibid. n. 13.
Domini sumus rerum externarum, quæ ab alio occupatæ non sunt. ibid.
Dominus non est homo vitæ suæ aut membrorum, nec princeps alienæ. ibid. n. 14.
Sub hominis Dominium homo potest cadere ibid. n. 15.
Ad Dominij acquisitionem quænam requirantur. ibid. n. 16.
Dominium acquirendi modus quis. p. 4. n. 17.
De Dominio post Adæ lapsum diuisione. ibid.
Quot modis in homines Dominium acquiratur? ibid. n. 18.
Quod item modis Dominium rerum rationabilium comparetur. ibid. n. 19.
Dominium animalium domesticorum & ferarum quodnam. p. 5. n. 21.
Ferarum Dominium quid ibid. n. 22.
Lapillorum ac gemmarum Dominium quid. ibid. n. 23.
Dominium eorum, quæ pro derelictis habentur quodnam intelligatur. ibid. n. 24.
Insularum Dominium quodnam. ibidem. numero. 25.
Quid item rerum vacantium. ibid. n. 26.
Et quid thesaurorum. ibid. n. 27.
Quid in columbas dominium? p. 6. n. 28.
De Dominio in sylvis seu lignis cæduis. ibid. num. 29.
De Dominio ex gregum pascuis. ibidem numero 30.
Quid item dominium ex venatione & piscatione. ibid. num. 31.
Dominium inter, vsum, & vsumfructum quid discriminis intercedat. p. 7. n. 35.
An à Dominio distinguatur vsus in iis rebus quæ vsu consumuntur p. 10. n. 47. 48. & Auctoris resolutio. n. 49.
An Dominium famæ & honoris sit penes hominem. p. 10. n. 52.
In aliquibus casibus an seruus habeat dominium independens à Dominio pagina 11. nu. 53. 54. 55. 56.
An Dominium Decimarum, primitiarum aliorumque Beneficij Ecclesiastici reddituum habeant Clerici non Religiosi. ibid. n. 69.
Vtrum inuentor Thesauri in agro alieno absque Domini facultate teneatur ante Iudiciis sententiam Domino restituere? pagina 12. numero 69.
An Domino fundi thesaurus inuētus non casu, sed ex intentione totus cedat, si cum licentia eius quæratur? p. 13. n. 73.
An si post factam debitam diligentiam rei inuētę Dominus omninò sit ignotus, ea cedat inuentori. p. 14. n. 80.
Domini particulares agrorum possuntne concinibus prohibere, ne collectis frugibus suis in agris pascant animalia ex herba sponte nascentę p. 15. n. 4. & seq.
An in Dominium accipientis transeat statim res per compensationem occultam accepta. p. 44. n. 115.
An qui rem furtiuam vel mala fide emit teneaturne am proprio Domino restituere, vel possit eam furi reddere, pretij ab illo recuperandi causâ. p. 45. n. 119.
An si domino res periclitetur sit furi reddenda? p. 49. n. 147. & 148.
Malæ fidei possessor rem suis expensis meliorem fecit, ex qua meliori facta Dominus maiores fructus percepisset, quos ipse vel negligentiâ, vel alia de causa non percepit, tenebiturne eos etiam ex melioratione percepibiles restituere. p. 50. n. 155.
Domino reddere teneturne in conscientia malæ fidei possessor fructus omnes, quos ipse percepit, etiam si Dominus non eos esset percepturus. p. 51. n. 158.
Quando res extat, num quis poterit rem retinere, & Domino eius pretium iustum soluere. p. 53. n. 175. & 176. Deciditur resolutio. num. 177.
An Domino debeat necessariò partem rei reddere, qui rem habuit ab illo, de quo dubitabat, an dare posset manente dubio? pag. 55. num. 184.
An Dominium eorum, acquirat vsurarius, quæ per vsuras comparat? p. 139. n. 340.

Donatio, Donator.

Donatio quid sit? p. 96. n. 11.
Donatio quotuplex admittatur. ibid. n. 12.
Donare quinam possint? ibid. n. 13.
Donādi potestas quibusnam minimè competat? ibid. nu. 14.
Donare quid possit & non possit vxor? ibidem num. 15.
Quid Donare possint & non possint Clerici Beneficiarij, aut Regulares Beneficiarij? ibid. num 16.
Quid Donare possint Regularium superiores, officiales monasterij, reliquique Religiosi p. 97. n. 17
Donare non potest fur & qui non est soluendo creditoribus, & ille cuius bona fisco sunt addicta. ibid. n. 18.
Donatio patris in filios quæ dicatur? ibidem num. 19.
Quæ Donatio filiorum in patrem intelligatur. ibid. num. n. 20.
Donationis validitas, simul & inualiditas inter vivos omnium bonorum quæ? ibidem numero 21.
Quæ donatio dicatur inualida? ibid. num. 22.

Quot in casibus Donatio inter viuos possit reuocari.ibid.n.23.
Quot item in casibus Donatio causa mortis reuocari valeat.p.98.n.24.
An donatio mere interna inducat obligationem in foro conscientiæ ? p.112.n.129.
Quando donare alicui prohibetur, prohibeturne etiam ei remuneratoria Donatio ? p.120. num.182.
An donatione remuneratoria sine termino præfixo donare possit tutor de bonis pupilli? ibidem.n.185. An necessaria sit insinuatio,si aliquis simul pluribus donet eodem tempore,ita vt licet singuli non capiant 500.Solidos,omnes tamen simul plus accipiant. pag. 121.num.189.
An donationem excedentem 500. Solidos sine insinuatione factam, donatarius possit tutâ conscientia retinere excessum?ibid. n.192.
Si donator,vel eius hæredes sciant probabiliter donationem absque vi , vel fraude factam fuisse, possuntne licitè repetere à donatario ob insinuationis defectum ? ibid.n.195.
An donatio ad causam piam excedens 500.Solidos excipiatur à gerendæ insinuationis necessitate?p.122.n.198.
Donatio,quâ filius tempore , quo emancipatur à patre,donat ipsum,excedens si quantitatem præscriptam sit, an dig eat insinuatione ? p. 122.num.201.
An donatio omnium bonorum, si iuramento confirmetur possit reuocari ? p. 123. n. 205.
In aliis casibus præter quinque à lege præscriptos circa donatarij ingratitudinem , si graviores,vel æque graues sint potestne etiam donatio reuocari.ibid.n.209. An donatio reuocari possit ob ingratitudinem , si donator dixisset in donatione se sicut facultati reuocrandi eam ob ingratitudinem subsequutam
An enunciare ? ibid.212.
donatio remuneratoria, & ob causam possit propter ingratitudinem reuocari. ibid.n.125.
Quid pendeat ex donantis voluntate. pag. 124. numer.219.
An filius illegitimus natus post donationem factam ab eo,qui prole carebat,sufficiat ad donationem reuocandam ? ibid.num.222.
Donatio incipiens à promissione si rei singularis,& determinatæ facta sit, an obliget donatarium ad euictionem ? p. 183.num.189.

Dos.

Quandonam dotem constituere virgini defiorata fictus promissor non teneatur ? p.33.n.37.
An dos præferatur hypothecis anterioribus etiam expressis.p.75.n.327.

E

Ecclesia.

Ecclesia Romana an gaudeat aliquo priuilegio circa præscriptionem rerum mobilium.pag.21. num. 140.
Quandonam Ecclesia , vel pius locus , ad redditionem mutui teneantur?p.103.num.64.
Ecclesia,vel quæuis alia causa pia quando est hæres ,& non conficit inuentarium , tenetur-
ne sicut alij hæredes omnibus creditoribus etiam supra vires hæreditatis?p.152. nu.431.

Emphyteusis,& Emphyteuta.

Emphyteusis quæ dicatur ? pagina 169.n. 88.
Emphyteusis in quo differat à locatione?ibid.
Emphyteusim qui possint, qui non possint dare?ibid.num.89.
Ad Emphyteusim quot veniant expendendæ conditiones ? ibidem num.90.
Emphyteusin inter & feudum quæ discrepantia ? p. 170. nn. 91. An Emphyteuta , vel feudatarius debeat domini priuilegijs gaudere.p.212.n.436.
Emphyteuta, & feudatarius an obligentur rem in Emphyteusim, seu feudum acceptam meliorare.p. 212.num. 439.
An Emphyteuta , vel feudatarius reddens rē deteriorē acceptam incidat in commissum vnde possit domino priuari. p.213.num.443.
Si ab hostibus res Emphyteutica aut feudalis occupetur eo tempore emphyteuta aut feudatarius habetne obligationem pensionis soluendæ.ibidem numero 449.
An Emphyteutæ , vel feudatarij obligatio soluendi pensionem requirat iudicis sententiam. pag.214.n.456. Quando Emphyteuta venditioni emphyteusim exponit , non expectatâ domini venia , vt incidat in commissum , an sufficiat traditionem geri fictam per clausulam constituti. ibidem num.460.
An Emphyteusim possit quis permutare , vel donare domino irrequisito. pag. 215.numer. 464. An ad Emphyteusis seu feudi successionem habeat effectum legitimatio in agnatorum præiudicium. pagina 216. num.470.
Si sit Emphyteusis aut feudum priuati & concedatur alicui pro se eiusque liberis, an comprehendantur illegitimi naturales. p. 216.n. 473.
An si quis accipiens Emphyteusim stipulatus fuerit pro se , & filiis suis fœmina sit admittenda. pag. 217.num.480.
An in Emphyteusi,vel feudo hæreditario possit successor,repudiata hereditate vltimi possessoris Emphyteusim obtinere, cum tamen primi possessoris hæres existat.ibid.num.483.

Emptio , Emptor.

Emptio quid sit. p. 158.numero 1.
Ad emptionis substantiam quot requirantur. ibidem.Emptio , & venditio vnum contractum reciprocum constituunt. ibidem n. 2.
Res defuncti , & pupilli , aut minoris non possunt emi à testamenti executore , tutore, vel curatore.pag.159.n.7.
Quandonam sit licitum vilius emere pecunia anticipata ; & quando non. p.160.n.17.
Emptoris quot obligationes veniant admittendæ. ibid.num.19.
Emi possunt merces vltroneæ minoris quàm valent.p.161.n.25.
Non licet rem carius vendere ,eo quod sit valde vtilis Emptoris.ibidem.num.27.
Emptorum communis indigentia, causa sufficiens est augendi pretij,non particularis alicuius.ibid.28.
Emit quis triticum vltra taxam ab eo qui licitè

citè vendit ratione asportationis, an possit id eodem pretio alteri reuendere? pag. 173. num. 112.
An Emptio tritici, vt creditoribus des solutum, sit legibus non reuendendi prohibita? p. 174. numero 123.
Emens plures tritici ad reuendendum, nunquam tamen fuit punitus, debetne puniri pœnâ, quæ tertio ementi est imposita? pag. 175. num. 127.
Quandonam minoris emi licitè possit? p. 176. num. 136.
Emptio quæ iusta censenda sit? ibid. n. 138.
An vt Emptor læsus dicatur vltra dimidium iusti pretij, debeat rem valentem centum, emere plusquàm ducentis? p. 178. n. 151.
Emendo aut vendendo lædens intra dimidium, an peccet, & teneatur ad restitutionem? ibid. num. 154.
In Emptorem hæreditatis transitne ius accrescendi? p. 180. n. 167.
Facto Emptionis contractu, teneturne venditor rem venditam tradere Emptori, cùm primùm possit, & an satisfaciat interesse soluendo? p. 182. n. 178.
Cum Emptor de euictione agit, venditor etsi priuilegiatus debetne sequi in hac causa forum emptoris? p. 184. n. 193.
An Emptor possit compelli ad reuendendum facto reuendendi pacto in fauorem venditoris? p. 185. n. 204.
An Emptor si de facto rem venditam sub pacto redimendi vendat alteri, primus venditor ex vi prædicti pacti possit aduersus secundum emptorem agere ad rei vindicationem? p. 186. n. 214.
Falsas litteras quis ex industria apponit legendas, quibus Emptores inducuntur ad carius emendum: perpetratne iniustitiam? p. 188. num. 233.
An Emptor peccet lethaliter, qui in modico pretium iustum census defraudauit. p. 194. num. 276.

Episcopus.

Episcopus quam compositionem possit concedere pro debitis incertis in sua diœcesi suis subditis. p. 93. n. 454.
An Episcopus possit legata, quæ impleri non valent in quemlibet pium vsum commutare. p. 157. n. 502.

Excommunicatio.

Excommunicatio creditoris excusatne debitorem à restitutione faciendæ. pagina 94. numero 466.

Expensa.

Si Expensæ magnæ sint faciendæ ad restituendã rem, vbi creditor commoratur, gerendane est restitutio debitoris ex delicto expensis. p. 80. num. 358.

F

Famulus.

AN Famuli alijque nudum ministerium exercentes in re vsuraria, excusentu ab iniustitia ac restitutione. p. 140. n. 347.
Si Famulus durante tempore in contractu statuto, ægrotet, potestne stipendium accipere pro eo tempore, quo ęgrotarat, & non poterat famulari. p. 210. n. 419.

Fendum.

Feudum quid sit. p. 170. num. 91.
Feudum in quo discrepet ab Emphyteusi. ibid.
Ad Feudi institiam quot conditiones requirantur. ibid. n. 92.
Qui nam in Feudum dare possint. ib. n. 93.
Quænam in Feudum dari possint. ibidem numero 94.
Feudi acquirendi quot modi admittantur. p. 171. n. 95.
Feudi accipiendi quinam sint capaces, & quinam incapaces. ibid.
An fœmina semel ad feudum admissa eo quod masculus deficiat, si postmodum nascatur, sit excludenda illius natiuitate. pag. 216. numer. 477.

Fideiussio, Fideiussor.

Fideiussió quæ dicatur. p. 236. n. 11.
Ad Fideiussionis contractus institiam quot requirantur conditiones. p. 234. n. 13.
Fideiussor inquot casibus ante excussionem principalis conueniri possit. ibid. n. 14.
Quinam fideiubere possint. ibid. n. 15.
An fideiubere possit filiusfamilias. ibid.
An minores possint fideiubere. ibid.
Vtrum pupilli fideiubere possint. ibid.
An item pauperes. ibid.
Quandonã fideiubere possit fœmina. ibid. n. 16.
Circa fideiussionem quot in casibus mulier vti non possit beneficio Velleiani. ibid. n. 17.
An fideiubere possint Clerici. ibid. n. 18.
An Fideiussor possit esse religiosus sine prælati consensu. ibid. n. 19.
Potest fideiussor pecuniam pro fideiussione recipere. ibid. n. 20.
An à fideiussore possit creditor aliquid accipere, vt eum à fideiussionis obligatione liberet? ibid. n. 21.
De damno quod fideiussori accidit, an debitor teneatur ratione debiti soluti. p. 235. n. 22.
A fideiussore triplici in casu potest creditor exigere debitum, & ille tenetur soluere. ibid. numero 23.
Non potest Fideiussor ante tempus solutionis debiti contra debitorem agere, nisi in quatuor casibus. ibid.
An quando plures fideiussores pro eodem sunt debito singuli teneantur in solidum. ibidem. numero. 24.
Qui fideiubet pro reo fugiente ipso, non ad pœnam corporis sed ad pecuniariam obligandus. ibid. n. 25.
Fideiussor an remaneat liber ad tempus determinatum

minatum creditor proroget debitori terminum? ibid.n.26.
Si Fideiussionem mulier iuramento confirmauit priuilegij velleiani ignara,eone gaudet?p. 250.n.110.& 111.
An Fideiubere possint Episcopus & Clericus? p.251.n.114.& 115.

Fides.

Bona fides ad præscriptionem requiritur.pagina 8. num.42.
Fidem esse malam,an efficiat ignorantia inuincibilis,seu inculpabilis iuris.p.18.num.124.
An mala fides illius à quo quis rem accepit, noceat ad præscribendum ei, qui accepit illam.p.19.n.127.
An fructus tam purè naturales tum mixtos;antequam præscribantur, & bona fides desit, sic acquiras, vt si iterum consumas, debeas Domino reddere.p.25.n.169.
Qui mala fide rem accepit dubitans alienam esse,ad quid teneatur.p.29.num.12.
Malæ fidei possessor tenetur illi restitutionem facere cui rem abstulit.p.34.n.46.
Bonæ fidei possessor quid sit?vt recuperet pretium pro re accepta traditum.ibid.n.47.
Qui mala fide accepit, debet rem restituere Domino, etiamsi pretium pro ea solutum amittat.p.35.n.48.
Qui rem gratis bona fide à fure accepit, vel emit eam, vero domino non furi restituat. ibid.n.49.
Bonæ fidei possessor quandonam possit alienare prædium. p. 52.n.165.
Bonæ fidei possessor quandonam sibi & domino consulat ibid.n.167
Vide Verb. *Possessor.*

Filius, Filia.

Filia exhæredari non potest,post coniugium inuito patre initum. p. 101.n. 50.
Vni filio plus quam alteri pater potest relinquere.ibid.n.51.
In quibus casibus Filius ac filiafamilias teneatur mutuum soluere?p.103.n.63.
An filius illegitimus natus post donationem factam ab eo, qui prole carebat,sufficiat ad reuocandam donationem.p.124.n.222.
An si filij illegitimi postea legitimentur à Principe,vel per subsequens matrimonium cum eorum matre, habeat locum dispositio *leg. si vnquam.* ad reuocandam donationem? ibid. num.225.
Filium vnicum habens pater,ei copiosè donat, postea alij filij nascuntur,Donatio estne reuocanda solum vsque ad legitimas aliis filiis debitas?p.125.num.229
Filius spurius potestne aliquid accipere in substitutione fideicommissaria? pagina 146 num. 405.
Num filius spurius substitutus pupillariter filio legitimo possit ei in bonis paternis succedere.p.147.n.412.
An filium spurium hæredem possit instituere pater, sub conditione, si à Principe legitimetur.p.148.n.418.
An filius spurius possit de iure communi à matre,vel à matris ascendentibus per testamentum accipere?p.149.n.422.
Filio spurio etiam non indigenti, sed aliunde potenti se alere,potestne pater alimenta præbere testamento?ibid. n.426.
Filiis spuriis an alimenta danda sint solummodo ad necessaria naturæ sustinendæ,non ad status decentiam?ibid.n.429.
Quandonam iudicandum sit filium spurium indigere?p.150.n.432.
An filij successio in bonis paternis sit ex iure diuino?ibid.n.439.
Num filij pœnitentia post aliquam culpam secuta ante patris obitum, sufficiat ad causam exhæredationis abolendam,itaut postea contra eius valorem agere possit? pagina. 151. num.443.
An pars illa, quæ danda esset Filio exhæredato,debeat aliis filiis accrescere. pagina 152. numer.447.
An filiusfamilias obligetur ex mutuo exceptione Macedoniana oppositâ,si iuramento solutio confirmetur?p.127.n.243.
An filijfamilias obligentur iuramento de non opponenda exceptione Macedoniana. ibid. n.246.
An filijfamilias exceptione Macedoniana appositâ, de obligentur à mutui solutione in foro externo tantùm. p.128.n.249.

Fur, Furtum.

Qui à fure rem alienam scienter emit, si postea pœniteat, potestne eam reddere furi pretio recepto.p.50.n.152.
Qui à Fure accepit pretium, ne eius furtum impediat, , vel nunquam non taceat, teneturne semper restituere,quod ab eo accepit.p.73. n.310.
An Furtum sit graue quando quis accipit rem non petitam quam si petiisset, Dominus impertiret.p.89.n.430.
Fur an possit facere donationem. pagina 97. numero.18.
Vide, Verb. *Restitutio.*

G

Gabella.

AN Gabella debeatur ex venditione sub pacto legis commissoriæ, & adiectionis in diem,aut ex pacto renendendi, adiectâ clausulâ,quod res inempta sit.p.186.n.218.

H

Hæreditas, Hæres.

AN hæreditatis possessionem censearis habere,ex eo quod cohæres tibi cedat partem illius.p.24.n.162.
Qui Hæredes & legatarij instituj possint & non possint.p.100.n.47.
Inter hæredis institutionem, & legatum differentia quæ.p.102.n.59.
Quæ hæreditas veniat applicanda fisco.p.146. num.401.
An hæres siue fidem dederit spurij patri, siue non possit si velit licitè ea bona sibi retine-

re,

re, & spurio non dare ? p.147.n.408.
Heredum nomine duplex venit admittendus intellectus.p.150.n.433.
Si aliquis sic hæres sit institutus in re certa, vt testator expresse dixerit se nolle, quod in aliis bonis ille succedat, an debeat adhuc in in aliis succedere?ibid.n.436.
An hæres excusetur in conscientiæ foro à soluendis debitis ob inuentarij omissionem? p.152.n.464.
An hæres possit differre in foro conscientiæ per annum legatorum executionem ? pag. 156. num. 492.
An in hæreditatis emptorem ius accrescendi transeat ? p.180.num.167.

Histrio.

Histrionum ludi quandonam sint liciti ? pagina 221. numero 23.

Homicidium.

Homicidij causâ accepta an sint restitutioni obnoxia?p.58.n.212.
An homicidium mandans fieri, sed voluntate mutatâ reuocat mandatum, & hoc mandatario intimat, putanti id è mandatario non setiò dici, & ex vi iussionis occidit,teneatur restituere damna.p.64.n.247.
Homicidium alicuj consulens, & is quem consuluit occisus est, teneturne ad restitutionem? p.65.n.259.
Vide, Verb. *Restitutio.*

Homo.

Homo non est dominus vitæ suæ aut membrorum.p.3.n.14.
Homo sub hominis dominium potest cadere. ibid.n.15.
In homines quot modis dominium acquiratur? p.4.num.18.
Homo an sit suæ dominus famæ.p.10.n.52.
Ad hominem à crimine vi reuocandum,grauissima requiritur causa.p.86.n.407.

Hypotheca.

An hypothecis anterioribus etiam expressis Dos præferatur?p.75.n.327.
Hypotheca quid sit?p.235.n.27.
Hypotheca quotuplici ex causa nascatur?ibid. num.28.
Hypothecæ diuisio multiplex admittitur. ibidem.
Hypotheca legitima quæ dicatur ? ibidem. num.29.
Hypothecæ quænam subiici possint?pag.236. num.30.
Hypothecam quinam possit, vel non possit dare ? ibid.n.31.
Circa Hypothecam quænam peccata possint contingere ? ibid.n.32.

I

Ignorantia.

AN Ignorantia inuincibilis, seu inculpabilis iuris effici malam esse fidem ? p. 18. num.124.
An ex causa Ignorantiæ probabilis maioribus concedenda sit in integrum aduersus præscriptionem restitutio. pagina .22. numero 147.
Ignorantiâ comitante inuincibili damnum inferens,an ad restitutionem teneatur. pag. 42.num.97.

Iniuria.

Quotuplex Iniuria veniat admittenda. pag.19. nu. 6.
Qui per iniuriam Virginem defloravit tenetur rependere damnum, quod ei ex tali iniuria est secutum.p.33.n.34.

Insinuatio.

An Insinuatio sit necessaria, si aliquis simul pluribus donet eodem tempore, itaut licet singuli non capiant 500.Solidos, omnes tamen plus accipiant. pagina 121. numero 189.
Ad Insinuationis necessitatem quid requiratur. ibidem.
An sine Insinuatione factam donationem excedentem 500.Solidos, possit donatarius tutâ conscientia retinere excessum ? ibidem n.192.

Inuentarium.

An ad Inuentarium conficiendum rei in vsumfructum sibi concessæ vsufructuarius astringatur, vel etiam cum testator remittit huiusmodi obligationem.p.23.n.154.

Inuentor.

An Inuentori primo cedant venæ metallorum, cùm in alieno fundo reperiuntur. pagina 13.n.76.
Inuentori ceditne res illa, cuius dominus post factam debitam diligentiam omninò est incognitus.p.14.n.80.

Iuramentum.

Si cum Iuramento quis promisit prodige ob peccatum patrandum, teneturne totum,implere.p.59.num.215.
Si Iuramentum est adiectum testamenti non reuocandi, an possit adhuc licitè reuocari? p. 142.num.367.
Si Iuramento testamentum confirmatum licitè reuocari non valeat,an validè possit reuocari. p.143.num.370.
An si Iuramentum adiiciatur pœnæ solutioni. debeatur pœna iuramenti ratione. ibidem numero 374.

Index Rerum,

Ius.

Ius asportationis an exigere possit qui tempore abundantiæ, quando necessum non est triticum asportari, id gesserit. p. 173. n. 115.
An ius accrescendi in emptorem Hæreditatis transeat. p. 180. n. 167.

L

Laudemium.

Laudemium quodnam dicatur. p. 170. n. 90.
Laudemium quot in casibus non debeatur. ibidem.

Legatum.

Legatum inter & hæredis institutionem quid discriminis intercedat. p. 102. n. 59.
An Legata vsurarij ad pias causas sint valida. p. 146. n. 397.
An Legatum valeat, quando relictum est duobus qui eiusdem sunt nominis. p. 153. n. 458. & seqq.
Si quis Legatum generatim pauperibus extra testatoris locū existentibus dari. p. 154. n. 468.
In electione pauperum, quibus generatim legatum relinquitur, an præferendi sint pauperes consanguinei testatoris. ibid. n. 471.
Electio pauperum, quibus legata eleemosyna est distribuenda, potestne eam propriis consanguineis, si sint pauperes, elargiri. ibidem numero. 474.
Legatæ pauperibus pecuniæ distributor an possit partem sibi applicare, quando reuera ipse inopia afficitur. ibid. n. 477
An is, cui legatæ pecuniæ distributio inter pauperes committitur facienda, debeat semper pauperiores præferre. 155. n. 480.
Si Legatum sit, vt summa quædam pauperioribus distribuatur potestne totum dari vni pauperi. ibid. n. 487.
Legatum relictum virginibus pauperibus ad nuptias, potestne iis dari, quæ nubere nolunt, vt religiosæ fiant. p. 156. n. 489.
An Legatorum executionem possit differre hæres per annum in foro conscientiæ. ibidem. num. 492.
Quando Legatum relictum est pro puellis orphanis, potestne illud admitti quæ patrem quidem habet, sed ad puellæ succurrendum omnino inutilem. ibid. n. 496.
Legatum pro liberandis incarceratis potestne impendi pro alicuius incarceratione impediendā. p. 157. n. 499.
An Legata quæ impleri non valent, possit Episcopus in quemlibet pium vsum commutare. ibid. n. 502.

Legitima, Legitimatio.

An, si Legitimâ aliquem princeps donaret, vt in feudo succedat, eius dispositio habeat effectum irrequisito domino. p. 215. n. 467.
An Legitimatio habeat effectum ad emphyteusis seu feudi successionem, in agnatorum præiudicium. p. 216. n. 470.

Locatio, Locator.

Locatio quid sit. p. 167. n. 69
Locator quis dicatur. ibid.
Quæ possint locari quæ non. ibid. n. 70.
An Locare alteri liceat conductori rem quam ipse conduxit. ibid. n. 71.
Quinam possint locationis contractum inire, & quinam non. ibid. n. 72.
Quid faciendum quando rem communem duorum vnus locari vult vni, alter alteri. pag. 167. n. 73.
Quandonam Locatio transeat ad hæredes, & quando non. ibid. n. 74.
Locationi factæ à tutore vel curatore, minor, vel pupillus tenetur stare. p. 168. n. 76.
Quid debeat fiscus gerere circa locationem factam à reo ante, vel post patratum delictum. ibid. n. 77.
Locationi antefactæ nomine Ecclesiæ, Prælatus successor stare tenetur. ibid. n. 78.
Si res Locata pereat cuinam perit. ibidem numero 79.
Locatori conductor, Et locator conductori tenetur. ibid. n. 80.
Locatio quot modis finiatur. ibid. n. 83.
Quando possit res locata pepeti, non finito locationis tempore. ibid. n. 84.
Locator tenetur vitium rei aperire conductori. p. 169. n. 84.
Locator tenetur ad resarciendas expensas necessarias factas à conductore, non eas quæ conductor gessit ad proprium tempore commodum. ibid. n. 85.
Locator tenetur ad onera & tributa pro re locata imposita, non ad ea quę pro fructibus. ibid. n. 86.
Locatoris obligationes quot enumerentur. ibid. numero. 87.
Locationem inter & Emphyteusim quid discriminis intercedat. ibid. n. 88.
An Locationi rei dotalis à marito factæ, vxor teneatur stare, soluto matrimonio. pagin. 208. num. 404.
An Locatori ius det vbertas notabilis alicuius anni, vt maiorem pensionem exigat, quàm deducta fuerat in pactum? p. 210. n. 416.
Quando Locator obligat in contractu conductorem ad melioratione rei conductæ faciendam, an sit facienda melioratio sumptibus locatoris. ibid. n. 423.
An Locatori liceat obligare conductorem, ad susciendum in se omne rei locatæ periculum. p. 111. n. 429.

Lucrum.

An Lucrum turpitudinis debeat restituere meretrix. p. 57. n. 202.
An lucri cessantis titulo possit aliquid vltra sortem ex mutuo recipi. p. 133. n. 293.
Cum alia via lucrum, quod tibi ex mutuo cessat, vel damnum quod emergit, compensare vales eo quod habeas aliā pecuniam, poteris ne aliquid ex mutuo exigere si ex anaritia aut pusillanimitate eam pecuniam reseruare curares, nec eam negotiationis periculo exponere. pag. 134. n. 297.

Ludus.

Ludus quis dicatur. p. 220. n. 20

Ludus

Ludus per se licitus an sit. ibidem numero 21.
An Ludus ex circumstantiis possit fieri illicitus. ibid.
Non est mortale ratione affectus ad lucrum nec ex circunstantia loci temporis, vel sacri, vel personę. p. 221. n. 22.
Ludi histrionum quandonam sunt liciti? ibid. num. 23.
Ad Ludi iustitiam quot requirantur conditiones. ibid. nu. 24. Et ibidem veniunt enumerandæ.
Ludus vetitus quis. p 222. n. 28.
Non Ludendi votum aut iuramentum potestne sub lethali obligare? pagina 225. numero 58.
Ludere principaliter propter lucrum estne lethale peccatum? p. 226. n. 61.
An Ludere principaliter propter lucrum sit saltem veniale piaculum? ibidem numero 64.
An Liceat ludere preces sacras, ita vt victus debeat aliquoties pro victore aut pro animabus purgatorij salutationem v. g. Angelicam recitare. ibid. n. 67.
An qui Ludo prohibito dant operam contra legum præscriptum lethaliter delinquant. p. 227. n. 71.
An Ludis prohibitis clerici operam exhibentes peccent lethaliter? ibid. n. 75.
An Ludentes Religiosi chartis delinquant? p. 228. n. 78.
An si quis in Ludo exponit rem furtivam alienam, aut apud se depositam, qui eam lucratus est, teneatur, eam domino reddere, vbi scit alienam esse? ibidem num. 81.
De Ludo plura à pagina 229. vsque ad 234.

M

Mandatum, Mandatarius.

Mandatum quid sit? pagina 236. numero 33.
Mandatum generale ad illicita non se extendit. ibid. n. 34.
Mandatarius non potest recusare mandatum nondum susceptum. ibid. n. 35.
Mandati substantialia quæ? ibidem numero 36.
De Mandatario mandatum accipiente absque vlla forma expressa. ibid. n. 37.
Mandatum quot modis finiatur. pagina 240. num. 38.
Mandatum quot in casibus Mandatoris morte non finiatur. ibid. n. 39.
Quid intelligendum cum dicitur Mandatum non expirare morte mandantis, quando res non est integra. ibid. n. 40.

Melioratio.

Melioratio quænam gerenda sit expensis locatoris, an conductoris? pagina 210. numer. 423.

Meretrix.

An Meretrix restituere debeat turpitudinis lucrum. p. 57. n. 202.
Vt Meretrices possint pretium turpitudinis suæ aliæ quæuis fœminæ retinere. pagina 58. numer. 209.

Minor.

Minor & pupillus tenentur stare locationi factæ à curatore vel tutore. pagina 168. numero 76.
An Minor emens cum pacto reuendendi possit obligari ad reuendendum absque iudicis decreto bona immobilia. pagina 185. numero 210.

Monachus.

Monachorum vsusfructus quis dicatur. pagin. 8. num. 39.

Monopolium.

Monopolium quid sit? pagin. 163. numero 40.
Quot modis Monopolium possit contingere? ibidem.
Monopolium in cambiis vitandum. pag. 166. num. 66.
An Monopolium sit contra iustitiam, cum mercatores conspirant, ne merces vendantur, nisi intra summi pretij latitudinem. pag. 187. numer. 226.
Monopolium estne illicitum, si quis, vel alij cum illo omnes merces alicuius generis tempore abundantiæ vili pretio emant, carius postea diuendendas? pagina 188. numero 229.

Mons pietatis.

Mons pietatis quis dicatur. pagina 105. numero 77.
Montis pietatis conditiones quot admittantur? ibid.
An Montes huiusmodi sint liciti? ibid. numero 78.
Montem pietatis instituere quisque priuatus potest. ibid. n. 79.
Deponentes pecuniam apud montem non possunt aliquid recipere vltra sortem. pag. 106. num. 80.
Et ex indulto possunt. ibid.
Tituli ob quos lucrum euadit iustum ex depositis supra montem pietatis quot admittantur. ibid. n. 81.
Mons pietatis potest aliquid exigere à mutuatariis ad expensas extruendæ domus. ibid. numer. 82.
Et ad sumptus ministrorum etiamsi pignora eorum labore ad custodiam non egeant. ibidem num. 83.
Non potest aliquid accipere in suiipsius augmentum. ibid. n. 84.
Montes pietatis excusanturne ab vsura. p. 138. nu. 333.
Si Montis pietatis pecunia negotiationi exposita sit, potestne exigi aliquid vltra sortem, & vltra id quod exigitur ad montis conseruationem. p. 139. n. 337.

Mutuum, Mutuatarius.

Mutuum quodnam dicatur. p. 102. n. 60.
Mutuum inter, & commodatum ac permutationem quæ discrepantia. ibid.
Mutui diuisio, ibid. n. 61.
Mutuum expressum quodnam dicatur ibidem.
Quid item tacitum. ibid.
Qui possunt contrahere iure naturæ ex Mutuo obligantur, sed in quibusdam casibus non obligantur ex priuilegio iuris filij ac filiæfamilias, Ecclesiç ac minores. ibid. n. 62.

In multis casibus filius ac filiafamilias mutuum tenetur soluere.p.103.n.63.
Quandonam ad Mutui redditionem teneantur Ecclesia vel pius locus ibid.n.64.
Obligatio Mutui reddendi, quod tutor,vel curator nomine pupilli vel minoris accepere, quæ dicatur.ibid n.65.
Mutuum in quot casibus sit vsurarium. pagina 104. numero 71.& in quot non?ibid.n.72
Quid in Mutuo pecuniario,quando crescit aut decrescit pecuniæ valor.p.105.n.74.
Quid in aliarum rerum mutuo crescente vel decrescente earum pretio ibid.n.75.
Mutui definitio venit tradenda.p. 125.n.230.
Bonitas & similitudo pecuniæ soluendæ, quæ Mutuo accepta est,debetne esse extrinseca?pag. 126.num.233.
An Mutuum plenè probetur ex eo, quod vnus testis numerationem pecuniæ testetur, & alter mutui concessionem ? p.126.n.239.
Mutuatariis omnibus cõcessa exceptio non numeratæ pecuniæ,impediturne ex confessione mutui, Et obligatione soluendi facta in instrumento guarentigio?p. 129.nu.257.
Quæ exceptio opponi possit, vt Mutuatario permittatur probare, se nullam accepisse pecuniam spectato iure ciuili aut canonico?p. 130.n.264.
Quoties ob mutuum conceditur alicui pecunia, vel aliquid pretio æstimabile ob timorem, ne iterum deneget mutuũ eidem mutuatori petenti, an constituatur vsura,si principaliter id fiat mutui occasione?ibid.n.268.
In Mutuo recuperando ratione periculi,an possit vltra sortem exigi?pag.135.n.308.
An Mutuator possit pretium à Mutuatario exigere ob assecurandam sortem ? p.136.numero 311.
An Mutuum petere sub vsuris à fœneratore parato absque necessitate, seu vtilitate sit mo tale?p.141.n.335.
An Mutuari possis pecuniam, quam priuatim scis brem tempore imminuendam,vel deponendam,an item Mutuari possis cum obligatione eandem quantitatem reddendi ?p. 177.nu.141.

N

Necessitas.

QVi Necessitate pressus rem alienam abiumpsit, an teneatur restituere, quando creditor in simili necessitate versatur pag.83.numero 383.
Ob Necessitatem extremam,non solum tuã, sed tuorum parentum, an possis restitutionem omittere,aut differre?p.84.n.385.

Negotium.

Negotia gesta quæ dicantur?p.240.n.41.
Negotiorum gestor quis item dicatur.ibid.
Negotia alterius quot modis gerãtur.ibid.n.42.
Negotia gerentis obligationes,& eius cuius negotia geruntur recensentur. ibid.n. 43.
Negotiorum gestor de qua culpa teneatur.p. 241. n.44.
Negotiorum gestor regulariter non tenetur de casu fortuito?ibid.n.45.
Quid si negotium incepit,& imperfectum reliquit.ibid n.46.
Quando teneatur ad expensas factas is, cuius negotium geritur.ibid.n.47.
Qui negotium gessit animo gratuito,non potest expensas petere.ibid.n.48.
Ex negotiis gestis quotuplex oriatur actio?ibid. numero 49.

O

Obligatio.

OBligatio restituendi an oriatur ex qualibet culpa etiam leui & leuissima. p.40. num.85.
An obligatio restituendi consurgat in conscientia ob damnum ex culpa venali Theologica obueniens.p.41.n.89.
An si Obligatio restituendi oriatur ex culpa venali, talis obligatio sit restitnendi totum damnum.ibid.n. 93.
Obligatio ad enictionem rei vndenam ortum sortiatur?p.163.n.41.

Officium.

Officia publica an per se sint vendibilia.p.159. num.8.

P

Pactum.

PActum de retrouendendo quando in venditione apponitur, an res plus minusue valeat?p.160.num.21
Pactum huiusce modi quot conditionibus sit licitum?ibid.nu.22.
Pactum esse licitum,vt census eadem moneta redimatur.p.164. n.52.
An Pactum sit illicitum de iure naturæ, quod elapso decennio, census redimi vlterius non possit, vel quod non possit nisi post decennium?p.200.n.328.
An Pactum licite apponi possit in census redemptionem, vt venditor, non solum idem pretium, sed eandem monetam in specie reddat?p.202.n.347.

Palpo.

Palpo quandonam ad restitutionem teneatur.p. 68.n.278.

Peculium.

Quotuplex peculij genus possit filiofamilias competere.p.2.n.6.
Quodnam in peculio dominium habeat filiusfamilias.ibid.n.7.

Pensio.

Pensio quandonam soluenda, & quando de ea aliquid remitti debeat.p.168.n.81
Pensio quandonam possit augeri. ibidem. numero 82.
An Pensio debeatur etiam eo anno, quo res censui subiecta nullos fructus affert,vel in minori quantitate, quam ad pensionis solutionem sufficiat?p.196.n.297.
An Pensiones integræ debeantur,licitusque sit census de iure naturæ, quando non emitur pecunia præsenti,sed partim credita, ac postea soluenda.p.197,n.304.

An

An Pensiones exigere possit creditor, si res cessi sui subiecta pereat, vel infructuosa perpetuo fiat culpâ debitoris. p. 200. n. 324.
An ante Pensionem solutam fructus rei conductæ fiant conductoris? pagina 209. numer. 406.
Quid nomine sterilitatis omnimodæ, quæ omnino ab vlla Pensione excusat, intelligatur? ibid. n. 410.
An Pensio sit tunc diminuenda solùm, quando non percipitur dimidia pars fructuum, qui communiter ex eo fundo solent percipi. ibid. n. 413.
Quam ob causam Pensio sit imminuenda? pag. 214. n. 453.

Pignus.

Pignus an possit exigi in cambio? p. 166. numero 67.
Pignus quid sit? p. 235. num. 27.
Pignoris quotuplex causa. ibidem. numero 28.
Pignoris diuisio multiplex admittitur. ibidem.
Pignus legitimum quid? ibid. n. 29.
Quænam Pignori subiici possint? pagina 236. numer. 30.
Pignus quinam possit vel non possit dare? ibid. num. 31.
Circa Pignus quæ peccata possint contingere? ibid. n. 32

Pius V.

Pij V. Bulla de censibus obligat, vbi promulgata aut recepta non est. p. 164. n. 54.
Pius V. quot ad Cambij realis iustitiam requirat conditiones. p. 166. n. 68.
An Pij V. Bulla circa conditiones asseruandas ad census valorem obliget vbique? pag. 195. num. 280.

Pœna.

Pœna quotuplex admittatur à Doctoribus? p. 134. n. 302.
Pœna legalis quæ dicatur? ibid.
Quæ sit iudicialis. ibid.
Quænam item sit pœna conuentionalis. ibidem.
In Pœnam conuentionalem debiti congruo tempore non soluti potestne aliquid vltra sortem exigi, quod propriè pœna sit? p. 135. n. 305.
An Pœna debeatur ratione iuramenti, si adijciatur iuramentum pœnæ solutionis? pag. 143. num. 374.

Pœnitens.

An Pœnitens qui admonitus aliàs Confessario restitutionem promisit, & non obseruauit, debeat abiolui. pagina 81. num. 363. & 364.
Quando Pœnitens petit indulgeri sibi aliquod tempus, vt paulatim restituat, & iudicatur id melius esse creditori, & pœnitenti, potestne, id tempus indulgeri, si mox soluere valet. ibid. n. 367.
Vide verb. *Restitutio.*

Possessio, Possessor.

An Possessionem hæreditatis censearis habere, ex eo, quod cohæres tibi cedat partem illius. 24. n. 162.
Possessio an sufficienter probetur vnico teste. ibid. n. 165.
Possessor bonæ fidei quandonam omnes fructus rei industriales comparat. p. 25. n. 168.
An Possessor bonæ fidei teneatur fructus mixtos consumptos ante tempus præcriptionis Domino restituere si agnoscat rem a qua prouenêre, alienam esse. ibidem numero 173.
An Possessor qui à principio fuit bonæ fidei, postmodum maiâ superueniente, possit retinere rem alienam, ac eius fructus retinere. p. 26. n. 176.
An Possessor malę fidei satisfaciat, cum incrementum rei prouenit ab extrinseco, rem similem reddens, si eo tempore Dominus consumpturus non esset. pagina 26. numero 180.
An qui rem mala fide possessam in dies crescentem peremit, satisfaciat restituens quanti tempore absumptionis æstimatur. p. 27. num. 183.
Qui possidet bonâ fide rem alienam putans esse suam, tenetur statim illam restituere agnoscens esse alienam. p. 29. n. 7.
In quels casibus Possessor bonæ fidei ad restitutionem non teneatur. p. 29. n. 9.
Possessor malæ fidei debet rem alienam Domino vna cum eius fructibus reddere. ibidem num. 11.
Possessor malæ fidei tenetur illi restitutionem facere cui rem abstulit. p. 34. n. 46.
Possessor bonæ fidei quid sit, vt recuperet pretium pro re accepta traditum. ibidem numero 47.
An Possidens mala fide rem alienam, si apud ipsum pereat, teneatur eam restituere, quando alias apud dominum erat peritura. p. 45. nu. 123.
An Possessor malæ fidei teneatur rem restituere iuxta maiorem valorem, quem à tempore iniustæ acceptionis habuit si forte pereat, aut deterior fiat. p. 46. n. 127.
An Possessor malæ fidei teneatur rei alienæ restituere fructus quos percepit, sed iam non habet quia mala fide consumpsit, quos tamen Dominus non erat percepturus. p. 47. n. 130.
An possessor bona fidei teneatur ad restituendam domino rem alienam extantem, vel quantum eius causa factus est locupletior, quando fur non est factus impotens ad restituendum. ibid. n. 134.
An Possessor bonæ fidei non aliter teneatur dare id in quo factus est locupletior nisi in defectum ipsius rei alienæ. p. 48. n. 141.
An possessor bonæ fidei post consumptam, vel alienatam rem furtiuam debeat restituere, in quantum factus est locupletior. pag. 49. n. 145.
Possessor malæ fidei rem suis expensis meliorem fecit, ex qua meliori facta Dominus maiores fructus percepisset, quos ipse vel ex negligentia, vel alia de causa non percepit, tenebiturne eos etiam fructus ex melioratione perceptibiles restituere. p. 50. n. 155.
An Possessor malæ fidei teneatur in conscientia, reddere domino fructus omnes quos ipse percepit etiamsi dominus non eos esset percepturus. p. 51. n. 158.
Possessori fuit à principio bona fides circa alterius rem, postea vero mala fides aduenit, an debeat fructus rei restituere, & quid spectandum. ibid. n. 162.

Possessor bonæ fidei quo in casu possit alienare prædium.p.52.n.165.
Possessor bonę fidei quandonam sibi & Domino consulat.p.52.n.167.

Prælatus.

Prælatus successor tenetur stare locationi antefactę nomine Ecclesiæ.p.168.n.78.

Præscriptio.

Præscriptio quotupliciter veniat accipienda. p. 8.n.40.
Ad Præscriptionem requiritur possessio. ibidem num.41.
Et bona fides,ibid.n.42.
Necnon titulus.p.9.n.43.
Et continuatio possessionis tempore legibus definito.ibid.n.44.
Quęnam res præscribi non possint.ibid.n.45.
Contra Præscriptionem datur restitutio.ibidem num.46.
An ad Præscriptionem requisitam bonam fidem interrumpat dubium circa proprietatem rei post possessionem illius bona fide acquisitam.p.18.n.220.
An mala fides illius,à quo quis rem accepit noceat ad præscribendum ei, qui illam accepit.p.19.n.127.
An sit præscripta res legitime,quando post legitimam Præscriptionem constat fuisse alienam. p.20.n.133.
An Præscriptioni possit renunciari. ibid.n.136.
Circa Præscriptionem rerum mobilium potestne Romana Ecclesia gaudere aliquo priuilegio .p.21.n.140.
Præscriptione immemoriali probata censeturne probata centenaria præscriptio. ibidem num.144.
An aduersus Præscriptionem ex causa probabilis ignorantiæ maioribus concedenda si in integrum restitutio.p.22.n.147.
Præscriptio tricennalis bona fide peracta quam vim exerat.ibid.n.150.

Precarium.

Precarium quid sit? p.99.n.34.
Ad Precarij contractus substantiam quid requiratur.ibid.n.35.
Precarium inter absentes an possit constitui, ibidem.
Qui Precario accipit tenetur ex culpa lata,non ex leui aut leuissima.ibid.n.36.
Precarium quot modis finiatur. ibidem. numero 37.
Quid quando precarium conceditur ad tempus definitum,& quando non conceditur ad tempus definitum,num finitur concedentis obitu? ibid.n.38.
Quandonam ex precario ciuilis actio oriatur, quando non.ibid.n.39.
Statim ac precarium concessum est potestne à concedente repeti.p.109.n.99.

Pretium.

Pretium estne seruandum à principe taxatũ,relicto communis æstimationis pretio.p.159.n.13
Cum constat iniustum esse pretium taxatum à principe,an possit non obseruari?ibid.n.14.
Pretij augendi quænam sufficiens causa. p.161. num.29.
Ad pretium augendum mendacia,quibus mercatores vtuntur quale peccatum?ibid.n.30.
pretia rerum an lege principis . aut hominum æstimatione constituantur p.175.n.132.

Promissio.

An Promissio consistat , & in solis vocibus,& signis externis?p.110.n.116.
An licet promissio externa sine interna voluntate non obligęt ex iustitia,possit dici promissio.p.111.n.119.
An promissio facta cum semiplena libertate sufficienti ad peccatum veniale,non autem ad mortale, sufficiat ad obligandum etiam de re leui.ibid.n.122.
Ad promissionis valorem requiriturne,quod non fiat ex vehementi passione iracundiæ,vel alterius affectus?ibid.n.125.
An promissio,vel donatio merè interna inducat obligationem in foro conscientiæ.p.112.numer.129.
An promissio ante acceptationem de iure canonico obliget promittentem.ibid.nu.133.
Ad promissionis obligationem, necessitas acceptationis sitne etiam de iure natural?p.113. n.136.
An de facto sint aliqui casus,in quibus,lege ita disponente non requiritur acceptatio ad obligationem, & irrenocabilitatem promissionis producendam.p.114.n.136.
An ad promissionis reuocabilis obligationem requiratur acceptatio sensibilis , & externa promissarij.ibid.n.45.
An ad acceptationem validam requiratur,quod promissio intimetur promissario per nuncium vel Epistolam missam à promittente. p. 115. num.148.
An ad promissionis irrenocabilitatem requiratur,quod acceptatio ad notitiam promittentis veniat.ibid.n.151.
An promittente mortuo possit promissarius validè postea promissionem acceptare.p.115.n.154
An ad promissionis valorem sufficiat,si promissarius taceat, vt ita se acceptasse videatur. p. 116.n.157.
Quo in casu duplex promissio distincta includatur.ibid.n.159.
promissio simplex acceptata in re graui,obligatne sub lethali.p.117.n.163.
Qui contra primam promissionem secundò promisit,iterum eandem rem siue cum iuramento siue sine illo,si postea primus promissarius iuri suo cedat, teneturne primam implere promissionem.p.118.nu.169.
An promissio dubia obliget promittentem.ibid. n.172.
An si factum alienum promiserit adiectâ pœnâ, liber sis à pœnæ obligatione,si bona fide sufficiente diligentiâ adhibitâ,id procurasti,nec acsequi potuisti.ibid.n.175.
Quælibet materia,quæ in furto censetur grauis, censeturne etiam grauis in promissione,vt eius violatio sit mortalis, quando promissor intendit se non solum ex fidelitate,sed etiam ex iustitia obligare?p.119.n.172.

Proprietarius.

proprietarium inter , & feudatarium quis diuidendus Thesaurus.p.16.n.106.
An proprietarius laicus possit absque vsura recipere fructus pignoris feudalis non computandos in sortem.p.138.n.327.

Puer.

puer ante rationis vsum dominium habet. p.2. n.5.

Pupillus.

De pupilli bonis potestne tutor donatione remune-

remuneratoria sine præfixo termino donare. p.120.num.185.

R

Religiosus.

Religiosi professi dominium non habent, secus qui simplici paupertatis voto sunt adstricti.p.2.n.9.
Religioso quonâ modo possint superiores concedere bona stabilia ad vsum solum,& administrationem.p.3.n.10.
Religiosi Beneficiarij quodnam dominium habeant ibid.n.11.
Non Religiosi Clerici verum habent dominium bonorum patrimonialium, vel quasi patrimonialium.ibid.n.12.
An Religiosus debeat laborare in monasterio, vt ita possit suis soluere creditoribus. p.91. num.439.
Qui in sæculo operam determinatam alicui promisit Religionem ingressus,teneturne ex bonis suis soluere damna secuta promissario,eo quod fides ei seruata non fuerit.ibid.n.442.
Religiosi quid donare possint.p.97.n.17.
An Religio possint esse executores testamenti. p.101.n.52.

Res.

Rerum externarum quæ ab alio occupatæ non sunt sumus Domini.p.3.n.13.
Rerum rationabilium quot modis dominium comparetur.p.4.n.19.
Quænam res fiant primo occupantis.ibid.n.20.
Res quænam præscribi non possint.p.9.n.45.

Restitutio.

Restitutio datur contra præscriptionẽ p.9.n.46.
Restitutio faciendane est ab inuentore Thesauri in alieno Agro absq; Domini facultate ante Iudicis sententiam.p.12.n.69.
An Restitutio aduersus præscriptionem maioribus cõcedenda sit in integrum,ex causa probabilis ignorantiæ.p.22.n.147.
Restitutio quid sit, venit expendendum. pag. 28.num.1.
Restitutio non est necessaria ad salutem necessitate medij.ibid.n.2.
Est tamen necessaria necessitate præcepti. ibid.
Restitutionis quot radices admittantur.ibidem num.3.
Restitutionis obligatio vndenam originem trahat ? p.29.n.4.
Quæ ad restitutionem pertinent quot punctis complectatur Auctor.ibid.num.5.
Qui dicantur ad Restitutionem teneri. ibidem. nu.6.
Qui bonâ fide possidet rem alienam putans esse suam,tenetur statim illam restituere,agnoscens esse alienam.ibid.n.7.
Qui rem alienam consumpsit credens esse suam debet id restituere in quo factus est ditior.ibid. num.8.
Quibus in casibus ad Restitutionem non teneatur bonæ fidei possessor.ibid.n.9.
Ad Restitutionem tenentur cooperantes ad damnum alterius.p.30.à n.13. ad 19.& p.31. num.20.
Quando hi ad restitutionem non teneantur. p. 31.n.21.
Quandonam hi debeant restitutionem in solidum quærere, & quando non?ibidem.numero 22.
Res aliena alteri debita restituenda est, si extat, & si non extat eius valor.ibid.n.23.
Tantum restituendum quantum sufficiat ad faciendam debiti æqualitatem.ibid.n.24.
Restituere quid teneatur Regularis cuiusque concubina.p.32.n.26.
Quid item concubina pupilli vel minoris restituere teneatur.ibid.n.27.
Ad Restitutionem tenetur impediens alterum à rei debitæ consecutione.p.32.n.28.
Quid si si res non erat debita ex iustitia. ibid. num.29.
Quid si impeditur qui per vim,fraudem vel calumniam,cùm res non est debita.ibid.n.30.
Ad Restitutione m solum tenetur pro damnis occisor, vel mutilator.p.33.n.31.
Quid de ebrio,occidente,vel vulnerante,deque eo,qui alterum pro alio occidit veniat dicendum.ibid.n.32.
Quid Restituere debeat, aut non debeat occisor,aut mutilator.ibid.n.33.
Nil Restituere tenetur qui virginem importunis precibus flexit.p.33.n.35.
Quid si per promissionem veram vel fictam.ibidem n.36.
Quid restitui debeat pro adulterio.p.34.numer. 38.39.& 40.
Restituere tenetur vterque adulterans damna si possint natâ prole.ibid.n.38.
Restituenda fama pro fama,non pecunia. ibid. num.41.
Quid restituendum pro fama,& bonis spiritualibus:vt inductione ad peccatum,& à regulari statu auocatione.ibid.n.41.& seqq.
Restitutio cui facienda ibid.n.45.
Restitutionis circumstantiæ quæ.p.35.n. 51.& seqq.
Restitutio facienda est propriis expẽsis in eo loco,vbi dominus eam erat possessurus, quando debitum oritur ex iniusta acceptione.ibid. numer.51.
Vt Restitutionis modus ediscatur,quatuor traduntur regulæ.ibid.n.54.
Qui Restitutionem differt longo tempore,quot peccata perpetret.p.36.n.58.
Res quæ in specie extant certis dominis integrè restituendę sunt.ibid.n.60.
Inter cooperantes ad damnum, quinam prius restituere teneantur.p.37.n.66.
Restituente causa principali cæteræ liberæ sunt. ibid.n.67.
Restitutio differri potest quadrupliciter.ibidem num.68
Restitutionis obligationem quatuor causæ omnino extinguentes admittuntur. p. 38.n.69 70.71.& 72.
Quonammodo Religionis ingressus liberet à restitutione.ibid,n.73.
An restitutio damni illati contra iustitiam distributiuam sit actus Iustitiæ distributiuę.& nõ commutatiuæ.p.39.n.77.
Restitutionis præceptum an sit affirmatiuum & non negatiuum.p.40.n.81.
Restituẽdi obligatio an oriatur ex qualibet culpa,etiam leui & leuissima ibid.n.85.
An Restituendi obligatio consurgat in conscientia ob damnum ex culpa veniali theologica obueniens.p.41.n.89.

Index Rerum,

An si ex culpa venali oriatur Restituendi obligatio, talis obligatio sit restituendi totum damnum?ibid.n.93.

Ad Restitutionem teneturne is,qui ignorantia comitante damnum intulit.pagina 42.numero 97.

An ad Restitutionem damni tertio euenientis, teneatur damnum alicui inferens,quod alteri tertio imputatur.ibid.n.101.

Vtrum ad Restitutionem teneatur ex culpa minori,quàm lata, qui accipit rem ex contractu cedente in vtilitatem sui ipsius, & etiam qui accipit rem ex contractu cedente in vtilitatem ipsius,& in vtilitatem dantis,vt ex contractu locationis,& conductionis.p.43.n.104.

An qui rem furtiuam vel malâ fide emit teneatur eam Restituere proprio Domino,vel eam furi reddere possit, vt ab illa pretium recuperet.p.45.n.119.

An ad Restitutionem obliget iniusta acceptio. ibid.n.123.

Emit quis rem alienam pretio iusto, & adhuc durante bona fide iterum vendit alteri æquali, vel minori pretio, obligaturne ad Restituendum si factus est ditior.p.48.n.137.

An ad Restitutionem integram teneatur commodatarius,quando dubitat, an sua culpa res commodata perierit.p.56.n.192.

An Restituere debeat meretrix turpitudinis lucrum.p.57.n.202.

Debetne Restitui pretium à fœmina acceptum ante vsum corporis acceptum. p.58.nu.206.

Suntne Restituenda accepta ob quodlibet peccatum.p.58.n.212.

Debentne Restitui quæ alicui dantur, vt faciat vel omittat id ad quod faciendum tenebatur ex iustitia.p.59.n.218.

Accipiens vt faciat quod debet ex aliis præceptis extra materiam iustitiæ facere,debetne id Restituere ex iustitia.p.60.n.221.

An ad Restitutionem teneatur qui mendacijs ac fraudibus impedit ne confiscentur sua, vel alterius bona quæ in commissi criminis pœnam fisco addicenda erant?p.61.n.230.

Quoties agitur de Restitutione lucri cessantis, vel damni emergentis,quid sit restituendum. p.62.n.235.

Vt ad Restitutionem obligentur cooperantes ad damnum iniustum, quid sit necesse?ibid. num.238.

An ad restitutionem totius damni teneatur consulens volenti furari intra duodecim dies, vt furetur cras,ibid.n.241.

An ad Restitutionem damnorum teneatur mandans homicidium patrari,sed voluntate mutata,renocat mandatum, & hoc mandatario intimat, qui putat id à mandante non ferrio dici,& ex vi primæ iussionis occidit? p.63. n.245.246. & p.64.n.247.

Qui non mandauit damnum alteri inferri,sed ratum postea habuit,teneturne ad Restirutionem,sicut si mandasset.p.64.n.253.

An hic liber sit à Restitnendi obligatione, qui consilio aliquem ad damnum inferendum monet,& postea re integra consilium renocat.p.65.n.256.

An ad Restitutionem teneatur consulens alicui duellum, & is quem consuluit ea occasione occisus est.ibid.n.259.

An ad Restitutionem teneantur Scholastici nolentes in collatione cathedræ ferre suffragium. p.68.n.277.

Quandonam ad Restitutionem teneatur adulator.ibid.n.278.

Recipiens in Domo sua ad ludendum illos de quibus constat aut suspicio est res esse alienas, si cooperetur dans chartas aut aleas ad ludendum,tenetur ad Restitutionem.p.69.nu.284.

An teneatur Restituere partem non totum, ad damnum ponitiuè cooperans.p.70.n.287.

Non Restituentibus socijs, an miles gregarius teneatur in solidum ad totum damnum, qui adiunit in bello iniusto?p.71.nn.293.

An Restituere teneatur is, qui ex iustitia non tenebatur impedire damnum alterius, sed ex charitate tantum,tamen ex odio non impediuit.p.72.n.300.

An Restituere semper teneatur quis pretium, quodà fure accepit, ne eius furtum impediat,vel nunquam non taceat.p.73. n.310.

An famulus ad restitutionem teneatur,cui peculiariter cura atque custodia est demandata, cum videt non à domestico,sed ab extraneo furtum de rebus domestic is fieri,aut non impedit,aut non manifestat.p.74.n.314.

Restitutio debita ex delicto faciendane est expensis debitoris,quando creditor ad alium locum abijt.p.79.n.35.

Si ad Restituendam rem in loco vbi creditor commoratur,sit multum expendendum, estne Restitutio gerenda debitoris ex delicto expensis.p.80.n.357.

Quod ex contractu licito debetur, Restituendumne est debitoris expensis,ipso longius recedente?ibid.n.361.

An debeat absolutionem consequi pœnitens, qui admonitus alias confessario Restitutionem promisit,& non obseruauit?p.81.n.363. & 364.

Restituendi opportunitatem, aut potentiam non habens,an teneatur habere propositũ Restituẽdi, quando poterit? ibid.numero360.

Cui multo tempore Restituere omittit,an committat plura peccata? p.82.n.373.

Accipiens mutuum ante necessitatem ob quam à Restitutione excusatur, an transacta necessitate soluere debeat mutuum.ibid. num. 376.

An Restituere teneatur,qui necessitate pressus rem alienam absumpsit, quando creditor in eadem versatur indigentia? pagin.83. num. 383.

An Restitutionem possis omittere aut differre ob extremam tuam aut tuorum parentum necessitatem.p.84.n.385.

Vtrum ob graue detrimentum, quod quis ex Restitutione in bonis fortunæ incurret possit eam differre? ibidem numero 385.

An quando debitor iustè excusatur à Restitutione facienda statim ob notabile detrimentum,debeat postea vltra debitum ipsum Restituere etiam damnum lucri cessantis, quod creditor ob eam dilationem est passus?ibid. n.391.

An à Restitutione facienda creditori nocitura debitor excusetur.p.85.n.398.

An qui Restituit creditori debitum quo ipse abusurus est,debitore sciente,in alterius iniuriam contra iustitiam peccet.p.86.n.401.

Quandonam

Quandonam ab onere Restituendi liberetur debitor.p.90.n.433.
An ad Restitutionem teneantur legatæ pecuniæ distributores,quando testator præcipit,vt summa quædam pauperioribus detur,si id non faciant.p.155.n.484.
An ad Restitutionem teneatur lædens emendo aut vendendo intra dimidium.p.178.n.154.
An ad Restitutionem teneatur,qui veras litteras conscissas legit,quarum occasione alteri lucrum præripuit.p.186.n.237.

Retractus.

Retractus in genere quis vocitetur.pagin.184. numer 194.
An Retractui sint subiecta mobilia pretiosa, gemmæ videlicet,arma.&c.ibi.n.197.

S

Scholasticus.

SCholasticus,cui desunt requisita accidentalia ad suffragium, peccatne suffragium ferendo.p.67.n.271.
Si scholasticus interrogatus an aliquod ex statutis vniuersitatis accidentalibus violauerit,neget,& ita absoluatur,& suffragium ferat,teneturne postea ad Restitutionem si causa fuit quod qui dignus erat,cathedram non sit assecutus.p.68.n.274.
An Scholastici,qui in cathedrę collatione nolũt ferre suffragium peccent, & ad restitutionem teneantur.ibid.n.277.

Scriptura.

An Scriptura priuata prior prænaleat in foro interno,si eius veritatem secundus creditor fateatur.p.76.n.330.

Seruus, Seruitus.

Seruus an habeat absolutum dominium à Domino independens aliquibus in casibus. p.11. n.54.respondetur affirmatiuè,negatiuè.ibid.n. 55.Et affertur Auctoris resolutio.ibid.n:56.
An aliquis possit seruituti perpetuæ eum subiicere , qui redimit alium pretio ablato,ab imminenti morte vel mutilatione?p.12.n.63.
An serui iure belli capti possint licitè fugere ? p.14.n.83.

Societas,Socius.

Societatis contractus quis dicatur.p.235.n.1.
Quot ad Societatis contractũ requirantur.ibid.
Societas quotuplex veniat admittenda. ibidem num.2.
Societas quot modis contrahatur.ibid.n.3.
Quandonam societatis contractus sit licitus p. 236.num.4.
Ad Societatem animalium quot requirantur conditiones.ibid.n.5.
Quandonam societatis animalium contractus sit iniquus.ibid.n.6.
Societatis damna ad quemnam pertineant.ibid. num.7.
Societatis expensæ ad quemnam spectent.pag. 236.n.8.
Qui de eleemosynis à socio factis, qui apponit industriam:ibid.n.9.
An socius debeat expensas ex propria pecunia facere,cum pro capitalis & mercium conseruatione sunt faciendæ,quæ extrahi ex capitali non possunt.ibid.n.10.
In Societate,in qua alter pecuniam,alter operam confert,an censeatur pecunia communicata, ita vt finitâ Societate,sit vel non sit diuidenda.p.274.n.82.
Cum socius pecuniam,alter industriam confert, & perit , an communis sit iactura.ibid.n.85.
In Societatis contractu licet lucrum,saluo capitali,comparare.p.248.n.89.
An in societate super animalibus inita sit contractus licitus,si periculum in accipientẽ reiicias,ipseque tibi obligetur ęstimationem in quocumque euentu præsentem soluere,communicato lucro,& emolumento quod superfuerit.ibid.n.93.
An ad soluendas pro societate expensas, ea debeant detrahi,quæ quis domi insumeret , si non iniisset societatem.p.24.n.979.
An societas possit contrahi inter patrem & filium sub eius potestate constitutum.p.249. n.102.& 103.
Cum societas transit ad hæredes,debetne transire non solum ad primos hæredes,sed ad subsequentes.p.250.n.108.

Solutio

Solutio in debitis ex contractu fieri debet tempore,quo inter partes conuentum fuit. p.36. num.55.
In solutione debitorum certorum seruandus ordo.p.37.n.64.
An si solutio iuramento confirmetur,filiusfamilias obligetur ex mutuo exceptione Macedonianâ appositâ.p.127.n. 243.
An à solutione mutui in foro externo tantum deobligentur filiifamilias exceptione Macedoniani apposita.p.128.p.249.
Si ad solutionem mutui facti Ecclesiæ necessũ sit bona immobilia,,aut mobilia pretiosa alienare,num obligetur mutuãs probare mutuatã pecuniam versam esse in illius Ecclesiæ vtilitatem.ibid.n 253.
Solutio quandonã dicatur difficilis.pagina 160. num.18.

Sors.

An vltra sortem recipi aliquid possit ratione damni emergentis.p.133.n.288.& n.289.
An vltra sortem ex mutuo possit aliquid recipi lucri cessantis titulo.ibid.n.293.
Ad assecurandam sortem potestne mutuator pretium à mutuatario exigere.p.136.n.311.
Sortium diuisoriarum sermo.p.220.n.15.
Sortes diuisoriæ , quænam dicantur.ibid.n.16.
Earum differentia.ibid.
An sortium contractus sit licitus si fraus absit. ibid,n.17.
Electio per sortes prohibita est in ecclesiasticis Beneficiis.ibid.n.18.
Sortium contractus,qui *el lotto* dicitur,quisnam dicatur.ibid.n.19.

Sponsio.

Sponsio quid sit.p.219.n.8.
Ad sponsionis institiam quot requirantur conditiones.ibid.n.9.
Non potest sponsionem facere,qui certo scit rem de qua disputatur.ibid.n.10.
Quid si postea dubitare inciperet.ibidem. numero 11.
Sponsiones de re illicita prohibitæ. ibidem numero 12.
Qui post sponsionem implere non vult debet sponsionem soluere.ibid.n.13.

An sponsiones per se sint licitæ pro vita, & electione Card.nalium,an prohibitæ?p.220.numero.14.
An sponsionem quis acceptare possit, & retinere lucrum,si protestetur alteri, se esse certum, alius tamen adhuc contendit, ac vult spondere?p.224.n.45.
An sponsionem liceat contra tres concurrentes ad officium,vel cathedram facere?ibid.n. 49.
An sponsio solo consensu perficiatur?pag.225. num.52.
An sponsio sit irrita super electione futura summi pontificis aut Cardinalium? ibidem. numero55.

Sterilitas.

Quid sterilitatis omnimodæ nomine intelligatur,quæ omnino ab vlla pensione excusat?p. 209.n.410.

Stipulatio.

Stipulatio quid sit?p.242.n.57.
Stipulatio an valeat facta in vno idiomate interrogatione,& responsione in alio?ibid.n.58.
Stipulationem debet responsio sequi. pag.243. num.59.
Circa stipulationem quot veniant obseruanda? ibid.n.60.

Successio.

An Successio filij in bonis paternis sit de iure diuino?p.150.n 439.

Suffragium.

Vide Verb.*Scholasticus.*
Per suffragium suum concurrens ad damnum iniustum quod solo suo suffragio inferri non poterat teneturne ad totum damnum? pag. 70.n.290.

Sumptus.

Sumptuum diminutio vndenam proueniat.pag. 79.n.355.

Superior.

Superiores quonam modo possint Religioso cõcedere bona stabilia ad vsum duntaxat, aut administrationem.p.3.n.10.
Superiores Regularium quid possint donare.p. 97.n.17.

T

Testamentum,Testator.

TEstamentum quid sit?p.99. n.40.
Testamentum quotuplex admittatur. pag. 100.num.41.
Ad Testamentum clausum quæ requirãtur.ibid.
Ad Testamentum nuncupatiuum quænam sint requisita?ibid.n.42.
Testamentum militare quid sit ibid.n.43.
Quid sit Testamentũ ad pias causas.ibid.n.44.
Quodnam dicatur Testamentum ad causas non pias?ibid.n.45.
Quinam Testari possint & non possint.ibidem num.46.
Qui in Testamento possint, & non possint hæredes & legatarij instituí.ibid.n.47. Quid de filiis naturalibus circa hæreditatem & legatum.p 101.n.48.Qui item de filiis spuriis.ibidem n.49.
An Testamenti executores possint esse Religiosi.ibid.n.52.
Testamenti vices exerit codicillus addita clausula codicillari.pagin.102.numero 56.
Ad Testamenti similitudinem dupliciter fieri possunt codicilli.ibid.n.58.
Si Testamenti non reuocandi adiectum est iuramentum,potestne adhuc licite reuocari. p. 142.n.367.
Posito quod Testamentum iuramento confirmatum licite reuocari non valeat,valideне potest reuocari.p.143.n.370.
Si Testator voto se Deo obliganit relinquendi mille aureos pro pauperibus & illos relinquat. an possit hoc legatum reuocare?p.143.n.377.
An Testator possit ex facultate regis vel principis supremi irreuocabile testamentum condere,itaut nec valide quidem reuocare valeat. p.144.n.380.
Quando Testamentum est conditum à non habente filios,qui tamen postea habuit, id testamentum reuocatumne censetur,quoad legata.ibid.n.384.
Quodnam Testamentum ad legata censeatur reuocatum p.145.n.387.
Quis Testamentum in morbo gessit adiecta hac verborum formâ, *si hoc morbo è vita discessero &c.*at postea cõualuit,& nullum aliud testamentum condidit an valeat prius testamentum.p.145.n.390.
An Testamentũ valide condere possit is,de quo constat habuisse dilucida interualla, & non constat,num actus gestus fuerit tempore sanæ,mentis.ibid.n.393.
Cum quis Testatorem occidit, eóque ipso ab occisi excluditur hæreditate,hæreditas illa applicaturne fisco?p.146.n.401.
An Testatoris consanguinei pauperes præferẽdi in electione pauperum, quibus generatim legatum relinquitur.p.154.n.471.
Quando Testator præcipit vt summa quædam pauperioribus detur,si id non fiat,an distributores ad restitutionẽ teneantur.p.155.n.484.
Testamenti executori debeturne sui officij ratione.salarium.p.157.

Testis.

Testis vnicus an probet sufficienter possessionem.p.24.n.165.

Thesaurus.

An Thesaurus inuentus non casu,sed ex intentione totus cedat Domino fundi,si cum licẽtia eius quæratur.p.13.n.71.72.73.
An Thesaurus in loco sacro,nempè in templo vel cæmeterio inuentus pertineat ex parte ad loci sacri Prælatum,aut ad Ecclesiam.p.16.n. 98.99.100.
Thesaurus in publico loco inuentus an sit diuidendus inter fiscum & inuentorem.ibid.n.101. 102.& 103.
Quis Thesaurus diuidendus inter Proprietariũ, & feudatarium.ibid.n.106.
An sciens in fundo latere Thesaurum,possit licitè eum emere pretio cõmuni,nihil ob Thesaurum latẽtem adiiciens.p.17.n.109.
Vtrum consuetudine vel Principis decreto statui possit, quod Thesauri omnino ad Principem spectent.ibid.n.112.

Titulus.

Titulus probabiliter præsumptus requiritur ad præscriptionem.p.9.n.42.

Transactio.

Transactio quæ dicatur.p.245.n.73
Transactio quis dicatur contractus ibid.n.74.

Transactionis contractus iura veniunt expendenda.ibid.
Transactionis contractus validitas quæ?cum alter transigentium est deceptus?ibid.n.75.
Transigere non potest,qui non potest alienare. ibid.n.76.
Transactio super alimentis quæ dicatur.ibidem num.77.
Transactio particularis quæ sit?ibid.
Quid item sit Transactio generalis?ibid.

Tutela.

Tutela quid sit?p.241.n.50.
Tutela triplex admittitur?ibid.n.51.
Tutelæ duratio.ibid.n.52.

Tutor.

Tutor potestne de Bonis pupilli donatione remuneratoria sine termino præfixo donare?p. 120.n.185.
Tutor quis dicatur.p.241.n.50.
Quinam possint institui Tutores.ibid.n.53.
Tutor ex qua culpa teneatur?p.242.n.53.
Tutor ad quot teneatur?ibid.n.54.
Tutor quid debeat agere cum ad æs alienum solnendum, vendenda pupilli, vel minoris sint bona?ibid.n.55.
Tutor tenetur facere inuentarium bonorum pupilli.ibid.n.56.

V

Venatio.

AN Venatio animalium iure naturali communium possit à principibus prohiberi.p. 14.n.86.
Venari columbas columbariorum extra leucam an sit licitum.p.15.n.93.

Venditio, Venditor.

Quando Venditio facta est, Dominio rei venditæ verè in emptorem transeunte,sed nondum soluto pretio, an debeat venditor circa rem illam alijs creditoribus, donec pretium soluatur præferri.p.75.n. 321.
Venditio,& emptio vnum contractum reciprocum constituunt.p.158.n.2.
Omnia,quæ pecunia æstimantur vendi possunt. ibid.n.4.
Vendi per se non possunt spiritualia. p.159.n.5.
Iure prohibitum est publicam rem à priuata persona vendi.ibid.n.6.
Venditio rei alienæ inualida est quoad dominij translationem.p.159.n.9.
Venditio hominis liberi iure communi an sit irrita?ibid.n.10.
Et an in aliquibus casibus possit esse valida.ibid.
An Venditor possit eodem tempore vni venundare carius,quàm alteri,& carius,credito,quàm numerata pecunia?ibid.n.12.
Duplex rerum venalium pretium admittitur. ibid.n.11.
Qui vendit rem notabiliter excedentem in bonitate alias,quæ communiter vendi solent,an possit aliquid vltra taxam exigere.p.160.n.15.
Venditio quid?ibid.n.20.
Quando in Venditione apponitur pactum de retrouendendo,res plus minusque valet. ibid. num.21?
An careat vsura contractus, quo Venditor rem pecunia credita,pretio dat rigoroso,& postea eam statim redimit,numerata pecunia medio, vel infimo?p.161.n.23.
Quot causæ enumerentur ob quas licitum sit rem pluris Vendere?ibid.n.24.
Quando illicitum,& quando licitum sit res carius Vendere exteris,quam indigenis?ibidem num.26.
Non licet rem carius vendere,eo quod sit valde vtilis emptori?ibid.n.27.
Quandonam venditio dicatur nulla cum obligatione restituendi damna.p.162.n.31.
Venditor teneturne manifestare vitium patens rei, nisi agnoscat in emptore inuincibilem inaduertentiam.ibid.n.33.
A Venditore rei vitium ignorante, an contractus celebratus sit validus.ibid.n.35.
Venditor teneturne ad restitutionem,si vinum deterius non efficiatur dum aqua diluitur. ibid.n.36.
Venditori restituens rem emptam ob occultum vitium, debetne restituere simul fructus rei medio tempore collectos?ibid.n 37.
Post Venditionem res periens, cuinam pereat? ibid.n.39.
Et quot casus excipiantur, in quibus res venditori pereat?ibid.
Ex venditione oritur obligatio ad rei euictionem.p.163.n.41.
Quandonam quis cogi potest ad res suas vendendas?ibid.nu.42.
Vendine possunt quanti contrahentes inter se conuenerint,res,quæ nec pretium legitimum nec vulgare habent?p.171.n.99.
An naturales frumentum ee suis agris collectum,quod est æque bonum,imò fortè melius, possint sine taxa vendere,cum exteri sine taxa vendunt.p.172.n.103.
Triticum vltra taxam emens ab eo qui licitè vendit ratione asportationis,poteritne id eodem pretio alteri reuendere?p.173.nu.112.
Vendine possunt res carius, quam per se valent ratione solutionis creditæ.p.175.n.129.
An cum Venditio intelligitur esse de corpore, pretium minuendum sit,vel augendum,si plures vel pauciores mensuræ expressis reperiantur.p.181.n.171.
An Venditor teneatur vitium occultum mercis manifestare,nec notabiliter noxium,nec reddens emptori inutilem mercem? ibidem numer.175.
Facto Venditionis contractu, teneturne Venditor, rem Venditam tradere emptori, cum primùm possit, & an satisfaciat interesse soluendo? pagina 182. numero 178.
Si Venditio completa non sit, eo quod neque pretium non sit solutum,nec fides de ipso accepta,an fructus competant Venditori? ibid. num.182.
An Venditor etsi priuilegiatus debeat sequi in causa forum emptoris, cum emptor de euictione agit?p.185.n.193.
An facto reuendendi pacto in fauorem venditoris, emptor possit compelli ad reuendendum.p.15.8n.204.
An si quis promittat se contracturum obligationem reuendendi, possit ad reuendendum compelli.ibid.n.207.
An ex Venditoris debito possit emi census ex iure naturali.p.198.n.314.

An

An Venditor possit obligari ad non redimendum censum per partes, attento iure pontificio.p.201.n.334.
An ob Venditionis assecurationem licitum sit, aliquid promittere, aut dare ei qui pretium auxerit,quando aliquid sub hasta venditur.p. 223.n.41.

Versura.

Versuræ,quas vulgo mostras vocitamus,sintne licitæ,& validæ?p.187.n.222.

Vsus.Vsusfructus,Vsufructuarius.

Vsus quid.p.7.n.52.
Quid possit qui habet ius nudum sine vsufructu.ibid.n.33.
Vsusfructus quid.ibid.n.34.
Discrimen inter Dominium, Vsum & Vsumfructum. ibid.n.35.
Vsusfructus duplex admittitur.ibid.n.36.
Quinque Vsufructuarij obligationes inueniuntur.ibid.n.37.
Quot modis vsusfructus amittatur.p.8.nn.38.
Vsusfructus monachorum quis intelligatur.ibid. num.39.
An in iis quæ vsu consumuntur, vsus distinguatur a dominio?p.10.nu. 47.vbi negatiua propositio,deducitur,& inde n.48.affirmatiua affertur. Deinde resultat Auctoris opinio Fratrum Minorum stabilientis paupertatem perfectissimam.ibid.n.49.
An Vsufructuarius astringatur ad inuentarium rei in vsumfructum sibi concessæ conficiendum, vel etiam cum testator remittit huiusmodi obligationem.p.23.nu.154.
An Vsusfructus debeat concedi ex sola iuratoria cautione ei, qui non potest fideiussores inuenire eo quod inops sit,vel forensis. ibid. num.158.

Vsura,Vsurarius.

Vsura quę veniat intelligenda.p. 103.n.66.
Ad Vsuræ rationem quot requirantur. ibidem num.68.
Quotuplex Vsura admittatur.ibid.n.68.
Vsura aperta quæ.ibid.
Vsura palliata quæ item dicatur.ibid.
Vsura dicitur alia externa, alia demum mentalis.ibid.
An Vsura sit Iure positiuo diuino ac humano, imo naturali prohibita?p.104.n.69.
Regulę quibus Vsurarius animus valeat agnosci admittun.ur.ibid.n.70.
Plures casus in quibus mutuum Vsurarium est adducuntur.ibid.n.71.
Plures casus in quibus mutuum non est Vsurarium afferuntur.ibid.n.72.
Ab Vsura liberat lucrum cessans aut damnum emergens.ibid.n.73.
Vsurariorum pœnæ quæ dicantur.ibid.n. 76.
In qua receptione Vsura constituatur. p. 130 n.268.
An sit Vsuræ materia si vi mutui exigatur à mutuatario amicitiam, familiaritatem,&c.p. 131.n.271.
An sit Vsuræ materia vi mutui exigere remissionem iniuriæ, seu famæ restitutionem. pag. 131.n.274.
An sit Vsura, si quis exigat à mutuatario, vt officium,vel beneficium sibi concedat?ibidem num.277.
An sit Vsura mutuare cum pacto vt eadem pecunia in specie,vel eadem quantitas soluatur, p.132.n.280.
An sit Vsura obligare mutuatarium ad aliquam actionem præstandam, ad quam ipse obligatus erat ex charitate.ibid.n. 284.
Excusatur ab Vsura; qui mutuatarium obligat ad obligationem antidoralem, seu quæ ex gratitudine denegatur exequendam.pag.133. num.287.
Sine Vsura potestne proprietarius laicus recipere fructus pignoris feudalis non computandos in sortem.p.138.n.327.
An ab Vsura excusentur pietatis montes. ibid. num.333.
An vsurarius acquirat dominium eorum, quæ per vsuras comparat.p.139. num.340.
An si quis ad Vsuram concurrens partes mutuantis gerat,peccet contra iustitiam, teneaturque ad restitutionem.p.140.n. 344.
An sub Vsuris tantum petere a fœneratore parato absque necessitate, seu vtilitate sit mortale.p.141.n.351.
An sufficiat vt quis Vsurarius manifestus valeat appellari, vt semel vel iterum vsuras publice exercuerit. ibid.n. 354.
Vt Vsurarius pœnis à iure impositis afficiatur an debeat iudicis sententia accedere. ibidem. num.357.
An solus ille qui Vsuras palam exercuisse constiterit comprehendatur in omnibus pœnis,à iure vsurario indictis.p.142.n.359.& 360.
An Vsuras semel vel iterum exigens,aut occultè exigens possit tum ab Ecclesiastico, tum à sæculari iudice puniri pœnis arbitrariis. ibid. n.363.
An Vsurarij ad causas pias valida sint legata.p. 146. num. 397.

Vxor.

Vxor quid possit,& non possit donare.pag.96. num.15.
Vxor defuncto viro potestne fructus pignoris, quod fuit à dotante, durante matrimonio concessum percipere non computandos in sortem dotis expectatæ, nisi ratione lucri cessantis vel damni emergentis,aut ratione pœnæ conuentionalis, vel donationis, pag.137. num.318.
An Vxor possit post viduitatis annum non computans in sortem dotis pignoris recipere fructus,nisi fortè lucri cessantis ratione.ibid. num.321.
Vxor factæ locationi tenetur stare p.167.n.75.
Vxor soluto matrimonio teneturne stare locationi rei dotalis à marito factæ? p.208.nmer.404.

FINIS.

R. P. ANTONII
DE ESCOBAR ET MENDOZA,
VALLISOLETANI,
Societatis IESV Theologi,

VNIVERSÆ THEOLOGIÆ
MORALIS, RECEPTIORES ABSQVE
Lite Sententiæ nec-non Controuersæ Disquisitiones,

TOMI QVINTI PARS ALTERA.
ECCLESIÆ PRÆCEPTA.

QVINQVE LIBRIS TOTIDEM MATERIAS ex ponit, scilicet, de Missa audienda, de annua Confessione, de Communione in Paschate, de Ieiunio, de Decimis.

ESCOBAR
Theol: Mor.
Tom: V.VI.VII.
E. IV
6

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facultas P. Prouincialis Societatis IESV Prouinciæ Castellanæ.

EGO Antonius de Ibarra Prouincialis Societatis IESV in Castellana Prouincia, potestate ad id mihi facta à R.admodum P.nostro Gosuinio Nichel Generali Præposito, facultatem facio, vt *Tractatus de Præceptis Ecclesiæ à P. Antonio de Escobar & Mendoza* compositus & eiusdem Societatis grauium, doctorumque Hominum iudicio approbatus Typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & officij nostri sigillo munitas dedimus Vallisoleti die Augusti 27. anni 1660.

ANTONIVS DE IBARRA.

APPROBATIO.

R*P. Antonij de Escobar Societatis IESV Tomos Tertium, Quartum, Quintum, Sextũ & Septimum vniuersæ Theologiæ Moralis* attente perlegimus nos infra scripti facultatis Parisiensis Doctores Theologi nihilque in illis occurrit, quod non sit planè consentaneum tum fidei Catholicæ, tum probis moribus; adeoque luce publica dignos. Actum Lugduni die 9. Februarij 1663.

Fr. CYRILLVS MOREL *Carmeli Lugd. Prior.*

Fr. STEPH. MOLIN *Carmelita.*

Approbatio

Approbatio Ordinarij.

CVM hos quinque Tomos, nempe *Tertium*, *Quartum*, *Quintum*, *Sextum & Septimum Vniuerſæ Theologiæ Moralis*, quorum Author eſt *R. P. Antonius de Eſcobar Societatis IESV*, ſe attentè perlegiſſe ſuprà nominati Facultatis Pariſienſis Doctores Theologi teſtentur, nihilque in illis deprehendiſſe, quod non ſit planè conſentaneum tum fidei Catholicæ tum probis moribus. Idcircò quinque præfatos Tomos typis mandari & in lucem prodire non abnuimus. Lugduni die 15. Februarij 1663.

DE-NEVF-VILLE *Abbas S. Iuſti Vic. Gen.*

Conſenſus Procuratoris Regij.

LIbrum inſcriptum R. P. Antonij de Eſcobar, & Mendoza Societatis IESV Theologi, *Theologia Moralis*, typis mandari & in Lucem edi, Sumptibus PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD, PETRI BORDE, GVILLELMI BARBIER, Bibliopolarum Lugdunenſium, Ego Regis Conſiliarius & Procurator in Lugdunenſi Præfectura, non impedio. Datum Lugduni die 16. Februarij 1663.

VIDAVD.

PERMISSIO.

VIſo Procuratoris Regis Conſenſu, Librum huncce typis mandari à prædictis Bibliopolis Lugdunenſibus, concedimus, & ne quis vltra conceſſam facultatem denuo excudat inhibemus, Datum Lugduni. Die 20. Februarij 1663.

DE SEVE.

INDEX

INDEX
CAPITVM ET DVBIORVM
quæ in hac Tomi quinti Parte secunda continentur.

LIBER XLII.

Preceptum Primum, De Missæ Auditione. pag. 1.

SECTIO I.

De Præcepto audiendi Missam, Receptiores sine lite sententiæ. p.2.

Cap.1. DE natura huius Præcepti, ac personis quas obligat. p.2
2. De Missæ exaudiendæ integritate. p.3
4. De loco, vbi audienda est Missa. ibid.
3. De huius Præcepti materia, quæ est præsentia humana, ac religiosa. p.4
5. De causis à præcepto audiendi Sacrum excusantibus. p.5

SECTIO II.

De Præcepto audiendi Missam. Quæstiones dubiæ. p.6

Cap.6. CIrca huius Præcepti naturam de diebusque pro quibus est impositum ibidem
D.1. An sit de Fide certum, dari præceptum de audiendo in Festis Sacro. ibidem
Quæst. incidens. Num in Quadragesimæ Feriis vi præcepti huius teneatur quis Sacrum exaudire. ibidem
Quæst. inc. Num in Sanctæ Hebdomadæ triduo vi præcepti Ecclesiastici Missam audire teneamur. pag.8
Quæst. inc. Num præceptum hoc suo ex genere ad lethale obliget. ibid.
2. An præceptum hoc sit ex iure diuino, ibidem.
Quæst. inc. Num ante Concilium Agathense fuerit in Ecclesia de exaudiendo Sacro præceptum. p.9
3. An Pontifex summus possit in præcepto Missæ exaudiēdæ dispensare. ibid.
Cap. 7. Circa Personas, quæ ad huius obseruationem obligantur. ibid.
4. An statim ac quis annos discretionis inierit teneatur hoc præceptum obseruare. ibid.
Quæst. inc. Num Ecclesiasticæ personæ nempe Episcopi, Sacerdotes, Religiosi præceptū hoc tenēatur obseruare. p.10
Quæst. inc. Vtrum, qui in festo non potest Missam, ac Concionem audire teneatur potius Missam audire, quam Concionem: vel è contra Concioni potiusquam Missæ interesse. ibid.
5. An Episcopus possit sub censuris præcipere vt Missam subditi in propriis Parochiis exaudiant. ibid
Quæst. inc. Num huius præcepti vi fideles teneantur Missam maiorem exaudire, quando in propria Parochia sei lubet præcepto satisfacere. p.11
6. An qui hora secunda, vel tertia Missā audierit, satisfaciat, huic Præcepto. ibid.
7. An cùm Missa coram Summo Præsule in nocte Natalis Domini celebratur ante mediam noctem, sufficiat, præcepto audiendi Missam in die Natalis, qui illi Sacro interest. ibid.
8. An si vigilia, Natiuitatis in Dominica occurrit, possit quis præceptum audiendæ Missæ in Dominica

implere, si assistat misse, quæ oram Pontifice summo in natalitij Domini vespera ante mediam noctem celebratur. p.12

Cap. 8. Circa Missæ ex Præcepto audiendæ Integritatem. ibid.

9. An qui vsque ad Epistolam exclusiue quis in Missa omittit, adimpleat præceptum. ibidem

10. An qui omittit ab Introitu vsque ad Epistolam inclusiue, satisfaciat obligationi. ibidem

Quæst. inc. Nùm qui ab introitu vsque ad offertorium exclusiue, & post Communionem vsque ad Missæ finem omittit præcepti fit reus violati? p.13

11. An qui omittit ab Introitu vsque ad Euangelium inclusiue: impleat præceptum. ibid.

12. An qui ab Introitu vsque ad Euangelium inclusiue omittit, sed non mox post benedictionem recedit, D. Ioannis Euangelium audit: præceptum impleat. ibid.

13. An qui ab Introitu Missæ vsque ad Euangelium inclusiuè omisit, nec per vltimi Euangelij suppleuit auditionem, attamen post Missam priuatim Euangelium omissum per se, vel per alium legit: impleat? p.14.

14 An qui omittit Introitum vsque ad Epistolam inclusiue, & omnia, quæ Sacerdos post absumptum Calicem dictitat: integram ad præcepti obseruationem, Missam exaudiat ibid.

15. An qui à principio Sacri vsque ad Epistolã exclusiue, & post communionem vsque ad terminum prætermittit: faciat præcepto satis ibid.

16. An qui non adest dum post vtriusque speciei consecrationem à Sacerdote fit Oblatio: impleat audiendæ integræ Missæ præceptum. ibidem.

17. An qui non adest: dùm vtriusque speciei consecratio peragitur: integra maudiat Missam? pagina 15.

18. An qui solummodo Consumptioni Missæ non adest: impleat Sacri audiendi præceptum. ibidem.

19. An qui exit Consecrationis, Communionis, vel alio tempore acturus, aut declaraturus aliquid ad Sacrificium necessarium, verbi gratia, hostiam, vinum, aquam, incensum: audiat integam Missam? ibidem.

20. An Euangelium Ioannis aliusue Euangelistæ, quod in fine Sacri legitur, pertineat ad ipsius integritatem p.16

21. An Confessio præmissa pertineat, ad Missæ integritatem: peccetque venialiter qui illam omittit. ibid.

22. An qui audit ab vno Sacerdote à principio Missæ vsque ad consecrationem, (verbi gratia) ab alio autem à consecratione vsque ad finem: impleat præceptum? pagina 17.

23. An qui audit Missam ab vno Sacerdote à consecratione vsque ad finem, & ab alio postea à principio vsque ad consecrationem: satisfaciat præcepto? ibid.

24. An qui non succesiuè sed simul audit Missam à duobus Sacerdotibus, ab vno scilicet ab initio vsque ad consecrationem, ab alio autem à consecratione vsque ad finem, satisfaciat præcepto? ibidem.

25. An venialiter delinquat, qui absque causa mediam Missam ab vno, & & mediam ab alio Sacerdote exaudit? p.18

26. An qui obligatur ex præcepto, ex votoque duas Missas audire, Vtrique obligationi satisfaciat eas simul audiendo? pag.19

27. An qui ex pœnitentia iniuncta adstrictus est tres Missas verbi gratia audire, satisfaciat illas simul eadem temporis instantia exaudiendo? ibidem.

28. An qui non potest integræ Missæ assistere, potest tamen vsque ad consecrationem exclusiue; debeat, & hanc partem audire. ibid.

29. An qui accedit ad Sacrum audiendum tempore; quo Præfatio dicitur nec alia Missa celebranda subest, teneatur vsque ad finem exaudire? pag.20.

30. An qui Missæ leuem partem omisit, teneatur sub veniali illum supplere defectum altero in Sacro partem omissam audiendo? ibidem.

Caput 9. Circa necessariam ad Missam

Missam audiendam attentionem. ibidem.

31. An qui Missam sine interna attentione exaudit satisfaciat Ecclesiæ præcepto. ibid.

32. An qui dum Missam audit, Horas Canonicas, vel Rosarium (verbi gratia) ex voto, aut ex pœnitentia recitat: Impleat præceptum. pagina 21.

33 An qui dum in festo Missam audit, Horas legis, aut Rosarium recitat in pœnitentia, aut voto, delinquat venialiter. ibid.

34. An si dum Missam audis, tuæ conscientiæ examen geris, impleas præceptum. ibid.

35. An si dum Missæ assistis tua peccata confiteris satisfacias Ecclesiæ præcepto. p 22

36 An qui dum Missæ assistit, cum aliis confabulatur, ridet, iocatur sine interruptione: Impleat præceptum. ibidem.

Cap. 10. Circa audiendi Sacrum Intentionem. ibid.

37. An vt huic præcepto satisfacias, vltra voluntatem audiendi Sacrum, necessaria sit formalis siue expressa voluntas audiendi illud sub intentione præceptum implendi. ibidem.

38. An necessaria sit saltem ad satisfaciendum huic præcepto voluntas implicita, vel virtualis audiendi Sacrum, sub intentione implendi præceptum. p. 23.

39. An qui omnino inuitis cogitur Sacro interesse impleat præceptum. ibidem

40. An satisfaciat præcepto audiendi Sacrum puer, qui quamuis attente illud audiat, non tamen audiisset, nisi eum parens, aut Pedagogus traheret. ibid.

41. An filius, famuli aut pupilli, dum Missam acta audiunt, hunc actum eliciunt, & hanc intentionem habent: *Non audiemus, nisi à parente, hero, aut Pedagogo cogeremur.* Impleant præceptum? p 24

42. An qui vult Missam audire, non tamen intendit præceptum implere, satisfaciat præcepto. ibid.

43. An dum Missæ assistis, & per extasim in diuinorum contemplationem eleuaris: Impleas præceptum. pagina 25.

44. An si dum Missæ assistis Psalmos (ex. c.) vel aliquid ad Deum pertinens scribis, satisfacias præcepto. ibidem.

45. An si Missæ assistis ex deuotione animo non implendi præceptum tali Missæ auditione, sed alterius, quam postmodum intendis audire, si deinde mutas voluntatem secundam audiendi: Vt prima quam ex deuotione audisti, præcepto satisfacias, debeas intra obligationis tempus mutare animum, & velle adimplere præceptum per Missam ex deuotione auditam. ibid.

46. Votum emisisti vnam Missam audiendi, quam animo non satisfaciendi voto exaudis: tenerisne aliam audire, ad voti satisfactionem. p 26.

Cap. 11. Circa corpoream ad Sacrum audiendum assistentiam? ibidem.

47. An qui commodè potest audire, ac videre celebrantem teneatur ad vtrumque huius vi præcepti. ibidem.

48. An qui simul est surdus, mutus, & cœcus, teneatur Missam audire. ibidem.

49 Vt quis Missæ audiendæ præceptum impleat, teneturne adesse in ea Ecclesiam, in qua celebratur. ibid.

50. Missam quæ in Templo celebratur, quis fenestra domus extra Templum extructæ exaudit: Impletne præceptum. p. 27

51. Existens quis in choro stricto post Alere Missam audit: impletne præceptum. ibid.

52. Missam quis audit post Ecclesiæ parietem existens, satisfacitne præcepto. ibid,

C. 11. Circa causas à præcepto audiendi Missam excusantes. p 28

53. Personaliter quis est interdictus, vel excommunicatus, excusaturne ab audiendæ missæ præcepto. ibid.

54. Excommunicatus, vel interdictus facile potest à censura absolutionem obtinere, si eam obtinere non nititur, reusne est violationis Ecclesiastici huius præcepti. ibid.

55. Apud locum interdictum quis commoratur, qui tamen facile potest ad locum non interdictum pergere: Excusaturne ab audiendi Sacri præcepto. ibidem.

56. Habet quis priuilegium vt tempore interdicti possit audire Missam teneturne illo vti, & præceptum implere. p.29.
57 Excusatur ab audiendæ Missæ præcepto, qui alium non habet Sacerdotem nisi personaliter interdictum. ibid.
58. Excusarisne Missæ audiendi præcepto, si non adsit, qui celebret nisi notorius concubinarius. p.30
59. An qui domi per vim, vel ægritudinem, vel loco carceris detinetur, habens inibi Oratorium approbatum: teneturne Sacerdotem stipendio perquirere, vt præcepto satisfaciat. ibidem.
60. Qui domi per vim, vel per ægritudinem detinetur Oratorium approbatum habens teneturne Sacerdotem adducere si absque stipendio possit. ibidem.
61. An distantia vnius leucæ, seu trium milliarium sit sufficiens, vt à Sacro audiendo quis excusetur, si pedestri iter sit acturus incessui. p.31
62. An distantia vnius leucæ sufficiat, ad excusandum à præcepti impletione eũ qui eques iter est peracturus. ibid.
63. Mater, quæ domi manet ad filiarum custodiam, quas sine nocumento puritatis solas relinquere nequit excusaturne à Sacro exaudiendo. ibid.
64. Mater aut nutrix non habens, cui dũ ad missam audiendam pergit, possit infantulum commendare, excusetur à Missæ auditione. p.32
65. An excusetur, à præcepti huius custodia vxor, quam maritus ob zelotypiam domo egredi renuit. ibid.
66. An absolute excusentur famuli, qui vt obediant horis aliquid Missæ tempore imperantibus, eam non exaudiunt. ibid.
67. Fœminæ, aut viri nobiles carent decenti veste, aut comitatu, vt à præcepto audiendi Sacrum excusentur, debentne prius vestem mutuo acceptam, aut comitatum decentem requirere. p.33
68. An Pastores ouium absolute teneantur, Missam audire. ibid.
69. Iter quis agit cum sociis, excusaturne ab audiendo Sacro ea solum ex causa, ne sociis abeuntibus, solus pergere cogatur. ibidem
70. Credit puella, se ab adolescente perdite adamandam, si domo exeat, vt illius peccatum vitet, excusaturne à Sacro exaudiendo. p 34
71. An ignorantia inuincibilis, obliuio, vel inconsideratio diei festi excusent ab implendo audiendæ Missæ præcepto. ibid.
72. An excusentur, à præcepti huius satisfactione viduę, quæ ex recepta consuetudine per semestre, vel annum domi sese, mortuo marito, continent. ibidem.
73. An nobiles puellæ, quæ non solent domo egredi, ad Missam audiendam, excusentur ab huius præcepti impletione, si ad ludos, comœdias, taurorum agitationem, &c. procedant. pagina 35.
74. An excusentur, ab auditione Sacri fœminæ, quæ menstrua afficiuntur ægritudine, vbi viget non accedendi ad Templum eo tempore consuetudo. ibid.
75. An qui ex pietate agendæ Confessionis ob deuotionem detinentur, excusentur absolutè ab audiendi Sacri præcepto. ibid.
76. An qui rationabili ex causa ab audiendo Sacro excusatur, loco illius teneatur, aliud pium opus gerere, aut orationes profundere. ibid.

LIBER XLIII.

Præceptum secundum de Confessione annua.

SECTIO I.

De præcepto annuæ Confessionis receptiores sine pugna sententiæ. pag.37.

Cap. 1. DE personis, quæ Ecclesiasticum Confessionis præceptum obseruare teneantur. ibid.
Cap. 2. De annuæ Confessionis tempore. p.38.
Cap. 3. Qua Confessione fiat satis Præcepto. p.39.
Cap. 4. De causis excusantibus ab huius præcepti transgressione eiusque pœnarum incursu. ibid.
Cap. 5. Circa præcepti huius essentiam. ibid.

Quæst.

Quæst. nc. Vtrum annuæ Confessionis præceptum sub lethali piaculo obliget. ibid.
D. 1. An præceptum hoc obliget per se ad Confessionem. ibid.
Quæst. Inc. Vtrum præceptum hoc quoad substantiam, & quoad tempus sit pure humanum. ibid.
2. An præceptum hoc confitendi semel in anno supponat debere non confiteri statim post commissum lethale peccatum, si est periculum grauis obliuionis. p. 41
Caput 6. Circa eos, qui hoc præceptum tenentur obseruare. ibid.
3. An Summus Præsul obligetur Confessionis annuæ præcepto. ibid.
4. An pueri in quacumque ætate capaces fuerint vsus rationis, sint ad præceptum Confessionis annuæ obligati. ibidem.
5. An hæretici, alijque infideles Sacra vnda diluti, obligentur annuæ Confessionis præcepto. p. 42
Quæst. inc. Num. octogenarij senes teneantur annuæ Confessionis seruare præceptum. p. 43
Quæst. inc. Num qui solum internis peccatis sauciantur, teneantur Confessionis annuæ præceptum implere. ibidem.
6. Quis solummodo venialibus culpis se comperit reum: Ex vi præcepti huius teneturne sub mortali aliqua semel in anno confiteri. ibid.
7 Habet quis lethalia crimina, quæ iusta ex causa Confessario aperire non debet: Tenetur sub mortali venialia confiteri, vt præceptum hoc impleat. p. 44
8. Quis lethale non habens, & ideo annuam omittens Confessionem, teneturne tamen coram proprio Sacerdote comparere, eique se conscientia lethalis piaculi non pungi aperire. ibid.
9. An Ecclesia possit præcipere, saltem de aliquibus venialibus Confessionem. ibid.
Caput 7 Circa Tempus, quo debeat geri annua Confessio. p. 45
10 Quis in anno semel saltem confessus est venialia, sed ante anni terminum mortale committit, teneturne intra illum annum, præfatum crimen lethale confiteri. ibid.
11. Intra annum quis sua lethalia crimina confessus fuit, sed in anni vltimo (verbi gratia) die aliud lethale crimen patrauit, teneturne vt præcepto satisfaciat, illud nouum fateri piaculum. ibid.
12. An præceptum annuæ Confessionis obliget per se pro determinato anni tempore, verbi gratia, Quadragesimæ, aut Paschatis. ibid.
13. An ad præcepti huius impletionem annus computandus sit à Ianuario in Ianuarium. p. 46
14. Qui per totum annum Confessus non est, teneturne quam primum anno sequenti confiteri. ibidem
15. Qui, toto anno elapso, absque Confessione, postea inchoato iam anno sequenti confitetur, debetne iterum eodem anno confiteri. p. 47
16. Qui præuidet, postea non sibi futuram opportunitatem confitendi hoc anno, teneturne confessionem præuenire, & initio, vel medio anni confiteri. ibid.
17. An ex vi Clement. 1. *Ne in agro*, omnes Regulares tam viri, quam fœminæ teneantur semel mensibus singulis Confessionem inire? pagina 48.
18. An Monahi Benedictini non habentes nisi venialia, ex vi Clementinæ teneantur sub lethali, Confessionem gerere menstruam. ibidem.
19. An præfati Monachi ex Clementinæ vi teneantur sub mortali menstruam gerere Confessionem si lethali crimine grauentur. ibid.
20. An Monachi D. Benedicti, & D. Bernardi sub mortali obligentur semel in anno suis Prælatis fateri sua lethalia piacula, etiam aliis confessionibus ritè ac legitimè exposita. p. 49.
Caput 8. Circa qualitatem Confessionis, per quam huic Præcepto fit satis. ibidem.
21. An satisfaciat quis huic præcepto per Confessionem non integram, omittendo scilicet voluntariè aliquod externum piaculum. ibid.
22. An satisfaciat qui Confessionis annuæ præcepto, per Confessionem nullam ex defectu doloris pœnitentis. p. 50
23. An præceptum annuę Confessionis impleatur per Confessionem validam quidem, sed informem. ibid

24. Agit quis integram peccatorum Confessionem siue formatam, siue non, sed absolutionem non recipit, satisfacitne Confessionis annuæ præcepto. p. 51

Caput 9. Circa eos, qui à Præcepto Confessionis annuæ seruando excusantur. ibidem.

25. An excusetur à Præcepti huius impletione, qui nequit aliter quam per scripturam confiteri. ibid.

26. Ad satisfaciendum præcepto Confessionis Ecclesiastico, tenetur quis (si aliter non valeat) per interpretem fateri. ibid.

Caput 10. Circa Pœnas transgressoribus huius Præcepti impositas. pagina 52.

Quæst. inc. Num de iure communi sit pœna imposita præcepti annuæ Confessionis transgressoribus. ibidem.

27. An qui culpa sua inualidè confitetur annuæ Confessionis instantia, euadat pœnas à iure, aut à Synodo impositas. ibid.

28. An pueri non implentes Confessionis annuæ præceptum incurrant pœnas transgressoribus præscriptas. p. 53.

29. An meretrices præceptum Confessionis annuæ violantes, incurrant pœnas à Iure præscriptas, ac Synodalem excommunicationem. ibidem.

LIBER XLIV.

Præceptum Tertium de Communione annua.

SECTIO I.

De Præcepto annuæ Communionis receptiores sine pugna sententiæ. pagina 54.

Cap. 1. PLura generatim circa Sacram Communionem præmitto. ibidem.

Caput 2. De Præcepti Ecclesiastici annuæ communionis obligatione. pagina 55.

Caput 3. De loco vbi Eucharistia Paschali tempore ad præcepti impletionem, sit accipienda. ibid.

Caput. 4. de aliis ad Præcepti huius impletionem necessario ediscendis. pagina 56.

SECTIO II.

De Præcepto annuæ Communionis Dubia. pagina 58.

Caput 5. CIrca personas, quę ad annuæ Communionis præceptum seruandum tenentur. ibidem.

Dubium 1. An pueri statim ac discretionis annos attigerint, obligentur annuæ Communionis præcepto. pagina 58.

2. An Infantes nunc sint capaces fructus Sacramenti Eucharistiæ. ibidem.

3. An pueris, qui peccare possunt, & aliunde Eucharistiam nunquam receeperunt, quia ad specialem præfatam discretionem non peruenere, danda sit pro viatico, si in mortis periculo existant. p. 59

4. An possit dari vt Viaticum Eucharistia pueris, quando de eorum capacitate dubitatur. ibid.

5. An Summus Pontifex teneatur præceptum Communionis annuæ obseruare sub lethali piaculo. pagina 60.

Caput 6. Circa tempus annuæ Communionis obseruationi deputatum. ibidem.

Quæst. inc. An nomine Paschatis solum de iure dies Dominica Resurrectionis cum duobus sequentibus intelligatur. ibid.

Quæst. inc. Num in Hispania nomine Paschatis tota Quadragesima ex consuetudine intelligatur ad huius præcepti impletionem? pagina 61.

6. An præceptum hoc ita sit Paschati affixum, vt qui in Paschate non communicauit, teneatur amplius ad communicandum anno illo. ibid.

7. An

7. An in eo, qui in Paschate non communicauit, ita perseuerat communicandi post Pascha obligatio, vt ipsa vlterior dilatio semper afferat nouam culpam? p.62.

An qui præuidet sibi futurum impedimentum in Paschate teneatur, tempus ab Ecclesia assignatum præuenire. ibid.

9. An qui propter futurum impedimentum in Paschate præuisum Communionem anticipauit: teneatur postea ablato, vel non secuto impedimento, in Paschate rursum communicare. p.63

An qui scienter, vel ignoranter communicauit in Paschate in statu peccati, satisfaciat Ecclesiæ præcepto. ibid.

11. An Ecclesia, quæ fideles semel saltem in anno communicare iubet, innuat quotidianum Eucharistiæ vsum consulendum omnibus esse? p.64.

Caput Circa Ecclesiam, in qua ad Paschatis Communionem recipienda sit Eucharistia. p.65

12. An Sufficiat ad præcepti huius implctionem Eucharistiam in Cathedrali Ecclesia suscipere. ibid.

13. An Aduenæ, ac peregrini impleant præceptum annuæ Communionis recipientes in Medicantium Ecclesiis Eucharistiam. p.66

14. An mendicantes. possint, in suis Ecclesiis Eucharistiam sæcularibus cunctis in paschate, ad præceptum implendum, ministrare. ibid.

15. An sæcularibus, qui iam præceptum annuæ Communionis impleuere, vel animum illud implendi habent nondum elapso tempore præscripto, possint Mendicantes, in die Resurrectionis ex deuotione accipiendum ministrare Eucharistiam. ibidem.

Caput 8. Circa ministrum Eucharistiæ ad implendum annuæ Communionis præceptum. p.67

Quæst. Nùm vi Cruciatæ possit quis hoc præceptum implere in qualibet Ecclesia communicando è cuiusuis manu Sacerdotis, modo in die ipso Paschatis non fiat? ibidem.

16. An Parocho deficiente vel nolente Eucharistiam subditis ministrare ad implendum annuæ Confessionis præceptum: Religiosi possint eam sæcularibus impertire? p. 58.

17. An possint Religiosi in Paschate Eucharistiam ministrare familiaribus actualiter Religiosis inseruientibus? ibid.

LIBER XLV.

Præceptum Quartum De Ecclesiastico Ieiunio.

SECTIO I.

De Præcepto obseruandi Ieiunia receptiores sine lite sententiæ. p.69

Cap. 1. QVID sit Ecclesiasticum Ieiunium. p. 69

2. De abstinentia à Carnibus ex præcepto Ieiunij. pagina 70

3. De vnica comestione secunda essentiali conditione Ecclesiastici Ieiunij. p.71

4. De certa refectionis hora ad Ieiunium requisita. p.73

5. De iis qui tenentur Præceptum Ieiunij obseruare. p.7

6. De diebus, queis ex Ecclesiæ præscripto aut ex consuetudine, vote &c. est ieiunandum. ibid

7. De prima causa excusante à ieiunio, quæ est *Impotentia*. pagina 76

8. De secunda causa excusante à Ieiunij obligatione, quæ est *Labor*. pagina 78

9. De tertia excusante à Ieiunio causa quæ est *Pietas*. p.79

10. De quarta causa excusante à Ieiunio, quæ est *Dispensatio*. p.80

11. De dubio circa Ieiunij obligationem. p 81

SECTIO

SECTIO II.

De Præcepto obseruandi Ieiunia, Dubia. pagina 81.

Caput 11. Circa Ieiunij Ecclesiastici naturam. p.81.
D. 1. An præceptum ieiunij sit affirmatiuum. ibid.
2. An præceptum ieiunij ex vi iuris, abstracta consuetudine obliget ad mortale. p.82
3. An consuetudo possit ex toto Quadragesimale ieiunium abrogare. ibidem.
Quæst. inc. Num pater possit per filium Ieiunij præceptum adimplere? ibidem.
Quæst. inc. Vtrum qui in quodam præcepto die ieiunare non vult, alio non præcepto ieiunare teneatur. p.83.
Caput 12. Circa à carnibus abstinentiam. ibidem.
Quæst. inc. Num carnis nomine oua, ac lacticinia prohibeantur. ibid.
4. An quis in die ieiunij, vel in diebus quibus esus carnium prohibetur, dedita opera, dimidiam circiter vnciam carnis absumit: Peccatne lethaliter? ibid.
5. Quis in die hoc ieiunij nullum præter panem cibum obtinet, quo vesci valeat: potestne carnem pani adhibere. p. 84
6. An Catholicus qui in terris hæreticorum famulatum præstat, possit in diebus ieiunij vesci carnibus, eo solum prætextu, quod præcepto Ecclesiæ non obligetur. ibid.
7. Discessurus quis manè ex loco ieiunij vespere peruenturus ad locum, vbi incolæ non ieiunant: potestne ieiunaculum ex carnibus præsumere. p.85
8. Vescitur quis carnibus ex dispensatione diebus prohibitis, vt sanitati consulat: Delinquitne lethaliter, (si carnes nociuas gustui indulgens, in magna absumat quantitate) contra hoc præceptum. ibidem.
9. An qui ex dispensatione in diebus prohibitis carnes, vel oua ac lacticinia comedit: possit etiam simul pisces comedere. ibid.
10. Tibi ex dispensatione conceditur ouorum esus, haud facta lacticiniorum mentione: poterisne edere lacticinia. p.86
11. Cui licet vesci in diebus prohibitis ouis, ac lacticiniis, potestne etiam porcinum sagimen comedere. ibid.
12. Vouit quis certa die à carnibus abstinere, aut ouis, aut lacticiniis, peccatne toties, quoties comedit. ibidem.
13. Vouit quis certa die ieiunare. An toties peccet, quoties esus carnium distinctos moraliter multiplicat? p.87.
14. An si ante septennium puer vsu pollet rationis, liceat ei, in diebus prohibitis carnibus, ac lacticiniis vesci. ibid.
15. An peccet qui perpetuò amentibus carnes, aut lacticinia, in vetitis diebus ministrat. ibid.
Caput 13. Circa ouorum, ac lacticiniorum abstinentiam. p 88.
16. An oua, & lacticinia sint in ieiuniis Quadragesimæ prohibita à iure sub lethali. ibid.
17. An oua & lacticinia sint sub lethali prohibita vi Iuris, in ieiuniis extra Quadragesimam. p.89
18. An teneamur ex vi consuetudinis (vbi vigere videatur) abstinere ab ouis, & lacticiniis in ieiuniis extra Quadragesimam. ibid.
19. An oua, & lacticinia sint in Quadragesimæ Dominicis prohibita per *Cap. Denique*. ibid.
20. An ex vi decreti alterius ex consuetudine oua & lacticinia prohibeantur, sub mortali in Quadragesimæ Dominicis. p.90.
21. An abstinentia à carnibus Rogationum triduo, quæ ex consuetudine est introducta, obliget ad lethale. ibid.
22. An satisfaciat ieiunio Quadragesimali, qui sine dispensatione, aut Bulla ouis, seu lacticiniis vescitur. ibie.
23. An agricolæ, & quilibet pauperes possint in ieiuniis Quadragesimæ sine Bulla, aut dispensatione ouis, & lacticiniis vesci ex eo præcisè,

præcisè, quod pisces, queis refici valeant, non subsint? pagina 91.
25. An secluſa consuetudine licitum sit panem biscoctum etiam in quantitate magna in ieiuniis Quadragesimæ sine Bulla, aut dispensatione comedere. ibid.
Caput 14. Circa vnicum in die ieiunij prandium. p.92
Quæst. inc. Num potus vini in magna quantitate sumpti vnicæ comestioni contrarietur. p.92
26. An vinum, ceruisia, ac similia liquida soluant ieiunium, si non ad sitim extinguendam, sed ad famen sedandam absumantur. ibidem.
27. An potus aquæ saccharo aut melle mixtæ contradicat vnicæ refectioni, vel leui piaculo? ibidem.
28. An potio, quæ Chocolate vocitatur, lædat vnicam ieiunij refectionem, si in magna sumatur quantitate toties quoties libuerit. pag.93
29. An Poma, vuæ, mala masilica, Hispanè *Limon ô naranja* sumpta ad sitim extinguendam soluant ieiunium? ibidem.
30. An possit ad sitim sedandam, pomorum, vuarum, &c. succum dentibus expressum absumere, substantia, solida ex ore reiecta. ibidem.
31. An ne potus noceat, possit quis cuiuscumque generis portiunculam assumere. p.94
32. Etiamsi nihil sumas cibi, scis, tibi potum minime nocere, Potes. ne tamen id præsumere sine veniali semel, sine lethali sæpius. ibidem.
33. An ab amico rogatus, poteris absque veniali, aliquid cibi in die ieiunij sumere. ibid.
34. An possis sine veniali culpa, & non possit, parum cibi sumere si prandium ex vrgenti causa valde sit differendum. p.95.
35. An inseruientes mensæ tam seculares, quam Religiosi, vel lecturi, dum Religiosi prandent, possint aliquid cibi præsumere. ibidem
36. An ob graueolentiam oris licitum si absolute, aliquid cibi aromatici præsumere. ibidem.
37. An inseruientes mensæ, vel legentes possint in magna quantitate cibum præsumere. ibidem
38. An si vnica comestione ventrem adeo opples, vt ieiunij difficultatem minime experiare: Violes ieiunium. ibidem.
39. An violet ieiunium qui ex necessitate (aliquo occurrente negotio vrgenti) per longum tempus negotium interrumpat. p.96.
40. Surgis à mensa animo non redeundi, sed mutata intentione prandium nondum absolutum resumis, violasne ieiunium. ibidem
41. Surgis à mensa animo non comedendi amplius, cum prandium est omnino absolutum: Si modicum tempus interceſſit, poterisne rursum comedere. ibid.
Caput 15. Circa refectiunculam, seu collationem, quæ in diebus ieiunij solet absumi. ibid.
42. An Refectiuncula hæc inducta fuit ratione medicinæ, non nutrimenti? ibidem.
43. An huius refectiunculæ quantitas mensuranda sit pro personarum, ac consuetudinis Regionum varietate. p.97.
44. An possit sumi pro refectiũcula octo vnciarum quantitas. ibidem.
45. An in vigilia Natalitij Domini possit sumi refectiuncula absque mensura, aut limite ex his cibis, quos licet in collatione absumere. pag. 106.
46. Vult quis in vigilia Natiuitatis Domini refectiunculam serotinam sumere, An mane possit illam in quacumque libuerit quantitate præsumere. ibid.
47. Peruigilium natalitij Dominici in sabbathum incidit, festum autem in feriam secundam, licetn e refectiunculam sumere, in qua libuerit quantitate. ibid.
48. In peruigilio, Paschatis, & Pentecostes, licet ne sumere refectiunculam largiorem, vbi non adest consuetudo. ibid.
49. An licitum sit Regularibus, vti amplioris refectiunculæ sumendæ priuilegio cum licet sæcularibus p.99.
50. An

50. An qui vouit, in vigilia Natiuitatis ieiunare, possit refectiunculæ vberioris illius vti licentia ? ibidem.
51. Curiæ Romanæ incola extra illam pergens : potestne refectiunculam largiorem more Romano sumere? ibidem.
52. An qui exercitiis ingenij non continuo, sed certis horis vacat possit largiorem collationem sumere. p. 100.
53. An liceat tibi, totam quantitatem panis, aut fructuum siccorum sumere vino madefactam ? ibidem.
54 An herbæ, aut legumina quæque iusculo condita, cremorve amygdalinus vel triticeus in assignata quantitate possint pro collatione absumi ? ibid.
55. An licitum sit piscibus recentibus, pro collatione in quantitate debita vti. ibid.
56. An licitum sit ad refectiunculam piscibus siccis, seu sale præparatis vti. p. 101.
57. An liceat ad collationem caseum, vel quidquam ex lacte confectum assumere, cum licitum est in prandio edere lacticinia. ibidem.
Quæst inc. Num cum tibi licitum ouis in die ieiunij vesci, possis oua in collatione sumere. p. 102
58. An liceat ex pane, ouis ac farina perfecte sumere in refectiuncula totam permissam quantitatem. ibid.
59. An sit mortale sine vlla causa sumere collationem mane, aut meridie dilato in noctem prandio ? ibidem.
Cap. 16. Circa horam qua in die ieiunij instituendum est prandium. pag. 103.
60. An qui sine causa notabiliter horam prandij anticipat, violet grauiter ieiunium. ibid.
61. Præueniens notabiliter absque causa prandium, teneturne iam ea die ieiunare. ibid.
62. An Quadragesimæ ieiunio liceat, Clerico, aut sæculari prandere, priusquam vesperæ dicantur. ibidem.
63. An possit ieiunans per vnam integram horam ante meridiem absque vllo piaculo prandium inire. pag. 104.
64. An ieiunans possit absque vlla culpa prandio dare operam ante vndecimam (verbi gratia) horam iam à Doctoribus, aut à consuetudine præscriptam. ibid.
65. Quis dum cœnat, pulsus horologij vnici mediam noctem designantes exaudit : teneturne à cœna cessare, si die sequenti ieiunare debeat. ibid.
Cap. 16. Circa dies, queis ex iure aut ex consuetudine est seruandum ieiunium. ibid.
66. An quadragesimale ieiunium sit ex iure diuino. ibid.
67. An omnia quatuor temporum ieiunia sint de iure Canonico. pag. 105.
Quæst. inc. Num quatuor temporum ieiunia sub lethale obligent ? ibidem.
68. An Pentecostes Vigiliæ ieiunium obliget, sub lethali ex consuetudine. p. 106
69. An obligent sub lethali, ieiunia in D. Ioannis Baptistæ, Omnium Sanctorum, & D. Laurentij Vigiliis. ibid.
Cap. 17. Circa eos qui tenentur ad ieiunij Præceptum. ibidem
Quæst. incid. Num qui ante annum vigesimum primum sunt valde robusti, ieiunium seruare teneantur ibidem.
Quæst. incidens, Num adolescentes teneantur ante vigesimum primum annum aliquibus saltem diebus in Quadragesima, & in vigiliis per annum ieiunare. pag. 107.
70. An Religiosi professi vigesimo primo, anno minores teneantur ieiunia, quæ Regula præscribit obseruare. ibid.
Quæst. incidens An qui compleuit post Quadragesimam incœptam annum vigesimum primum teneatur diebus sequentibus vsque ad eius terminum ieiunare. pagina 108.
71. Incœpta iam ieiunij die complet quis vigesimum primum ætatis annum, cum adhuc nihil cibi assumpsit : teneturne ea die ieiunare. ibid.
72. An sexagenarius liber sit absolutè à lege

lege ieiunij. ibid.
73. An Quinquagesimus quintus ætatis annus liberet absolute viros à lege ieiunij. p. 109
74. An quinquagenariæ fœminæ absolute liberentur à Ieiunij præcepto, practicè loquendo ? ibid.
75. An Religiosus sexagenarius, vel monialis quinquagenaria teneantur suæ regulæ ieiunia seruare. ibidem.
76. Vouit quis certis diebus pro toto vitæ cursu ieiunare, vir sexagenarius, & fœmina quinquagenaria tenenturne illud implere. ibid.
77. An vt quis à legè ieiunij liberetur ratione insomnij, necessum sit vt per totam noctem nequeat obdormire. p. 110
78. An qui habet duo cauteria, hispanè *fuentes*, liber sit absolutè à ieiunij lege ? ibid.
79. An qui carnibus vescitur ob præseruationem ab infirmitate, quia pisces seu oua & lacticinia ei afferunt nocumentum : eximatur à ieiunij obligatione. ? ibidem.
80. Ob præseruationem futuræ infirmitatis carnibus quis vescitur, Teneturne ieiunare iis diebus quels non vult carnibus vesci? pagina 111
81. Quis in Quadragesima non potest ieiunare nisi oua, ac lacticinia comedendo, eo quod ex aliis cibis sufficientem non habet refectionem : teneturne oua comedere, ac ieiunare ? ibidem.
82. In die ieiunij quis non habet nisi carnes ad refectionem, teneturne eis vesci, ac ieiunare. ibidem.
83. An qui solummodo ad refectionem habet panem & olera, vel fructus : teneatur ieiunium seruare, absolute loquendo. ibid.
84. Tenenturne Domini die ieiunij famulis augere portionem, (quu alias sufficiens non est) vt ieiunare valeant. p. 112
Quæst. inc. Num si coniugibus ieiunium impediat, ne sibi inuicem reddant debitum, teneantur à ieiunio abstinere. ibid.
85. An vxor teneatur ad ieiunandum, ob rixas cum marito præcipiente ex rationabili causa, vt non ieiunet. ibid.
86. An fœmina nubere è proximo intendens, si ex ieiunio formam timeat notabiliter obscurandam, possit absolutè à ieiunio abstinere. p. 113
87. An si prægnantes, vel lactentes adeo sint robustæ, vt vnica refectiuncula vespertina valeant se, & infantulos sustentare teneantur ieiunium inire. ibid.
88. An prægnanti, ac lactenti sit licitus absolute in die ieiunij carnium vsus. ibid.
89. An Artifex adeo robustus, simul possit artes laboriosas exercere, & ieiunare : teneatur ad id. ibidem.
90. An Eugenij IV. declaratio, aut iudultum excusans Artifices artem suam exercentes à ieiunij obligatione, comprehendat eos, qui artes laboriosas non exercent, pagina 114.
91. An sutores excusentur à ieiunij obligatione. ibid.
92. An adstringantur sartores legi ieiunij. ibidem.
93. An Pictores, & Barbitonsores teneantur ieiunare. p. 115.
94. An Lanarij, Pistores Fullones, Sculptores, Argentarij, Textores vittæ Sericæ, laneæ, vel lineæ, qui panes coquunt Aurifices, Figuli, & alij huiusmodi Opifices excusentur à ieiunij obligatione. ibidem.
95. An mulieres lineam suppellectilem diluentes, aut post ablutionem complicantes, eximantur à lege ieiunij, si solummodo partem notabilē diei in hoc exercitamento insumāt non diem totum. ibid.
96. An sint à lege ieiunij exempti characterum Compositores, in Typographica Officina. p. 116.
97. An qui artes laboriosas exercet non ex officio, vel indigentia, sed diuerticuli causa, excusetur à ieiunij obligatione. ibidem
98. An qui excusantur à ieiunij lege ex causa laboris, teneantur ieiunare illis diebus, in quibus vel ob festi religionē, vel ob pigritiā cessant

ceſſant laborare. p. 117.
99. An pedeſtre iter leucarum trium ſufficiat, ad tollendam ieiunij obligationem. ibid.
100. An iter pedeſtre voluntarium tollat ieiunandi obligationem. ibid.
101. An iter nouem, vel decem leucarum vna die equo percurrens, liber ſit à lege ieiunij? p. 118
102. An teneantur curſores, qui vnico tantum curſui vnius horæ plus minuſve in die dant operam. ibidem.
103. An qui curru, quadriga, vel lectica gerit iter, eximatur à ieiunij obligatione? ibid.
104. An liceat, operarium conducere cum pacto, quod ieiunium, non ſit, ne ſeruans ieiunium, minus ſolito laborare valeat. p. 119
105. An poſſit dominus in die ieiunij famulis iniungere opera cum ieiunio incompatibilia, ſi in diem alteram valeant differri. ibid.
106. Qui ob mercedem, vel ex mercede concionantur, eximunturne à lege ieiunij. ibid.
107. An eximatur à ieiunio eo die Cancionis, qui ſemel tantum in hebdomada, in menſe, vel anno concionatur. p. 120
108. Confeſſarij qui non ex officio, vel obedientia, ſed voluntariè tota die confeſſionibus audiendis interſunt, eximunturne à lege ieiunij. ibid.
109. An lectores Theologiæ, Iuris ciuilis, & Canonici, Medicinæ ac Philoſophiæ abſolutè ſint à ieiunij obligatione liberi. ibid
110. Liberi ſunt, & non ſunt qui quatuor diebus ſingulis Grammaticæ lectiones agunt, à totius Quadrageſimæ ieiunio. p. 12
111. An immunes ſint à ieiunio Scholares, Aduocati, Procuratores, iudices, ſcribæ, Notarij, Secretarij Medici, Chirurgi, & Cantores, qui per totam diem fere ſuis miniſteriis incumbunt. ibid.
112. An qui ſe proceſſionibus publicis, aut priuatim flagellat ad ieiunium euitandum, peccet lethaliter ex ieiunij omiſſione? pag. 122.
113. An peccet lethaliter contra ieiunium qui media licita incompatibilia cum ieiunio aſſumit ea intentione, vt liber ſit ab obligatione ieiunij. ibid.
114. An liber ſit ab hoc præcepto abſolute, qui magnam difficultatem in ieiunando ſentit. p. 123.
115. Dubitat quis, nnm iuſtam habeat non ieiunandi cauſam: teneturne ieiunare. ibid.
116. Sumit quis manè in magna quantitate ientaculum, putans ſe habere iuſtam non ieiunandi cauſam vel inaduertenter ignorans diem eſſe ieiunij, vel malitioſe; poſtmodum autem ceſſat cauſa illa quæ iuſta putabatur, vel aduertit diem eſſe ieiunij: teneturne adhuc ieiunare. ibid.
117. An licitum ſit ob hoſpitem Magnatem ieiunium ſoluere. ibid.
118. An labor voluntarius excuſans à ieiunio, poſſit inſtante ieiunio, quoties libuerit ſuſcipi. p. 124.
119. Præuidet quis futuram ieiunandi impotentiam ex labore aſſumendo ob prauum finem (verbi gratia ob venerem immoderatè exercendam) & tamen eiuſmodi laborem ſuſcipit Delinquitne in cauſa contra ieiunij præceptum. ibid.
Caput 18. Circa peccata, quæ contra præceptum ieiunij aſſolent perpetrari. ibidem
120. An qui ieiunium violat ſecundo comedens, toties deinde lethaliter peccet quoties eo die cibum ſumit ſufficientem alias ad ſoluendum ieiunium. p. 125
121. An qui die ieiunij poſt ſecundam comeſtionem qua ieiunium violauit, vlterius comedit, toties peccet venialiter contra ieiunij præceptum quoties manducat? ibidem.
122. Violat quis ieiunium Quadrageſimæ, in qua vigilia D. Matthiæ occurrit: perpetratne duplex piaculum. ibid.
123. An dominus ſuos famulos teneatur compellere ad præceptum ieiunij ſeruandum. ibid.
124. Famulis ieiunare nolentibus teneturne dominus cœnam non impertire. p. 126.
125. An parentes teneantur filios cogere ad ieiunandum, quando nolunt, cum poſſunt. ibid.

126. An

126. An caupones, aut alij vendentes vel ministrantes cibos si decenter possint, teneantur interrogare hospites, an non ieiunandi causam præseferant, priusquam eis cœnam exponant. ibid.
127. An si Caupones cognoscant, -e ad ieiunium obligari, possint tibi apponere cœnam. ibid.
128. An Caupones possint in hæreticorum locis apponere carnes omnibus illas petentibus, etiamsi eas valeant sine graui incommodo denegare. p. 127
129. An qui in die ieiunij licite cœnat, possit inuitare amicum ad cœnandum secum, si certo sciat alibi cœnaturum. ibid.
130. An possit quis amicum ad cœnam inuitare, ad cœnandum alibi non paratum, ibid
131. An medici absque causa in die ieiunij carnes alicui edendi concedentes sint duplici piaculo constricti. p. 128
Caput 19. Circa Dispensationem in ieiunij præcepto. ibid.
132. An peccaret Summus Pontifex, si absque rationabili causa cum aliquo in lege ieiunij dispensaret. ibidem.
133. An Parochus possit præsente Episcopo iusta ex causa: in ieiunio cum aliquibus dispensare. p. 129
134. An iusta interueniente causa, Confessarius possit in ieiunio dispensare, si Episcopus, & Parochus haud valeat facile adiri. ibidem
135. An Abbatissa possit in Monialium ieiunio dispensare. ibid.
136. An prælatus teneatur dispensare in ieiunio toties quoties ex causa iusta à subdito dispensatio petitur. p. 130
137. Vtitur quis dispensatione in ieiunio, quam superior illicitè, sed validè impertiit delinquit. ibid.
138. Lex ieiunij tibi specialem ad obseruationem difficultatem ingerit, habeàne sufficientem causam, vt dispensationem obtineas p. 131
139. Potestne quis dispensare in lege ieiunij à se, vel à Superiore instituta. ibid.
140. An ieiunia à Pontifice vel à iure communi indicta pro certis diebus possint ab Episcopis in alios dies ex rationabili causa transferri. ibid
141. An legitima causa subsit, vt possit Episcopus ieiunium D. Matthiæ incidens in aliquem diem ex duobus vltimis Bacchanalium in alium trãsferre. p. 132

LIBER XLVI.

Præceptum Quintum de Decimis ac Primitus soluendis.

SECTIO I.

De Præcepto pendendi Decimas, ac Primitias, receptiores sine pugna sententiæ. pagina 133

Cap. 1. DE Decimarum Definitione, ac diuisione. p. 133
2. Quonam iure Decimæ Ministris Ecclesiæ soluantur. p. 134
3. De personis, quæ ad decimas obligantur. ibid.
4. De iis quibus Decimæ sunt soluendæ. p. 236.
5. De tempore, quando, & loco, vbi Decimæ sint soluendæ. p. 137
6. De variis modis, quibus ius Decimarum acquiritur. ibid.
7. De Primitiis, & Oblationibus. pagina 139.

SECTIO II.

De Præcepto pendendi Decimas, ac Primitias, Dubia. p. 140.

Caput 8. CIrca soluendi Decimas obligationem. ibid.
D. 1. An decimæ debeantur Ecclesiæ Ministris iure diuino. ibid.
2. An præcepti soluendi decimas vi, Ecclesia seu eius Ministri habeant verum Decimarum dominium, antequam à fructuum cumulo separentur. ibid.
3. Quis in bello iniusto, aut alias iniustè, segetes, vel vineas combussit, aut arbores iam fructibus onustas succidit, teneturne Decimas perem-

pras Ecclesiæ restituere. p.141
4. Quis iracundia (verbi gratia,) affectus, suas segetes, vineasve, vel oliueta combusſit, teneturne pro decimis reddendis Ecclesiæ satisfacere. ibid.
5. Quis collectis iam fructibus, & in eo addictis statu, vt teneatur statim Decimas Ecclesiæ rependere, id non agit, interimque fructus pereunt: teneturne Decimas, siue pretium æquale persoluere. ibid.
6. Quis in colligendis fructibus valde negligens fuit, aut eos colligere noluit, ideoque periere: teneturne decimarum valorem restituere. ibid.
7. Agricola fructus non collegit, quia seminare, aut arbores excolere hoc anno noluit, teneturne adhuc pro decimis soluere. p.142
Cap. 9. Circa tribunal ad quod deferendum sit ius decimas exigendi, & non soluentis excommunicationem. ibid.
8. An iudices sæculares possint, de causa Decimarum cognoscere, quando decimæ datæ sunt laicis, etiam Principibus Summi Præsulis concessione. ibid.
9. Quando lis super Decimas non est iuris, sed facti: verbi gratia, si quæratur, *Soluerittne Antonius decimam debitam, debeatne soluere Paulus, an Petrus?* Potestne coram Iudice sæculari discuti? p.143
10. Clerici petunt decimas à laico, qui præscriptione, vel consuetudine immemorabili nunquam ea persoluit: potestne hic, eam causam coram sæculari Iudice discutere, eiusque authoritate contra Clericos se defendere. ibid.
11. An conductor laicus decimarum debeat, coram Ecclesiastico Iudice conueniri, quando conductę, vel locatæ decimæ pretium soluere renuit. ibid.
12. An qui decimas non soluit, sit iure ipso excommunicatus. p.144
Cap. 10. Circa Decimas Personales. ibidem.
13. An vi iuris Canonici debeantur decimę de bonis immobilibus, quæ per donationem, vel testamentum, vel hæreditariam successionem acquiruntur. ibid.
14. An ex vi iuris communis debeatur decima de bonis mobilibus, scilcet, vasibus aureis vel argenteis, vestibus &c. per donationem, legationem, aut successionem comparatis. p.145
15. An ex vi iuris debeantur decimæ rebus immobilibus in bello captis pro mercede militiæ, &c. ibid.
16. An, ex vi iuris debeantur decimæ ex rebus ex meretricũ lucro, ex histrionatu, ex occisione, & ex similibus turpiter acquisitis, quę tamen obnoxia non sunt restitutioni. p.146
17. An ex vsu, & consuetudine modo debeantur decimæ personales ex salario famulorum. ibid.
18. An ante personalium decimarum solutionem absolute deducendæ sint expensæ factæ in victu, ac vestitu negotiatoris, militis, lectoris, aduocati, venatoris seruorumque eorundem. ibidem.
Cap. 11. Circa Decimas Prædiales. p.147
19. An debeatur Decima de palea comminuta post triturationem, ex vi iuris. ibid.
20. An ex mororum follis sint ex iure decimæ reddendæ. ibid.
21. An debeatur Decima ex vi iuris de croco, mentha, cymino, anetho aliisque minutis oleribus, quæ vel in cibum, vel in condimentum ciborum, in hortis nascuntur. ibid.
22. An ex consuetudine introducta, & præscripta quis debeat adhuc de fœno, oleribus, & leguminibus, decimas soluere absolutè. p.148
23. An possit consuetudine introduci vt ante fructuum decimationem, semen mandatum terræ, & aliæ expensæ deducantur. ibid.
24. An sufficiat decimam soluere fructuum statim ac sunt percepti, etiãsi perfectè collecti non sint. p.149
25. An teneatur quis soluere decimas etiamsi à Parocho non petantur, collectionis tempore. ibidem
26. An ex vi communis iuris teneantur parochiani decimas tritici, hordei, & aliorum fructuum in Clericorum horrea deferre, si publica sint. ibidem.
Cap. 12. Circa Decimas mixtas. p.150
27. An de pellibus ouium, boum, pecudumque aliorum danda sit ex iure decima. ibid.

28. An

28. An de apum examinibus sit reddenda decima. ibid.
29. An sufficiat tibi de fœtibus animalium tuorum decimas reddituro, si nouem dies post partum expectes? ibidem.
30. An diuidendæ sint decimæ Mixtæ inter duas Parochias, si oues, verbi gratia in vno earum pascantur & noctu in altera quiescant. pag. 151.
31. An Grex, & armentum toto anno in vnius Parochiæ agris pascuntur, & illorum Dominus Domicilium habet in alia, an decima sit inter vtramque Parochiam diuidenda. ibidem
32. An decima ex apum fructibus sit Ecclesiæ Parochialis, non prædiali soluenda. p. 152.
C. 13. Circa personas, quæ ad decimarum solutionem obligantur, ibidem.
33. An infideles non Baptizati teneantur soluere Ecclesiæ decimas personales, ex vi necessariæ compensationis. ibid.
34. An infideles non Baptizati teneantur Ecclesiæ soluere decimas prædiales de possessionibus, quibus suis in Prouinciis fruuntur. ibid.
35. An possit Ecclesia à Iudæis aliisque infidelibus non dilutis aliquod tributum exigere ad Prædicatorum, qui eos edoceant sustentationem. p. 153.
36. An summus Pontifex teneatur, prædiales Decimas soluere. ibid,
37. An Episcopi teneantur soluere decimas prædiales de prædijs seu possessionibus sæculari, seu patrimoniali titulo acquisitis. ibid.
38. An Parochi teneantur ex vi iuris de fructibus suorum Beneficiorum decimas Episcopis soluere. p. 154
39. An Clerici alicui Ecclesiæ inseruientes, (verbi gratia, Canonici inseruientes maiori Templo, aut Beneficiati) tenenturne ex iure soluere decimas ex bonis, quæ titulo seculari, aut patrimonij titulo possident, si ea bona sint intra Ecclesiæ, cui inseruiunt, territorium. ibid.
40. Clericus tenenturne decimas soluere de fructibus sui patrimonij, ad cuius titulum fuit Ordinibus initiatus, si deseruiat Ecclesiæ, cui tales decimæ deberentur, si ade[illegible] ligatio pi
41. An qui ob extremam necessitatem decimas Ecclesiæ non præstitere, ad pinguiorem fortunam remeantes, teneantur, illas restituere ibid.
42. An pauperes laici in graui necessitate cõstituti, itavt congruam sustentationem sibi, ac familiæ non habeãt, debeant decimas personales, ac prædiales soluere. ibid.
43. An Religiosi virtute suorum priuilegiorum sint nunc omnino exempti à solutione decimarum prædij, terræ, horti, &c. etiamsi alias essent debitæ summo Præsuli. p. 156.
44. An Religiosi teneantur decimas soluere de prædiis, terris, agris, &c. quos aliis tradunt excolendos. p. 157
45. An quando Pontifex summus communicat vnius Religionis priuilegium alteri Religioni: censeatur etiã communicare exemptionem, à Decimis soluendis, quæ in priuilegio, quod communicat, erat expressa. ibidem.
46. An priuilegium cõcessum Religionibus de non soluendis decimis, ex propriis prædiis, extendatur ad noualia quæ post concessum priuilegium orta ac culta fuerint. p. 158
47. An priuilegium Regularium de non soluẽdis decimis ex prædiis propriis, extendatur ad prædia, quæ de nouo acquirunt, de quibus ante acquisitionem, decimæ Ecclesiis soluebantur. ibidem.
48. An Priuilegium hoc Religiosis concessum extendatur ad hortos quos ipsi colunt, vt olera vendant. ibid.
Cap. 14. Circa vim, quam Consuetudo, Præscriptio, Compositio, & Transactio in decimas habet. p. 159
49. An consuetudo possit efficere, vt aliqui à solutione omnium decimarum prædialium eximantur. ibid.
50. An vt consuetudo valeat aliquos ab omnium decimarum prædialium solutione eximere, sufficit quod sit præscripta per quadraginta annorum spatium. ibid.
51. An vt vna Parochia contra aliam in perceptione decimarum præscribat necessaria sit quadraginta annorum consuetudo. p. 160
52. An possit cõsuetudo efficere, vt nulla personalis decima soluatur. ibid.
53. An præscriptio possit efficere, vt ex

ex toto, aut ex parte saltem quis à decimarum prædialium onere eximatur. ibid.
54. An sufficiat quem per quadraginta annorum tempus exemptum fuisse ab onere soluẽdi decimas, vt ex præscriptione possit ab eo liberari. p. 161
55. Quis decimam vini itavt pro quota solueret vigesimam, vel duodecimam, & postmodum terra fit arabilis vinea extincta: teneturne soluere de decem vnum, non de viginti, vel duodecim. ibidem
56. An Clerici, vel Religiosi possint decimas præscribere absque Parochia, vel eius præscriptione. ibid.
57. An vt valida sit Compositio inter personas Ecclesiasticas facta requiratur consensus Papæ p. 162
58. An Compositio facta inter Curatũ, & laicum de nulla decima, vel aliqua non soluenda, valida sit etiam si Pontificis consensus accedat. ibidem
59. An sufficiat Archiepiscopi, vel Episcopi consensus, vt compositio facta inter curatum & laicos de non soluenda integra decima, valida existat. ibidem.
60. An possit valide fieri Transactio super Decimis. p. 163
Caput 15. Circa Ecclesias, vel personas, queis decimæ sunt soluendæ. ibidem.
Quæst. inc. Num Decimæ debeant solui Parochis, qui opibus abũdant. ibid.
61. An valida sit Decimarum locatio si fiat ad sexennium, vel nouennium cum hac clausula: Vt triennio finito noua, ac distincta locatio censeatur. p. 164
Caput 16. Circa Primitiarum solutionem. ibid.
62. An præceptum soluendi Primitias possit consuetudine abrogari. ibid.
63. An vbi præceptum primitiarum adhuc extat, debeant solui non petitæ à Parocho. p. 165
64. An in lege Gratiæ ex iure humano debeantur, Primitiæ de omni frumento, vino, oleo, ac de aliis rebus omnibus, de quibus in lege veteri iure diuino soluebantur. ibid.
Cap. 17. Circa Oblationes. ibid.
65. An lege Gratiæ extet de gerendis oblationibus præceptum ibid.
66. An si Parochus oblationibus ad cõmodam sustentationem egeat, absolute teneantur parochiani ex præcepto diuino eas illi impertire. p. 66
67. An vbi viget consuetudo, offerendi aliquid in die Dominica, aliisque festis debeat necessario à parochianis obseruari, si inibi decimæ soluãtur. ibid.
68. An possit consuetudine introduci, vt in aliquo festo, v. g. Purificationis immaculatæ Virginis, Clerici tribuant laicis cereos albos, vel quid simile? p. 167.
Ad Deiparam, Dominam meam Epilogus. p. 168

R.P.

R. P. ANTONII

DE ESCOBAR ET MENDOZA,

VALLISOLETANI,

Societatis IESV,

VNIVERSÆ THEOLOGIÆ MORALIS.

ECCLESIÆ PRÆCEPTA.

Liber quadragesimus secundus.

PRÆCEPTVM PRIMVM,

DE MISSÆ AVDITIONE.

PRIMVM *Ecclesiæ Præceptum est Missæ in Festo die Auditio. Agendum nobis de natura huius Præcepti, De diebus pro quibus est impositum, De personis, quas obligat, & de causis ab audienda Missa excusantibus.*

SECTIO PRIMA.

De Præcepto audiendi Missam, Receptiores sine lite Sententiæ.

CAPVT I.

De natura huius Præcepti, ac personis quàs obligat.

1 *Datur præceptum de audienda Missa.*

VIdquid oblatrent nonnulli, quos presso nomine, indicat Suari. *to.3. in 3. p. d.88. sect.1.* dari in Ecclesia de Missa diebus festis audienda præceptum. Quia id ex communi traditione ac praxi Ecclesiæ constat. Clemens. *l.2. constit.c.6* 3. D. Tho. *1.2.q.102.a.4. & q.103.a.3.* & omnes.

2 *Præceptum hoc in iure canonico continetur.*

Præceptū hoc in Iure Canonico continetur. *cap. Omnes fideles, cap. Sacerdotes* & *cap. Missas, de consecrat. dist.1.* Suar. *d.88. sect.1.* Azor. *l.7.q.1.* Scio Sotum *in 4. dist.13. q.2.a.1.* id videri abnegasse, dum ait, canones hos non habere nouā præcepti formā, sed tanquā de re cōpertissima, & à temporibus Apostolorum constitutissima loqui. Attamen mox in nostram sententiam planè veram ingenuus inclinat.

3 *Est de audiēda Missa Dominicis ac Festis.*

Præceptum hoc est nō solū de audiēda Missa diebus Dominicis, sed & in aliis diebus festis. Quia id est ex praxi totius Ecclesiæ, & omniū Doctorū consensu notū. Fateor, in *can. Missas, de consecrat. dist.1.* solūmodo Dominici diei fieri mentionē *Missas die Dominico sæcularibus totas audiri speciali ordine præcipimus.* Attamē vulgare in iure est, nomine Dominici diei alios dies festos cōprehendi. Henr. *l.9.c.25 n.1* Azor. *l.7. c.1.q.1.* Nauar. *sum.c.25.n.1.* Sotus *in 4. dist.13.q. 2.a.1.* Hurtad. *de Sacrif. Missæ, d.5. diffic.1.* Fagund. *de præc. Eccl.c.1.3. & c.2.n.9.* Scorc. *l.2. de Sacrif. Mis.c.2. num.1.* Barbosa *collect. DD. in p. Decreti, c. Missas, de consecr. dist.1.n.1.*

4 *Non obligat Missam audire in Feriis Quadragesimæ.*

Non tenetur quis in feriis Quadragesimę vi huius præcepti Missā audire. Quia licet *c. solēt, de cōsecr. dist.1.* expresse dicitur, *Quadragesima feriis debere ieiuniū solui vespere, largitis eleemosynis, ac audita Missa,* aut loquitur canō de cōsilio, aut contrario fidelium est vsu abrogatus. Tolet. *l.6.c.8.n.2.* Suar. *d.88. sect.5.* Henriq. *l.9. c.25.n.3.* Azor. *p.1.l.7.c.4.qu.2.* Nauar. *sum.c.21. n.2.* Syuest. *v. Missa 1.§.7. & Missa 2.§.1.* Angel. *ibi, num.57.* Tabie. *n.46.* Armill. *n.29.*

5 *Nre in tribus Sancta Hebdomada.*

Non tenemur vi huius præcepti triduo hebdomadę Sāctę Missā audire. Quia licet olim ex iure cōmuni, illud triduū festum esset, ac consequēter tenerētur omnes Missā audire: nunc tamē præceptū de obseruādo triduo iā est abrogatū, ideoq; ex iure cōmuni nemo tenetur hisce diebus audire Sacrū, sicut nec quarta feria Cinerū. Secus dixerim ex iure particulari alicuius Diœcesis, si quod alicubi extiterit. Azor. *p.1.l.7.c.4.q.2.* Fagund. *hic, l.1.c.1. & l.3.c.4.n.17* Tolet. *l.6.c.8.n.2.*

6 *Nec in Rogationum diebus.*

Nec tenemur Missā in diebus Rogationū exaudire. Quia nemo obligatur ex iure communi, aut ex generali præcepto Ecclesiæ audire Missā, nisi in diebus festis. Sed præfati dies non sūt saltē nūc festi, vt cōstat ex praxi: Ergo. Verū licet *can. solēt, de cōsecrat. dist.1. & can. Rogationes, & can. Pronunciandū dist.3.* indicāt hisce diebus audiēdi Missā obligationē, vel solūmodo cōsiliū continēt, vel si præceptū iā est cōtraria cōsuetudine abrogatū. Nauar. *sū.c.21.n.2. to.3. in 3.p. d.88. sect.5.* Azor. *to.1.l.7.c.4.q.2.* Fagund. *hic. l.2. c.2.n.14.* Scorc. *l.2. de Sacrif. Mis.c.20.n.4.*

7 *Nec obligat Scholasticos.*

Porrò Scholastici in diebus vacationū nō tenētur exvi huius præcepti Sacrū audire, si alias festiui nō sint. Quia nullū habēt de hoc præceptū, sed tantū consilium, vt patescit ex praxi. Suar. *d.88. sect.* Henriq. *l.9.c.45.n.2.* Sanch. *l.5. consil.c.2. dub.5.n.8.* Alcozer *sum.c.27.*

8 *Nec Episcopos, vt quotidie audiant.*

Nec Episcopi tenentur ex vi huius præcepti Missā quotidie audire. Quia licet in *cap. Quoniā, de priuil. in 6* dicitur, *Episcopi, eorūque superiores, diuersis ex causis à suis Ecclesiis, & Diœcesibus frequenter absunt, nec sæpe possunt ad Ecclesias accedere pro Missa celebrāda, vel audienda in illis, sine qua eos transire non decet, absque rationabili, vllā diē:* attamen hisce verbis solūmodo cōtinetur consiliū, nec alibi in iure tale præceptū inuenitur. Trullēch. *l.3. in Decal.c.1. dub.5.nu.3.* Villalob. *p.1.tr.8. diffic.35.n.7. & 8.* Fagund. *l.2.c.2.n.11.* Filliuc. *tr.5.c.7.q.9.* Rosel. *v. Missa,* §.13. Sylues. *v. Missa 2.q.1.* Nauar. *sum. c.21.n.2.* Azor. *l.7.c.4.q.3.*

9 *Arationū vsu instat præceptum.*

Omnes fideles statim ac discretionis annos attigerint audiēdæ Missę præcepto subiacent. Quia quilibet circà septennium ferè capax est Ecclesiastici præcepti cum rationis sit compos. Sanch. *l.1. sū.c.12.n.6. & 17.* Nauar. *sum.c.21.n.1.* Henriq. *l.9.c.25.n.1.* Azor. *l.7.c.2.q.1.* Scorc. *de Sacrif. Mis. l.2.c.20.n.7.* Lugo *de Sacram. d.22. sect.1.n.1.*

10 *Obligat etiam Ecclesiasticos.*

Obligat etiam personas Ecclesiasticas. Quia præceptū hoc non solū cōtinetur in *cap. Missas.* sed in *cap. Omnes fideles.* quod cum generaliter loquatur, omnes fideles continet. Cui veritati non obstat (Ioannis de Biblia, & aliorum Canonistarum venia) quod *cap. Missas* solum fecisset de sæcularibus mentionem. Quia cum hi facilius Ecclesiæ præcepta violēt, operę pretiū duxit consilium ad eos speciatim præceptū dirigere. Nauar. Antō. Palud. Gabri. Sotus, quos citat, ac sequitur Suar. *d.88. sect.4.* Bauny. *de Sacrif. Mis. tr.6.q.1. & 4.* Lugo *de Euch. d.22. nu.1.* Dicastil. *de Sacr. d.5. dub.1.n.6.* & alij cōmuniter.

11 *Non obligat Catechumenos.*

Licet Catechumeni admittantur ad Missam vsque ad Offertorium, tamen nec quoad eam partem obligantur. Quia non sunt in statu, in quo Ecclesiasticis legibus subiiciantur Henr. *l.9.c.25.num.1. lit.C.* Martinon. *de Sacram. d.40. sect.9.* Sanch. *l.1. sum.c.12.n.14.*

12 *Nec amentes aut ebrios.*

Nec obligat amentes, & ebrios. Quia præceptum hoc obligat ad assistendum Sacro humana præsentia: at hi nequeunt sic interesse. Nauar. *sum. c.21.nu.1.* Basseus *v. Missa 8.n.1.* Gesuald. *de Sacram. tr.17.c.2.n.4.* Hurtad. *de Sacrif. Missæ, d.5. diffic.1.* Addit tamē Gesualdus appositè, id esse intelligendum de absolute amentibus, nam qui in aliqua speciatim materia Missam non attingente impos sit rationis, audiendi Sacri præcepto subiacebit.

13 *Non tenentur plures vno die Missas audire.*

Nunquam tenentur fideles eodem die festo plures Missas audire. Quia Ecclesia solum præcipit

præcipit audire Missam in die festo. Vnde etiamsi plures Missæ in eadem die ab vno Sacerdote celebrentur, (vti in die natalitio Domini, vel in commemoratione omnium fidelium defunctorum alicubi) laudabiliter tres audiētur, sed præceptum minime obligabit. Fagund. *præc. 1. l. 2. c. 3. n. 1.* Naldus *v. Missa, n. 10.* Dicastil. *de Sacra. tr. 5 d. 5. dub. 4. n. 58.* Nugnus *q. 83. a. 6. d. 2. concl. 5.* Bonac. *d. 4. de Sacrif. Missæ q. vlt. pun. 11. n. 1.* Filliuc. *tr. 5. n. 207.*

14 *Quocumque ritumate aut sano ritu celebretur, sufficit.*

Sufficit Missam audire quocumque idiomate, ac ritu celebratam. Quia nullum extat præceptū, quo debeant fideles Latino, aut alio idiomate eam exaudire. Implebitur ergo præceptū, si Missa audiatur quocumque ritu aut sermone seu Latino, seu Græco, seu Syriaco, &c dummodo talis ritus nullum contineat errorem. Lugo *d. 22. sect. 1. n. 1.* Bassæus *v. Missa 8. n. 4.* Dicastil. *d. 5. n. 16. & 27.* Sylvest. *v. Missa, 2. n. 4.* Sà *verb. Missæ auditio, n. vlt.* Tabie. *n. 49.* Armil. *n. 31.* & omnes.

15 *Præceptum implet, qui ea parte post mediam noctem audit.*

Præceptum impleuit, qui Missam statim post mediā noctem audit. Quia præceptum sanctificandi festa à media nocte incipit. Fagund. *præc. 1. l. 2. c. 2. n. 10.* Sylvest. *v. Missa, 2. q. 1.* Azor. *to. 1. l. 7. c. 3. q. 1.* Nauar. *sum. c. 21. n. 2.*

CAPVT II.

De Missæ exaudiendæ integritate.

16 *Integra Missa est audienda.*

TEnentur fideles die festo totam & integrā Missam audire. Quia *cap. Omnes fideles, de consecrat. dist. 1.* sic præscribitur : *Omnes fideles, qui conueniunt in solemnitatibus Sacris ad Ecclesiam, vt scripturas Apostolorum, & Euangelium audiant, qui autem non perseuerant in oratione vsque dum Missa peragatur, conuenit communione priuari.* Et *cap. Missas ead. dist.* sic: *Missas die Dominico sæcularibus totas audire speciali ordine præcipimus.* Lege Suarium *d. 88. sect. 2.* & Fagundez *l. 2. c. 4. n. 1.*

17 *Parūe lesem aut grauem Missæ assigno.*

Satisfaciunt præcepto Missæ, qui vel antè benedictionem Sacerdotis exeunt, aut aliam minimam partem omittunt. Quia paruitas materiæ à mortali excusat. Omnes sic.

At si tertiam, vel quartā partem Missæ omittas, censendus es partem grauem omisisse, grauisq; culpæ reus existes: v. gr. si omitteres initiū Missæ vsq; ad Euangelium exclusiue, & simul orationes post communionem. Secus si audita Epistola, post communionem discederes. Suar. *d. 88. sect. 2.* Coninch *q. 83. a. 6. dub. vni. n. 285.* & alij communiter.

18 *Post inceptū Canonem vsq; ad cōmunionē vs. q. censenda est.*

Post inceptum Canonem vsque ad cōmunionē minoris partis omissio grauior materia censenda est. Quia in iis non tam est spectanda tēporis mora, quā dignitas rei omissæ ob propinquitatem ad essentiam, & integritatem Sacrificij. Quocirca si tēpore consecrationis & consumptionis quis exiret de Templo, & si reliquis partibus Missæ assisteret, præcepto minimo satisfaceret. Quia absolutè sacrificio præsens non fuit: sacrificij namque essentia & integritas in consecratione aut consumptione ita est. Quod si consecrationi assistens, consumptionē omittat, vel è contra à mortali excusatur. Quia hæc moraliter sunt iudicanda, neque satis constat, in quanam ex illis actionibus sita sit essentia Sacrificij. Suar. *d. 88. sect. 2.* Laym. *l. 4. tr. 7. cap. 3. fine.*

19 *Audit Missam qui ad diferenda necessaria ad eā breui tempore recedit.*

Si vero pro deferendo vino, thure, aliisve ad Sacrificium necessariis à sacrificio recedas, præcepto satisfacis. Quia licet physicè recedas, recedere moraliter non censeris: si quidem recedis sacrificij causa, & in ipsa recessionis actione sacrificio inseruis. Sylvest. *v. Missa 2. quæs. 1.* Nauar. *cap. Quando, de consecrat. dist. 1. notab. 10. n. 19.* Henriq. *l. 9. c. 25. n. 8.* Sà *v. Missæ auditio, n. 2.* Limitarim tamen, dummodo ab Ecclesia non recesseris nisi ad breue tempus: alias nescio, qua ratione censeri posse præsēs sacrificio, quantumuis ob illius causam recesseris. Nō enim præsentia moralis, cum morali absentia potest consistere. Bonac. *d. 4. de Sacram q. vltim. pun. 11. n. 18.* Fagund. *l. 2. c. 6. n. 10.*

20 *Potest dimidia Missa ab vno Sacerdote audiri.*

Potes ab vno Sacerdote dimidiam audire Missam, & postmodum ab alio aliam dimidiam. Quia licet illæ partes independētes sint, neq; vnū Sacrificiū cōstituere valeāt, ideoq; illis assistēs haud quaquā propriè vnico Sacrificio assistit: attamē ex Ecclesiæ benigna interpretatione cōmuni Doctorū approbata iudicio, reputādæ sunt partes vnum Sacrificium cōponentes, quoad effectū audiēdi Sacrū, & satisfaciendi Ecclesiæ præcepto. Coninch *q 83. a 6. d. vni. n. 286.* Bonac. *de Sacram. d. 4. q. vlt. punct. 11. n. 13.* Laym. *l. 4. tr. 7. c. 3.* Nauar. *sum. c. 21. num. 2.* Tolet. *l. 6. c. 7.* Sà *v. Missæ auditio, n. 2.*

21 *Potest quis peccare cōtra hoc præceptū licèt Missam audiat.*

Sæpe contingit aliquem audisse integram Missam & tamen deliquisse lethaliter. Quia commoratus fuit voluntarie tanto tempore, vt se exposuerit morali periculo Sacrum non inueniendi: & licet casu euenerit inuenisse, non ideo à crimine excusatur. E contra verò contingit, aliquem Sacrum non audire, nec tamen lethaliter peccasse. Quia per eum moraliter nō stetit, quin audiret, sed Sacerdoti Sacrum maturanti, & hora consueta non celebranti est tribuendum. Vnde Confessarij diligentes debent se gerere circa pœnitentium examen, num se exposuerint periculo omittendi Sacrum, an & die, quo Sacrum omiserint gesserint quantum in ipsis fuit, vt audirent. Palao *p. 4. tr. 22. d. vni. pun. 16. nu. 14.* & omnes.

CAPVT III.

De loco, vbi audienda est Missa.

22 *Nullus locus est Missæ auditioni determinatus.*

LOcus pro audienda Missa Parochia fuit ex multorum Canonistarum sententia ad *cap. Vt Dominicis de Paroch.* & *cap. si quis etiam, de consecrat. dist. 1.* At consuetudine firmatum est, nullum locum esse determinatum. Fauet Tridentinum *sess. 22. decreto de obseruandis in celebrat. Miss.* quatenus solū ex consilio ac monito Episcoporum, obligati sunt fideles ad proprias Parochias accedere. Suar. *d. 88. sect. 2.* Barbo. *allegat. 24. n. 27.*

23 *Non potest Episcopus fideles cogere, ad Missam in propria Parochia audiendam.*

Non potest Episcopus præcepto, excōmunicatione, aliáve cēsura fideles cogere ad Missam

in propria Parochia audiendam. Quia Episcopus iuri communi,& priuilegiis à sede Apostolica concessis derogare non potest cum ergo cuilibet fideli iure communi concessum sit quolibet loco posse præcepto audiendi Sacrum satisfacre, haud poterit Episcopus contrarium imperare, maximè si fideles in Templis Mẽdicantium Sacrum voluerint audire. Habent enim Mendicantes ptiuilegium declarans quoslibet fideles ibidem Sacrum audientes præcepto satisfacere, nec impediri posse. Ex Leone X. refert Barbosa *allegat.* 24. *numer.* 20.

24 *Potest tamẽ obligare Mendicantes.*

Neque huic doctrinæ obstat, quod possint fideles occasione verbi diuini audiendi, obligari ad Parochias accedere. Quia non obligantur, vt Missæ præcepto satisfaciant, sed vt in necessariis,& vtilibus ad salutem à suis Parochis instruantur. Attamen Mendicantes ob eam causam, obligari possunt ab Episcopis, vt in suis conuentibus diebus Dominicis in Missa conuentuali declarent populo, quæ festa, ac ieiunia in ea hebdomada occurrant, ne propter ignorantiam contingat, Ecclesiastica præcepta violari Manuel *to.* 1. *qq. Regul. qu.* 43. *a.* 7. Barbo. *alleg.* 24. *n.* 21.

CAPVT IV.

De huius Præcepti materia, quæ est præsentia humana, ac religiosa.

24 *Materia huius præcepti est præsentia humana, ac religiosa.*

CONSTAT ex *cap. Missas, & ex cap. Omnes fideles, de consecr. dist.* 1. materiam huius præcepti esse præsentiam humanam & religiosam, Sacrificio Dominicis ac festis diebus peragendo. Quia præcipitur actus humanus in Dei honorem, & cultum. Dicitur humana præsentia, si sensu aliquo percipis, quid in Sacrificio peragatur. Sanch. *l.* 3. *de matr. d.* 13. *nu.* 9. *&* 11. in alio simili. Dicitur religiosa, si ea præsentia ex se Dei cedat in cultum. Et licet Angelus *verb. Feria, num.* 24. censeat, hanc materiam non esse grauis obligationis, minime audiendus. Nam cæteri omnes Doctores merito contradicunt, asserentes, huius præcepti transgressionem peccatũ mortalẽ cõstituere. Quia est defectus in maximo cultu, & honore, qui Deo potest exhiberi.

26 *Non satisfacit præcepto, qui dormiẽs Sacro assistit.*

Ex præfata præsentia humana ac religiosa quæsita, liquet, non satisfacere præcepto, qui dormiens vel ebrius Sacro assistit. Quia humano ac religioso modo non interest. Item si huc illucque circumspicit, aut per totam Missam colloquia miscet. Quia illius præsentia religiosa non est, sicuti esset, si interruptim aliqua verba misceret. Coninch *q.* 83. *a.* 6. *dub. vni. n.* 298. & alij communiter.

27 *Si actio exterior per se indecora non sit.*

Si actio exterior etiam in Templo facta per se indecora non sit, & ex alia parte non impediat Sacrificanti attendere, humanæ, ac religiosę præsentię non contradicit, ac proinde non obstat, quin illã exercens Missæ præcepto satisfacias. Minus obest, quod ex prauo fine Missæ assistas. Quia prauus finis non impedit exteriorem præsentiam ex se religiosam esse, tametsi illam impediat simpliciter, perfectè esse religiosam, quod ad præceptum implendum requisitum non est. Palao *part.* 4. *tract.* 22. *d. vnic. punct.* 16. *num.* 2. De quo *sect.* 2. sermo propriis in Dubiis recurret.

Si vagatio mentis circa profana ita sit intensa, vt ob eam impediaris, aliqualiter cognoscere, quid à Sacrificante peragatur (quod raro continget) haud quaquam præcepto satisfacis. Quia solum corpore, non autem mente es præsens. Hac enim de causa dormiens vel ebrius assistens, præceptum non implet, nam de iis, quæ aguntur in Sacrificio reddere rationem non potest. At si voluntaria vagatio non te impediat ab ea attentione, qua possis esse testis Sacrificij peracti, crediderim præcepti impletionem non impedire. Quia materia huius præcepti solum est externa Sacrificij præsentia moralis; & de se religiosa. Hæc autem consistere potest, licet mens vanis, imo turpibus sit cogitationibus occupata. Et quidem si vagatio inuoluntaria sit, omnes Doctores teste Suario *d.* 88. *sect.* 3. censent, præcepti executioni non repugnare: signum ergo est, ex vagatione mentis regulariter præsentiam moralem, ac de se religiosam non impediri. Etenim si hæc præsentia vagatione impediretur, & si esset inuoluntaria nullatenus, ea stante præceptum impleres: sicuti ei non satisfaceres si inuoluntariè obdormires: sed aliud Sacrum si posses exaudire deberes. Coninch *quæstion.* 83. *art.* 6. *dub. vnic. nu.* 302. Palao *part.* 4. *tract.* 22. *dub. vnic. punct.* 16. *numer.* 3. & alij.

28 *Si mentis vagatio circa profana impediat aliqualiter cognoscere quid à Sacrificante peragatur.*

29 *Implet præceptum, qui preces simul recitat.*

Præceptum à fortiori implebit, qui preces voluntarias, siue ex obligatione dum Sacrum peragitur recitat. Quia ea recitatio moralẽ externã, ac religiosã præsentiã nõ impedit. Nauar. *sum. c.* 21. *n.* 8. Bonac. *de Sacram. d.* 4. *q vlt. pun.* 11. *n.* 25. Suar *d.* 88. *sect.* 3. Henriquez *libr.* 9. *tract.* 7. *cap.* 3.

30 *Et qui gerit conscientia examen aut confitetur.*

Conscientiæ examen & peccatorum confessio non impedit, quin præcepto audiendi Sacrum satisfacias. Quia simul attendere potes, quid in Sacrificio agatur: qua attentione posita, præsens es moraliter ac religiosè Sacrificio: satisfacis ergò præcepto, sicut satisfacere posses, si confessiones in Templo attendens simul Sacro audires. Reginal. *l.* 19. *nu.* 14. Palao *p.* 4. *tr.* 22. *d. vni pun.* 16. *n.* 4. Molfes. *tract.* 4. *c.* 17. *num.* 45.

31 *Non est necessarium Sacerdotẽ audire, aut videre.*

Necessum non est, vt huic præcepto satisfiat, Sacerdotem audire, aut videre: sed sufficit, si ex signis cognoscat fidelis, quid agatur. Quia auditio, aut visio non præcipitur, sed moralis & humana præsentia, quæ secluſa visione & auditione consistere potest. Vnde cæcus & surdus Missæ interesse debent. Quia humano modo præsentes esse possunt. Nauar. *sum. c.* 21. *n.* 8. Tolet. *l.* 6. *c.* 6. Coninch *q.* 83. *a.* 6. *dub. vni. n.* 299. & 300. Laym. *lib.* 4 *tract.* 7. *cap.* 3. Bonac. *de Sacram. d.* 4. *q. vlt. pun.* 11. *n.* 19. Qui autem simul cæcus esset ac surdus, non video quanam ratione humanam præsentiam possit exercere, vt merito Palaus aduertit.

CAPVT

CAPVT V.

De causis à præcepto audiendi Sacrum excusantibus.

32 *Prima causa excusationis ab spirituali impotentia.*

PRima causa excusationis est spiritualis impotētia, id est, ex spirituali causa proueniēs, qualis esset, si fide data, & maxime iuramento obfirmata, vel legitimo superioris præcepto quis obligatus esset, domi contineri. Vel si excōmunicatus, vel interdictus esset. Porrò licet negligens esset in absolutione censuræ procuranda, nō obinde aduersus hoc præceptum delinquet. Quia ex vi illius non tenetur impedimēta tollere, quæ illius impediant executionē, sed obligat, dum quis liber est, & expeditus Nauar. *sum. c.21.nu.2.* Azor, *l.7.c.7.q.1.* Suar. *d.88. sect.6.nu.1.* Henriq. *l.9.c.25.n.11.* Sà *v. Missæ auditio, num.3.* Bonac *de Sacram. d.4.q.vlt.pun.vlt.n.12.*

33 *Secunda est impotentia absoluta impossibilium.*

Secunda est corporalis absoluta impotentia, qualis esset, si ægritudinē qua quis afficitur, vel ob carcerem, quo detinetur, impotens esset Templum adire. Quia præceptum ad impossibilia obligare non potest, si priuilegium habeas domi, in naui, vel in carcere celebrandi, quo priuilegio vtens poteris à prædicta impotentia liberari, siquidem in carcere, vel in naui detentus, vel domi ægrotans, Sacrum audire posses: adhuc ab hac obligatione te exemptum crediderim. Quia non teneris vti priuilegio, maxime odioso iuri contrario communi, ac reuerentiæ Sacramenti parum conformi. Media igitur, quæ ad executionem præcepti obligaris apponere, debent esse per se ad illius executionem ordinata: non extraordinaria, & quæ tantum ex permissione conceduntur. Suar *d.88. sect.6.n.2.* Filliuc. *tr.5.n.224* Bonac. *de Sacram. d.4.qu.vltim. pun.vlt.n.14.* Laym. *l.4.tr.7.c.4.n.3.* Addunt Suarius, & Bonacina, te non esse obligatum Sacrum audire, si tibi necessarium est celebrantem conducere. Quia est medium extraordinarium neque in præcepto audiendi Sacrum contentum.

34 *Tertia impotentia moralis.*

Tertia est moralis impotentia, quam inducit alicuius boni mediocris æstimationis iactura, vel aliqua difficultas, vel labor non mediocris in Sacro audiendo. Quia hoc præceptum suane & consequenter ex causa mediocriter grani eius obligatio cessare potest. Quæ autem sufficiat, arbitrio prudentis relinquitur. Ex Doctoribus autem aliquos casus speciatim enumero.

35 *Excusatur, qui timet vitæ suæ periculum.*

Excusatur qui ob audiendam Missam in periculum vitæ intemperie aëris, vel ob inimicitias incurret. Vel qui cum infirmus sit, vel non satis robustus probabiliter timet aggrauandam esse infirmitatem, vel conualescentiam retardandam. Sed vt securè procedatur, Medici, superioris, vel Parochi postulandum cōsilium. Bonac. *de Sacram. dub.4.q.vlt.pun. vlt. num.3.*

36 *Qui longè ab Ecclesia habitat.*

Excusatur qui longe ab Ecclesia habitat, ad illamque absque graui molestia non potest accedere; quod prudentis arbitrio est iudicandum spectata loci, temporis, ac personæ qualitate. Certè distantia per leucam, si pedibus iter est perficiendum regulariter excusat: imo & minor distantia, si niues, tempestates, vel imbres ingruāt. Suar. *d.88. sect.6.n.3.* Henriq. *l.9.c.25.n.10.* Bonac. *de Sacram. d.4.q.vlt.pun.vlt.n.12.*

37 *Et qui timet rixas graues oborituras, ob locorum ordinem.*

Excusatur qui occasione Missæ audiendæ timet rixas graues oborituras vel propter veteres inimicitias, vel propter locorum ordinem, & dignitatem. Nauar. *sum.c.21.n.5.* Azor. *l.7.c.7.q.1.* Bonac. aliis relatis. *de Sacram. d.4.q.vlt.pun.vlt. n.9* Suar. *d.88. sect.6.n.4.*

38 *Et mulier, quæ timet mariti iram.*

Ob eandem causam Doctores communiter excusant mulierem, quæ timens iram mariti, Missam omittit, vt conuenienti tempore omnia præparet, & occasionem perturbationis tollat. Quod intelligo de graui perturbatione, secus de leui; hæc enim patienter sustinenda. Henriq. *l.9.c.25.n.10.* Suar. *d.88. sect.6.n.6.* Bonac. *de Sacram. d.4.q.vlt.pun.vlt.nn.10.* Idem assero, si maritus ob zelotipiam non permittat vxorem domo exire, quæ si absque graui incommodo vitare id non potest, poterit marito morem gerere ob proprium damnum vitandum. Henriq. Suarius, & Bonac. *vbi supra.* Azor *l.7.c.7.q.1.*

39 *Et qui ab inimico grauem timet iniuriam.*

Excusatur, qui ab inimico grauem timet iniuriam. Et qui non valet absque dedecore in publicum apparere, eo quod veste decenti careat. Quia dum in eo statu est cōstitutus ei, qui vinculis alligatus est, comparatur *leg. In eadem causa. ff. ex quibus causis* Huc spectat si vir, vel fœmina nobilis careat solito, ac decenti commitatu, ob cuius defectum timet gratuiter cōtemni. Nauar. *sum.c.21.* Henr. *l.9.c.25 nu.10.* Sà *v. Missæ auditio.nu.3.* Bonac. plures afferens de Sacram. *d.4.qu.vlt.pun.vlt.n.8.* Idem dicendum, si fœmina innupta grauida sit, & occultare non valeat, nisi se domi contineat cum tamen à populo honesta reputetur. Palao *t.4 tra.21.d vni. pun.vlt.nu.4.* Limitarim verò, modo non possit secreto Sacrum audire.

40 *Et qui bonorum temporalium iacturam timet.*

Excusatur, qui bonorum temporalium iacturam probabiliter timet, verbi gratiâ, si Sacrum audire non possit, quin domum solam relinquat cum periculo furti. Hoc titulo excusatur viator, qui si Missæ assisteret, comites non haberet in via, qui eum à latronibus securum reddebant, vel onera deferebant, vel ducebant in via difficili, vel tædium longi itineris non leuiter leuabant: quibus prætereuntibus timet à grassatoribus diuexari, vel errare viam, vel onera deportare cogitur, ac facere expensas, vel cum graui tædio iter perficere. Secus esset, si nullum aliud sequeretur incommodum, quam quod si solus deberet incedere. Quia ob leue solatium Missæ auditio non est committenda. Suar. *d.88. sect.6.n.3.* Coninch *qu.83.art.6.dub. vnic.numer.314.* Bonac. *de Sacram. d.4. q.vltim. punct.vltim.num.6.* Laym. *libr. 4.tract.7.capit.4. num.3.*

41 *Et gregum custodes, & mercatoris agasani armentorū, &c.*

Excusantur gregum custodes, qui non possunt Missæ interesse, nisi grege solo relicto. Quia regulatiter grauius damni periculum instat. Item mercatores agasanios armentorum, equorumque reductores si vt Missæ assisterent grauiores facturi essent expensas Henriq. *l.9. c.25.n.10.* Azor. *l.7.c.11.q.7.* Bonac. *de Sacram. d.4.q.vnic.pun.vni.n.6.* Coninch *qu.83.a.6.dub. vni.n.314.*

42 *Et molitores, & quilibet alius, cui in festo laborare permittitur*

Excusantur denique molitores, & quilibet alius, cui in die festo laborare permittitur, si

si ob Missæ auditionem opus debeat interrumpere.

si ob audiendam Missam opus interrumpere deberet Suar. *d.* 88. *sect.* 6 *n.* 3. Bonac. *citatus.* sed crediderim, hoc intelligendum esse, dummodo ex intermissione non leuis rei temporalis iactura proueniat.

Quarta causa ex titulo charitatis sumitur, quando cui necessarium sit Missam omittere vt subueniat proximo, vel ne illi afferat damnum verbi gratiâ, sine ægrotum deserat, cui eius est præsentia necessaria, vt medicamina opportuno tempore adhibeantur, vel ne grauem dolorem, & animi anxietatem solus relictus patiatur. Quod si dubius is fuerit, an eius præsentia sit necessaria, aut vtilis valde, consilium alterius, si adsit, docet postulari. Raro autem cum Suario *d.* 88. *sect.* 6 *num.* 4. crediderim, eum, qui bona fide, & animi pietate procedit peccatorum lethaliter, licet eius præsentia necessaria non fuerit. Quia bona fides & animi perturbatio excusationem præstat. Ex hoc etiam capite Doctores excusant fœminam, scientem se à viro perdite adamari, quæ si Ecclesiam adeat, erit alteri occasio delinquendi. Sotus *in* 4. *dist.* 13 *q.* 2. *a.* 1. Filliuc. *tr.* 5. *n.* 227. Sà *v. Missæ auditio, n.* 3. Bonac. *de Sacram. d.* 4. *q. vlt. pun. vlt. n.* 15.

43 *Quinta causa, officium, vel iusta obedientia.*

Quinta causa sumitur ex officio, vel iusta obedientia. Quo titulo excusantur milites custodientes castrum, portas ve ciuitatis, seu vigilias agentes, quando sine periculo huius dãni, si Missæ interfint, suo muneri nequeunt satisfacere. Item matres, ac nutrices, quæ infantem non possunt deserere; & satius regulariter est, domi cum eo morari, quam secum ad Templum adferre ob eius inquietudinem, quæ adstantes molestat, ac celebrantem perturbat. Bonac. *de Sacram d.* 4. *q. vlt. pun. vlt. n.* 5. Henriq. *l.* 9. *c.* 25. *n.* 10. Coninch *q.* 83. *art.* 6. *dub. vni. num.* 286.

44 *Quandonã famuli excusentur?*

Hoc titulo excusantur famuli, qui vt domi nis suis ministrent, Missam omittunt. Et quidem si ministerium sit necessarium iuxta commanem, & ordinarium viuendi morẽ, vel iuxta occurrentes rationabiles occasiones, certum est, nec dominos delinquere præcipiendo, nec parendo famulos, licet ex illo obsequio Missa omittatur. Quia adest grauis causa, ac moralis necessitas. Quod intellexerim, dummodo famuli non possint mediocri diligentia adhibita opportunum tempus præuenire, vt Sacro sit locus. Suar, *d.* 88. *sect.* 6. *n.* 5. Coninch *qu* 83. *a.* 6. *dub. vni. fine.* Porro non tenentur famuli, extraordinariam diligentiam adhibere, citius notabiliter assurgendo, & de sommo secundum rationem moderato detrahendo. At si ministerium necessarium ita non sit, sed possit in aliũ diem, vel in aliam horam sine incommodo differri, domini inique agunt, id præcipiendo, cũ non solum sint obligati sibi subiectos à Missa audienda non impedire, sed debitam diligentiam adhibere, vt præcepto satisfaciant. Sylueſt. *v. Missa* 2. *qu.* 1. Nauar. *sum. c.* 21. *nu.* 9. & significauit D. Ambrosius *hom.* 33. *Quadrag.* relatus in *cap. An putatis* 86. *dist.* Vnde famuli si absque magno incommodo possunt subterfugere, vt Missam audiant, dominis non obtemperando, tenentur id gerere, quamuis aliqua leuis rixa exoriatur. Si verò necesse sit, aut dominos deserere, aut grauem eorũ sustinere iracundiam, possunt excusari. Monuerim vero, debere famulos indicare dominis, se Sacrum non audisse, ab eisque facultatem expostulare, licet aliqualiter inde irascantur. Quia debent quantum commode possint præcepti executionem procurare. Quod si monitus, & rogatus, facultatem negauerit, famuli erunt à piaculo immunes. Profecto si hoc impedimentum Missæ audiendæ frequens fuerit, & quasi ex consuetudine tenentur, nacta opportunitate, herum deserere, & alium requirere, cui inseruiẽdo Ecclesiæ valeãt obseruare præscripta. Coninch & Suarius *vbi supra.* Laym. *l.* 4. *tr.* 7. *c.* 4. *n.* 3. Quæ de famulis dixi procedunt efficacius in vxore comparatione, ac filiis comparatione mariti, ac parentũ, & in militibus cõparatione ducis, aliisque similibus vti Suarius *n.* 5. aduertit.

Quando domini delinquant?

Quando debeant famuli dominos deserere?

45 *Sexta causa, rationabilis præscripta consuetudo.*

Sexta causa sumitur ex rationabili consuetudine legitimo tempore præscripta à Pastoribus Ecclesiæ tolerata, quæ sicut potest legem introducere, ita præexistentem abrogare, aut temperare valet. Ex hoc titulo excusantur fœminæ, quæ per aliquot dies post partum ab Ecclesiæ abstinent ingressu, & si perfectè conualuerint, iuxta *cap. vni. de purific. post partum.* Ex reuerentia scilicet, ac deuotione, non ex superstitione, aut obseruatione ritus, ac legis Mosaicæ. Caiet. *v. Festor violatio.* Suar. *d.* 88 *sect.* 6. Maiol. *de irregular. l.* 3. *c.* 3. *n.* 4. Bonac. *de Sacram. d.* 4 *q. vlt. pun. vlt fine.* Henriq. *l* 9. *c.* 25. *n.* 12. Ob menstrua tempora non est omittenda Missa, secluſa ægritudine. Quia nulli est talis consuetudo. Nauar. *sum. c.* 21. *n.* 9 Suar. *d* 88. *sect.* 6. Henriq. *l.* 9. *c.* 25 *n.* 12. Bonac. *de Sacram. d.* 4 *q. vlt. pun. vlt. fine.* Ob mortem viri solent coniuges excusari à Sacro audiendo. Quia pluribus in locis est consuetudo recepta, ne è domo egrediantur ob honestatem ac decentiam vidualem, & ob tristitiæ documentum. Hæc tamen consuetudo non est extendenda, nec pro omnibus viduis regula hæc obseruanda; nobiliores enim longiori tempore se domi possunt continere. Vnde Doctores non audent, hanc consuetudinem etiam annalem condemnare. Nauar. *sum. c.* 21. *n.* 4 Henriq. & Suar. *supra.* Viduæ vero illę, quę non obstante hac consuetudine, domo exeunt ad alias res non æquè Sacras, aut vrgentes, nullatenus valent excusari. Quia si viduitatis decentia, ac tristitiæ significatio non impedit exitum quo titulo potest ad Ecclesiam accessũ impedire? Nobiles Virgines aliquibus in locis excusantur. Quia est consuetudo recepta, ne procedant in publicum. At si hanc violent consuetudinem ob ludos, seu publica spectacula aspectanda, haud crediderim excusari posse. Nauarri, Suarij, ac Bonacinæ venia. (De quo *sect.* 12.) Præsumendum enim est, consuetudinem eo moderamine receptam esse, vt feneſtras fugiant, ac domo se contineãt. Palao *tom.* 4 *tr.* 22. *d. vnic. punct. vlt. n.* 7. Porro si puellę huiusmodi non possint domi solæ relinqui absque pudicitiæ violandæ periculo, poterit mater, vel alia persona ob earum custodiam ab audiendo Sacro excusari, non vi consuetudinis, sed vt muneri suo satisfaciat, honorique prospiciat. Nauar. *c.* 21 *n.* 9. Henriq. *l.* 9. *c.* 25. *nu.* 12. Suar. *d.* 88 *sect.* 6. *n.* 6. Bonac. *de Sacram. d.* 4. *q. vlt. pun. vlt. n.* 2. Crediderim, rarò hęc necessaria fore. Potius matribus consulerem, vt filias secum ad Templa ducant potius, quã domi relinquant. Vix enim ob tanti præcepti executionem periculum adest impudicitiæ, præsertim si Ecclesias adeant, vbi non est adolescentum concursus

Quid de fœminis post partũ.

Quid ob fluuium mẽstruum.

Quid ob morẽ viri?

Quid de Virginibus?

concursus, & finito Sacro statim domum reuertantur.

46 *Septima causa maior vtilitas.* Septima causa est maior vtilitas, verbi gratiâ, si omittatur Missa ob peccata fatenda in casu necessitatis, quando vitæ adest periculum, & præceptum confessionis vrget, nec in aliud tempus commodè differri potest: vel cum quis crederet, si ob audiendam Missam Concionem relinqueret, non inuenturum postea, qui eum in rebus fidei, & necessariis ad salutem instrueret. Quia in his præcepta confessionis, & cognitionis Doctrinæ Catholicæ, vtpote diuina, humano, & Ecclesiastico præferenda. Palao *p. 4. tr. 22. d. vni. pun. vlt. n. 8.* & alij communiter.

47 *Octaua causa sumitur ex parte Sacerdotis.* Vltima causa excusationis sumitur ex parte Sacerdotis, si sit nominatim excommunicatus, aut manifestus Clerici percussor. Quia quisque tenetur eiusmodi Sacerdotem vitare maxime in rebus diuinis. Vnde si alius non sit, à quo Missam valeas audire, ab obligatione eam audiendi excusaris: imo delinqueres, si audires. Suar. *d. 88. sect. 6.*

48 *Non obligatur, qui Missam omittit, preces effundere vt fructum Sacrificij compenset.* Denique etsi consultum sit, omittentem Sacrum, vel ex malitia, vel ex impotentia, aliquas orationes fundere, vt sic aliqualiter fructum Sacrificij compenset: attamen nullo iure adstringitur ad eas profundendas. Quia nullibi est cautum, loco Missæ præfatas orationes subrogari debere: alias essent orationes signatæ, & non cuiusque arbitrio relictæ. Missa præcipitur, vt eo Sacrificio Deus colatur, ab eoque misericordiam postulemus: sed non ideo omisso Sacrificio alia via est Deus ex obligatione precum substitutione colendus, aut exorandus. Quia licet maxime expediat, non tamen præcipitur. Azor. *libr. 7. capit. 7. quæst. 14.* Suar. *d. 88. section. 6.* Bonacin. *de Sacram d. 4. qu vltim. punct. vltim. n. 16.* Layman. *l. 4 tract. 7. cap. 4. fine.*

SECTIO SECVNDA.

De Præcepto audiendi Missam, Quæstiones Dubiæ.

CAPVT VI.

Circa huius Præcepti naturam, de diebusque pro quibus est impositum.

DVBIVM I.

An sit de Fide certum, dari præceptum de audiendo in Festis Sacro?

49 *De fide est.* DE Fide est. Quia dari præceptum constat ex cõmuni traditione, ac praxi Ecclesiæ, & ex puerorum Catechismo, vbi hoc præceptum inter Ecclesiastica annumeratur: & qui huic veritati, reclamauerit, tanquam suspectus aduersus sacra mandata punitur, quę ex Fide sunt stabilita: ergo de Fide esse fatendum est. Sic Suar. *tom. 3. in 3. part. d. 88. sect. 1. & tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 5.* Fagund. *præc. 1. lib. 2. cap. 1. num. 1.* Petr. de Ledesma *tom. 1. sum. cap. 27.* Trullench. *lib. 3. in Decalog. cap. 1. dub. 5. num. 1.*

50 *Non est de fide.* De Fide non est. Quia nec à Deo reuelatum esse inuenitur, nec aliquo loco definitum, Ecclesiam id præcipisse. Ita Hurtad. *d. 5. de Sacrif. Miss. diffic. 1.* Lugo. Cardin. *de Euchar. d. 22. à numer. 1.* Sotus *in 4. dist. 13. quæstion. 2. articul. 1.* & alij.

51 *Hoc mihi sit probabilius.* Existimarim probabilius licet certissimum sit tale dari præceptum, non tamen de Fide esse. Fateor esse præceptum iure diuino fundatum obligans sub mortali, & eum, qui huic veritati reclamare ausus fuerit, *tanquam suspectum aduersus sancta mandata,* (vti ait Sotus) *puniendum,* sed dum non constat de Dei circa id reuelatione, nec de Ecclesiæ definitione, veritas hæc communi traditione, & praxi Ecclesiæ stabilitur, sed non ideo ex Fide constat roborari.

QVÆSTIO INCIDENS.

Num in Quadragesimæ Feriis vi præcepti huius teneatur quis Sacrum èxaudire?

52 *Tenetur quidem.* NOn solùm in diebus Dominicis, ac Festis videtur teneri quis Sacro interesse, sed etiam in Feriis Quadragesimæ. Quia in *cap. solent, de consecr. dist. 1.* expressè dicitur, quod præfatis diebus *debet ieiunium solui vespere, largitis eleemosynis, & audita Missa.* Sic Brocard. *libr. 1, capit. 105.* & alij, quos presso nomine, refert Azor. *tom. 1. libr. 7. cap. 4. quæst. 2.*

53 *Non tenetur.* Minime tenetur quis ex vi huius præcepti Quadragesimæ Feriis interesse Sacro. Quia sic fert vsus, ac praxis Ecclesiæ, omnibus Doctoribus contestantibus. Ita Tolet. *lib. 6. cap. 8. num. 2.* Barbosa *ad cap. Solent, numer. 2.* Scortia *de Sacrif. Miss. lib. 2. cap. 2. numer. 1.* Henriquez *l. 9. c. 25. n. 3.* Azor. *citatus.* Armil. *v. Missa, n. 29.* Tabie. *n. 46.* Angel. *n. 57.* Nauar. *summ. c. 21. n. 2.* Syluest. *v. Missa, 1. §. 7. & v. Missa, 2. §. 1.* & alij communiter.

54 *Hoc certissimum, nec hodie prima sententia sustineri potest.*

Hoc certissimum esse reor, Brocardique sententiam, si aliquando probabilis fuit, hodie sustineri non posse. Nam si huiusmodi præceptum de audienda Missa Quadragesimæ Feriis olim fortasse ex illius canonis præscriptione vigebat, iam contrario fidelium vsu est abrogatum. Ego autem crediderim nunquam tale præceptum viguisse, sed illum canonem loqui de consilio circa Missæ auditionem, sicut manifestè de consilio loquitur circa elargitionem eleemosynæ. Lege Barbosam. *ibi.*

QVÆSTIO INCIDENS.

Nùm in Sanctæ Hebdomadæ triduo vi præcepti Ecclesiastici Missam audire teneamur?

55 *Teneris.*

TENERI videmur. Quia ex iure communi triduum hoc inter Festa obseruanda præscribitur, vnde omnes tenentur vi huius Ecclesiæ præcepti Sacrum exaudire. Sic Sylvester *verb. Dominica, quæstion. 1. dicto 7.* qui citat Archidiaconum, non D. Antoninum vti Fagundez *citandus* affirmat.

56 *Non teneris.*

Non tenemur. Quia licet olim ex iure communi illud triduum festum esset, & consequenter præceptum de Missa audienda vrgeret: nunc vero non est festum consuetudine enim legitime introducta præceptum illud est abrogatum. Ita Fagundez *præc. 1. lib. 2. cap. 2. numer. 13.* Azor. *tom. 1. l. 7. c. 4. q. 2.* Tolet. *l. 6. cap. 8. num. 2.* & omnes.

57 *Hoc certũ, & contrarium sustineri non potest, spectato iure communi.*

Hoc adeò certum, vt contrarium ex iure communi minimè valeat sustineri. Secus dixerim, de iure particulari alicuius Diœcesis, si quod extat alicubi. Imò mei Facundi venia, nec contrarium Sylvester asseruit: sic enim profatur, *Quædam trædictorum festorum sunt per consuetudinem abrogata quoad cessationem ab operibus, vt communiter dicitur, vt tres dies Rogationum, & septem dies Dominicæ Passionis, id est hebdomada Paschæ: nec seruantur hodie nisi tres dies Paschæ, & secundum Archidiaconum Parasceues, & feria V. in Cœna Domini ad osculum Crucis.* En Sylvester affirmat, vnum & alterum illum diem ex sententia Archidiaconi, non ex propria asseruari: ipse enim solum asseruit tres Paschatis dies ex præcepto obseruandos.

QVÆSTIO INCIDENS.

Nùm præceptum hoc suo ex genere ad lethale obliget?

58 *Ad mortale non obligat.*

AD mortale videbitur non obligare ex genere suo, ideoque solùm illi lethaliter delinquunt, qui ex contemptu expresso, (vel saltem tacito) omittunt in festis Sacrum audire: non verò illi, qui ex quadam negligentia, aut passione, aut quauis alia causa: venialiter enim tantùm delinquunt. Quia Concilium Agathense, quod expresse adstruit Missam in festis audiendam, verbo præceptiuo non vtitur. Sic Angel. *ver. Feria, num. 42.* Rosel. *verb. Missa, num. 18* Tabien. *ibi, §. 43.* Astens. *lib. 4. titul. 16. cap. 1. quæstion. 1.* Richard. *libr. 1. quæstion. 19.* Gloss. *ad cap. Omnes, de consecrat. dist. 1.* Turrecrem *in Canon. Missæ, ea dist.*

Ex suo genere obligat ad lethale. Quia Concilium Agathense verbo plane vtitur præceptiuo. Ergo cum alias sit de materia graui, grauiter. Ita D. Thom. *1. 2. quæst. 122. art. 4.* Suarez *tom. 3. in 3. part. dub. 88. section. 1. & tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 15.* Azor. *lib. 7. cap. 1. quæstion. 2.* Tolet. *lib. 6. cap. 8. num. 3.* Cardin. Lugo *de Eucharist. dub. 22. num. 1.* Trullench. *lib. 3. in Decalog. cap. 1. dub. 4. num. 2. & dub. 5. num. 6.* Bonac. *d. 4. de Sacrif. Miss. qu. vltim punct. 11. numer. 11.* Scorc. *de Sacrif. Missæ, libr. 2. cap. 20. num. 3.* & omnes. 59 *Obligat ad mortale.*

Primam sententiam antiquatam omninò, secundam verò certam plane esse affirmo. Quia ita fert communis sensus fidelium, & vsus Ecclesiæ. Vnde non bene hodie audiret, qui contrarium adstruere auderet. 60 *Hoc plane certum esse affirmo.*

DVBIVM II.

An præceptum hoc sit ex iure diuino?

EST de diuino iure. Quia Dominus dixit, *Hoc facite in meam commemorationem.* Id est Sacerdotes sacrificent, populus autem aliquando Missæ interfit Sacrificio. Sic nonnulli Doctores, quorum sententiam satis esse probabilem asserunt Suar. *tom. 3. in 3. part. d. 88. sect. 1. & tom. 1. de Relig. libr. 2. capit. 15.* Fagundez *præc. 1. libr. 2. capit. 1. numer. 7.* Inclinat Reginald. *libr. 19. numer. 11.* affirmans hoc præceptum partim esse diuinum, partim humanum. 61 *De diuino est iure.*

De diuino iure non est, sed absolutè, ac simpliciter de iure Ecclesiastico, expresso quidem in *cap. Omnes fideles, in cap. Sacerdotes*, & in *cap. Missas, de consecrat. dist. 1.* Ita Suar. *citatus*, Fagundez *numer. 5. & 6.* Scort. *lib. 2. de Sacrific. Miss. cap. 20. numer. 1.* Nauar. *summ. cap. 21. numer. 1.* Nugnus *in 3. part. quæstion. 83. articul. 6.* Bonacin. *de Sacrific. Miss. dub. 4. quæstion. vltim. punct. 11. numer. 6.* Filliuc. *tract. at. 5. numer. 298.* Bassæus *verb. Missa 8. num. 1.* & alij plurimi. 62 *De iure diuino nõ est.*

Hoc verum, sed addiderim ex horum mente Doctorum, licet hoc præceptum absolutè, & simpliciter sit de iure Ecclesiastico, consentaneum tamen iuri naturali, ac diuino, quod quidem probat primæ sententiæ fundamentum. Ideo Reginaldus asseruit partim esse diuinum, & partim humanum. 63 *Quidtemè exponam.*

QVÆ

QVÆSTIO INCIDENS.

Nùm ante Concilium Agathense fuerit in Ecclesia de exaudiendo Sacro præceptum?

64 *Minime fuit.*

MINIME fuisse videtur. Quia præcipuum Caput Canonici iuris, in quo fundatur præcepti audiendi Missam obligatio est solummodo ex Concilio Agathensi: ergo manifestè innititur, ante hoc Concilium in Ecclesia huiusmodi præceptum non extitisse. Sic graues Doctores, quos pressis nominibus referunt Azor. *tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 1. *quæstion.* 1. (qui quidem indicat esse probabile,) & Fagund. *præc.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1, *num.* 5. Machado *lib.* 2 *p.* 4. *tract.* 1. *docum* 1. *num.* 1.

65 *Fuit plane.*

Fuit planè ante Concilium Agathense. Quia præceptum audiendi Missam in festis à primis Ecclesiæ temporibus viguisse colligitur ex *Cano.* 9. (*alias* 10.) *Apostol.* ex *cap. Omnes fideles, de consecr. dist.* 1. & ex Clemente *libr.* 5. *constit. cap. vltim. & libr.* 7. *cap.* 3. Ita Filliuc. *tract.* 27. *num.* 126. Sotus *in* 4. *dist.* 13 *qu.* 2. *art.* 1. Azor. & Fagund. *vbi supr.* Suar. *tom.* 1. *de Relig. lib* 2. *cap.* 15. *num.* 4.

66 *Hoc fere certum esse reor.*

Hanc sententiam fere certam esse existimo. Nam si vt ex citatis Canonibus constat, præceptum audiendi Sacrum à primis Ecclesiæ temporibus viguisse, certum erit iam ante Concilium Agathense huiusmodi adfuisse obligationem, siquidem hoc Concilium fuit Idibus Septembris circa annum Christi Domini quingentesimum sextum celebratum.

DVBIVM III.

An Pontifex summus possit in præcepto Missæ exaudiendæ dispensare?

67 *Non potest dispensare.*

DIspensare non potest. Quia hoc præceptum est de iure diuino, indictum scilicet à Domino, dum dixit: *Hoc facite in meam commemorationem*, id est Sacerdotes Sacrum agant & fideles aliquando assistant. Sed Pontifex in iure diuino non dispensat. Sic nonnulli, quorum mentem Suarius *tom.* 3. *in* 3. *part. dub.* 88. *section.* 1. & *tom.* 1. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 15. & Fagundez *præc.* 1. *libr.* 2. *capit.* 1. *numer.* 7. iudicant satis esse probabilem. In quam etiam Reginald. *libr.* 19. *cap.* 2. *num.* 11. videtur inclinare.

68 *Potest dispensare.*

Potest equidem dispensare. Quia præceptum audiendi Missam simpliciter, & absolute est humanum, & Ecclesiasticum. Sed Summus Pontifex potest omnino in iure humano dispensare: ergo potest dispensare in præcepto Sacrum audiendi. Ita Suar. *tom.* 3. *in* 3. *part. loco citato*, Fagundez *vbi suprà. num.* 11. Bonacin. *de Sacrific. Miss. dub.* 4. *quæst. vltim. pun.* 11. *num.* 6. Hurtad. *ibi, dub.* 5. *difficult.* 1. Trullench. *in Decalog. libr.* 3. *capit.* 1. *dub.* 5. *numer.* 2. Dicastil. *tractat.* 5. *de Sacrament. d.* 5. *dub.* 2. *num.* 17.

69 *Hoc probabilius mihi*

Hanc sententiam longe probabiliorem esse reor addens tamen, rarissime posse iustam offerri causam dispensandi cum aliquo, vt nunquam dum superstes fuerit, Missam exaudiat. Nam si causa est perpetuæ ægritudinis, qua lecto impeditur, non est necessaria dispensatio: si autem quis infirmitate non afficitur, & ad alia negotia diuertit pollens robore, vndenam sic valeat dispensari, haud facile inuenies.

CAPVT VII.

Circa Personas, quæ ad huius obseruationem obligantur?

DVBIVM IV.

An statim ac quis annos discretionis inierit teneatur hoc præceptum obseruare?

70 *Non tenetur statim.*

NON statim tenetur. Quia Ecclesiastica præcepta non adstringunt eos, qui nondum ad pubertatis deuenerint annos. Sotus, Sà, & alij, quos refert Leand. *part.* 1. *de Sacrament. tractat.* 5. *d.* 2. *quæstion.* 28. Marchant. *in Candelab. Sacrament. qq. Pastoral. tractat.* 4. *cap.* 6. *quæst.* 2. asserens non teneri pueros statim post septennium ad Missam audiendam; quousque perfectiorem rationis ineat vsum, quo attentionem, ac deuotionem, quæ tantum deceat Sacrificium plenius apprehendant.

71 *Statim tenetur.*

Proculdubio statim obligatur. Quia quilibet fidelis postquam annos discretionis attigerit, vere est Ecclesiastici præcepti capax: ergo ex præceptum audiendi Missam asseruandum adstringitur. Ita Nauar. *sum. c.* 21. *n.* 1. Henriq. *l.* 9. *c.* 25. *n.* 1. Card. Lugo *de Euchar. d.* 22. *n.* 1. Marchin. *p.* 3. *de Ordi. c.* 17. *num.* 2. Tolet. *l.* 6. *c.* 8. Coninch. *de Sacram. qu.* 83. *art.* 6. *num.* 286. Diana *part.* 5. *tract.* 13. *resol.* 77. Mattinon. *de Sacram. d.* 40. *sect.* 9.

72 *Certà hanc sententiam esse crediderim.*

Hanc sententiam certam esse crediderim, quæ his aliisque innumeris Doctoribus confirmatur. Vnde affirmo ex Henriquez mox, ac puer rationis vsum inierit, quod quidem circa septennium, aut paulo post accidere assolet, ad audiendam Missam obligari, quamuis non, vti docet, Mysterij præstantiam apprehendat, neque eam quæ opus est præ se ferat attentionem.

QVÆ

QVÆSTIO INCIDENS.

Nùm Ecclesiasticæ personæ nempe Episcopi, Sacerdotes, Religiosi præceptum hoc teneantur obseruare?

73 *Non tenẽtur.* NON videntur teneri. Quia in *cap. Missas, de consecr. dist.* 1. vbi hoc præceptum Missæ audiendæ indicitur, solummodo fit mentio de sæcularibus: ergo cum præceptum pœnale sit, non est ad alias personas extendendum. Canon sic: *Missas die Dominico sæcularibus totas audire, speciali ordine præcipimus.* Sic Ioan. de Biblia *in quodam quodlib.* vti refert D. Antonin. *p.* 2. *titul.* 9. *cap.* 10. §. 1. & alij Canonistæ, quos presso nomine memorat Suar. *tom.* 1. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 4.

74 *Tenentur quidem.* Tenentur plane. Quia præceptum hoc non solum continetur in *cap. Missas*, sed etiam in *cap. Omnes fideles.* At Caput hoc generaliter loquitur, expresséque omnes fideles comprehendit. Addiderim *cap. Omnes fideles*, esse antiquius, quam *Caput Missas*, cum illud sit deductum ex Canone Apostolorum, hoc verò ex Concilio Agathensi: ergo hoc ad illius sensum est trahendum, & iuxta tenorem illius explicandum. Ita D. Antonin. Paludan. Gabriel, Nauarr. & Sotus, quos affert, ac sequitur P. Suar. *tom.* 3. *in* 3. *part. dub.* 88. *section.* 4. Trullench. *libr.* 3. *in Decalog. capit.* 1. *dub.* 5. *numer.* 3. Dicastil. *de Sacrament. disputat.* 5. *dub.* 1. *numer.* 3. Tolet. *libr.* 6. *capit.* 8. & ibi Victorel. Bauny. *de Sacrific. Miss. tractat.* 6. *quæstion.* 3. & 4. Lugo. *de Eucharist. dub.* 22. *numero* 1. Fagundez *præc.* 1. *libr.* 2. *capit.* 1. *numer.* 4. & *capit.* 2. *numer.* 4. & alij communiter.

75 *Hoc mihi indubitatũ.* Hoc mihi indubitatum est, nec contrarium sustineri posse existimo, iudicans quidem, ideo in *cap. Missas*, solummodo factam fuisse de sæcularibus mentionem, quòd cum hi communiter Ecclesiæ præcepta facilius transgrediantur, expressius voluit Concilium eis id imperare. Et quia facta diei Dominici mẽtione, supponebat Episcopos, Sacerdotes, Regularésque cunctos Presbyteratu condecoratos Missã celebraturos, vnde solùm gessit memoriã de sæcularibus, qui audiendo eam præceptum erant impleturi.

QVÆSTIO INCIDENS.

Vtrum, qui in festo non potest Missam, ac Concionem audire: teneatur potius Missam audire, quam Concionem: vel è contra Concioni potius quam Missæ interesse?

76 *Tenetur.* NON videtur teneri potius Missam, quam Concionem audire, sed potius tenetur interesse Cõcioni. Quia ratio legis circa hoc magis militat. *cap. Missas, de consecr. dist.* 1. *cap. Omnes fideles, cap. Sacerdote*, & *cap. Episcopus nullum.* Quæ quidem iura magis audiendi Scripturas Sanctas, ac Dei verbum, quam alia ratione Missam audiri præcipiunt. Sic Angel. *verb. Feria, num.* 45. & alij, quos presso nomine affert Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæstion.* 10. Rosel. *verb. Dominica num.* 5. asserit, huius sententiæ fuisse D. Bernardinum, quem P. Dicastillo *D. Bernardum*, errore calami appellauit.

77 *Tenetur potius Missæ dienda interesse.* Tenetur potius per se loquendo Missam potius quam Concionem audire. Quia præcepta sunt consiliis præferenda: at de Missa audienda datur præceptum, Concionis auditio pertinet ad consilium: ergo præferenda Missa Concioni. Ita Suar. *tom.* 1. *de Relig. libr.* 2. *cap.* 16. *num.* 6. Bonacin. *Decalog. dub.* 5. Castro Palao *tom.* 2. *tractat.* 9. *dub.* 1. *punct.* 4. *num.* 5. & 6. Trullench. *lib.* 3. *in Decalog. cap.* 1. *dub.* 4. *à numer.* 4. Henriquez *lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 10. Sà *verb. Missæ auditio, num.* 7. Azor. *citatus.* Filliuc. *tract.* 6. *num.* 217. Dicastil. *de Sacram. tract.* 5. *disp.* 5. *dub.* 10. *à num.* 193.

78 *Hos sequor.* Hoc vnice verum, & Angeli sententiam omninò repellendam affirmo, quam quidem Fagundez *præc.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 10. docet esse falsam, Azorius *vbi suprà*, temeritatis illum incusat. Nec vrget eius fundamentum. Abnego namque, quod iura magis ratione audiendi Scripturas Sacras, ac Dei verbum, quam alia ratione Missam imperent exaudire: potius enim id agunt ob tanti Sacrificij reuerentiam. Vnde si in *cap. Omnes fideles* præscribitur, vt accedentes ad Missam Sacras Scripturas, ac Dei verbum audiant: hoc vere per Missæ auditionem adimpletur, cum in illa Epistola, & Euangelium legantur, qua lectione audientes in Scripturis Sacris instruuntur. Dixi tamen, *Per se loquendo.* Quia potest per accidens accidere, vt aliquis potius Concionem, quam Missam audire teneatur, verbi gratiâ, si non posset in Fidei mysteriis instrui, vt ab hæreticis sese protegat, nisi Concione audita. Suar. *tom.* 3. *in* 3. *p. d.* 88. *sect.* 1.

DVBIVM V.

An Episcopus possit sub censuris præcipere, vt Missam subditi in propriis Parochiis exaudiant?

79 *Nonnulla præmitto.* SCio, Angelum *ver. Missa. num.* 59. & quendam P. Capucinum *libel.* inscripto *Parochianus obediens*, asseruisse in festis solemnioribus saltem teneri fideles propria in Parochia Sacro interesse. Quorum sententiam Suarius *tom.* 3. *in* 3. *part. d.* 88. *section.* 2. meritò impugnat. Quia Ecclesia solum præcipit Missæ auditionem, nec locum vbi sit audienda præscribit: & ita fert fidelium consuetudo, per quam, esto quod aliquando viguerit contrarium ius, iam est abrogatum. Quæsierim verò, an si ob mains Parochialis Ecclesiæ decus ex fidelium frequentia, (verbi gratiâ,) lubeat Episcopo, sub censura præcipere, vt Parochiani in propria Ecclesia Missam exaudiant, id gerere valeat?

80 *Potest equi. dem.* Valet equidem. Quia id ei ex directiuæ competit potestate. Sic Marchant. *in resol. Pastor de de Sacram. Eccles. c.* 7. §. 6.

Minime

81 *Minime prob.* Minime id potest. Quia nihil valet statuere Episcopus contra generalem consuetudinem: certum autem est, contrarium generali fidelium consuetudine asseruari. Ita Azor. *libr.* 7. *cap.* 6. *quæst.* 6. Nauar, *summ. cap.* 21. *num.* 5. Reginald. *lib* 19. *num.* 22. Trullench. *libr.* 3. *Decal. cap.* 1. *dub.* 6. *num.* 5. Zenedo *collect.* 104. *num.* 2. Fagundez *præc.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 12. Dicastil. *de Sacrament. tractat.* 9. *disp.* 5. *dub.* 4. *num.* 59. citans Gutierr. & Rodrig. Diana *p.* 10. *tract.* 13. *resolut.* 45.

82 *Primam sententiam reicio.* Profectò primam sententiam debili ratione fulciri existimarim. Nec enim causa rationabilis obiicitur, qua Episcopus directiua illa potestate possit consuetudinem vbique terrarum receptam abolere, vel interrumpere.

QVÆSTIO INCIDENS.

Nùm huius præcepti vi fideles teneantur Missam maiorem exaudire, quando in propria Parochia ei lubet præcepto satisfacere?

83 *Tenentur quidem.* TENENTVR quidem. Quia in *cap. Et hoc attendendum, de consecr. dist.* 1. id imperatur. Sic Abbas *ad cap.* 1. *de vita, & honestate Cleric. numer.* 8.

84 *Non tenentur.* Minime videtur teneri, sed inibi audiendo Missam priuatam satisfaciunt. Quia hæc est generalis Ecclesiæ consuetudo recepta, & approbata. Ita Scottia *de Sacrific. Miss. libr.* 2. *cap.* 26. *num.* 6. citans Syluestrum, D. Antoninum, Nauarrum, Azorium, ac Turrecrematam. Suar. *tom.* 3. *in* 3. *part. dub.* 88. *sect.* 2. Henriquez *lib.* 9. *cap.* 25. *num.* 4. Fagundez *præc.* 1. *l.* 2. *cap.* 3 *num.* 8. Tolet. *lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 1. Hurtad. *de Sacrific. Miss. dub.* 5. *difficul.* 5. Filliuc. *tract.* 5. *num.* 104.

85 *Hoc certum esse reor.* Hoc certum omninò esse reor. Quia citatus Canon, quo allicitur Abbas, nullum continet verbum, quo expresse id præcipiatur: solum enim habetur, vt ita Missæ priuatæ celebrentur, vt populus à publicis, seu cantatis auocari non valeat.

DVBIVM VI.

An qui hora secunda, vel tertia Missam audierit, satisfaciat, huic Præcepto?

86 *Non satisfacit.* NOn satisfacit. Quia Missam audire celebrationi subordinatur: ideo præceptum audiendi Missam debet subordinari præcepto non celebrandi transacta tali diei hora: atque adeo videtur obligare ad Missam intra illud tempus audiendam, intra quod ex iure communi potest celebrari, vnde nisi eo tempore audiatur, præceptum non implebitur. Atqui non potest Missa de iure communi, transacto meridie celebrari: ergo nec implendo præceptum exaudiri. Sic Pasqualig. *decis.* 311. *numer.* 8.

87 *Satisfacit plane.* Satisfacit equidem. Quia præceptum sanctificandi festa, quod ab opere seruili abstinentiam, & Missæ auditionem includit, à media incipit nocte, & in mediam noctem desinit: igitur qui quacumque hora harum viginti quatuor Missam audierit, dummodo pro illa die celebretur, præcepto satisfaciet. Ita Card. Lugo *de Eucharist. dub.* 15. *nu.* 56. Filliuc. *tr.* 27. *num.* 129. Leand. *de præc. Eccles. tract.* 2. *dub.* 1. *quæst.* 26.

88 *Probabiliorem hanc reor esse sententiam.* Probabiliorem hanc reor esse sententiam. Nec enim constat, præceptum audiendi Missam ad tempus ex iure communi pro celebratione præscriptum coarctari. Imo esto quod coarctetur, abnegarim adhuc, quod qui audit Missam ex consuetudine, vel ex dispensatione extra tempus à iure communi præscriptum celebratam, non satisfaciat audiendi Missam obligationi. Addiderim, dato quod illicite sine consuetudine, aut dispensatione quis Missam post meridiem celebraret, ipsum plane delinquere celebrando, sed audientem præcepto satisfacturum. Ex Lugo accepi.

DVBIVM VII.

An cùm Missa coram Summo Præsule in nocte Natalis Domini celebratur ante mediam noctem: sufficiat, præcepto audiendi Missam in die Natalis, qui illi Sacro interest?

89 *Non satisfacit.* NOn satisfacit. Quia licet sit Missa diei, non tamen est in Natalitij die: nec præceptum obligat, ad Missam diei audiendam, sed Missam in die. Vnde si in die festo celebretur Missa, quæ non esset Missa diei, (vt potest contingere si Missa solemnis votiua celebraretur,) qui illam audiret, præcepto non satisfaceret. Neque hoc est contra Pontificis intentionem: aliud enim est, quod velit illam Missam pro festiuitate Natiuitatis celebrari; & aliud, quod velit celebrari in ordine ad satisfaciendum præcepto; non enim hoc intendit, sed solummodo primum. Sic Pasqualig. *decis.* 311. *numer.* 7.

90 *Satisfacit profectò.* Satisfacit profectò. Quia Missa illa, quam Cardinalis coram Pontifice in nocte Natalis Domini ante mediam noctem celebrat, non solùm est Missa diei, sed etiam Missa in die Natalis Dominici celebrata: ergo audiens illam Missam vere precepto audiendi Sacrum in die Natiuitatis satisfacit. Consequentia patet, antecedens probatur. Nam Ecclesia pro illa vice diem sequentem per aliquot horas anticipat. Quia cum Ecclesia computet dies à media nocte vsque ad mediam noctem, pro illo loco, ac pro illa nocte diem sequentem anticipat, cum ab hominum placito pendeat, quandonam dies incipiat: data ergo hac diei anticipatione verè Missa ipso die Natalis Domini

mini celebratur: & per consequens qui illam audit, verè audit Natiuitatis Missam in Natiuitatis die, & audiendi eam in die Natiuitatis præcepto satisfacit. Ita Cardinal. Lugo *de Euch. d. 15. sect. 2.* Dicastil. *de Sacram. tr. 4. d. 9. dub. 17. numer. 404.* Diana *parte. 10. tract. 15. resol. 35.*

91 *Auctoris sententia.* Ego autem crediderim, licet dicamus cum Pasqualigo, illam Missam non celebrari in die, sed in vespera Natiuitatis, adhuc audientem illam præcepto audiendi Missam in die Natalis Domini satisfacere. Quia celebratur intra diem Natiuitatis, qui Ecclesiasticè incipit à vesperis, durante nihilominus vigiliæ die, quantũ ad ieiunium, & horarum recitationem. Cum ergo per Priuilegium, aut Indulgentiam Pontificis illud Sacrum anticipetur intra festum quidem, sed ante horam mediæ noctis consuetam: non est, cum abnegemus, tale Sacrum ante mediam noctem celebratum sufficere, vt qui illi interfit præcepto Sacrum audiendi satisfaciat. Et hanc esse Pontificis mentem minime dubitarim. Lege Cardinalem de Lugo *citatum.*

DVBIVM VIII.

An si Vigilia Natiuitatis in Dominica occurrit: possit quis præceptum audiendæ Missæ in Dominica implere, si assistat Missæ, quæ coram Pontifice Summo in Natalitij Domini vespera ante mediam noctem celebratur?

92 *Satisfacere potest.* SAtisfacere potest. Quia qui Missam illam, quæ in die Dominica occurrẽte cum Natiuitatis vigilia, ante mediam noctem celebratur, expectaret, vere in die Dominica, in qua præceptum vrget, audiret, atque adeo impleret præceptum: dummodo præceptum non obliget ad audiendam Missam intra illud tempus diei, intra quod ex iure communi conceditur, posse celebrari. Sic Pasqualig. *decision. 311. numer. 8.*

93 *Non potest satisfacere.* Non potest satisfacere. Quia Pontifex non computat illam Missam pro Dominica, sed pro sequenti Natalis die: censetur igitur, illam pro præcepto Dominicæ implendo minime approbare. Ita Lugo *de Eucharist. dub. 15. numer. 56.* Dicastil. *de Sacrament. tract. 4. disput. 9. dub. 17. numer. 408.*

94 *Idem asserо.* Equidem, si illam Missam celebrari Ecclesiasticè in die Dominica concedamus: haud video esse, vnde abnegemus, per illam præceptum audiendi Sacri in Dominica adimpleri. Vnde negandum est, illam Missam in die Dominica celebrari: & asserendum celebrari ex Pontificis dispensatione quasi in die Natiuitatis; vnde per eam non potest præceptum Dominicæ diei velut præcedentis impleri. Ex Lugo accepi.

CAPVT VIII.

Circa Missæ ex Præcepto audiendæ Integritatem.

PRÆMITTO illud *Capitis Missas, de consecr. dist. 1. Missas die Dominico saculariibus totas audire speciali ordine præcipimus.* Et *Capitis omnes fideles, eo. ti. Qui non perseuerant in oratione vsque dum Missa peragatur, conuenit communione priuari.* Vnde certo constat fideles teneri diebus festis totam, seu integram Missam exaudire. Omnes sic. 95 *Missam integra audiendа.*

DVBIVM IX.

An qui vsque ad Epistolam exclusiue quis in Missa omittit: adimpleat præceptum?

CErtum est, in Missæ præcepto paruitatem materiæ à lethali excusare, venialiter tamen delinquere, qui culpabiliter eam particulam omittit: omnes autem Doctores vno ore fateri, eum, qui partem non notabilem omittit, licet leuiter delinquat, tamen, & integram audire Missam, & proculdubio adimplere. Quæ tamen pars sit dicenda notabilis, & quæ leuis, hoc Capite discutiam. Quæsierim itaque, nùm adimpleat præceptum, qui omittit in Missa à principio vsque ad Epistolam exclusiuè? 96 *Certum re-colo.*

Non adimplet. Quia partem notabilem omittit. Sic Tabien. *verb. Missa, Paragraph. 50.* Moure *part. 2. Exam. Theolog. cap. 8. §. 1. numer. 4.* citans immeritò Nauarrum, & Marchinum. 97 *Non adimplet præceptum.*

Adimplet præceptum. Quia à principio Missæ vsque ad Epistolam exclusiuè non est pars notabilis: ergò per huiusmodi omissionem Ecclesiæ præceptum minime violatur. Ita Toletus, Nauarr. Sylvester, quos refert, ac sequitur Leander *p. ac. 1. tractat. 2. dubio 1. 32.* 98 *Præceptum adimplet.*

Hanc sententiam communiter apud Auctores, receptam inuenio. Vnde qui culpabiliter hanc Missæ partem omitteret leue piaculum patraret. 99 *Hoc probabilius.*

DVBIVM X.

An qui omittit ab introitu vsque ad Epistolam inclusiuè: satisfaciat obligationi?

NOn satisfacit. Quia per *cap. Missas*, ibi *totas*, non sufficit audire Missam aliqua parte notabili expillatã. Notabilis autem pars arbitrio prudentis est definienda, cum à iure non definiatur: & apparet talis ea, quæ ab introitu vsque ad Epistolam inclusiue protenditur. 100 *Non satisfacit.*

tur. Sic Nauar. *sum. c.* 21, *n.* 2. Tolet. *l.* 6 *c.* 7. *n.* 2. Henriq. *l.* 5. *c.* 25. *n.* 7. citans D. Antoninum, Tabienam, Medinam, Sandoual, Sotum, *gloss. litter. L.* Bonac. *d.* 4. *de Sacrif. Miss. q. vlt. pun.* 11. *n.* 16. Nugnus *in* 3. *p. q.* 83. *a.* 6. *dub.* 2. *post* 5. *concluf.* Candid. *disq.* 25. *a.* 29. *dub.* 4. Trull *libr.* 3. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 5. *num.* 10. Sà *v. Missæ auditio, num.* 2. & alij.

101 *Satisfacit quidem.* Satisfacit plane. Quia præfata pars Missæ notabilis minime reputatur, cum vix sit pars quarta respectu totius. Ita Suar. *tom.* 3. *in* 3. *p. d.* 88. *sect.* 1. Rodrig *sum. c.* 123. *n.* 1. Card. Lugo *de Euch. d.* 22. *n.* 3. Fagund. *præc.* 1. *l.* 2. *c.* 6. *n.* 2. & 3. Azor. *p.* 1. *l.* 7. *c.* 3. *q.* 2. Reginald. *l.* 19. *n.* 24. Scort. *de Sacrif. Miss. l.* 2. *c.* 20. *n.* 3. Coninch. *q.* 23. *a.* 6. *n.* 285. Villalob. *tr.* 8. *diffic.* 35. *num* 2. Diana *p.* 4. *tr.* 4. *resol.* 196. & *p.* 5. *tr.* 5. *resol.* 33. & 44. Dicastill. *de Sacram. tr.* 5. *d.* 5. *dub.* 3. *n.* 35. Martinon. *de Sacram. d.* 40 *sect.* 9.

102 *Probabilium hic iudex.* Probabiliorem hanc sententiam esse iudico. Itaque si ab initio Euangelij vsque ad Missæ finem quis audiat, lethaliter non delinquet; quia illa pars nondum quarta pars Missæ, nec notabilis censetur. Oportet tamen, vt saltem assistat vsque ad populi dimissionem, vel Sacerdotis benedictionem.

QVÆSTIO INCIDENS.

Num qui ab introitu vsque ad offertorium exclusiue, & post Communionem vsque ad Missæ finem omittit præcepti sit reus violati?

103 *Reus non est.* REvs non est. Quia quæ præcedunt Euangelium, aut quæ sequuntur vsque ad Offertorium: & quæ post Communionem leguntur orationes non sunt partes substantiales Sacrificij. Ratio autem peccati mortalis in hac materia non petitur tam à quantitate rei omissæ, quam ab eius dignitate, quæ dignitas haud dubiè non est tanta in Orationibus, Epistola, & Euangelio, quanta in Oblatione, Consecratione, ac Communione reperitur. Sic Stephan. Bauny. *tract.* 5. *de Sacrif. Miss. q.* 8.

104 *Reus est.* Reus est proculdubio. Quia præfata omissio vere est tertiæ partis Missæ, quæ in communi omnium sententia est notabilis: Igitur eas Sacri partes omittens violati præcepti reus erit. Ita D. Antonin. *part.* 2. *titul.* 9. *cap.* 10. §. 1. Sylu. *verb. Missa* 2. *num.* 1. Bassæus *v. Missa* 8. *n.* 3. & omnes.

105 *Bauny.* Existimo Bauny sententiam singularem quidem, cui fundamento niti, nullaque authoritate fulciri; vnde improbabilem esse iudicarim. Nam licet partes, quæ Offertorium præcedunt, vel Communionem sequuntur, non sint substantiales Sacrificij stricte, ac propriè sumpti, sunt tamen partes integrantes, & substantiales Missæ, provt sumitur Missa de qua audienda adest præceptum.

DVBIVM XI.

An qui omittit ab Introitu vsque ad Euangelium inclusiue: impleat præceptum?

Adimplet quidem. Quia omissio hæc non videtur attingere grauitatem. Sic Gaspar Hurtad. *de Sacr. Miss. d.* 5. *diff.* 1 Bauny *ibid. q.* 8. citans Laymanum *lib.* 4. *tr.* 7. *n.* 5. & Alincarium *de Eccl. Offic. c.* 36. Diana *p.* 4. *tr.* 4. *resol.* 196. & *p.* 5. *tr.* 5. *resol.* 38. & 44. Cardin. Lugo *d.* 22. *de Euch. n.* 3. Ortiz *sum. vbi de* 3. *præc.* §. 6. 106 *Adimplet præceptum.*

Minime adimplet. Quia grauitas in hac materia, aut sumitur à quantitate rei omissæ, aut ab eius dignitate. At quantitas est grauis cum Introitus, orationis, Epistola, & Euangelium tertiam fere partem Sacri efformant. Et est grauis, si dignitas attendatur, cum sit omissio Scripturarum Apostolorum, & Euangelij præcipuè cum in iure expresse imperetur, quos fideles in festis Sacras Scripturas, ac verbum Dei audiāt: ergo hoc præceptum adimpleri debet per auditionem saltem Euangelij, quod in Missa legitur. Ità Nauar. Trul, Cand. Bonac. Cano, Soto Sandon. Henriq. Tolet. Scortia, Manu. Villalo. Fagund. Suar. Coninc. quos refert Leand. *præc.* 1. *tr.* 2. *d.* 1. *q.* 33. & sequitur *q.* 35 Turrian. *in select. p.* 2. *d.* 31. *dub.* 28. contrarium vocitans (immerito quidem) improbabile. Bassæus *v. Missa* 8. *n.* 3. Martinon *de Sacram. d.* 40. *sect.* 9. Molfes. *sum. tr.* 3. *c.* 17. *n.* 48. Dicastil. *de Sacram. tr.* 5. *d.* 5. *n.* 35. Barbos. *in* 3. *p. Decreti, c. Missas, de consec. dist.* 1. *n.* 4. Præpos. *q.* 83. *a.* 6. *d.* 4. 107 *Non adimplet.*

Probabilem satis primam iudico (Luisij Turriani venia) esse sententiam probabiliorē verò secundam. Quia probabilius est, huiusmodi omissionem grauem esse, cum sit, vel tertiæ partis Missæ, si adsint Prophetiæ, sequentia, vel ob longum Euangelium, vel Epistola: aut quidem fere tertiæ partis. 108 *Auctoris iudicium.*

DVBIVM XII.

An qui ab Introitu vsque ad Euangelium inclusiue omittit, sed non mox post benedictionem recedit, sed D. Ioannis Euangelium audit: præceptum impleat?

Minime sufficit. Quia probabilius est teneri fideles ex vi huius præcepti vltimum etiam Euangelium audire, nec posse licite ab Ecclesia recedere, priusquam legatur. Ergo per huius Euangelij additionem haud potest primi Euangelij omissio compensari. Sic Nauar. *sum. c.* 21. *n.* 2. Henriq. *l.* 9. *c.* 25. *n.* 7. Tolet. *l.* 6. *c.* 7. *n.* 2. Luis. Turrian. *in select. p.* 2. *d.* 31. *dub.* 28. & Suarius, ac Fagundez *citandi.* inclinant. 109 *Non sufficit.*

Sufficit quidem. Quia esto, quod omissio vsque ad Euangelium inclusiue sit pars notabilis, attamen per additionem vltimi Euangelij D. Ioannis, vel alterius, quod non tenentur fideles audire, cum possint data benedictione Sacerdotis recedere, satis Euangelium in principio omissum compensatur. Ita Suarius *tom.* 3. *in* 3. *part. dub.* 88. *section.* 2. Lugo 110 *Sufficit quidem.*

de Euch. d. 22. n. 3. Hurtad. *de Sacrific. Miss. d. 5. diffic. 1.* Trull. *l. 3. in Decal. c. 1. dub. 5. n. 11.* Tanquam probabile Bonac. *d. 4. de Sacrif. Miss. q. vlt. pun. 11. n. 17.* admittit, citãs Nugnum, Azorium, & Manuelem. Fagund. *præc. 1. l. 2. c. 6. n. 7.* Diana *p. 4. tr. 4. resol. 196.* & *p. 5. tr. 5. resolut. 38.* & 44. Bassæ. *v. Missa 8. n. 3.* Gauant. *Comment. in Rubr. Missal. p. 1. tit. 12.* Palao *to. 4. tr. 22. d. vnic. pun. 16.* Martinon. *de Sacram. d. 40. sect. 9.* & alij.

111 *Hanc eligo sententiam.* Profectò hanc sententiam à tot tantisque Doctoribus approbatam mihi eligendam duxi. Nec enim concesserim probabilius esse, fideles obligari ex vi huius præcepti vltimum Euangelium exaudire, de quo inferius

DVBIVM XIII.

An qui ab Introitu Missæ vsque ad Euangelium inclusiuè omisit, nec per vltimi Euangelij suppleuit auditionem; attamen post Missam priuatim Euangelium omissum per se, vel per alium legit: impleat?

112 *Implet quidē.* IMplet equidem. Quia legens, aut ab alio audiens quod in Missa omisit, videtur eam velut integrare, præcipuè cum sufficienter satisfaciat legi imperanti, vt fideles Sacram Scripturam, seu Dei verbum in festis exaudiant. Sic Nauar. *de orat. notab. 10. n. 45. & miscellan. 22. n. 10. & sum. c. 21. n. 2.* citans Margar. Confes. Graff. *l. 2. c. 34. n. 3.* Bassæus *v. Missa 8. n. 3.* Sà *v. Missæ auditio, num. 8.* Henriq. *l. 9. c. 27. num 7.* Iodochus *tom. 1. Thesaur. v. Missæ auditio, num. 49.*

113 *Non implet.* Non implet. Quia illa priuata lectio omissæ Epistolæ, & vtriusque Euangelij, cum omninò sit extra Missam, de qua audienda præceptum obligat, haud poterit partem omissam in Sacro supplere. Ita Suar. *tom. 3. in 3. p. d. 88. sect. 1.* Marchin. *de ordine, tr. 3. p. 3. c. 17. num. 6.* Fagund. *præc. 1. l. 2. c. 6. n. 6.* Azor. *l. 7. c. 3. quæst. 2.* Reginald. *lib. 19 num. 25.* Cardin. Lugo *de Euchariſt. d. 22. num. 2.* Molfes. *tract. 3. cap. 17. n. 5.* & alij.

114 *Hoc probabilius mihi.* Hoc probabilius esse crediderim, sed cum videam satis probabilem esse primam sententiam moneo, posse te in casu necessitatis pro maiori securitate opinionem illam sectari, audiendo ab alio, vel legendo Epistolam, & Euangelium, si eis lectis à Sacerdote ad Ecclesiam accedis, etsi vera apud Deum illa sententia sit, auditæ integræ Missæ meritum consequeris. Ex Fagundez resolui.

DVBIVM XIV.

An qui omittit Introitum vsque ad Epistolam inclusiue, & omnia, quæ Sacerdos post absumptum Calicem dicitat: integram, ad præcepti obseruationem, Missam exaudiat?

115 *Audit integram Missam.* INtegram audit Missam. Quia sicut collectę priores non iudicantur pars substantialis, aut notabilis Missæ, sic nec posteriores. Sic Hieron. Llamas *in Metho. p. 2. c. 5. §. 8.* Bauny. *tractat. 6. de Sacrific. Miss. quæstion. 4.*

Minime integram Missam audit ad præcepti impletionem. Quia pars prior posteriori notabilem admodum partem constituunt. Ita Suar. *to. 3. in 3. p d. 88. sect. 2.* Azor. *p. 1. lib. 7. c. 3. q. 2.* Nauar. *cap. Quando, de consecr. dist. 1. notab. 10. n. 17.* Fagund. *præc. 1. l. 2. c. 6. n. 4. & 9.* Coninch. *q. 83. a. 6. dub. vnic, n. 285.* Trull. *l. 3. Decal. cap. 1. dub. 5. num. 10.* 116 *Non audit.*

His adhærens Doctoribus affirmo, si quis in Sacri exordio vsque ad Epistolam inclusiue omitteret, & postea mox post communionem Sacerdotis egrederetur, nimia vsurum licentia, nec à lethalis piaculi esse scrupulo immunem, (verbis mei Suarij vtor.) Oportet ergo vt saltem assistat, vsque ad dimissionem populi, *Ite Missa est*, vel vsque ad Sacerdotis benedictionem. Suarius mecum. 117 *Hũ harco Doctoribus.*

DVBIVM XV.

An qui à principio Sacri vsque ad Epistolam exclusiue, & post communionem vsque ad terminum prætermittit: faciat præcepto satis?

NOnsatisfacit. Quia ex vna, & altera pars omissa, pars plane notabilis integratur. Sic Trull. *l. 3. in Decal. c. 1. dub. 5. n. 10.* 118 *Non satisfacit.*

Satisfacit omninò. Quia ex vtraque parte principij, & finis Missæ assignata pars notabilis non conflatur. Ita Suar. *tom. 3. in 3. par. d. 88. sect. 2.* Fagundez *præc. 1. lib. 2. cap. 6. n. 9.* Llamas *part. 2. Metho. c. 5 §. 8.* Bauny *tr. 6. de Sacrif. Miss. quæstion. 4.* 119 *Satisfacit planè.*

Ego quidem iudicans fideles ex vi præcepti non teneri vltimum Missæ Euangelium audire, existimo illum præcepto satisfacere. Id quod ex mei Suarij verbis magis tibi probabile obiiciam. *Quamuis aliquid* (ait) *ex principio, & fine omittat, poterit non esse mortale, si ex vtroque non conficiatur notabilis quantitas: vt verbi gratiâ, si à principio Epistolæ vsque ad integram communionem Sacerdotis inclusiue assistat; quia Epistola æquiualere censetur Orationibus, quæ post communionem sequuntur.* Non autem abnegarim, notabilem partem censeri huiusmodi omissionem, si fideles tenerentur vltimum Euangelium audire. Ideoque id existimans Leander primam cum Trullench opinionem sectatur. 120 *Idem affirmo.*

DVBIVM XVI.

An qui non adest dum post vtriusque speciei consecrationem à Sacerdote fit Oblatio: impleat audiendæ integræ Missæ præceptum?

MInimè impletur. Quia licet oblatio breui tempore peragatur est pars substantialis Sacrificij: vnde omittens eam non potest ex paruitate materiæ excusari. Sic Bonacin. *de Sacrific. Miss. d. 4. quæst. vltim. punct. 11. num. 14.* citans Henriquez *num. 7.* Coninchum *n. 283.* Nugnus *in 3. p. q. 83. articul. 6. dub. 2. post 3. conclus.* Fagundez *præc. 1. l. 2. cap. 6. num. 14.* 121 *Minimè impletur.*

*num.*14.Candid.*disquis.*25.*a.*29.*dub.*6. *dicto* 7. Gesuald.*tr* 17.*c.*2.*n.*18.Trull.*l.*2.*Decal.c.*1.*d.*5. *n.*10 Et Gabriel Ecchius,Clitouæus, Ruardus, Scotus asserentes apud Leandrum *p.*2.*tr.*8.*d.*1. *q.*11.in sola oblatione rationem Sacrificij Missæ esse sitam.

122 *Impletur plane.* Impletur plane.Quia non solum in oblatione sita non est Sacrificij ratio;verum ne ad essentiam eius intrinsece pertinet ex probabiliori sententia.Igitur cum alioqui sit pars leuis, non impedit eius omissio præcepti satisfactionem.Ita Suarius,Lugo,Montesinos,Vasquez,& Hurtado , quos loco citato refert , ac sequitur Leander.

123 *Auctoru sententia, hoc approbans, & expendens.* Certe in his partibus Missæ certum est mihi,non tam esse considerandam temporis moram,quam dignitatem,& propinquitatem, vel necessitatem ad Sacrificij substantiam:ideoque Doctores facilius permittunt , ea omitti , quæ antecedunt,vel subsequuntur Missæ Canonem in quo maxime necessaria sunt quæ à consecratione vsque ad consumptionem continentur. Ideo valde probabile est non impleri præceptum etiam quoad substantiam , si quid eo tempore omittatur,vel intermittatur:scilicet,si quis Ecclesia egrederetur , quando Sacerdos vult consecrare:vel si finita consecratione dum fit oblatio(de qua in præsenti)exiret.Quia substantiale quid Sacrificio prætermitteret. Sed quamuis hæc tutiora sint crediderim, non deberi scrupulum habere locum , quando post consecrationem quis oblationi gerendæ , dummodo consecratio simul non omittatur ; quia res hæc moraliter est iudicanda, & adhuc non satis constat,in quo præcisè Sacrificij substantia consistat.

DVBIVM XVII.

An qui non adest : dùm vtriúsque speciei consecratio peragitur: integramaudiat Missam?

124 *Missam integram audit.* SI solummodo consecrationi abfuit , & reliquis Missæ partibus interfuit , integram quidem exaudiit Missam. Quia cum non constet,num in consecratione Missæ sistat essentia,pars illa quamuis admodũ digna haud grauis reputatur.Sic Hurtad. *de Sacrific. Miss. d.*5.*diffic.*1.Inclinat Suar.*tom.*3.*in* 3.*part. d.*88. *sect.*2.*v. Vltimo denique*,& Fagund.*prec.*1.*lib.*2. *cap.*6.*num.*14.& Cardin.Lugo *citandus*,ait esse probabile.

125 *Non audit Missam integram.* Missam integram non exaudit. Quia tota ratio,& essentia Sacrificij Missæ in sola consecratione consistit: ergo qui consecrationis instantiæ non adest,Sacrificij abest oblationi, ac proinde,& Missæ. Adesse enim Missæ non solum est interesse corpore , sed Sacrificium simul cum Sacerdote offerre.Ita Reginald. *l.*19. *n.*24.Card.Lugo *de Euchar.d.*22.*nu.*4.Fagund. *de præcept.*1.*l.*2.*c.*6.*n.*14.Candid.*disq.*25. *a.*29. *dub.*6.Trull.*l.*2.*Decal.c.*1.*dub.*5.*n.*10.Marchant. *in resolut. Pastoral.de Sacrament.tract.*4.*cap.*6. *quæst.*3.*n.*4. Petr. Ledesm. *tom.* 1.*summ. cap.*27. *concl.*4.Dicastil.*de Sacram.tract.*5. *d.*5. *dub.* 3. *num.*37.& alij.

Escob.& Mend.Theol.Moral.*To m.III.P.II.*

Ego quidem loquendo per principia intrinseca,existimo illum Missam integram non audire,vt prima fert sententia ; quia illa est pars essentialis in qua essentialiter substantia Sacrificij consistit At quia sub opinione est , an essentia Sacrificij in consecratione,vel Communione consistat:potest quis in praxi hanc , vel illam sententiam amplecti.Cum Trill. sensi. 126 *Sententia Auctoris.*

DVBIVM XVIII.

An qui solummodo Consumptioni Missæ non adest : impleat Sacri audiendi præceptum?

NOn implet.Quia essentia Sacrificij Missæ in sola sumptione à celebrante facta consistit : ergo minime missam exaudit , qui eius parti vnice essentiali non assistit.Sic Bonac. *de Sacrif. Miss.d.*4.*q.vlt.pun.*11.*n.*14. citans Henriquez,Coninchum,& Nugnum.Suar.*tom.*3.*in* 3.*p.d.*88.*sect.*2.Fagund *prec.*1.*lib.*2.*c.*6.*num.*14. Candid.*disq.*25.*a.*29.*d.*6.Petr.de Ledesm. *to.*1. *sum.c.*27.*concl.*4. & alij. 127 *Non implet.*

Implet quidem.Quia Consumptio,nec parti aliter adhuc ad essentiam Sacrificij pertinet. Igitur cum alioqui huius partis omissio sit leuis,non obstabit,quominus præceptum de integra Missa audienda impleatur. Ita Gaspar. Hurtad.*d.*5.*de Sacrif.Miss.diffic.*1.Card.Lugo *de Euch.d.*22.*nu.*4.Et probabile valde esse docent Suarius,& Fagundez *citati*.Diana *par.* 10. *tr.*14,*resol.*46.citans Pellizatium , Caspensem, & Leandrum. 128 *Implet quidem.*

Profecto,(vti proximo Dubio dixi)vnam,& alteram sententiam probabilem satis esse crediderim,præualere,si Sacrificij in Consumptione consistat essentia, sententiam primam:si verò non consistat,præferendam esse secundam, cum alias pars omissa leuis existat. Attamen cum non constet nùm Sacrificij essentia in Communione consistat , pro libito poteris hanc , vel illam mentem sectari. Ex Fagundez accepi. 129 *Auctorũ resolutio.*

DVBIVM XIX.

An qui exit Consecrationis, Communionis, vel alio tempore acturus,aut declaraturus aliquid ad Sacrificium necessarium,v.gr. hostiam,vinum,aquam , incensum : audiat integram Missam?

NOn audit Missam integram : ideoque , si contingat,aliqua,quæ præueniri poterãt, ex obliuione fuisse omissa,& inter ipsam Missam esse requirenda,verbi gratiâ, si deesset vinum,& extra Ecclesiam quærendum esset:tunc huiusmodi minister, si grauem moram ageret, teneretur aliam Missam audire. Quia præceptum de audienda Missa integra non impleuit. Si vero audire aliam Missam non posset,à piaculo excusaretur ratione iusti , ac debiti seruitij,sed præcepto minime satisfaceret.Sic Bonacin.*de Sacrif.Miss.d.*4.*q.vlt.pun.*11.*n.*18.Trull. *l.*3.*Decal.c.*1.*n.*12.Suar.*to.*3.*in* 3 *p.d.*88.*sect.*2. 130 *Non audit integrã Missam.*

ver. Ex hac. Fagund. *præc. 1. l. 2. c. 6. n.* 10. Palao *to. 4. tr. 22. d. vlt. punct. 16.* Molfes *sum. tr. 3. c. 17. num. 49.*

131 *Missam integram audit.* Missam integram audit. Quia in hoc casu recedens à Sacrificio vere dicitur ei moraliter interesse, & cum iis, qui Sacrificio assistunt, vnum efficit corpus. Ita Candid. *disq. 25. a. 29. dub. 9.* sine limitatione affirmans, Missæ inseruientes præcepto satisfacere, etiamsi toti Missæ non adsint. Sylvest. *v. Missa 2. qu. 1.* Henriq. *l. 9. c. 25. n.* 8. Dicastil. *de Sacram. tr. 5. d. 5. dub. 3. n. 42.* Diana *p. 10. tr. 14. resol. 46.* & alij.

132 *Sententia Auctoris.* Ego quidem consulerem, vt qui huiusmodi impendés operam ministerio, notabili Missæ parti defuit, aliam integram si possit, Missam exaudiat: non tamen iudico ad id teneri. Quia non censetur quis Missæ præsens ex eo præcisè quòd sit in Ecclesia, in qua sæpe sunt qui nō censentur corporaliter præsentes Missæ, vt patet speciatim in amplis Ecclesiis, nempe in Cathedralibus; sed tunc censetur quis præsens, quia seruit in ea, & cooperatur Missę celebrationi, quod potest extra Ecclesiam præstare. Lege Dicastillo.

DVBIVM XX.

An Euangelium Ioannis aliúsve Euangelistæ, quod in fine Sacri legitur, pertineat ad ipsius integritatem?

133 *Pertinet quidem.* PErtinet quidem. Quia in Missalis Rubrica inter alias partes Missæ hæc absolute numeratur. *Dicto* Placeat, *datur benedictio, quæ à celebrante semper datur in Missa, præterquam in Missis defunctorum. Deinde legitur Euangelium S. Ioannis,* In principio, *præmisso,* Dominus vobiscum, *&* Initium, *vt moris est; quod Euangelium nunquam prætermittitur in Missa, nisi quãdo fit de Festo in aliqua Dominica, vel Feria, quod habet Euangelium proprium, quod legitur eius loco.* Vnde constat, vltimum Euangelium iam nunc ad Missæ integritatem pertinere, & peccare venialiter qui illud sine causa omittit. Sic aliqui recentiores, quos presso nomine memorat, & sequitur Leander *præc. 1 tr. 2. d. 1. q. 49.* Inclinat Suarius, & Fagund. *citandi.* Tenet Dicastil. *de Sacram. tract. 5. disput. 5. dub. 2. num. 18.*

134 *Non pertinet.* Minime petinet. Quia in antiquis iuribus solùm præcipitur fidelibus, ne ante Sacerdotis benedictionem discederent. *cap. Missas, de consecr. dist. 1.* vbi habetur, debere Episcopum eos corripere, ac punire, qui ante benedictionem Sacerdotis à Missa recedunt: nec aliquid de vltimo Euangelio adiicitur exaudiendo. Signum igitur est, Euangelium vltimum ad integritatem Missæ non pertinere, ac proinde nec venialiter peccare, qui post datam à Sacerdote benedictionem statim ab Ecclesia, non audito Euangelio discedit. Ita Suar. *tom. 3. in 3. p. d. 88. sect. 2.* Card. Lugo. *de Euch. d. 22. sect. 2.* Hurtad. *de Sacrif. Miss. d. 5. diffic. 1.* Trullench. *l. 3. Decal. c. 1. dub. 5. n. 12.* Fagund. *præc. 1. l. 2. c. 6. n. 10.* Diana *p. 5. tr. 13. resol. 61.*

135 *Hoc probabilius esse reor.* Hanc eligo sententiam longe probabiliorem esse crediderim. Nec enim prima, eruditi Leandri venia, solido nititur fundamento. Rubrica enim Missalis non præcipit Euangelium audiri à fidelibus, sed supposito iam vsu Ecclesiæ de illius lectione, dirigit quando, & quomodo sit legendum. Certè consuetudo obligat Sacerdotem celebrantem illud legere, sed non obligat fideles illud audire: Missa namque verbis illis *Ite, Missa est*, perficitur, addita ad recessionem populi Sacerdotali benedictione. Cum Lugo opinor.

DVBIVM XXI.

An Confessio præmissa pertineat, ad Missæ integritatem: peccétque venialiter, qui illam omittit?

136 *Non pertinet ad Miss. integritatem.* NOn pertinet ad Missæ integritatem, Introitus enim seu initium Missę est, quando post recitatum Psalmum, Confessionem expressam, osculatus Altare Sacerdos se signo Crucis muniens legere incipit. Vnde nec venialiter delinquet qui vltroneus Confessionem, seu Psalmi recitationem omittat. Sic nōnulli, quos, presso nomine, memorat Suarius *citandus.* Sotus *in 4. dist. 13. q. 2. a. 4.* Imo illi Auctores, qui à Suario memorantur adiiciunt, licet Confessio esset pars Missæ, venialiter non peccare, qui omitteret; quia pars minime reputatur.

137 *Pertinet quidem.* Ad Missæ pertinet integritatem. Quia Psalmus, & Confessio sub ritu, ac nomine Missæ comprehenditur Rubrica 3. Missalis habet hũc titulum, *De principio Missæ, & Confessione facienda.* Mox *num.* 1. Sacerdos facta prius Cruci, vel Altari profunda reuerentia, aut si in eo sit tabernaculum Sanctissimi Sacramenti, facta genuflexione, erectus incipiat Missam, dicendo: *In nomine Patris, &c.* Ergo manifeste ex Rubrica constat Psalmum, Confessionem, & versum ad Missæ integritatem pertinere, ac proinde venialiter delinquere, qui voluntariè, ac sine causa prætermiserit. Ita Suar. *to. 3. in 3. p. d. 88. sect. 2. v. Sed quæres.* Dicastil. *de Sacram. tr. 5. d. 5. dub. 2. n. 18. 31. & 41.* Leand. *præc. 1. tr. 2. d. 1. q. 50.*

138 *His hæreo Doctoribus.* Sententiæ huic, probabiliori prorsus, adhæreo. Pertinet itaque Confessio ad Missæ integritatem, vt clare ex Rubrica patescit: peccat ideo venialiter, qui vltroneus omittit. Nec enim refert, partem omissam esse minimam, vt venialis non sit omissio; quia (vt inquit Suarius) quantumuis minima sit, eius voluntaria omissio omninò est irrationabilis, ac consequenter venialis. Adiicit Leander, ex hac Suarij sententiam roborari, Euangelium vltimum etiam ad Missæ integritatem pertinere, vt ipse defendit; quia sicut Rubrica initium, ita finem Missæ videtur ordinare. Attamen diuersimode Rubrica de Euangelio, de Confessione loquitur; nam Confessionem Missę principium aperte vocitat, minime vero Euangelium vltimum Missæ finem compellauit.

DVBIVM

DVBIVM XXII.

An qui audit ab vno Sacerdote à principio Missæ vsque ad consecrationem, (v gr.) ab alio autem à consecratione vsque ad finem: impleat præceptum?

139 *Præceptum non implet.* PRæceptum non implet. Quia non seruatur debitus ordo Missæ, quandoquidem non continuè, nec per modum vnius integri officij audiatur. Ait enim textus *cap. Missas*, *Missas audire speciali ordine præcipimus*. Sic Suar. *to.3. in 3.p. sect.2.v.Sed tunc.* Card. Lugo. *de Euchar. d.22.n.8.* Fagund *præc.1.l.2.c.6.n.12.* Azor. *to.1. l.7.c.3.q.3.* Tolet. *l.6.c.7.* Verum Azor. & Toletus contrariam sententiam docent esse probabilem.

140 *Implet præceptum.* Implet præceptum. Quia qui præfato modo Missam audit, vere dicitur integram audire Missam quamuis à duobus Sacerdotibus: ergo vere satisfacit Ecclesiæ præcepto. Ita Luis. Turrian. *in select. p.1.d.16.dub.7.* Leand. *de præc. 1. tr.2.d.1.qu.51.* Diana *p.5.tr.14.resol.52.* Maior. *in 4.dist.12.& 45.q.2.* Soto *dist.13.q.2.a.1.* Nauarr. *sum.c.21.n.1.& in cap. Quando, de consecr. dist.1.notab.10.n.18.* Et Suarius fatetur communiter id à Doctoribus dictitari.

141 *Hanc eligo sententiam.* Hanc sententiam iudico esse satis probabilem, eamque mihi eligo. Nam fundamentum contrariæ sententiæ fundatum in textu illo, *Missas audire speciali ordine præcipimus*, haud magnam vim habet. Nam illud verbum *speciali ordine*, non videtur construendum cum verbo, *Audire*; sed cum verbo, *Præcipimus*: vt sit sensus: speciali ordine, seu lege præcipimus Missas audire. Mecum Diana *vbi sup.*

DVBIVM XXIII.

An qui audit Missam ab vno Sacerdote à consecratione vsque ad finem, & ab alio postea à principio vsque ad consecrationem: satisfaciat præcepto?

142 *Non satisfacit.* NOn satisfacit. Quia in *cap. Missas* dicitur, *Missas audire speciali ordine præcipimus*. Qui quidem textus efficacius huic quæstioni accommodatur, quã alteri, de qua *Dub.*30. Nam qui prius posteriorem Missæ partem, & postmodum priorem exaudit, eam non speciali ordine, parum consentaneo Religioni, ac reuerentiæ tanto debitæ Sacrificio. Sic Suar. *tom.3. in 3.p.d.88.sect.2.v.Sed tunc.* Fagund. *præc.1.l.2. c.6.n.12.* Lugo *de Euch. d.22.n.8.* citantes Azorium *p.1.l.7.c.3.q.2.* & Toletum *l.6. c.7.* Paëz. Vera. & alij apud Henriquez *l.9.c.25.n.8.*

143 *Prouidubio satisfacit.* Prouidubio satisfacit. Quia etiam hæ duæ Ordine inuerso medietates vnam integram Missam constituunt. Ergo præceptum integræ Missæ audiendæ verè implet: sicut præcepto recitandi horas satisfacit, qui ab horis minoribus inchoat, & in Matutino Officium terminat. Ita Bonacin. *de Sacrific. Miss. dub.4. quæst. vltim. punct.11. numer.13.* fatus: *Colligitur, posse eum satisfacere præcepto, qui vnam partem Missæ audit ab vno Sacerdote, aliam ab alio: vt si quis veniens ad Ecclesiam tempore eleuationis Missæ, eliquum illius audiat, & postea partem alterius vsque ad eleuationem.* Scorcia *libr.2. de Sacrific. Miss. ca.20.num.3.* dum ait: *Potest audiri Missa dimidiate; hoc est, media ab vno, & media ab altero, maxime si posterior pars audiatur prius.* Vnde libentius concedit casum huius quæstionis, quam præcedentis. Nauarr. *summ. cap.21.num.2.& in cap. Quando, de consecr. dist. 1.notab.10.num.18.* Maior. *in 4.dist.12. quæst.3. & dist.45.quæstion.2.* Henriq. *vbi supr. litter.K.* Azor. & Toletus pro contraria sententia non bene citati. Probabile reputat id Graff. *lib.2. decis. cap.34.num.4.* Sà *verb. Missæ auditio, num.2.* Nugnus, Coninch. Barthol. ab Angelo, Moure, Llamas, Layman. Luisius, Turrianus, Villalob. Hurtadus, Portelus, Reginald. Marchinus, Candidus, Palaus, Ioannes de la Cruz, Gesualdus, Martinon, Molfesius, Bauny. Filliucius, Trullench Bassæus, Machado, Iodocus, Diana, & Ledesma, quos refert, ac sequitur Leand *præc.1.d.1. quæst.52.* Sed docti viri venia, plures ex his Doctoribus non loquuntur de eo, qui medietatem Missæ posteriorem prius audit, sed de eo qui prius priori assistit, mox posteriori ab alio Sacerdote celebratæ.

Ego equidem primę sententiæ libentius hę- 144
rerem, si tot grauissimos Doctores non viderē contrarium affirmare. Vnde non sane probabiliorem hanc reputo esse sententiam, sed probabilem satis esse iudico. Nec enim textum ex *cap. Missas*, magnam vim habere puto, cum verbum, *Speciali ordine*, non cum *v. Audire*, sed cum *v. Præcipimus*, iungendum esse videatur. Addiderim ex Molfesio *sum. tr.3.cap.17.n.35.* hanc opinionem veram esse etiam casu, quo quis partem Missæ illius diei ab vno Sacerdote & partem alteram de Missa votiua, aut defunctorum ab alio audiat; quia essentia saluatur. *Auctoris resolutio.*

DVBIVM XXIV.

An qui non successiuè sed simul audit Missam à duobus Sacerdotibus, ab vno scilicet ab initio vsque ad consecrationem, ab alio autem à consecratione vsque ad finem: satisfaciat præcepto?

MInime implet. Quia præceptum audiēdi 145
Missam requirit attentionem veluti successiuam circa partem Missæ proportionatam successioni actionis dicēdi Missam. Sic Suar. *to.3. in 3.p.d.88.sect.2.v.Sed tũc*, asserēs, oppositũ esse valde absurdum à nemine, quem ipse legerit, concessum. Fagund. *præc.1.l.2.c.6.n.11.* vocitans etiam absurdam sententiam oppositam. Luis. Turrian. docens, contrarium, nec probabile esse, nec in conscientia tutum. Ita *in select. d.16.dub.7* Coninch *q.83.a.6. n.288.* Nugnus *ibid.a.6.dub.2.* Reginald *l.18.n.26.* Molfes. *sum. tr.3.c.17.n.36.* Card. Lugo *de Euch. d.22.n.10.* Petr. Ledes. *p.1 summ.c.27.post 5.concl.* addens, contrarium haud videri sibi probabile Castro Palao *to.4.tr.22.d.vni.pun.16.n.9.* Cand. *di. qui. 25.a.28.d.8.* Martinon. *de Sacram.d.40.sect.9. num.109.* Layman. *lib.4.tract.7.* citans. Nauarr. *sum.c.21.n.2.* Medinam §.9. Sà *v. Missæ auditio,* *Non implet.*

num. 2. & Toletum *l.6.cap.*7. At, tanti viri venia, nullus ex his Auctoribus de hac quæstione tractat, sed de illo casu, quo quis successiue vnam partem Missæ ab vno Sacerdote, & ab alio alteram exaudit.

146 *Implet plane.* Implet profectò. Quia qui tempore, quo Sacrum celebratur, per librum legit, aut memoriter recitat Psalmos pro Pœnitentia iniunctos, aut Officium diuinum præcepto Missæ audiendæ satisfacit, vt fere omnes profitentur: ergo improbabile erit asserere tanquam indubitatum, quod præceptum audiendi Missam attentionem successiuam circa singulas successiuas actiones requirat; nam hæc attentio non bene cohæret cum Psalmorum, aut Officij diuini lectione: igitur sine illa poterit præceptum audiendi Missam adimpleri. Ita Azor. *p.*1.*l.*7.*q.*3. fatus: *Item non video, si verum est, quod secunda opinio docet, quin satisfaciat præcepto, qui in Ædem Sacram ingressus, duos Sacerdotes rem diuinam facientes audit simul per partes. Nam quod pertinet ad attentionem, potest ad vtrumque animum intendere.* Hurtad. *tom.*1.*de de Sacram.d.*5.*diff.*4. Faustus *de Euch.l.*2.*quæst.* 389. Diana *p.*1.*tr.*17.*res.*18. citans Dom. Franciscum de la Riba Vicarium Generalem in Archiepiscopatu Panormit. virum sapientia illustrem, & *p.*4.*tr.*4.*resol.*107. & *p.*5.*tr.*14.*res.* 52. Bonac.*d.*4.*q.vlt.pun.*11.*n.*13. Molfes.*tom.*1. *sum.tr.*3.*c.*17.*n.*39. Bauny. *tr.*6.*de Sacrif. Miss. q.*9. addentes aptè, consulendum esse oppositū, eo quod sit magis pietati consentaneum. Probabilem satis esse hanc sententiam edocet Dicastillo *tr.*5.*de Sacram.d.*5.*dub.*3.*n.*40. ibi: *Non desunt quoque Auctores, qui satis probabiliter docent posse satisfieri præcepto Missæ, simul tempore duas medietates Missæ quis audiat: v.g. vnius Sacerdotis Missam vsque ad consecrationem, & alterius eodem tempore à consecratione vsque ad finem.* Gesuald. *de Sacram.tr.*17.*c.*2.*n.*16. où ait: *Imo addo, in rigore loquendo, eum satisfacere præcepto Missæ, qui duorum Sacerdotum simul in eadem Ecclesia celebrantium audit simul medietatem vnius, & medietatem alterius.* Leand. *præc.*1. *tr.*2.*d.*1.*q.*56. & 57. qui vbertim de hac quæstione, ac erudite disserit, concedens consequēter, posse quē simul tres, imò decē Missæ partes audire, si talis ferè impossibilis offerretur occasio.

147 *Auctoris indicium.* Ego autem, qui in summula mea Latina ex aliorum mente, non proprio ex marte consequenter asserui, posse aliquem quatuor Missæ partes simul audire, (quod nonnullis Societatis emulis lapidem offensionis aliquando exhibuit) meam iam sententiam expono. Primam opinionem defendo lōge quidem probabiliorem. Quin si potest simul à duobus prima, & secunda pars Missæ audiri, & ita vna integra Missa coalescere: poterit simul à tribus, à quatuor, à decem; vnde intra tempus plane breuissimum summa indecentia Missa exaudiretur. Nam sicut possunt coniugi duæ partes, poterunt, & decem diuersorum Sacerdotum. Consequens autem videtur à mente omnium fidelium satis alienum. Addo ex Eminentiss. Card. Lugo. *Quod posset aliquis eodem modo satisfacere præcepto recitandi Horas, si simul audiret à tribus tres, vel à nouem sociis nouem lectiones: ab vno Capitula, & ab alio Orationes; quia non requiritur attendere ad sensum, sed sufficit attendere ad Deum, & audire: consequens autem nemo concedet.* Attamen quamuis Suarius secundam sententiam valde absurdam vocitat: ideo eiusmodi censuram expressit, quia ipse fatetur, nullum quem viderit, id concessisse. Ego autem qui tot postmodum Auctores lego, aut eam defendentes, aut approbantes, tunc non possumus non fateri sufficienti eam probabilitate fulciri.

DVBIVM XXV.

An venialiter delinquat, qui absque causa mediam Missam ab vno, & mediam ab alio Sacerdote exaudit?

SVppono, pari gressu incedere vnā, & alterā quæstionē. Si quis præcepto satisfacit audiēdo successiuè duas Missæ medietates etiā satisfaciet, si simul eis assistit eodē scilicet tēpore; quia audit totā Missam, & ei sufficienter est præsens. Quod autem simul id fiat, nihil refert; quia etiā potest quis simul duo præcepta implere, videlicet Missam die festo audire, & Horas Canonicas recitare. Nec etiam refert tēporis breuitas; quia hæc est per accidens, vt patet in Horarū exēplo: nam qui tēpore Missę Horas recitat, tempus breuius in diuinis rebus cōsumit, quā si singula suis tēporibus gereret. Hoc præmisso, quæsierim, nū venialiter delinquat, qui absque causa mediam Missam ab vno, & mediam ab alio Sacerdote successiue, aut simul exaudit? 148 *Nonnulla suppono.*

Non delinquit. Quia præcepti substātia impletur, dū integra Missa exauditur, nec reuerētia abest, si hæ duæ medietates, aut successiue, aut simul deuote exaudiātur. Ergo per se potest id sine vllo piaculo prēstari. Sic Medina ex ali, quorum sententia *Instr.l.*1.*c.*14.§.9. Ioa. Henr. *in Compend.c.*15.*n.*4. id licitum appellans *Licito*, (ait,) *es, oir media Missa de vn Sacerdote, y media de otro, como lo dice Nauarro, c.*21.*num.*4. 149 *Non delinquit venialiter.*

Delinquit venialiter. Quia sine causa modum implendi præceptum transgreditur. Ita Suar.*to.*6.*in* 3.*p.d.*88.*sect.*2. Coninch, *q* 83.*a.*6. *numer.* 288. Reginald. *libr.* 19. *numer.* 26. Candid. *disq.*25.*a.*5.*d.*5. *dicto* 11. Nugnus *to.*1. *in* 3.*p.q.*83.*a.*6.*d.*2. Bauny. *tr.*6.*de Missæ Sacr. q.*9. Luis. Turrian. Bonau. Diana, Laym. Scortia quos refert, ac sequitur Leander *præc.* 1. *tr.* 2. *d.*1.*q.*55. 150 *Venialiter delinquit.*

Ego hanc sententiā n.ō solū probabiliorem, sed certam omninò esse existimo. Licet enim præceptū impleatur, nō tamē vt decet. Quemadmodū qui Horas Canonicas inuerso ordine sine causa recitat, implet quidem præceptum, sed venialiter in modo delinquit. Nec puto, Leandrum (eius venia) attēte sicut assolet laudabiliter quidem, Medinę clausulā perlegisse. Ait enim, *Tanbien se tiene por probable sentencia, que vno cumple con oir media Missa de vn Sacerdote, y la otra med a de otro: y qui en siguiere esta opinion, no peccara, por que la tienem hombres doctos: a vn que lo contrario es cosa, mas llana, y segura.* Loquitur plane Doctor de substātia impletionis præcepti, non de modo: vnde apte cōcludit: *Quien siguiere esta opinion, no peccara*, scilicet contra præcepti substantiā lethaliter. Eundē sensum referre crediderim verba illa 151 *Hanc sententiam veram esse reor.*

illaHenrici: *Licito es oir media Missa &c.* hoc est, licitum est, seu non peccabit lethaliter, qui hoc modo præcepto satisfecerit.

DVBIVM XX.

An qui obligatur ex præcepto, ex votoque duas Missas audire: Vtrique obligationi satisfaciat eas simul audiendo?

152 *Nonnulla præmitto.* PRæmitto, posse te simul plures Missas audire. Quia possunt Altaria tali esse dispositione sita, vt audiens verè illis moraliter præsens esse dicaris: Igitur si cum huiusmodi corporea præsentia, ad Deum attentionem habeas, verè diceris duas Missas audire. Lugo *de Euch.* 22. *sect.* 2. Gesuald. *de Sacram. tr.* 17. *c.* 2. *n.* 16. Sanchez *lib.* 1 *sum. cap.* 14. *num.* 12. Dicastil. *de Sacram. tract.* 5. *d.* 5. *dub.* 9. & omnes communiter. Quæsierim verò, an qui ex præcepto & ex voto duas Missas audire tenetur, vni, & alteri satisfaciat obligationi, eas simul, seu eodem tempore exaudiens?

153 *Non satisfacit.* Non satisfacit. Quia votum emissum de vna Missa audienda diuersam videtur obligationem importare ab ea, quam vouens ex Ecclesiastico præcepto contrahit. Igitur licet quis ad meritum valeat eodem tempore duas audire Missas, non tamen ad vtriusque obligationis satisfactionē. Sic Coninch *q.* 83. *a.* 6. *n.* 188. & alij, quos presso nomine, Dicastil. *citandus.* memorat.

154 *Satisfacit planè.* Satisfacit planè. Quia verè duas Missas audit: Ergò verè vni, & alteri obligationi satisfacit. Ita Dicastil. *tr.* 5. *de Sacram. d.* 5. *num.* 40. *& num.* 113, & 114. citans Caietanum, Sotum Bonacinam, Sà, Graffium, Medinam, & alios. Candid. *disquis.* 25. *art.* 22. *dub.* 7. Portel. *v. Missa in adition. num.* 10. Scortia *de Sacrif. Missæ lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 10. Sanchez *lib.* 1. *Decal. cap.* 14. *numer.* 11. Ledesm. *sum. tract. de Euchar. c.* 27. Maior. *in* 4. *dist.* 12. *q.* 8. *d.* 1. Diana *p.* 4. *tr.* 4. *resol.* 107 & *p.* 5. *tr.* 14. *resol.* 52. Faustus *de Euchar. l.* 2. *quæs.* 389.

155 *Verius hoc.* Hoc verius esse credo. Quia quod hoc fiat diuerso tempore, vel eodē, vnico vel pluribus actibus nihil refert, cum absolutè quis duas Missas dicitur audiisse.

DVBIVM XXVII.

An qui ex pœnitentia iniuncta adstrictus est tres Missas verbi gratia audire: satisfaciat illas simul eadem temporis instantia exaudiendo?

156 *Non satisfacit.* NOn satisfacit. Quia id contra Confessarij gereret intentionem, qui communiter onus id addicit, vt pœnale quid exerat pœnitens in delicti satisfactionem. Ergo onus reiicit, qui obligationem tres Missas audiendi, ad tempus, quo vnica assolet celebrari, longioris assistentiæ pœnalitatem contrahit. Sic Turrianus *in select. d.* 16. *dub.* 7. Coninch *qu.* 83. *articul.* 6 *numer.* 288. Citat Cardinalem Lugo Diana *parte.* 8. *tract.* 7. *resol.* 89. sed *dub.* 22. *de Euchar. numer.* 10. vbi Diana existimat id Cardinalem asseruisse, nec verbum quidem de hac habet quæstione.

157 *Satisfacit quidem.* Satisfacit profectò. Quia verè ille tres Missas exaudit, nec tenetur Confessarij circa pœnalitatem illius oneris indagare intentionem. Ita Bonac. *dub.* 4. *de Sacrif. Mis. qu. ſ. vltim. punct* 11. *numer.* 13. citans Azorium, Sà, Diana *parte* 10. *tr.* 15. *resol.* 3. citans Leandrum, qui *præc.* 1. *tract.* 2. *dub.* 1. *q.* 60. alios affert huius mentis sectatores. Gesuald. *de Sacram. tr.* 17. *c.* 2. *num.* 17.

158 *Auctoris resolutio.* Haud dubito, quin illa intentione Confessarij communis sit obligare pœnitens diuerso tēpore tres iniunctas Missas audire. Quia intendit in ea pœnitētia opus pœnale iniungere, quod nō est maius in audiendis simul, & eodē tempore tribus missis quam in vno solo audiendo Sacro. Ex Diana accepi.

DVBIVM XXVIII.

An qui non potest integræ Missæ assistere, potest tamen vsque ad consecrationem exclusiue: Debeat, & hanc partem audire?

159 *Debet plane.* DEbet hanc exaudire partem. Quia pars illa vsque ad consecrationem exclusiue censetur à superiore intenta, alioquin accedens ad Sacrum lecto iam Euangelio, non delinqueret lethaliter. Certe qui vouit septem Psalmos, aut Rosarium, tenetur, eam partem quam potest, recitare. Et qui non potest toto Quadragesiuæ tempore ob infirmitatem, tenetur saltem iis diebus, quibus bona vtitur valetudine. Ergo idem dicendum circa auditionem. Sic Bonac. *tom.* 2. *d.* 2. *de peccat. q.* 8. *pun.* 1. *n.* 8.

160 *Non debet* Minime debet. Quia licet hæc sit pars notabilis, non tamen est per se à superiore intenta, cum in ea ratio Sacrificij non contineatur, ad cuius assistentiam fideles obligātur: Igitur ad eam partem audiendam, quando reliquæ nequeunt audiri, nullus tenebitur. Ità Sancius *in solut. dub.* 15. *numer.* 5. Cardin. Lugo. *de Euchar. dub.* 22. *sect.* 1. *numer.* 6. Diana *part.* 3. *tract.* 6. *resol.* 69. *& parte.* 5. *tract.* 13. *resol.* 61. Ioan. de Escobar *tom.* 1. *de vtroque foro, articul.* 4. §. 5. *numer.* 227. Molfes. *summ. tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 47. Suari. *tom.* 3 *in* 3. *p. q.* 88. *sect.* 2.

161 *Hoc longe verius.* Hoc longe verius esse existimo, Ecclesia enim præcipit Missæ auditionem, auditio autem Missæ non consistit principaliter vsque od consecrationem exclusiue. Quid si possem ad vtriusque speciei consecrationem inclusisiue assistere? Audire te debere eam partem docent Suarius *citatus* & Sanch. *l.* 1. *Decal. c.* 19. *n.* 6. Quia pars est pertinens ad substantiam Sacrificij consecratio. Ergo verò crediderim adhuc probabiliter, non debere; quia cōsecratio non est integrum Sacrificium, licet pars sit notabilis illius. Mecum Lugo.

DVBIVM XXIX.

An qui accedit ad Sacrum audiendum tempore, quo Præfatio dicitur, nec alia Missa celebranda subest: Teneatur vsque ad finem exaudire?

162 *Non tenetur.* NOn tenetur. Quia præceptum Ecclesiæ est de integra Missa audienda, & sic de re indiuidua, non autem de audienda parte Missæ. Sic Sancius *in select. d. 15. num. 5.* Molfes. *sum. tr. 3. c. 17. n. 47.*

163 *Tenetur quidem.* Tenetur planè. Quia à Præfatione ad finem tota ratio formalis, & essentialis Sacrificij continetur, estque pars principalis, ad quam reliquæ vsque ad Præfacium præmissæ tanquam ad complemẽtum eius pertinet. Ideóque per se intenta à Superiore proculdubio censetur. Ità Sanchez *tom. 2. Consil. lib. 7. cap. 2. dub. 47. & 1. particul. summ. capit. 19. numer. 6.* Suar. *tom. 2. de Relig. libr. 2. & tom. 3. in 3. particul. dub. 88. sect. 2.* Laym. *tom. 1. libr. 1. tract. 4. cap. 19. num. 6.* Machado *lib. 2. particul. 4. tract. 1. docum. 1. numer. 8.* Bonac. *tom. 2. dub. 2. de peccat. quæstion. 8. punct. 1. numer. 8.* Cardi. Lugo *de Sacram. dub. 22. num. 6.* Diana *particul. 5. tract. 13. resol. 61.* Ioan. de Escobar. *tom. 1. de vtroque foro, articul. 4. §. 5. numer. 227.*

164 *Mihi sententia hæc probabilior.* Probabilem satis sententiam primã, sed lõge probabiliorem secundam tot Doctoribus roboratam esse iudico. Vnde quando quis potest nõ solum à Præfatione, sed saltem ab Euangelio inclusiue audire Sacrum, Missa integra est, à Superiore intenta non solum quoad Sacrificij rationem, sed etiam quoad partes ad eius complementum attinentes. Quando vero non potest nisi à Præfatione exaudiri, quod vsque ad finem reliquum est integrum Sacrificium censendum esse reor, cum ibi tota ratio formalis, essentialisque Sacrificij contineatur. Suarius legendus.

DVBIVM XXX.

An qui Missæ leuem partem omisit: Teneatur sub veniali illum supplere defectum altero in Sacro partem omissam audiendo?

165 *Nõnulla suppono.* SVppono, eum, qui notabilem Missę partem omisit sub mortali teneri, si possit, Missam, aliam, vel partem saltem postmodum audire siue voluntarie & sine causa, inuoluntatie & ex causa omiserit. Quia vere præceptum non impleuit. Fagund. *præc. 1. libr. 2. c. 6. nu. 17.* Filliuc. *tr. 5. n. 206. & 207.* & alij communiter. Quæsierim vero, num qui leuem partem omisit, teneatur sub veniali, eum postmodum supplere defectum, partem omissam exaudiendo?

166 *Tenetur supplere.* Tenetur quidem. Quia illa pars omissa quantumuis si leuis sit, potest in alia Missa suppleri. Ergo si fieri potest, tenetur quis sub veniali ad illam supplendam. Sic Leander singulariter planè *ad præc. 1. tract. 2. dub. 1. quæs. 65.*

167 *Non tenetur.* Non tenetur. Quia si pars illa leuis inuoluntarie, vel ex causa omittitur, nullum peccatum est, vnde non est supplendus eiusmodi defectus in alia Missa, licet possit audiri si autem voluntarie, & sine causa omissa fuit, erit quidem veniale, neque tamen erit obligatio supplendi defectum: sufficit enim defectui illi sua venialis malitia. Ita Suar. *tom. 3. in 3. parte. dub. 88. sect. 2. verb. Sed quæres.* Fagund. *citatus, numer. 16.* Filliuc. *vbi supra, numer. 205.*

168 *Probabilius hoc mihi.* Hanc sententiam longe probabiliorem esse reor. Nec enim omnis leuis defectus voluntarius aut inuoluntarius circa alia præcepta sub veniali suppletur. Mente quis distrahitur, Officium Canonicum persoluens, dum Socius vnum, vel alterum versum recitat: quis asseruit debere postmodum sub veniali iterum recitare illum, vel audire à Socio, quamuis distractio illa leuis voluntaria extitisset? Venialiter profecto delinquet, sed non tenebitur sub veniali supplere defectum, illud enim ipsũ voluntarie emisisse versum sine animo relarciendi defectum venialis culpa tota fuit.

CAPVT IX.

Circa necessariam ad Missam audiendam attentionem.

DVBIVM XXXI.

An qui Missam sine interna attentione exaudit satisfaciat Ecclesiæ præcepto.

169 *Satisfacit quidem.* VT in Sacri celebratione sponte diuagantur mente non attendentes, satisfaciunt. Quia Ecclesia nec præcipit, nec præcipere potest, imo nec punire actus mere internos: attentio autem mentalis actus internus est. Certè licet in *cap. Dolentes, de celebr. Missar.* præcipiatur Clericis, vt persoluam diuinum Officium *attente & deuotè*, consilium potius quam præceptum hisce continetur in verbis. Ergò qui animo vltro distracto horas Canonicas recitantes præceptum implent, possunt sine interna attentione audiendi Missam præceptum implere. Sic Sylvest. *verb. Missa 2. num. 6.* Dicastil. *tr. 5. de Sacram. d. 5. dub. 8 n. 95. & 100.* citans D. Thomam Durandum, Antonium, Paludanum, Angelũ, Rosellam, Pisan. Gabrielem, & alios Lugo *d. 22. de Euch. n. 7.* Hurtado *de Sacrif. Mis. d. 5. diffic. 2.*

107 *Non satisfacit.* Minime satisfaciunt. Quia Ecclesia in Missæ auditione non solum voluntarios, sed etiam attentos postulat auditores. Et in *c. Dolentes* vtraque attentio præcipitur interior, & exterior: vnde sicut lethaliter peccat Clericus, qui sponte sua mente distractus Officium diuinum persoluit;

soluit: sic etiam mortaliter delinquit & præceptum non implet ille, qui dum Missam audit, sic mente diuagatur, vt ad illam non attendat, cum illa præsentia moralis non sit, nec actus ille sit humanus respectu Missæ. Ita Suar. *to.* 3. *in* 3. *p. d.* 88. *sect.* 1. Fagund. *præc.* 1. *l.* 2. *c.* 7. *nu.* 4. & 7. citans Caietanum, Sotum, Nauarrum, Tabienam, & Gabrielem. Laym. *l.* 4. *tr* 7. *cap.* 3. *num.* 1. Reginal. *l.* 19. *num.* 13. Marchin. *de Ord. tr.* 3. *p.* 3. *c.* 17. *nu.* 11. Candid. *disquis.* 25. *art.* 25. *dub.* 14. Graf. *l.* 2. *decis. c.* 34. *n.* 7. & 8. Trull. *l.* 3. *Decal. c.* 1. *dub.* 5. *n.* 14. Sylui. 2. 2. *qu.* 122. *art.* 4. Diana *p.* 4. *tr.* 4. *resol.* 107. Amic. *to.* 5. *d.* 5. *sect.* 5. *n.* 147. Vasq. 1. 2. *tom.* 2. 169. *nu.* 30. Azor. *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 16. *quæs.* 6.

171 *Secundam sententiam probabiliorē quidē dico.*

Primam sententiam satis probabilem esse reor secundam autem vti probabiliorem eligendam duxi affirmans vtique, in *cap. Dolentes* præceptum contineri, non consilium. Porro Ecclesia præcipit solummodo actum externum audiendi Sacrum moralem, & humanum: & licet non possit præcipere per se, & directè actus purè internos, potest tamen eos indirectè imperare, quatenus præcipit actus mere externos morales & humanos, qui absque actu interno constare non valent. Monuerim tamē sufficere quamlibet ad rem diuinam, vt impleatur præceptum de audienda Missa, attentionem. Vndè vt quis censeatur, Missam attentè audire, sufficit, vt ad ea, quæ dicit, vel agit Sacerdos: vel ad Deum ipsum, cui Sacrificium offertur: vel ad diuina mysteria, quæ in Sacrificio significantur: vel ad diuina beneficia, quę per illud homini conferuntur, attendat. Denique attentionem necessariam ad Missam audiendam, non iudico debere esse tantam, quanta in Diuino Officio requiritur; sed sat esse, vt sit actus humanus, & vt quis sciat, se ante Dei diuersari conspectum Fagund. sic.

DVBVM XXXII.

An qui dum Missam audit, Horas Canonicas, vel Rosarium (verbi gratiâ) ex voto, aut ex pœnitentia recitat: Impleat præceptum?

172 *Non implet.*

NOn implet. Quia duplex est obligatio, quam quis eodem tempore non valet implere: quælibet enim ex illis suam specialē postulat attentionem. Sic Angel. *v.* Feria, *n.* 46. Armil. *v. Festum, nu.* 11. & *v. Missa, n.* 39. Sylvest. *v. Missa* 1. *n.* 2. Llamas *p.* 2. *Metho. c.* 5. *nu.* 10. citat Maiorem, & Gabrielem, qui tamen pro sententia contraria citantur à Suario *to.* 3. *in* 3. *p. d.* 88. *sect.* 3.

173 *Implet quidē.*

Implet quidem. Quia qui ad Deum, cui Sacrificium offertur, & Horæ litantur, vel orationes diriguntur intendit, vere assistit Missæ non solum corporaliter, sed mentaliter etiam. Ita Hurtad. *de Sacr. Mis. d.* 5. *diffic.* 1. Nauar. *sum. c.* 21. *n.* 8. Suar. *vbi supra* citans (præter Maiorem, & Gabrielem) Caietanum, Sotum, Medinam, & Adrianum, Henriquez *l.* 9. *c.* 25. *n.* 5. Sà *v. verb. Missæ auditio, num.* 2. Bonac. *lib.* 1. *de legib. q.* 1. *pun.* 9. *num.* 8. Tolet. *lib.* 6. *c.* 6. Sanchez *libr.* 1. *Decal. cap.* 14. *num.* 11. Llamas *citat.* Reginal. *l.* 19. *n.* 14. Azor. *l.* 6. 7. *cap.* 6. *quæs.* 3. Lugo *de Sacram. d.* 22. *sect.* 2. *num.* 22. Diana *p.* 4. *tr.* 4. *resol.* 107. & alij.

Hanc sententiam longe probabiliorem esse existimo. Nam qui dum Missæ assistit recitat Canonicum, officiū siue legit, aut Rosarium ex pœnitētia Confessarij iniunctū, vel obligās ex voto persoluit, singulis satisfacit obligationibus; audite namque Missam non est moraliter incompossibile cum attentione, seu intentione ad Deum, ad quem cuncta illa diriguntur. 174 *Idem asserō*

DVBIVM XXXIII.

An qui dum in festo Missam audit, Horas legit, aut Rosarium recitat ex pœnitentia, aut voto; delinquat venialiter?

ESto præcepto satisfaciat, attamen venialiter delinquit. Quia quidnam in ordinatum contra modum audiendi Sacrum gerit; nam quando quis intendit ad plura, debiliorem ad singula sensum exponit. Villalob *tract.* 7. *diffic.* 35. *num.* 11. citans Sotum, Suarium, & Medina. Caiet. *sum. verb. Festorum violatio, & Opusc. de valore orat.* & alij apud Henriquez *citandum.* 175 *Delinquit venialiter.*

Non delinquit venialiter. Quia nihil deordinatum contra substantiam, aut modum audiendi Missam gerit: cum vel ad Missam, vel saltem ad res alias diuinas per modum orationis attendat. Ita Henriquez *lib.* 9 *cap.* 25. *num.* 5. citans *li. T.* Ledesmam, Nauarrum, Medinam & Sotum. 176 *Non delinquit.*

Ego quidem minorem ad singulas actiones illas sensum esse profiteor, sed non ad Deum, ad quem singularum earum actionum intentio dirigitur. Vnde non occurrit mihi, quo ex capite sic agentem piaculi venialis audeam condemnare. 177 *Idem asserō.*

DVBIVM XXXIV.

An si dum Missam audis, tuæ conscientiæ examen geris: Impleas præceptum?

MInime imples. Quia Ecclesia imperat Missæ per modum orationis assistere: at qui dum Sacrum celebratur, suam conscientiā accuratè discutit, per modum orationis, quæ totam mentis attentionem requirit, non assistit. Ergo qui conscientiæ examen tunc temporis agis, non adimples præceptum. Sic Bonacin. *dub.* 4. *de Euch. punct.* 11. *numer.* 26. 178 *Non imples.*

Satisfacis profecto. Quia huiusmodi conscientiæ discussio est ad rem diuinam, nempè ad confessionem ordinata: nec est cum attentione ad Missam requisita incompossibilis. Ita Dicastil. *de Sacram. d.* 5. *dub.* 10. *nu.* 199. Leand. *præc.* 1. *tr.* 2. *d.* 1. *q.* 70. 179 *Imples quidem.*

Ego quidem cū his assentiens, argumenti Bonacinæ minorem abnegarim. Quamuis enim 180

examen

Hæc eligo sententiam. examen conſcientiæ, dum Sacrificio aſſiſtis, inſtituas, ita id gerere potes, vt nec exterius eius cogitationis ſignum exhibeas, nec ea cogitatio ab eo loco, aut tempore ſit aliena. Addiderim autem ex P. Dicaſtillo, iuxta vulgatum ſatis iã modum agendi conſcientiæ examen coram Deo, quinque aſſeruatis punctis, omnia fieri aut fieri poſſe per modum orationis, & quidem ſatis congruentis cum Miſſæ Sacrificio ſummo pro peccatis propitiatorio.

DVBIVM XXXV.

An ſi dum Miſſæ aſſiſtis, tua piacula confiteris: ſatisfacias Eccleſiæ præcepto?

118 *Satisfacis plane.* SAtisfacis quidem. Quia Sacramentalis Confeſſio eſt opus in diuinæ Maieſtatis recognitionem tendens tanquam in finem. Sic Reginal. *lib. 19. num. 14.* Probabile id putat Pellizar. *in Manuali Regular. tom. 1. tract. 5. cap. 4. ſect. 2. numer. 50.* & Leſſi. *in Auctuar. caſu. conſc. v. Miſſa, caſu 2.*

182 *Non Satisfacis.* Non ſatisfacis. Quia licet actio confitendi peccata ſpiritualis ſit, & ad rem ſupernaturalem ordinata, eſt tamen nimis externa; & ex ſe attentionem internam ad impletionem præcepti huius requiſitam excludens: continet enim narrationem peccatorum attentam ex parte pœnitentis, & ex parte confeſſarij interrogationem, admonitionem, reprehenſionem, & alia huiuſmodi. Ita Card. Lugo. *de Euch. d. 22. num. 22.* Candid. *diſquiſ. 25. articul. 29. dub. 10.* Bonac. ſibi contrarius *de Euch. 4. pun. 11. num. 26.* Dicaſtil. *de Sacr. d. 5. dub. 199.* Baſſæus *verb. Miſſa 8. numer. 7.* Citantur pro hac ſententia Suarius, & Azorius, ſed immerito.

183 *Credo, te non implere præceptum.* Ego crediderim, te minime implere præceptum, niſi caſu: quo occurrat præceptum inſtituendi confeſſionem, & nequeas illam in aliud tempus commode differre: tunc enim poteris ſine piaculo Miſſam omittere, vt des operam Confeſſioni. Idem de Confeſſariis audientibus confeſſiones tempore Miſſæ, cuius auditione curant præcepto ſatisfacere, quando ipſi non celebrant. Nam ſi toto tempore, quo Miſſa dicitur, aut per notabilem eius partem vnam, vel plures Confeſſiones exciperet plura grauia crimina continentes, ad quorum notitiam perfectè acquirandam, magna eſſe attentio neceſſaria, interrogatio multiplex, admonitio, &c. nullatenus credo præcepto ſatisfacere. Cum Dicaſtillo reſolui quæſtionem.

DVBIVM XXXVI.

An qui dum Miſſæ aſſiſtit, cum aliis confabulatur, ridet, iocatur ſine interruptione: Impleat præceptum?

184 *Implet quidē.* IMplet quidem. Quia attentio, quæ ſub præcepto neceſſaria eſt ad Miſſam audiendam, non eſt tanta, quanta in Officio canonico perſoluendo requiritur, ſed ſufficit, quod ſit actus humanus. Sic Ioan. de Medina *C. de pœnit. q. de pœnit. tempore Miſſæ impleta.* Sotus *in 4. diſt. 13. q. 2. a. 2.* adiiciens: *Quamuis indecentia ſint colloquia inter audiendа Sacra, non tamen propterea tranſgreſſio ſit præcepti. Poſſent tamen voces, & cachinni in tantum prorumpere, vt per ſe eſſent peccatum irreuerentiæ, & ſcandali. Quemadmodum ſi quis ſiniſtro animo audiendi Sacrum Eccleſiam adeat, quamuis illud propoſitum peccatum per ſe ſit, nihilominus, ſe Miſſam audiat, præceptum implet quantum ad ſubſtantiam præcepti: cauet enim peccatum omiſſionis audiendi Miſſam.* Bauny *citandus* clare docet hanc ſententiam eſſe probabilem.

Minime implet. Quia nullam internam, aut externam exerit attentionem: Ergo nequit præcepto ſatisfacere. Ita Suar. *tom. 3. in 3. part. d. 88. ſect. 3.* aſſerens, grauiter erraſſe Medinam docendo. Lugo Cardin *de Euchar. d. 22. nu. 25.* Fagund. *præc. 1. lib. 2. cap. 7. num. 5.* Bauny *tr. 6. de Sacr. f. Miſſæ, qu. 2.* Trul. *libr. 3. Decal. cap. 1. dub. 5. numer. 15.* Dicaſtil. *tract. 5. de Sacram. d. 5. nu. 109* citans Nauarrum, Geſualdum, Coninchum, Caietanum, Azorium, & Henriquez. Bonac. *d. 4. de Euchar. qu. vltim. pun. 11. num. 24.* Filliuc. *tr. 5. numer. 213.* Baſſæ. *verb. Miſſa 8. num. 6.* Medina *ſumm. cap. 19. §. 9.* Llamas *part. 3. Metho. c. 5. 10.* Hurtad. *de Sacrif. Miſ. d. 5. diffic. 2.* Layman *tract. 7. cap. 3.* Candid. *diſq. 25. articul. 29. dub. 2.* Nugnus *quæſtion. 83. articul. 6. dub. 2.* & alij. 185 *Non implet.*

Ego quidem primam ſententiam, Bauny venia, improbabilē eſſe reor, aſſeroque mortaliter deliquere eos, qui toto Sacri tẽpore, aut maiori eius parte confabulantur; quia ſine attentione vlla aſſiſtunt. Crediderim vero, ſufficientes ab eis impleri præceptum, ſi non continuo, ſed interpolatè colloquantur, dummodo attente aſſiſtant conſecrationi, & aliis, quæ in Miſſa præcipua habenur; cætera enim, quæ interpolate attente non audiunt, pro parua materia reputarim. Mecum Suarius *vbi ſup.* Hardo, Layman, Coninch, Trullench, & alij. 186 *Primam ſententiam probabiliorem eſſe reor.*

CAPVT X.

Circa audiendi Sacrum Intentionem.

DVBIVM XXXVII.

An vt huic præcepto ſatisfacias, vltra voluntatem audiendi Sacrum, neceſſaria ſit formalis ſiue expreſſa voluntas audiendi illud ſub intentione præceptum implendi?

VPPONO, ad ſatisfaciendum præcepto, neceſſariam eſſe intentionem, ſeu voluntatem liberam audiendi Sacrum quodcumque, præceptum neceſſaria eſt intentio gerendi opus præceptum. Suar. *tom. 3. in 3. part. dub. 88. ſect. 3.* Filiuc. *tra. 5. nu. 210.* Lugo *de Sacram.* 187 *Nihil ſupponitur.*

cram.dub.22.numer.23. & omnes. Quæsierim verò, num præter voluntatem audiendi Missam, sit etiam necessaria formalis, vel expressa voluntas audiendi illam sub intentione implendi præceptum?

188 *Necessaria est.* Necessaria est. Quia præcepti impletio opus est obedientiæ. Ergo huiusmodi intentio prorsus est necessaria: Sic Medina *C. de Orati. quæst. 16.* Petr. Ledesm. *p.1.sum.c.17.concl.10.* citans D. Antonnium, *part.2.titul.9.c.10. Paragraph. 11.* Nugnus *quæstion. 83. articul. 6. dub. 2.* Nauar. *ad cap. Quando, not. b. 13. numer. 27.*

189 *Necessaria non est.* Non est necessaria. Quia præcepta solum obligant ad gerendum actus, quos præcipiunt: Ergo vt præceptum audiendi Missam impleatur, sufficit generalis voluntas illam audiendi. Ita Sanch. *l.1.sum.c.13.nu.9.* Vasq. *1.2.q.100.a. 9.in expositi. litera, n.5.* Valent. *to.3.d.6.q.2.pun. vlt.* Hurtad. *d.5.de Sacrif. Mis. diffic. 3.* Bonac. *d.2.de legib.q.1.pun.10.nu.9.* Salas *de legib. d.9. sect.2.* & alij.

190 *Hurtadus.* Longe probabilius affirmo minime esse necessariam formalem, & expressam voluntatem Missam audiendi sub implendi præceptum intentione, qui nec dum virtualem necessariam esse *Dub. proximo* affirmabo.

DVBIVM XXXVIII.

An necessaria sit saltem ad satisfaciendum huic præcepto voluntas implicita, vel virtualis audiendi Sacrum, sub intentione implendi præceptum?

191 *Est necessaria virtualis intentio.* QVamuis ad præcepti huius impletionem necessaria non sit voluntas formalis & expressa audiendi Missam sub intentione implendi præceptum, est tamen necessaria virtualis seu implicita intentio. Quia huiusmodi præceptum præcipit actum humanum; actus autem humanus auditionis Sacri non fit sine, voluntate, componitur enim ex præsentia morali, ex attentione, & ex intentione formali, vel virtuali implendi præceptum: ergo illa intentio necessaria est, vt hoc præceptum impleatur. Sic Suar. *to.3.in 3.p.d.88. sect.3.* Fagundez *præc.1.l.2.c.7.n.11.* Molfes. *sum.tr.10.c.2.nu. 27.* Manu. *p.1.cap.122.concl.2.* Azor. *tom.1.l.11. cap.15.quæst.14.* Villalob. *tract.8.diffic.35.num. 9.* Matchin. *de Sacram. Ord. capit. 17. numer.8.*

192 *Necessaria non est.* Necessaria non est huiusmodi implicita seu virtualis intentio. Quia præcepta solummodo obligant ad actus, quos præcipiunt ergo vt impleatur, sufficit præceptos actus executioni mandari. Ita Dicastil. *tr.5.de Sacram. d.5.dub. 5.n.64.* Amicus *to.5.d.4.sect. 2.n.44.* Diana *p.3. tr.6.resol.68.* & *77.* Trull. *l.3. Decal.cap.1.dub. 5.nu.19.* Card. Lugo. *de Sacram. d.22.numer.24.* Sanch. *l.1.sum c.13.n.9.* Vasq. *1.2.q.100.art.9.in expos. litera, numer.5.* Valent *tom.3.d.6.quæs.2. pun.vltim.* Hurtad. *de Sacrif. Mis. dub.5. diffic.3.* & alij.

193 *Sententiam hanc probabiliorem esse iudico.* Qui probabilius duco, ad impletionem præceptorum necessarium non esse, quod eorum actus fiant ex intentione formali aut virtuali implendi illa ob rationem pro secunda sententia expressam, probabilius esse reor, præfatam intentionem ad implendum audiendi Missam præceptum, minime requiri. Itaque præcepta solum obligant ad actum, quem præcipiunt: vnde sufficit, eum actum efficere, vt illa impleamus, & necesse non est, vt ipsum actum geramus ex intentione formali, aut virtuali implendi præceptum. Nam cum solum præcipiant, vt sponte ac voluntarie actu humano operata geramus, nullatenus requiritur, vt ea faciamus ex formali, aut virtuali voluntate obediendi, vel implēdi præcepta. Vnde si summo mane Missam audisti attente immemor obligationis diei Dominicæ, præceptum implesti, nec teneris aliam audire, nec mutare voluntatem, vt per illam satisfacias; quia iam gessisti actum imperatum per præceptum audiendi Sacrum. Ita Hurtado.

DVBIVM XXXIX.

An qui omnino inuitus cogitur Sacro interesse: Impleat præceptum?

194 *Implet præceptum.* IMplet quidem. Quia absolutè præceptum, quod actum præscriptum executioni dari solummodo obligat, exequuntur. Sic Victoria cuius sententiam probabilem esse Salas affirmat *de legib. d.9. sect.2.n.34.*

195 *Non implet.* Minime implet. Quia qui aliquid per absolutam vim efficit, siue omnino inuitus, non habet intentionem illud gerendi, ad satisfaciendum vero præcepto, intentio illud exequendi requiritur. Ita Amicus *tom.5 d.4.sect.2. n.45.* Dicastil. *tr.5.de Sacram. d.5. dub 6. nu.70.* Trul. *lib.3. Decal.cap.1.dub.5.num.17.* Laym. *lib. 1.tr.4.cap.4.num.9.* Suari. *tom.3. in 3.part.d.88. sect.3.& lib.3.de legib.cap.19.numer.4.* Sanchez *lib.1.Decal.cap.13.num.5.* Bonac. *de legib.d. 1.q. 1.punct.10.num.6.* Sotus *libr.2. de iust. quæstion. 3. articil. 9.* Azor. *part.1.lib.7.cap.2.qu.6.* Salas *citatus.*

196 *Mihi hoc certum.* Hon solum probabiliorem hanc sententiam, sed certam mihi esse profiteor. Quia non tantum præceptum obligat actum iniunctum exequi, sed operantis intentionem faciendi illud requirit. In casu autem nostro inuitus omnino operatur.

DVBIVM XL.

An satisfaciat præcepto audiendi Sacrum, puer, qui quamuis attente illud audiat, non tamen audiisset, nisi eum parens, aut Pedagogus traheret?

197 *Nō satisfacit.* NOn satisfacit. Quia qui tractus à parente, aut Pedagogo Missam audit, quam alias non audiret, manifeste actum præceptū sine intentione gerit. At præceptum non implet, qui id exequendi intentionem non habet. Sic D. Antonin. *p.3.tit.9.c.10.§.2.* Molfes. *sum.tr. 3.cap.17.num.46.*

Procul

198 *Satisfacit quidam.* Proculdubio satisfacit. Quia licet attractus non esset, Missam non audiret, & ex renitentia deliquit: attamen iam attente audit, & potest reformare priorem intentionem omittendi præceptum. Ita Sanchez *lib.1. Decal.cap.13.nu.* 8. Suari. *to.2. de Relig.libr.4.cap. 26.numer.12.* Bonac. *de legib dub. 1. quæstion.1.punct.10. numer.* 5. Lugo. *de Sacram.d.22.num.23.* & alij communiter.

199 *Verius hoc mihi.* Certè famuli, serui, filij pupilli, alumni, & si qui sunt alij, qui Missam audiunt coacti à dominis, parentibus, ac Pedagogis, alias non auditi: præcepto audiendi eam satisfaciunt. Nam quamuis in eo delinquant, tamen cum eo peccato possunt habere implẽdi præceptum, intentionem i

DVBVM XLI.

An filius, famuli aut pupilli, dum Missam actu audiunt, hunc actum eliciunt, & hanc intentionem habent: Non audiremus, nisi à parente, hero, aut Pedagogo cogeremur; *impleant præceptum*?

200 *Cur non implent.* PRæceptum non implent. Quia per eum actum formalem excludunt virtualem intentionem, & voluntatem audiendi Sacrum & satisfaciendi præcepto. Et quia tunc non datur pigritia, vt ex itineris molestia, sed repugnantia ex parte rei Sacræ, & positiua declaratio, quod id contra voluntatem efficiant. Sic Suar *tom.3.in 3.part.d.88.sect.3.verb. Circa posteriorem partem.* Petr. Ledes. *sum. part.1.capit. 27.post 10. concl.* Molfessi. *tract. 3. cap. 17. numer. 46.* citans D. Antonium, Sotum, & alios.

201 *Implent præceptum.* Implent quidem præceptum, si attentione requisita audiunt, quamuis dum audiunt, actualem non audiendi voluntatem gerant, nisi cogerentur. Quia hi omnes comparandi sunt illis, qui metu graui, & in virum constantem cadente præceptum implent, alias non impleturi, nisi metu cogerentur. At hi, qui metu graui præceptum implent, satisfaciunt. Ità Sanchez *tom.1. Decal. libr.1. capit.13.numer.* 8. Fagundez *præc. 1. lib. 2. cap.7.num.19.* Sotus *lib.2.de iust. quæstion.3.art. 9.* male à Molfesio pro contraria sententia allegato. Azor *tom.1.l.10.c.12.qu.9.*

202 *Hoc probabilius esse vor.* Probabiliorem hanc sententiam esse censuerim. Et quidem quamuis omnes illi mortaliter delinquunt: cum nec metus grauis, nec reuerentia grauis tollat libertatem, sed tantum imminuat, illa impletio adhuc libera manet, & est actus liber, & humanus, ac proinde illo satisfit præcepto, ita vt nulla maneat illius rursum implendi obligatio.

DVBIVM XLII.

An qui vult Missam audire, non tamen intendit præceptum implere: satisfaciat præcepto?

203 *Quæstio nis status.* DVplici modo id potest contingere. Vno, si quis audiat Sacrum in die festo, mente dissentiens: Volo audire hanc Missam ex deuotione, postea aliam ex præcepti obligatione exaudiam. Alio si absolute dicat: Volo hoc audire Sacrum, sed nolo præcepto per illud satisfacere: nec intentionem habet audiendi postmodum aliud, per quod satisfaciat. Requiro, num huiusmodi Sacri auditione vna & altera satisfaciat ille præcepto?

204 *Non satisfacit.* Non satisfacit sed tenetur aliam Missam audire, & lethaliter delinquet, si non audiat: nec potest mutare animum dicendo: Volo per Missam auditam præceptum implere. Quia ille, qui debet centum Petro, non satisfaciet debito, totidem eidem Petro liberaliter donans, etiamsi postea mutet voluntatem, & dicat, se per illam donationem velle debito satisfacere: donatio enim fuit actus liberalis, & solutio debiti est actus iustitiæ commutatiuæ: Ergo pari ratione, si quis Missam audiat in die festo ex deuotione, vel cum intentione non satisfaciendi præcepto, sed audiendi aliam, per quam satisfaciat: vel cum intentione absoluta aliam non audiẽdi: non poterit postea mutata voluntate, priorem Missam præcepto satisfacere; quia illa fuit audita veluti ex donatione liberali; hæc autem est quædam obligatio præcepti instar debiti iustitiæ. Sic Medina *de orat.q.16.* Azor. *p.1.l.7. cap. 2.q.6.& l.10.cap.12 qu.8.* Nauar. *de orat.cap.16. num.74.* Rodrig. *p.1.sum.c.144.num.2.* Nugn. *q. 83.art.6.* Petr. Ledesm. *cap 27.post.10.concl.* citans Martinum de Ledes. Henriquez *lib.9. cap. 25.numer.6.* Angl. *florib. part.1.vbi de orat qu.4. diffic.4.* Sylui. *1.2.qu. 100. art.9.concl. 3.* Molfes. *sum.tract 10.cap.1.num.31.* Baldel. *l.5.d.25.n.20.* & alij.

205 *Satisfacit plant.* Satisfacit quidem præcepto, nec mortaliter delinquit, si animum habuit audiendi aliam Missam qua præceptum impleret: peccat vero mortaliter, si expressum animum habuit non satisfaciendi præcepto per illam, nec audiendi aliam eodem die, qua satisfaceret. Peccat inquam mortaliter non contra præceptum speciale audiendi Sacrum, cum illud non obliget nisi ad actum ipsum externum auditionis Sacri liberum, & humanum, quocumque modo, ac intentione audiatur: sed contra præceptum naturale diuinum, quo quisque tenetur legi, ac Legislatori esse subiectus iusta præcipienti. Ratio huiusce conclusionis est, quia præcepta non obligant ad habendam intentionem illis satisfaciendi, sed ad gerendum solummodo opus per illa præscriptum. Vnde nullus præceptum violat eo, quod nolit habere intentionem formalem, aut virtualem volendi illi satisfacere: ac proinde non violantur præcepta contraria intentione, ac voluntate. Ita Bonacin. *dub.1.de legib.qu.1.punct.10.numer.16.* Henriq. *l.9.cap.25.num.6.* Suar. *tom.2.de Relig.l.6.c.26. num.8.& l.3.de legib.c.29.num.12.* Lessi. *de hor. Canon.dub.10.numer.59.* Vasq. *1.2.qu.100. art.9. dub.1.* Francolin. *de tempor.c.27.* Reginald. *l.18. num.150.* Filliuc. *tract.23.numer.251.* Nald. *verb. Diuinum Officium, num.3 & 8.* Garsia *de Benef. tract.1.part.3.c.1.numer.198.* Arag. *2.2.qu.83. art.5.* Valent. *tom.3.dub.6.qu.2.punct. 10.* Lugo. Cardin. *de Sacram. dub.22.numer.24.* Palao *de legib. dub. 1. punct. 17. numer. 11. & 12.* Trul. *lib. 2.Decal. cap. 2. dub.36.nu. 27.* & alij plures, qui eandem circa Horas Canonicas versant quæstionem.

Crediderim

206 Mens in eodem instan.

Crediderim, vtramque sententiam satis esse probabilem, ac tutam. Licet autem Pater Fagundez *præc. 1. l. 2. c. 7. nu. 27.* magis in primam inclinet *quia plures*, inquit, *Doctores habet, & graviores rationes*: Ego plus inclino in secũdam, quia & plures iam Doctores habet, & fortiori nititur fundamento. Nam per leges, ac præcepta solum imperatur nuda, libera, & humana executio externi operis: & non vt fiat ex intentione formali, aut virtuali: cum vero in casu nostro actu humano ac libero Missa audiatur, quãuis quis nolit satisfacere, verè satisfaciet; nec enim est in manu hominis præceptis non satisfacere, posito quod velit, opera, quæ illa imperent, efficere; nam si vult actum gerere imperatum, necessario satisfacit: est nã, que implicatio quædam, velle facere actũ per legem humanã præscriptum, & velle legi non satisfacere. Profecto diuersa ratio est in debito de iustitia, & de præcepto, nam iustitia obligat ad æqualitatem seruandam inter debitum, ac solutionem debiti, quæ æqualitas non seruatur, quando debitum non soluitur vt debitum, sed ex liberali intentione donandi. Actus vero ille audiẽdi Sacrum ex deuotione, & cum positiua intentione non satisfaciendi præcepto, fuit liberalis ex intentione agentis, natura tamen sua cadit sub præceptum: & cum præceptum non curet, an opus ex deuotione, vel alia intentione fiat, non est necesse, vt semel ex deuotione effectum iterum fiat ex præcepti necessitate. A Castro Palao didici.

DVBIVM XLIII.

An dum Missæ assistis, & per extasim in diuinorum contemplationem eleuaris: Impleas præceptum?

207 Imples quidẽ.

IMples quidem. Quia perfectè comples præcepti finem, & voluntarie te ad Missam audiendam applicuisti, in qua formaliter, aut virtualiter perstitis. Sic Trull. *l. 3. Decal. c. 1. dub. 5. num. 14.* Pett. Ledes. *p. 1. sum. c. 27. post 11. concl.* Suar. *to. 3. in 3. p. d. 88. sect. 3.* & alij.

208 Non imples.

Non imples. Quia non censeris præsentia humana, ac morali Sacro præsens. Ita Card. Lugo *de Sacram. d. 22. nu. 19.* Luisi. de Torres *in sect. p. 2. d. 16. dub. 7.* & alij.

209 Auctoris iudicium.

Equidem si ita per extasim ad Deum es eleuatus, vt nulla in te sensus cognitio remaneat, vt Missæ attendas, nullatenus præceptum imples, nam præsentiam non geris humanam. Si autem ita raperis ad Deum, vt in te maneat aliqualis cognitio, & attentio ad Missam, vere præcepto satisfacies. Et hanc esse Doctorum prosecunda sententia citatorũ mentẽ existimo.

DVBIVM LIV.

An si dum Missæ assistis Psalmos (ex. c.) vel aliquid ad Deum pertinens scribis: satisfacias præcepto?

210 Satisfacis.

SAtisfacis quidem. Quia scriptum eiusmodi ad Deum dirigitur: & quemadmodum, qui dum Missam audit Officium diuinum legit, satisfacit præcepto, quia lectio illa ad Deum dirigitur; haud aliter de scriptione pia dicendum videtur. Sic Marchin. *de Sacrif. Miss. tr. 3. p. 3. c. 17. n. 11.*

211 Nõ satisfacio.

Minime satisfacis. Quia scribendi actio, maxime dum magna cum attentione exercetur, moraliter attentionem interiorem ad impletionẽ præcepti requisitam excludit. Ita Card. Lugo *de Sacram d. 22. n. 25.* Llamas *p. 3. Metho. §. 9.* Reginal. *l. 19. nu. 13.* Hurtad. *d. 5. de Sacrif. Miss. diffic. 2.* Suar. *tom. 3. in 3. p. d. 88. sect. 3.* Angel. *v. Missa, §. 821.* Caiet. *sum. Festorum violatio.* Bonac *l. 1. de leg. d. 1. pun. 11. n. 24.* Henriq. *l. 9. c. 25. n. 5.* Nauar. *sum. c. 21. n. 6.* Azor. *l. 7. c. 5. qu. 6.* & alij.

Hanc sententiam verã vnice esse crediderim. Nec paritas de Officij Canonici lectione contrarium suadet; quia oratio magis accinit Missæ attentę auditioni, quã scriptio. Vnde absolute assero, quęcumque sint, quæ scribas, dum notabile spatium Missæ procedit, te minime præceptum adimplere.

212 Hoc vnicè verum esse iudico.

DVBIVM V.

An si Missæ assistis ex deuotione animo non implendi præceptum tal Missæ auditione, sed alterius, quam postmodum intendis audire si deinde mutas voluntatem secundam audiendi: Vt prima, quam ex deuotione audisti, præcepto satisfacias, debeas intra obligationis tempus mutare animum & velle adimplere præceptum per Missam ex deuotione auditam?

213 Debet mutare animum.

DEbes animum mutare, & alium voluntatis actum elicere, quo velis præceptũ implere per Missam ex deuotione auditam. Quieiusmodi nouus actus non elicitur, illa Missa ex deuotione audita semper manet, & instax adhuc aliam ex præcepto audiendi obligatiot Sic Suar. *to. 3. in 3. p. d. 88. sect. 3.* Arag. *2. 2. q. 83. a. 13.* Lessi. *de hor. can. dub. 01. n. 59.* Coninch *qu. 83. a. 6. n. 309.* Trull. *l. i. Decal. c. 7. dub. 16. n. 14.* & *l. 2. c. 2. dub. 16. n. 27.* & *l. 3. c. 1. d. 5. n. 19.*

214 Non debet.

Non teneris animum mutare, & illum actũ nouum voluntatis elicere, quo velis per Missam ex deuotione auditã præceptum implere. Quia Ecclesia solum imperat, vt die festo Missa audiatur, quæ quidem iam audita fuit: vnde tibi sufficit, aduertere, quod iam præcepto per Missam à te auditam satisfecisti, vt aliam audire non tenearis. Ita Cardin. Lugo *de Sacram. dub. 22. numer. 24.* Leand. *præc. 1. tract. 2. dub. 1. quæs. 92.*

215 Auctoris resolutio.

Certe qui die festo audit Sacrum ex deuotione, intendens per illud non satisfacere præcepto Ecclesiæ, sed aliud postmodum exaudire, vere satisfacit per illud præcepto, nec ad quicquam aliud postea tenetur, nisi vt, posito quod postea nolit aliud Sacrum audire, simul etiam desinat habere voluntatẽ non satisfaciendi præcepto Ecclesiæ per Sacrum, quod iam audiuit. Nam si pergeret velle non satisfacere Ecclesiæ per sacrum auditũ, & tamẽ simul nollet audire aliud, implicite vellet Ecclesiæ non obedire, ideóque contra virtutem obedientiæ peccaret. Non tamen tenetur positiuè illam voluntatem reuocare, quia mala

non fuit,sed bona:fuit enim voluntas audiendi plura Sacra ; vnde sufficiet , vt se negatiuè habeat. A Lugo accepi.

DVBIVM XLVI.

Votum emisisti vnam Missam audiendi , quam animo non satisfaciendi voto exaudis:Teneris ne aliam audire,ad voti satisfactionem?

216 *Teneris quidem.*

TEneris plane. Quia audiens Missam illam quasi ex deuotione animo non satisfaciẽdi voti obligationi, tacite videris votum prorogare,quod verè potes,cum à te pendeat.Sic Baldel.*l.5.d.25.n.21.*Suar.*to.2.de Relig.l.4.cap. 26.num.*8.Ledesm.*p.1.sum.c.27.post 10.concl.*& alij pro sententia prima *Dub.*53.relati,*n.*213.

217 *Non teneris.*

Non teneris.Quia verè voto feciſti satis per Missam à te auditam,cum verè illud præstiteris,quod vouisti.Ita Sanch.*l.1.Decal.c.13.n.*18. *& l.4.c.13.n.*40.Bonac.*to.2.d.1.q.1.pun.*10.*nu.* 21.Trul.*l.2.Decal.c.2.dub.*16.*n.*27.Diana *p.*3. *tr.6.resol.*77. & alij.

Existimarim,te per intentionem illam non satisfaciendi voto illius Missæ auditione, non voluisse prorogare tuum votum , aut denuo vouere,licet posses;sed solum voluisse per aliã Missam voto satisfacere : cui quidem iam per illius Sacri auditionẽ satisfeciſti.Itaque ſi Missam audis,ad quã ex voto , aut ex pœnitentia Sacramentalẽ obligaris vel animo non satisfaciendi, non teneris aliam Missam audire.Nã cum hæc obligent per modũ præcepti,eo ipso censetur adimpleri, quo debitũ opus volũtariè adimpletur:nec est in volũtate adimplentis nõ satisfacere voto,vel pœnitentię iniunctę,quoties substantiã rei promisſę,aut iniunctę adimplet.Et hoc militat,etiãsi votũ,vel pœnitentia sint disiunctiua, & pœnitẽs seu vouens adimpleat alteram partem absque intentione votum,vel pœnitentiam adimplendi;nam re ipsa rem promissam adimplet. Me Sanch. docuit.

CAPVT XI.

Circa corpoream ad Sacrum audiendum assistentiam.

DVBIVM XLVII.

An qui commodè potest audire,ac videre celebrantem teneatur ad vtrumque huius vi præcepti?

218 *Nõnulla suppono.*

SVppono,teneri fideles ad huius præcepti satisfactionẽ assistere Missæ non solũ mente,sed & corpore.Quia assistere Missæ,est actio quędã corporalis.Hæc autẽ presentia intelligẽda est moraliter,ita vt qui assistit,valeat aliquo modo dignoscere quidnã Sacerdos agat. Necessariũ autem nõ esse,vt quis videat celebrantẽ,aut eius verba audiat,sed sciũ vt mẽte, ac corpore assistat.Omnes Sic.Quæsierim verò , an qui commode potest audire, ac videre celebrantem, advtrumque ex vi huius præcepti teneatur?

Licet non sit necesse audire,aut videre celebrantem,vt patet in procul adstantibus,debet tamen tamen quis ita corpore interesse , vt si cõmode possit,videat,&audiat.Qui enim de industria auertit oculos, obstruitque aures, præcepto non satisfacit,etiãsi mente attendat. Quia videtur vel cõmunemEcclesię consuetudinem affectatè violare , qua vulgariter dicitur, *Missam andire, Missam videre.*Sic Llamas *p.*3.*Metho.c.*5.§.9.Ioan.de la Cruz *sum. vbi de 4.prac.a.*2.*concl.*2. 219 *Teneris quidem.*

Non tenetur quis etiamsi commodè valeat huius præcepti vi audire,aut videre celebrantem. Quia si id requireretur, non obligaretur cœcus aut surdus,quod nullus admittit.Porrò audire Missam in iure accipitur pro interesse Missæ mente, & corpore humano modo. Ita Fagund.*præc.*1.*l.*2.*c.*7.*n.*7.Tolet.*l.*6.*c.*6.*n.*1.Lugo *d.*22.*de Saram.n.*19.Dicastil.*tr.*5.*de Sacram. d.*5.*dub.*2.*n.*19.Gesuald.*de Sacram tr.*17.*c.*2.*n.* 19.Graf.*l.*2.*c.*34.*n.*8.& alij communiter. 220 *Non tenetur*

Certum mihi,audire Sacrum , non esse intellectu percipere,quæ in Missa dicuntur:non enim rustici Missam audirent. Nec videre ea, quæ in Missa geruntur;nam cœci non possent implere præceptum, quos tamen implere certum est.Vnde potest quis clausis,ne diuagetur oculis Missam audire,vti Fagund.ait. 221 *Hoc mihi certum.*

DVBIVM XLVIII.

An qui simul est surdus,mutus,& cœcus, teneatur Missam audire?

NOn tenetur,Quia impotens omnino est, cum non valeat, quæ geruntur in Missa percipere.Sic Llamas *p.*3.*Metho.c.*5.§.9. 222 *Non tenetur.*

Tenetur plane.Quia potest apte Missæ mẽte ac corpore interesse.Ita Fagund *præc.*1.*l.*2.*c.* 7.*n.*3.profatus : *Hinc patet euidenter tenetur illum qui simul est mutus,surdus,& cœcus,Missam audire , cum moraliter loquendo se su aliquo externo præsentialiter adesset , & ad id , quod fit, posset attendere,idque percipere.* 223 *Tenetur plane.*

Ego autem de surdo simul ac cœco si à natiuitate non sit , hoc certum esse affirmo. De surdo simul cœco, ac muto à natiuitate haud absolute asserere auderem,mei P.Facundi venia ; sed casu,quo ex externis signis innueret, se percallere legis obligationem ; alioqui me cum huiusmodi homine tanquam cum fatuo gererem , qui ad præceptorum impletionem minime adstringitur.Vidi,fateor,aliquem surdum , mutum , ac cœcum simul tanta ad callendum dexteritate pollere , vt de hoc non dubitarim , ad assistendum Sacro esse obligatum. 224 *Auctoris resolutio.*

DVBIVM XLIX.

Vt quis Missæ audiendæ præceptum impleat , teneturne adesse intra Ecclesiam , in qua celebratur?

TEnetur quidem. Quia qui extra Templum adest , non dicitur moraliter esse corpore præsẽs.Sic Filliuc.*tr.*5.*n.*209.Trull.*l.*3.*Decal.c.* 1.*dub.* 225 *Tenetur quidem.*

1.*dub.5.nu.*13.Machad.*l.2.p.4.tr.1.docum 3.n.3.* Gesuald.*de Sacram.tr.17.c.2.n.*34.citans Bonacinam.

226 *Non tenetur.* Non tenetur. Quia potest apte extra Templum, existens dici moraliter præsens corpore Missæ,cum facile possit aliquomodo dignoscere quid celebrans agat,& in quanam parte Missæ versetur.Ita Reginal.*l.*19.*n.*12.Cardin.Lugo. *de Sacram.d.*22.*nu.*10.Portel. *in addit.ad dub. Regul.v. Indulgentia,nu.*7.Diana *p.*4.*tr.*4. *resol.* 154.Pasqualig.*decis.*173. *nu.*4. Dicastil.*de Sacram.tr.*5.*d.*5.*nu.*43.Hurtad.*de Sacrif.Mis.d.*5. *diffic.*1.

227 *Idem asserit.* Profecto nomine audiendi Missam intelligitur corporalis,assistentia moralis qua quis corporaliter & humano modo assistit Sacro,vel audiêdo,vel vidêdo,vel saltê ita comitâdo seu sociâdo alios vidêtes,aut audiêtes,quâuis sit extra Ecclesiâ,(vt cõtingit,quâdo locus,in quo Missa celebratur,multitudinem confluentem non capit) si ex signis, & gestu aliqua Missæ colligere valeat,& ad multitudinem assistentiũ moraliter pertinere cẽseatur.Hinc assero, satisfacere præcepto, qui ex atrio aut cœmeterio Templi Missam audit;vel qui ex fenestra assistit,quando in platea Sacrum celebratur. Lugo legendus.

DVBIVM L.

Missam, quæ in Templo celebratur, quis è fenestra domus extra Templum extructæ exaudit: Impletne præceptum?

228 *Non implet.* NOn implet.Quia non videtur esse moraliter præsens, nec ad fidelium circumstantium cœtum pertinere,vt ei possint illa verba Canonis, *Et omnium circunstantium* applicari. Sic Filliuc.*tr.*5.*n.*209.Trull.*l.*3. *Decal.c.*1.*dub.*5. *n.*13.Diana *p.*4.*tr.*4.*resol.*154. Portel.*v.Indulgentia,n.*8.

229 *Implet quidem.* Implet quidem,dummodo valeat videre, aut audire,aut aliquomodo dignoscere,quid in Missa Sacerdos peragat. Quia sic assistens vere dicitur Missæ moraliter esse præsens:sicut dicitur adesse qui è fenestra domus Missam, quæ in platea celebratur exaudit.Ità Cardin. Lugo *de Euchar.d.*22.*n.*21.Gordon.*to.*2.*Theol. Mor. l.*6. *q.*7.*c.*2.§.3.*n.*12.Dicastil.*tract.*5.*de Sacram.d.*5. *dub.*4.*n.*59.Pasqualig.*de is.*173.Lege Dianam *p.*10.*tr.*11.*resol.*7.*& tr.*14.*resolut.*47.alios citans.

230 *Verius hoc longe esse existimo.* Hanc sententiam longe probabiliorem esse existimo. Quia(vt ex Cardinali Ioanne de Lugo Sapientissimo didici)potest contingere esse adeo vicinam Altari fenestram, vt moralem præsentiam non impediat,*provt de facto*(inquit ille) *in hoc nostro Collegio Romano habemus Sacellum privatum, cuius Altare à fenestris domus aduersa non plusquam triginta passus distat: & proinde ab illa fenestra audiri potest, aut percipi Missa,licet via publica intercedat,ac si intra Ecclesiam parvam audiretur ab aliquo ibi existente.*

DVBIVM LI.

Existens quis in choro strictо post Altare Missam audit: impletne præceptum?

PRæmitto, iuxta vsum Romanum chorum Regularium adstrui solere post maius Altare;muro interiecto. Quæsierim itaque, num impleat præceptũ,qui in huiusmodi choro existens Missam audit? 231 *Status quæstionis.*

Non implet. Quia etiamsi audiat Sacerdotẽ eum non videt,nec præsens Sacrificio est. Sic Llamas *p.*3.*Metho.c.*5.§.9. 232 *Non implet.*

Implet profecto. Quia qui verba celebrantis audit, aut signo dignoscit, quid Sacerdos agat,aut in qua parte Missæ diuersetur vere dicitur præsẽs esse moraliter,imo physice Sacrificio Ita Gordon.*to.*2.*Theol. Mor.l.*6.*q.*7.*c.*2.*n.* 12.Reginal.*l.*19.*n.*12.Cardi. Lugo *de Euchar. d.*22.*n.*20. 233 *Implet quidẽ.*

Hoc verum vnice esse crediderim.Nã vt quis præceptum impleat,non requiritur, videat Altare;Religiosi enim illi,qui in choro canunt nõ vident Sacerdotẽ iuxta vsũ Romanum præfatum,& tamẽ proculdubio implent;quia re vera moraliter Sacrificio assistunt.*& vident*(addit Lugo) *partem posteriorem Altaris choro correspondentem.*Ex Lugo Card.resolui. 234 *Hoc verum vnice esse credo.*

DVBIVM LII.

Missam quis audit post Ecclesiæ parietem existens: satisfacine præcepto?

NOn satisfacit. Quia intra Ecclesiam debet quis adesse, vt verè præsens esse censeatur.Sic Llamas *p.*3.*Metxo.c.*5.§.9.Et Trull.*l.* 3.*Decal.c.*1.*dub.*5.*n.*13.Filliuc.*tr.*5.*n.* 209.Machad.*l.*2.*p.*4.*tr.*1.*docum.*3.*nu.*3. asserentes, eos, qui domi è regione v. gr. fenestræ, vel portæ Ecclesiæ Missam audiunt,præceptum non implere,quia præsentes moraliter nõ dicuntur,licèt audiant,& videant:Ergò efficacius implere præceptum abnegabunt,eum,qui existens post parietem,Missam conatur audire. 235 *Nõ satisfacit.*

Satisfacit quidem si vel audiat verba,vel aliquo signo dignoscat,quid agat Sacerdos.Quia necessarium non est,vt Templum ingrediatur, sed vt moraliter ad illud accedat: at qui post Templi parietem præfato modo Missam audit,ad Ecclesiam accedit, & morali præsentia Sacrificio adstat.Ita Gordon.*to.*2.*Theol. Mor.l.* 6.*q.*7.*n.*12.Reginal.*l.*19.*n.*12.Lublin.*v.Festum, n.*13. Diana *part.* 10. *tr.* 14.*resol.* 47. & alij. 236 *Satisfacit quidem.*

Longe hoc probabilius.Neque enim obstat quod maneas post parietem extra Ecclesiam, (vti fieri assolet cum locus capax non est totius multitudinis, quæ ad audiendum Sacrum confluit.) dummodo moraliter censeri valeas de numero eorum esse, de quibus in Canone Missæ dicitur: *Et omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, &c.* Profecto, (vt amplius doctrinam exponam) si Missa in altaturri diceretur, non satisfaceret (vti Fagundez asserit *præc.* 1.*libr.*2.*cap.*7.*nu.*3.) 237 *Longe hoc mihi probabilius.*

præcepto qui foris assistit nihil videns, vel audiens, nullumque signum capiens, vnde dignoscat quidnam Sacerdos agat; quia is re vera non assisteret moraliter. Nec sufficit esse aliquem intra Ecclesiam (cum Cardi. Lugo loquor *de Euchar. d.* 22. *n.* 20.) v. gr. in Basilica Romana S. Petri, & habere intentionem audiendi Missam, quam scit tunc dici in aliquo Altari illius Templi; cum tanta est distantia, vt extrahat illum ab humana præsentia. Porro hoc est regulandum per prudentis arbitrium ad iudicandum, an homo dicatur moraliter præsens illi actioni, ita vt humano modo dicatur assistere. Dianam lege.

CAPVT XII.

Circa causas à præcepto audiendi Missam excusantes.

238 *Septem excusationis causas enumero.*

SEPTEM causas ab auditione Missæ excusantes assigno, *Impotentiam* scilicet, *Nocumentum, Ignorantiam, Consuetudinem, Obedientiam, Pietatem, Bonam fidem.*

DE IMPOTENTIA.

DVBVM LIII.

Personaliter quis est interdictus, vel excommunicatus: Excusaturne ab audiendæ Missæ præcepto?

239 *Quæstionis status.*

CErtum est, impotentiam tam physicam, quam moralem à præcepto Missam audiendi excusare. Quia nemo ad impossibile tenetur. *leg. si quis in graui, ff. ad Sylan. leg. si stipuler, ff. de verb. obligat. leg. Paulus ff. quæ sententia.* & est axioma iuris, vti Barbosa *axio.* 118. *n.* 7. citans Orlandum, Iacobum de Leon, Flamin. Surdum, & alios, asseruit: Quæsierim vero, num personaliter interdictus, vel excommunicatus à præcepto audiendi Missam excusetur?

240 *Non excusatur.*

Non excusatur. Quia culpa ab eo cõmissa ad censurã contrahendam non debet eum à legis implendæ onere liberare, vnde denuo sese graui piaculo adstringit, si præceptum Ecclesiæ non implet. Sic nonnulli, quos presso nomine refert Azor. *p.* 1. *l.* 7. *c.* 7. *q.* 1.

241 *Omnino excusatur.*

Excusatur omnino nec nouo se se piaculo adstringit. Quia nullus obligatur ad id, quod absque peccato gerere nequit. At qui personaliter est interdictus, vel excommunicatus nequit absque peccato Missæ assistere: Ergo ad id minime obligatur. Ita Azor. *citatus.* Marchin. *tract.* 3. *de Sacrif. Mis. p.* 3. *c.* 17. *n.* 3. & 17. Filliuc. *tr.* 5. *n.* 225. Iodoc. *verb. Missæ auditio, §.* 50. Laym. *l.* 1. *tr.* 7. *c.* 4. *num.* 3. Hurtad. *d.* 5. *de Sacrif. Mis. diff.* 6. Scort. *l.* 2. *de Sacrif. Mis. c.* 20. *nu.* 8. Bonac. *ibi. d.* 4. *q. vlt pun. vlt. n.* 18. & 19. Fagund. *præc. l.* 2. *c.* 8. *n.* 1. Reginal. *l.* 19. *n.* 16. Suar. *to.* 3. *in* 3. *p. d.* 88. *sect.* 6. Nauar. *sum. c.* 21. *n.* 3.

242 *Hoc vnicè verum.*

Hæc quidem omnium Doctorum communis sententia. Quã verã esse censeo, licet quis sua culpa censurã contraxerit; quãuis enim in eo deliquerit, tamen postquã iã factus est impotẽs ad Missam audiendam, minime non audiendo de nouo delinquit. Vnde illorum Doctorum, quos Azorius memorat, sententiam omnino falsam esse crediderim.

DVBIVM LIV.

Excommunicatus, vel interdictus facile potest à censura absolutionem obtinere: si eam obtinere non nititur, reus esne est violationis Ecclesiastici huius præcepti.

243 *Reus est.*

REus est plane. Quia cum facilis sit absolutionis impetratio, non potest ex impotentia excusari, à qua potest sese ad impletionem præcepti expedire: Ergo reus est violationis præcepti. Sic Nugnus *in* 3. *p. q.* 83. *art.* 6. Quem nonnulli Recentiores sectantur presso nomine à Leandro citati *præc. i. tract.* 2. *dub.* 2. *q.* 5.

244 *Non est reus.*

Non est reus. Quia præceptum audiendi Sacrum solummodo eos obligat, qui non sunt impediti: excommunicatus autem, aut interdictus participare in diuinis ab Ecclesia impeditur: Ergo non obligatur ad Missam audiendã, nec nouũ peccatum patrabit non procurãdo facilem absolutionem obtinere. Ita Bonac. *de Sacrif. Mis. d.* 4. *q. vlt. pun. vlt. n.* 21. & *de Censur. d.* 2. *q.* 2 *pun.* 3. §. 1. *n.* 4. Nauar. *sum. c.* 21. *nu.* 3. Vgolin *tab. i. c.* 13. §. 13. Henriq. *lib.* 13. *c.* 7. *num.* 2. Sayr. *lib.* 2. *c.* 13. *nu.* 24. Auila *de Censur. p.* 2. *c.* 7. *d.* 4. *d.* 7. Suar. *to.* 3. *in* 3. *p. d.* 88. *sect.* 6. Coninh. *d.* 14. *dub.* 7. *n.* 56. Sa *v. Missæ auditio nu.* 3. Nald. *v. Missa, num.* 19. Diana *part.* 5. *tract.* 9. *resol.* 88. Dicastil. *de Sacram. d.* 8. *dub.* 10. §. 2. *nu.* 144. & 149. Hurtadus, Scortia, Marchinus, Ledesma, Fagundez, Tiullench, Villalobos, & Graffius, quos memorat, ac sequitur Leander *citatus.*

245 *Probabiliter mihi sententia hæc.*

Probabiliorem longe hanc esse sententiam vides ex Doctorum eam asserentium numero ac grauitate. Certe Ecclesia non obligat eum, qui censura est adstrictus, absolutionẽ censuræ obtinere, vt Missam audiat, cum potius ptiuet eum auditione illius in delicti supplicium. Non igitur erit reus violationis præcepti. An vero aliud peccatum perpetret, quod non sit contra præceptum audiendi Sacrum, proprio in loco per Dubia disseram.

DVBIVM LV.

Apud locum interdictum quis commoratur, qui tamen facile potest ad locum non interdictum pergere: Excusaturne ab audiendi Sacri præcepto?

246 *Excusatur quidem.*

EXcusatur quidem. Quia præcepta iuxta cõmunem sensum, ac consuetudinem sunt intelligenda, vt habetur in *leg. De quibus ff. de legib.* At communi omnium consensu, si Missa deest in proprio loco, nemo se teneri existimat alium inire: & qui init, credit se peregrinatorie operari. Sic Llamas *part.* 3. *Metho. capit.* 5. *Paragraph.* 11. Auila *de Censur. p.* 5.

p.5.d.4.sect.2.dub.6.concl.2. pro fatus: *si diceretur Missa in aliqua Ecclesia in tali distantia, quod non comprehendatur intra continentia mœnium, quamuis distantia non sit tanta, vt de obligaret homines ab audienda Missa, quando non est interdictum: non tenentur homines illuc tempore interdicti, ad audiendam Missam.*

247 *Non excusantur.* Non excusatur. Quia personæ loci interdicti Missam possunt in loco non interdicto audire ex communi Doctorum: Igitur si commodè possunt, hunc locum inire, vt Missam audiant, ad id tenebuntur. Ita Azor. *to.1.l.7.c.2.q.4.* Hurtad. *de Sacrif. Mis. d.5. disp.7.* Trull. *lib.3. Decal. c.1. dub.5.n.14.* Bonac *de Interdict. d.5. pun.1. & d.4. de Sacrif. Mis. qu.vlt. pun.vlt. n.21.* & alij communiter.

248 *Cum his opinionem.* Cum his sentio, fateorque, mihi P. mei Auilæ rationem non placere. Nam si distantia ad locum non interdictum non sit tanta, vt deobligaret homines à Sacro audiendo, sed deberent audire, cur interdictum eos ab huiusmodi obligatione liberabit? Tenentur itaque Sacro interesse, si commode queant: si autem graue incommodum adsit, v.gr. si templum procul absit ab Vrbe, vel Oppido, aut si paruum sit Sacellum, quod simul plures capere non valeat, non tenentur; quia hoc in casu independenter ab Interdicto minimè tenerentur.

DVBIVM LVI.

Habet quis priuilegium vt tempore Interdicti possit audire Missam: Teneturne illo vti, & præceptum implere?

249 *Quibus hoc fauet.* COmmendatores Cruciferi, & qui habent Bullam Cruciatæ, & Clerici etiam primæ tonsuræ, (ratione Ordinis in tota Hispania, & Lusitania) priuilegium habent ad Missam tempore Interdicti audiendam. Quæritur igitur, num eam in die festo audire teneantur?

250 *Non tenentur.* Non tenentur. Quia nemo obligatur vti priuilegio sibi concesso, alioqui gratia non iam gratia, sed onus esset, & libera facultas in obligationem verteretur: nam quæ in gratiam, & fauorem alicuius conceduntur, non debent in damnum retorqueri iuxta regulam. *Quod ob causam, de reg. iur. in 6.* Sic Auila *de Censur. p.5. d.4. sect.2. dub.6.* asserens, Victoriam, Canum, & alios viros doctos hanc opinionem tenere, & grauissimos Salmanticenses Magistros in suis prælectionibus eam docuisse. Henriq. *lib.13. c.48. n.5. lit.D. & lib.7.c.13.n.3.* Rodrig. *sum.p.1.c.249.n.14.* Llamas *p.3. Meth. c.5.§.12.* Ludou. Lopez *p.1. Instruct. c.79. tit. de Euchar. pag.99.* Ledesm. *sum.p.1. tit. de Sacram. Euch. c.27.* & alij plures.

251 *Tenetur omnino.* Tenetur omnino. Quia interdictum eatenus excusat ab obligatione Sacrum audiendi, quatenus ponit audiendi illud, impedimentum: Ergo quacumque ratione impedimentum illud auferatur, statim resultat obligatio præcepti. Ità Cenedo *q.44.nu.3.* Suar. *to.3. in 3.p.d.88. sect.6.* Valdes. *tr. de Eleemosy. p.1.v. Quæritur.* Sotus *in 4. dist.13.q.2.a.1.* Nauar. *sum.c.21.n.3.* Viuald. *in Candelab. p.2. tit. de Inter. n.310.* Medi. *sum p.1.c. ii.§.13.* Azor. *p.1.l.7.c.2.q.3.* Anto. Gomez *de Bul. Cruc. ad 5. & 6. claus. n.25.* Nugnus *in 3.p.q.83.* Escob. & Mend. Theol. Moral. *Tom.III. P.II. a.6.* Fagund. *præc. 1. l.2.c.8.n.5.* & alij passim.

Sententiam primam probabilem valde esse reor, eligo tamen secundam peobabiliorem vtique, cuius vim à simili expono. Si quis in vinculis detineatur, dum in illis adest, & in carcere Missa non dicitur, à præcepto excusatur. Attamen si ex priuilegio ei concedatur libertas diebus festis, vt Missam audiat, tenebitur illam audire; quia iam est sublatum impedimentum, & eo sublato, iam præcepti pullulat obligatio. Profecto in nostro casu non cogitur quisque suo priuilegio vti, (vt supponunt primæ sententiæ Auctores) sed tantum priuilegio supposito impedimentum tollente statim retinet Ecclesiæ præceptum suam vim: & sic quisque cogitur illud seruare. 252 *Hæc eligo sententiam.*

DVBIVM LVII.

Excusatur ab audiendæ Missæ præcepto, qui alium non habet Sacerdotem nisi personaliter interdictum?

SCio non excusari à Missa audienda, qui non habet alium Sacerdotem nisi excommunicatum toleratum. Quia post Concilium constantiense, ac Extrauagante Martini V. nó tenemur excommunicatos toleratos adhuc in Sacramentorum administratione vitare. Scio autem excusari quem à præcepto implendo, si Sacerdotem non habeat, nisi excommunicatum, & nominatim denunciatum, aut personaliter interdictum, si simul sit nominatim excommunicatus. Quæsierim autem, num excusetur qui alium non habet Sacerdotem nisi personaliter interdictũ, non vero simul nominatim excommunicatum? 253 *Nonnulla recolo.*

Excusatur quidem. Quia sine peccato non potest à Sacerdote personaliter interdicto Missam audire. Sic Azor. *p.1, l.7.c.7.qu.15.* Faber *de Cẽsur. dist.15.q.1.d.5.c.2.n.47.* Bonac. *de Euch. d.4.q.vlt.pun.12.n.1.* Molfes. *sum.tr.3.c.17.n.53.* & alij. 254 *Excusatur.*

Non excusatur. Quia sine peccato potest quis Missam à Sacerdote personaliter interdicto audire, si non sit simul nominatim excommunicatus. Ità Filliuc. *tr.18.nu.77.* citans Suarium. Mercer. *in 3.p.q.14.dub.3.* Fagund. *præc.1. l.2.c.5.n.40.* Et Diana docet esse probabile *p.5. tr.10. resol.63.* Gesuald. *de Sacram. tr.17.c.2. num.28.* asserens, à quocumque Sacerdote posse quẽ Missam audire, præterquam à Sacerdote excommunicato publico, & declarato, siue degradato, & suspenso. 255 *Non excusatur.*

Æque probabilem esse iudico vtramque sententiam; quia æque probabile est, peccare quem & non peccare si à Sacerdote personaliter interdicto exaudiat. Secundam tamen sententiam mihi eligo. Quia si non inducat quis huiusmodo Sacerdotem ad Sacrum celebrandum, nec ei communicet in ministrando, sed ei solummodo assistat: non vi deo, vndenam aliqua species cooperationis ad peccatum celebrantis appareat: nec ius obiicitur, quod huiusmodi Missæ auditionem prohibeat. Facundum sector. 256 *Secundã sententiã eligo.*

DVBIVM LVIII.

Excuſarisne Miſſæ audiendi præcepto, ſi non adſit, qui celebret niſi notorius concubinarius?

257 *Nonnulla memoro ad ſtatum quæſtionis.*

NOtorius concubinarius, vt explicatur in *cap. Quæſitum*, eſt ille cuius delictum eſt notum per confeſſionem factam in iudicio, aut per ſententiam, aut per eam euidentiam, quæ nulla poſſit tergiuerſatione celari; vt qui retinet domi concubinam vt vxorem, ita vt etiam ipſe diffiteri non valeat, ſiue ea ſit ſoluta, ſiue coniugata. Quæſierim itaque num excuſeris à præcepto audiendi Sacrum, ſi non adſit, qui celebret, niſi notorius concubinarius?

258 *Excuſaris plane.*

Excuſaris. Quia *c. vestra, & c. Quæſitum, de cohabit. Clericor. & mulier.* de notoriis concubinariis dicitur eſſe ſuſpēſos, quoad ſe, & quoad alios, & vt declarentur de hac cenſura ſuſpenſionis, non indigent declaratoria ſententia Iudicis: Ergo vitandi ſunt, quemadmodum alij publici cenſurati declarati nominatim. Nauar. *ſum.* 25. *n.* 78. D. Thomã citans *quodlib.* 11. *a.* 8. Et cũ illo omnes fere antiqui, Turrecre. Panormit. Salçedo. Bernar. Diaz apud Fagundez *citandum.*

259 *Non excuſaris.*

Non excuſaris. Quia concubinarij notorij non ſunt hodie ipſo iure ſuſpenſi, ideo non incurrunt irregularitatem, ſi in peccato celebrent: non enim extant iura expreſſa, quæ ſuſpenſionem ipſo iure importent: vel ſi aliqua extare videntur, iam ſunt vſu abrogata. Imo nec ſuſpenſos, per ſententiam Iudicis de ſuſpenſione declaratos, aut per confeſſionem illorum in iudicio factam teneris vitare circa Miſſæ auditionem, niſi prius de excommunicatione aliqua, quam incurrãt, fuerint publicè ac nominatim declarati. Quia excommunicati per ſententiam Iudicis declarati magis ſunt in iure odioſi, quam ſuſpenſi, & interdicti per eandem iudicis ſententiam: vnde Extrauagans Martini V. ſolum excipit, vt vitentur notorij Clerici percuſſores, & excommunicati nominatim declarati: quæ exceptio firmat regulam in contrarium. Ita Suar. *de Cenſur. dub.* 31. *ſect.* 4. Sotus *in* 4. *diſt.* 13. *q.* 1. *art.* 9. Henriq. *l.* 9. *cap.* 25. *num.* 13. Azor. *part.* 1. *libr.* 7. *cap.* 7. *qu.* 16. Scott. *de Sacrif. Miſ. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 8. Bonac. *d.* 4. *de Euchar. q. vlt. pun.* 12. *n.* 1. Fagund. *præc. l.* 2. *c.* 5. *n.* 42. *&* 50. *& c.* 9. *n.* 13.

260 *Auctoris placitum.*

Profectò, licet olim non eſſet licitum à publicis concubinariis Miſſas audire, hodie tamen licet ex nouo Tridentini iure, quoad vſque per ſententiam ab Eccleſia declarentur, excommunicationem incurriſſe. Cum tamen illi ſint in publico peccato, licite ab eis Miſſas petere non poſſumus nec Sacramenta, niſi tanta ſit neceſſitas, vel vtilitas, quæ id excuſare valeat; quia ex charitate tenemur peccatum in proximo abſque noſtro detrimento vitare. Ex Fagundij calamo accepi.

DVBIVM LIX.

An qui domi per vim, vel ægritudinem, vel loco carceris detinetur, habens inibi Oratorium approbatum: Teneturne Sacerdotem ſtipendio perquirere, vt præcepto ſatisfaciat?

261 *Certa præmitto.*

CErtum eſt, excuſari ægrotos ex impoſſibilitate: cõualeſcentes, ſi adſit recidiui languoris periculum: ægrotãtium miniſtros, ſi non habeant alios, quos ad cuſtodiam infirmorum ſubſtituant: in vinculis detentos, niſi Miſſa celebretur in carcere, vel niſi in die feſto è carcere ſoluatur. Quæſierim vero, vtrum qui domi per ægritudinem, aut vim detinetur, ſi habeat oratorium, teneatur Sacerdotem procurare, qui inibi celebret?

262 *Tenetur quidem.*

Tenetur quidem. Quia quando quis eſt dues non videtur excuſari à Sacerdote adducendo; quando enim quis ad aliquod præceptum obligatur tenetur adhibere media ſaltem facilia ad illud implendum, vnde fœminæ, quæ nõ poſſunt ad Eccleſiam ire, niſi famulis ſtipendiariis comitatæ obligãtur adhuc Miſſã audire, ſi ſint diuites: nam facilis eſt hæc diuiti diligentia. Ergo à fortiori qui domi detinetur debebit Sacerdotem ſtipendiarium adducere. Sic Sotus *in* 4. *diſt.* 13. *q.* 2. *a.* 1. Cenedo *de qq. Canonic. q* 44. *n.* 11 Nugnus *qu.* 83 *a.* 6. Et Suarius, Dicaſtillo, Ledeſma, & Fagundez *citandi* affirmãt hanc ſententiam eſſe probabilem.

263 *Non tenetur.*

Non tenetur. Quia Miſſæ præceptum non obligat ad illam procurandam, data Sacerdoti ſtipe: ſed tantum ad illam audiendam in Eccleſia, non autem domi. Ita Suar. *tom.* 3. *in* 3. *p. d.* 88. *ſect.* 6. Ledeſ. *ſum. c.* 27. *poſt* 16. *concl.* Fagũd. *præc.* 1. *l.* 2. *c.* 9. *n.* 9. Filliuc. *tr.* 5. *n.* 224. Diana *p.* 4. *tr.* 4. *reſol.* 8. Villalob. *tr.* 8. *diffic.* 36. *n.* 4.

264 *Hoc longe probabilius.*

Hoc longe probabilius eſſe reor (non certum, vti Leander aſſerit, cum Cenedus, ac Nugnus haud infirmo fundamento contrarium edoceant.) Nec vrget diuitum fœminarum, quæ ad Miſſam audiendam ſtipendiariis famulis comitatæ pergunt: comitatus enim ille eis aſſiduus accidentarius eſt ad Miſſam audiendam, cum illo ad quamlibet è domo profectionem authoritatis gratia vtantur. Nullus itaque obligatur ratione præcepti ad Sacerdotem ſtipendiarium adducendum, vt domi celebret, ſolum enim illud obligat, Miſſam audire non ſtipendio eam procurare.

DVBIVM LX.

Qui domi per vim, vel per ægritudinem detinetur Oratorium approbatum habens, teneturne Sacerdotem adducere ſi abſque ſtipendio poſſit?

265 *Tenetur plane.*

TEnetur quidem. Quia cum abſque ſtipendij ſumptu adducere valeat, iam alias cogitur vti priuilegio, quemadmodũ ille, qui priuilegium habet audiendi Miſſam interdicti tẽpore, quem teneri illo vti ſupra reſoluimus. Sic Sotus *in* 4. *diſt.* 13. *q.* 2. *a.* 1. Cenedo *l. de qq. Canonic. q.* 44. Nugnus *q.* 83. *a.* 6.

Non

266 *Non tenetur.* Nó tenetur. Quia præceptũ obligat ad audiendam Missam in Ecclesia, non autem domi: celebrari enim Missam in domibus, maxime est odiosum, & minus decens reuerentiæ huic Augustissimo Sacrificio *to. 3. in 3. p. d. 88. section. 6.* Ledesm. *summ. part. 1. cap. 27.* Bonac. *de Sacrific. Miss. dub. 4. quæst. vltim. punct. vltim. num. 14* Fagundez *præcept. 1. lib 1. cap 9. num. 9.* Filliuc. *tractat. 5. numer. 224.* Diana *part. 4. tractat. 4. resolut. 80.* Villalob. *tract. 8. diffic. 36. num. 4.*

267 *Probabilius hic notat.* Hoc probabilius esse crediderim. Nam in hoc casu nullus obligatur vti suo priuilegio, vt possit præcepto satisfacere. Diuersa namque ratio est hic, ac in eo, qui habet priuilegium ad audiendum Sacrum tempore Interdicti: per hoc enim priuilegium non tollitur formaliter ac per se impedimentum audiendi Missam, neque enim tollitur coactio in domo manendi: at vero per aliud directe tollitur. Sic Suarius.

DE NOCVMENTO.

DVBIVM LXI.

An distantia vnius leucæ, seu trium milliarium sit sufficiens, vt à Sacro audiendo quis excusetur, si pedestri iter sit acturus incessui?

268 *Status quæstionis.* CErtum est, nullum teneri Missam cum graui incommodo, aut magna itineris molestia. In hoc Doctores conueniunt, dissentiunt vero in assignanda itineris distantia sufficienti. Quæstio igitur est, nùm distantia leucæ vnius sit sufficiens, vt quis pedestri incessu acturus iter, excusetur à præcepti impletione?

269 *Non est sufficiens.* Non est sufficiens, præsertim si sit vir robustus, vel operarius valens. Quia non infert profectio eiusmodi notabile corpori nocumentum. Sic Bonacin. *de Eucharist. dub. 4. pun. vltim. num. 12.* Ledesm. *part. 1. summ. capit. 27. post 17. conclus.* Nauarr. *lib. 2. Consil. cons. 3. de feriis*, Henriq. *l. 9. c. 25. n. 10.* Manu. *sum. cap. 114. casu 4.*

270 *Sufficiens est.* Sufficiens est. Quia cum hæc distantia debeat eundo ad Ecclesiam, ac redeundo, duplicari longa satis censenda est, vt vel robusto viro, ac valenti operario grauem inferat molestiam, quæ debeat ab auditione Sacri excusare. Ita Suar. *tom. 3. in 3. part. dub. 88. section. 6.* Fagundez *præcep. 1. lib. 2. cap. 9. num. 10.* Filliuc. *tractat. 5. numer. 216.* Trullench. *lib. 3. Decalog. cap. 1. dub. 7. num. 8.* Castro Palao *tom. 4. tract. 22. punct. vltim. numer. 4.* Dicastil. *tractat. 5. de Sacrament. dub. 5. num. 184.* Gesuald. *de Sacrament. tract. 17. c. 2. n. 62.* Diana *part. 10. tract. 15. resolut. 35.* & alij apud Henriquez *citatum, lit. M.*

Existimo probabilius excusari à Missa audienda ob graue incommodum, qui pedester circa tria milliaria, siue leucam pergere debeat: imo etiam duo cum pluuiis, tempestate, vel magno solis calore tempore statis, quando aliter ad Missam audiendam pergere non posset. Nec enim Ecclesia auditionem Missæ cum tanto onere, ac molestia præscribit; sed piè, ac rationabiliter. 271 *Idem asseres.*

DVBIVM LXII.

An distantia vnius leucæ sufficiat, ad excusandum à præcepti impletione eum, qui eques iter est peracturus?

272 *Non sufficit.* NOn sufficit. Quia esto distantia vnius leucæ pro itinere equestri peracturus est leucam illam, minori labore afficietur. Ergo maiorem distantiam requirit. Sic Villalob. *tractat. 8. dub. 36. numer. 5.* Fagundez *præcept. 1. lib. 2. capit. 9. numer. 10.* Trullench. *lib. 3. Decal. cap. 1. dub. 7. num. 8.* Diana *part. 10. tr. 15. ref. 35.* & alij.

273 *Sufficit.* Sufficit quidẽ. Quia distantia duarum leucarum, quam eundo, & redeundo conficiebat longa ac difficilis censetur etiam iis, qui iumenti subsidio vtuntur. Ita Leand. *præcept. 1. tractat. 2. dub. 2. quæst. 24.* asserens idem innuere P. Dicastillo *tractat. 5. de Sacram. dub. 5. num. 184.* & probabiliorem hanc censet esse sententiam.

274 *Auctoris resolutio.* Ego autem crediderim, probabiliorem esse, si iumentum, quo vtitur quis, tardus, aut difficili, vel ingrato esset gressu minus enim pedestri itinere leucam percurrens laboraret. At si equitans nullum, vel leue nocumentum, aut molestiam capiat, haud dubium, quin maior distantia, verbi gratiâ, leuca cum dimidia requiratur, vt quis, qui equestri itinere potest adire Ecclesiam, ex viæ distantia, molestiáque à præcepti impletione excusari valeat. Vnde in hoc casu probabiliorem longe, (Leandri venia) primam sententiam esse censeo. Dicastillo mecum.

DVBIVM LXIII.

Mater, qua domi manet ad filiarum custodiam, quas sine nocumento puritatis solas relinquere nequit, excusatur ne à Sacro exaudiendo?

EXcusatur quidem. Quia quoties ex Sacro audiendo sequitur proprium, aut proximi peccatum, præceptum non obligat. Henriq. *libr. 9. cap. 25. numer. 10. litter. Y.* citans Nauarrum, Sotum, Caietanum, & Medinam. Vega *p. 1. sum. c. 114. casu 4.* 275 *Excusatur.*

Non excusatur. Quia deserens filias secum ad Templum, mater, & filiæ poterunt sine illo qui timebat, si eas solas domi relinqueret, periculo Missam audire, Ita Suar. *tom. 3. in 3. p. d. 88. section. 6.* Scort. *de Sacrifi. Miss. lib. 2. cap. 20.* 276 *Non excusatur.*

*num.*8.Azor.*part.*1.*lib.*7.*cap.*7 *quæſt.*1. Bonac. *dub.*4.*de Euchariſt.quæſt.vltim.punct.vltim.numer.*2.Fagundez *pracept.*1. *libr.* 2. *capit.*9. *numer.*1.

277 *Auctoris reſolutio.* Ego quidem quæſtionem hanc vix Dubiam eſſe video.Nam mater excuſatur proculdubio, quando filias non poteſt domi ſolas ſine periculo relinquere , nec ad Eccleſiam ſecum ſine huiuſmodi periculo adducere.Quando vero filias quiret ſine periculo ad Templum comitari,haud poſſet licite cum eis domi manere, & in hoc debent Doctores primæ , & ſecundæ ſententiæ conuenire ſiue aptius dixerim , vnicam omnium eſſe ſententiam. Porrò probabilitas damni ſpiritualis, vel domi , vel in Templo,aut in via accidendi,penſanda eſt iuxta exiſtimationem , & fidem cuiuſque , etiamſi aliquando ipſe fallatur ; ſufficit enim, quod prudenter , & bona fide periculum timeatur. Ex Azorio accepi.

DVBIVM LXIV.

Mater aut nutrix non habens , cui, dum ad Miſſam audiendam pergit , poſſit infantulum commendare, excuſetur à Miſſæ auditione?

278 *Non excuſatur.* EX hoc ſolummodo capite non excuſatur. Quia poteſt eum ad Eccleſiam ſecum adducere , & à ſolitudinis nocumento liberare.Sic Bonacin.*dub.*4.*de Euchariſt.quæſt.vltim. punct.vlt.n.*5.Hurtad.*de Sacrif.Miſſ.d.*5. *diſſic.*6. Villalob. *tr.*8.*diſſic.*36 *n.*7.

279 *Excuſatur quidam.* Ex hoc ſolummodo capite excuſatur,nempe ex eo , quod non habeat , cui commendet infantulum. Quia non poteſt , vt experimento conſtat , infans ad Templum ſine celebrantis moleſtia,& circumſtantium inquietudine adduci:nec domi abſque probabili , ac prudenti timore alicuius grauis damni relinqui. Ex hoc igitur ſolùm capite mater, aut nutrix à præcepti impletione liberatur. Ita Layman. *libr.* 4. *tr.*7.*c.*4.*n.*3.Llamas *p.*3.*Metho.c.*5.§.11.Molfeſ. *ſumm.tr* 8*t.*3.*cap.*17.*n.*60.Diana *part.*10. *tr.*15. *reſol.*36 citans Coninchum,Caſtrum Palao,& Leandrum.

280 *Hanc indico veriorem eſſe ſententiam.* Crederem ſeu ſecundam ſententiam veriorem eſſe , ſi non tam abſolute loqueretur. Fateor poſſe licite matrem , vel nutricem ab audienda Miſſa abſtinere,ſi non habeat cui commendet infantem,ſed id intelligo non abſolute(vti Leander opinatur ,) ſed caſu quo infans non valeat ad Templum ſine celebrantis moleſtia adduci. Neque enim excuſabitur mater, aut nutrix,ſi poſſit infans ſine illa celebrantis, vel adſtantium moleſtia deferri. Experimento namque ediſcimus plures infantes in Eccleſia ſine inquietudine vlla diù commorari. Nutrix igitur,quæ probabiliter dignoſcit ſuum infantem inquietudine vagituum non afficiendum, haud poteſt à præcepti impletione liberari, ex eo quod non habeat, cui interim commendet infantulum.Cum Laym. ſenſi.

DVBIVM LXV.

An excuſetur , à præcepti huius cuſtodia vxor , quam maritus ob Zelotypiam domo egredi renuit?

NOn excuſatur. Quia non videtur graue ſubire nocumentum vxorem, quæ aduerſus mariti ſuſpicionem tam gravem cauſam habet ſcilicet inſtantiam præcepti.Quod ſi aliquod nocumentum ſubire cogatur , id debet pro legis cuſtodia patienter ſuſtinere. Sic D. Antonin. *part.*2.*titul.*9.*capit.*20.*Paragraph.*2. quem pro negatiua hac ſententia abſolute citat Henriquez *libr.* 9. *capit.* 25. *numer.*13. *litter. Y.* 281 *Non excuſatur.*

Excuſatur quidem. Quia parére debet vxor marito,ſi prohibeatur,ne ad Sacra accedat , vt rixarum ex ſuſpicione vitetur occaſio.Quod ſi iniuſte maritus geſſerit,ipſe quidem,non obediens vxor piaculo irretietur.Ita Graf.*l.*2.*deciſ. cap.*35.*num.*5. 282 *Excuſatur placet.*

Profectò excuſabitur , ſi abſque graui incommodo Sacrum non valeat exaudire : non vero , ſi ei leue nocumentum immineat. Hoc, (non illud) ſubire debet ob præcepti ſatisfactionem,nec poterit meritò obtemperare.Mecum Suar. *tom.*3. *in* 3. *part. dub.*88.*ſection.*6. Llamas *part.*3.*Metho.cap.*5.§.11.Palao *tom.* 4. *tractat.* 22. *punct. vltim. numer.* 4. Henriquez *vbi ſuprà* , citans Nauarrum, Medinam, & Sotum. 283 *Auctoru expoſitio.*

DVBIVM LXVI.

An abſolute excuſentur famuli , qui vt obediant heris aliquid Miſſæ tempore imperantibus , eam non exaudiunt?

EXcuſantur abſolute,modo heri id non gerant in Religionis dedecus.Quia ſi heri id ſine cauſa iuſta egerint ipſi proculdubio delinquent:at famulis ſemper cauſa erit iuſta dominis obedire.Sic Sà *verb.Miſſæ auditio,numer.*2. Graff.*lib.*2.*deciſ.cap.*35.*num.*5. Layman. *lib.*4. *tr.*7.*c.*4.*n.*3.citans Suarium.Sotus *in* 4. *diſt.*13. *qu.*2.*art.*2. 284 *Abſolute excuſantur.*

Non excuſantur abſolute,ſed ſolum cum timent,graue aliquod nocumentum ſibi imminere.Quia quilibet tenetur implere præcepta Eccleſiæ,ſi abſque graui poſſit incommodo.Ita Azor.*tom.*1.*lib.*7.*cap.*7 *quæſt.*1.Coninch.*de Sacrament.quæſt.*83.*art.*6. *num.*315. Nugnus *ibi, dub.*2.Trullench.*lib.*3.*Decalog.cap.*1.*dub.*7.*nu.* 9.Dicaſtil.*de Sacram.tract.*5.*dub.*5.*numer.*212. & alij. 285 *Non excuſantur abſolute.*

Hanc ſententiam probabiliorem eſſe credo, idque P.Sà , & Laymanum voluiſſe mihi perſuaſerim. Addo tamen famulum,qui graue nocumentum timens,Miſſam omittit,vt domino obtemperet,ſi frequenter , & quaſi ordinariè ſine cauſa iuſtæ neceſſitatis à Miſſa audienda impediatur , debere , oblata opportunitate,illum herum relinquere , & alteri hærere, apud quem 206 *Han ſententiam probabiliorem eſſe credo.*

quem Eccleſiæ præcepta valeat obſeruare. Trullenchum imitor.

DVBIVM LXVII.

Fœminæ, aut viri nobiles carent decenti veſte, aut comitatu: vt à præcepto audiendi Sacrum excuſentur, debent ne prius veſtem mutuo accepiam, aut comitatum decentem requirere?

287 *Quæſtionis ſumm.*

SCio, excuſari à Miſſa audienda, niſi alias poſſint in ſecreto ſummo mane, vel in Templo à frequentia remoto, abſque vlla nota illam exaudire. Quæſierim tamen, vtrùm prius debeant procurare veſtem mutuatam, aut decentem comitatum, vt ſatisfaciant præcepto, inuenire?

288 *Debit quidem veſtem mutuatam perquirere.*

Debent quidem. Quia commode poſſunt veſtem, aut pediſequam ab amica perquirere, quæ eius paupertatis ſit conſcia. Etſi aliqua adſit repugnantia ob nonullum ruborem, aliquid patiendum ad præcepti huius obſeruationem Sic Bonacin. *dub. 4 de Euchariſt. quæſt. vltim. punct. vltim. num.* 8. Trullench. *lib. 1. Decalog. cap. 1. dub. 7. num.* 7. Villalob. *tr.* 8 *diff.* 36. *num.* 5. Molfeſ. *ſumm. tract.* 3. *c.* 17. *numer.* 56. citans alios.

289 *Non debet.*

Minime debent, aut veſtem mutuatam, aut ſociam, ſeu comitatum ſtatui decentem prius requirere. Non veſtem. Quia regulariter loquendo, nequit id ſine magno petentis rubore peragi, & ſine mutuantis moleſtia: nec facile erit, veſtem proportionatam inuenire. Non ſociam, ſiue comitatum æquè difficile, & non ſine rubore inueniendum. Ita abſolute ſine vlla mutuatæ veſtis, aut comitatus limitatione excuſat eas. Sà *verb. Miſſæ auditio, num.* 3. Hurtad. *dub.* 5 *de Sacrific. Miſſ. difficul.* 6. Layman. *lib.* 4 *tract.* 7 *cap.* 4. *num.* 3. Scort. *de Sacrif. Miſ. lib.* 2. *cap.* 10. Azor. *part.* 1 *lib.* 7. *cap.* 7. *quæſt.* 1. Baſſæ. *verb. Miſſa* 9. *num.* 3. Vega. *p.* 1. *ſum. cap.* 114. *caſu* 4. Leander *præcept.* 1 *tractat.* 2. *dub.* 2. *quæſt.* 39.

290 *Hoc probabilius longe mihi.*

Hoc longe probabilius eſſe crediderim. Nam eſto quod facile poſſint aut veſtem, aut ſociam inuenire, minime ad id tenentur, cum ad id præceptum non obliget, ſed ad Miſſam audiendam, quam ſi quis audire non valeat ſine ruboris nocumento, proculdubio excuſatur. Exemplum exhibeo. Non poteſt quis præceptum recitandi Horas Canonicas implere, niſi adhibeatur ſocius: certe non tenetur ſocium requirere; quia præceptum ſolummodo eum obligat recitare ſi poſſit. Ergo præceptum audiendi Sacrum non obligabit te, aut veſtem, aut ſociam quærere ad eius impletionem, maxime ſi id ſine rubore petenti agnato gerere non valeas. Ita Gaſpar Hurtado.

DVBIVM LXVIII.

An Paſtores ouium abſolute teneantur, Miſſam audire?

291 *Abſolute tenentur.*

ABſolutè tenentur. Quia ante pecorum eductionẽ debent Miſſæ audiendæ præcepto ſatisfacere. Nec enim graui incommodo grex afficitur, ſi vno, vel altero in hebdomada die ſerius ad paſtum educatur. Sic Iodocus *tomo primo, Theſaur. verb. Miſſa, Paragraph.* 50.

292 *Non tenentur abſolute.*

Non tenentur abſolutè, ſed caſu, quo ſine nocumento gregis Miſſam audire ante, aut poſt eductionẽ valeant. Vnde ſi Miſſa ſummo mane dicatur, ei aſſiſtere debent; quia ſine gregis incommodo id agere poſſunt. At ſi Sacrum ſerò de more Vicorum celebretur, minime tenebuntur expectare. Quia licet non ex mora illa vnius diei in hebdomada graue gregi nocumentum non immineat, communis eſt paſtorum mos primo mane gregem educere. Ita Manuel *tom.* 1. *ſumm. cap.* 122. *numer.* 8. Vega. *part.* 1 *ſumm. cap.* 114. *num.* 8. Dicaſtill. *de Sacrament. tractat.* 5. *diſp.* 5. *dub.* 10. *numer.* 179. Fagundez *præcept.* 1. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 2 Hurtad. *de Sacrific. Miſſ. dub* 5. *difficult.* 6. Henriquez *lib.* 9. *cap.* 25. *num.* 10. Azor. *part.* 1. *l.* 7 *cap.* 7. *q.* 7. & alij.

293 *Auctoris reſolutio.*

Certum mihi eſt, abſolute non excuſari gregum cuſtodes, ſed caſu quo non valeant ſine gregis periculo Miſſam audire; nec abſolute ad id teneri, ſed caſu quo ſine gregis nocumento id gerere valeant. Vnde non excuſantur, ſi habeant, cui commode gregem committant, ſi ſint plures ſocij, vnus Eccleſiam debet adire, altero gregem cuſtodiente: eoque redeunte, alter ad Templum debet accedere. Quod ſi vnica Miſſa celebretur in Oppido, debent alternatim ad illam exaudiendam ire, itavt vna die vnus, alter altera pergat.

DVBIVM LXIX.

Iter qui agit cum ſociis: excuſaturne ab audiendo Sacro ea ſolùm ex cauſa, ne ſociis abeuntibus, ſolus pergere cogatur?

294 *Status quæſtionis.*

CErtum mihi excuſari, ſi timeat à latronibus diuexari, vel aliud graue nocumentum ſubire, aut ſi eius inopia ſociorum ſubſidio ſubleuetur. Quæſierim verò, nùm præcisè, ne ſolus incedere cogatur, ſociis abeuntibus, poſſit à Sacro audiendo licite excuſari?

295 *Non excuſatur.*

Non excuſatur. Quia leue reputatur incommodum, ſine ſociis perſequi viam, ob quod vitandum licitum non eſt Sacrum omittere. Sic Suar. *tom.* 3 *in* 3. *part. dub.* 88. *ſection.* 6. Petr. Ledeſm. *tom.* 1. *ſumm. cap.* 27. *poſt* 16. *concluſion.* Coninch. *quæſt.* 83. *num.* 314. Bonacin. *dub.* 4. *de Euch. q vlt. pun. vlt. n.* 6. Trull. *l.* 3. *Decal. cap.* 1. *dub.* 7. *n.* 6. Tolet. *l.* 6. *c.* 9. *n.* 2. Reginal. *l.* 19. *n.* 16. Dicaſtill. *de Sacram. tr.* 5. *d.* 5. *nu.* 178. Villalob. *tr.* 8. *diſſic.* 36. *n.* 5.

Excuſatur

296 *Excusatur equidem.* Excusatur equidem. Quia nunquam non rationabile,ac sufficiens reputatur viatoris incommodum, sine socio pergere. Ita Iodocus *to.1.Thesau.v. Missa*,§.50 Machad.*l.2.p.4.tr.2. do um.2.n.4.*citans Nauarrum *sum.c.21.n.3.*& Bassæum *v.Missa 9.n.3.*

297 *Auctoris distinctio.* Ego autem existimo,excusari,si sit longum, ac solitarium iter:alias minime. Nam si longum,& solitarium sit iter, ex recessu à sociis haud leui incommodo viator afficeretur:si verò breue sit,seu pervium viatoribus,leue damnum subiret,qui à sociis causa audiendæ Missæ recederet.Accepi ex Henriq.*l.9.c.25. n.10.* Molfesio *sum.tr.3.c.17.n.61.* & Scortia *de Sacr. Miss.l.2. c.20.*

DVBIVM LXX.

Credit puella, se ab adolescente perdiè adamandam,si domo exeat:vt illius peccatum vitet, excusaturne à Sacro exaudiendo?

298 *Non excusatur, sed tenetur audire Missam.* NOn excusatur. Quia in hoc casu peccatum proximi per accidens sequitur, cum sit scandalum mere passiuum:vnde de illo minime vitando curandum, sed præceptum implendum.Sic Manuel *p.1.sum.c.23.numer.4.* Henriq.*p.1.l.9.c.25.n.10.*Qui *lit.N.* citat Nauarrum *sum.c.14.n.30.& c.23.num.23.*Sotum, Maiorem,Penam, & Meneses.

299 *Excusatur, imò nō audire Missam.* Excusatur plane,imo tenetur Missam bis,vel ter omittere,si credat adolescentem ex fragilitate delicturum. Quia grauius adstringitur ad peccatum proximi vitandum, quam ad præceptum audiendi Sacri implendum. Ita Valent. *tom.3 d.3.q.18.punct.4.*Lopez *p.1.c.57.*Angles *ad 2.l.Sentent.dist.37.q.4. dub.2. propos. 3. append. 6.*

300 *Mediam tero viam.* Profectò media terenda mihi via. Licite potest puella in nostro casu Sacrum omittere. Quia Missæ audiendæ præceptum non obligat cum spirituali proximi detrimento.Attamen si ei lubeat licite poterit Missam audire. Quia exeūdo è domo suo iure vtitur. Viæ huius habeo comites,Suarium *to.3.in 3.p.d.88.sect.6.*Sà *v.Missæ auditio,n.3.*Azorium *p.3.l.3.c.16. q.6.* Sancium *summ.l.1.c.6.num.16.*Bonacinam *d.4. de Euch q.vltim.pun.vltim. n.15.*Trullenchum *l.3.Decal.cap.1.dub.7.num.13.*& Filliucium *tr. 5.num.227.*

DE IGNORANTIA, CONSVETVDINE, PIETATE.

DVBIVM LXXI.

An ignorantia inuincibilis,oblitio, vel inconsideratio diei festi excusent ab implendo audiendæ Missæ præcepto?

301 *Non excusant.* MInime excusant.Quia quilibet debet diligentia adhibere,vt agnoscat legis præscripta.Vnde ignorantia illa,aut oblitio ex negligentia exoritur,ideoque tibi ad culpam imputabitur.Sic Vega *par.2.sum.cap.41.casu 38.* Angles *lib.2.sentent.dist.37.quæst.2. difficult.3. dub.2.*

302 *Excusant.* Excusant equidem. Quia durante ignorantia inuincibili,oblitione,aut inconsideratione, haud poteris vitare peccatum,Quomodo ergo *quidem.* poteris peccare in eo, quod vitare non potes? Ita Suar.*tom.3.in 3.p.d.88.sect.6.*Sanch.*summ. l.1.c.16.n.20.*citans D.Thomam, Sylvestrum, Cordubam,Vasquezium, & alios. Fagundez *præcept.1.lib.2.cap.9.num.1.*Bonacin.*disp.4. de Euchar.q.vltim.punct.vltim.num.17.* Bassæ.*ver. Missa 9.num.6.*Dicastill.*tract.5. de Sacrament.disp.5.num. 129. & 130.* & alij communiter.

303 *Auctoris resolutio.* Ego quidem sciens, ignorantiam causam esse communem excusationis in omnibus præceptis,in casu nostro asseruerim, ignorantiam, vel esse facti,vel esse iuris.Ignorantia facti illa est,qua quis ignorat,diem esse festum,& hanc te legitime excusare non dubito. Ignorantia iuris est illa,qua quis ignorat, se teneri Missam diebus festis audire, cum tamen agnoscat diem, vel dies festos esse. Et hæc plane ignorantia communiter non excusare affirmo,nam ius audiendi Sacrum diebus Dominicis,ac festis de præcepto omnibus Christicolis est notissimum. Addo tamen adeo rudes esse posse homines,& ignaros,vtpote rusticos, & pastores inter pecora enutritos, vt hoc ius bona interdum fide ignorent: & hos quidem tunc excusari cēseo.Nam regulariter loquendō,omnes illi iuste excusantur, qui bona fide existimant,se legitimam causam excusationis habere, etiamsi aliquando decipiantur, & à parte rei ita non sit,vti communiter Doctores affirmant.Lege Azorium *part.1.lib.7. quæst.4.* Sylvestrum,*v.Missa 1.n.6.*Toletum *l.6.c.9.n.4.* Sic Fagund.

DVBIVM LXXII.

An excusentur, à præcepti huius satisfactione viduæ, quæ ex recepta consuetudine per semestre, vel annum domi sese,mortuo marito, continent?

304 *Quæstionis status.* COnueniunt Doctores,Regionis receptam consuetudinem ab obligatione Sacri audiendi liberare. Vnde excusantur viduæ, quæ obeunte marito, ad certum tempus domo non exeunt.Non tamen conueniunt in assignando tempore quo licite valeant domi manere.Quęsierim igitur,an excusentur, si ex recepta consuetudine per semestre, imo per annum domi se contineant?

305 *Non excusantur.* Non excusantur. Quia ad rationabilem luctum sufficit defunctos lugere vsque ad diem depositionis,qui raro vsque ad tertium differtur,vel quartum,vel vsque ad septimi diei exequias.Vlterior enim cessatio à Sacro audiendo est superstitiosa,ac minime toleranda consuetudo.Sic Iodocus *tom.1.Thesaur.v.Missa*, §.50. Caietan.*2.2.quæst.124.art.4.casu 6.* D.Anton. *part.2.titul.9.cap.9.§.12.*Sylvest.*verb.Missa 2.* §.2.

§. 1. Tabi. *ibi*, *n.* 47. Armil. *n.* 30 Gesuald. *de Sac. tract.* 17 *cap.* 2 *n.* 65. & alij.

306 *Excusantur plane.* Excusantur plane. Quia per consuetudinem huiusmodi, si re vera introducta, ac præscripta sit, præceptum audiendi Missam est per illud tempus abrogatum. Ita Tolet. ex Nauarro *l.* 6. *c.* 9. *n.* 3. Suar. *to.* 3. *in* 3. *p. d.* 88. *sect.* 6. Henriq. *l.* 9. *c.* 25. *n.* 12. Trull. *l.* 3. *Decal. c.* 1. *dub.* 7. *n.* 18. Dicastill. *tr.* 5. *de Sacram. d.* 5. *nu.* 219. Fagund. *præc.* 1. *l.* 2. *c.* 9. *n.* 6. Filliuc. *tr.* 5. *n.* 229. Azor. *to.* 1. *l.* 7. *c.* 7. *q.* 2. Bassæ. *v. Missa*, 9. *n.* 3. & alij.

307 *Probabilior hec mihi sententia.* Probabiliorem hanc sententiam longe esse reor. Vnde licitum est viduis manere domi per integrum annum, & vltra si talis sit consuetudo loci, & sine infamiæ nota vidua domo egredi non valeat. Talis enim consuetudo optime fundatur in viduali honestate, & rationabili tristitiæ significatione. Quamuis huiusmodi consuetudines æquum esset ab Episcopis corrigi, dum tamen non corriguntur, iustæ sunt viduis. Quæ vero vltra consuetudinem patriam domi maneret, ac Sacrum omitteret, lethaliter proculdubio peccaret, nisi alterius iustæ excusationis id prætextu gereret. Suarius Magister.

DVBIVM LXXIII.

An nobiles puellæ, quæ non solent domo egredi, ad Missam audiendam, excusentur ab huius præcepti impletione, si ad ludos, comœdias, taurorum agitationem, &c. procedant?

308 *Status quæstionis.* CErtum mihi, ab audienda Missa excusari puellas nobiles, quæ ex recepta consuetudine non assolent domo egredi, donec nuptui traduntur. Quia licet hęc consuetudo non sit ex se laudabilis, cum tamen ex se intrinsece mala non sit, semel introducta legem audiendi Missam in hac parte abrogat. Quæsierim autem, an à Missa excusentur, si ad ludos, aut alia diuerticula è domo procedant?

309 *Excusantur quidem.* Excusantur. Quia illa consuetudo eas omninò ab audiendæ Missæ obligatione liberat, nec præscribi vt ad alia quæque negotia non exeant. Sic Bonac. *d.* 4. *de Euchar. q. vltim pun. vltim. num.* 26. profatus, si puellæ soleant domo exire ad ludos, choreas, aut spectacula, vel se exhibeant ad fenestram aspectandas, consentaneum esse, vt etiam ad audiendum Sacrum procedant, nihilominus tamen se peccati lethalis non damnare eas, vbi recepta est consuetudo ad Missam audiendam non exeundi.

310 *Non excusantur.* Non excusantur. Quia eiusmodi consuetudo non exeundi ad Sacrum audiendum, & ad diuerticula exeundi, omninò esset irrationabilis, & à Præsulibus repellenda. Igitur adhuc illa extante minime debent illæ puellæ ab auditione Sacri excusari. Ita Henriq. *l.* 9. *cap.* 25. *num.* 12. Nauarr. *summ. cap.* 21. *num.* 9. Suar. *to.* 3. *in* 3. *p. d.* 88. *sect.* 6. Trull. *l.* 3. *Decal. c.* 1. *dub.* 7. *n.* 18. Dicastill. *de Sacram. tract.* 5. *d.* 5. *num.* 217. & 218. Gesuald. *de Sacram. tract.* 17. *c.* 2. *nu.* 67. citans Graffium, Bartholomeum ab Angelis, Angelum, Caietanum, Filliucium, & Molfesium, sed male Bonacinam.

Hoc longe admodum probabilius esse reor. Nam si eiusmodi puellæ soleant domo ad ludos, siue ad aliqua quæque procedere, itavt videantur, cessat iam proculdubio excusationis ratio. Dixi, itavt videantur, quia si in occulto exirent, verbi gratiâ, nocturno tempore ad auram captandam, imo diurno ad spectacula ita operculo addictæ, vt à nemine dignoscantur, non dubitarim Bonacinæ sententiæ adhærere. 311 *Probabilius hoc mihi.*

DVBIVM LXXIV.

An excusentur, ab auditione Sacri fœminæ, quæ menstrua assciuntur ægritudine, vbi viget, non accedend. ad Templum eo tempore consuetudo?

COnueniunt Doctores, per se loquendo non excusari. Quia nec consuetudo vniuersalis, nec textus aliquis eas excusat; cum enim menstrua per se communionem non impediant, cur assistere Sacro erunt obstaculo? Per accidens vero bene poterunt à præcepto Missæ excusari, si menstruæ ægritudini specialis debilitas iungeretur, vel aliqua exterior loco Sacro indecentia immineret. Quæsierim autem, an specialis alicuius loci consuetudo possit eas à Missa audienda excusare? 312 *Quæstionis status.*

Minime potest. Quia de hac re nulla potest valida consuetudo introduci, cum nulla valeat sufficienti ratione fulciri. Sic Suar. *tom.* 3. *in* 3. *p. d.* 88 *sect.* 6. *v. Sextum Caput.* Dicastill. *de Sacram. tr.* 5. *d.* 5. *n.* 219. 313 *Non potest.*

Potest plane. Quia si semel introducta est alicubi consuetudo hæc, & tolerata à Prælatis, vt tempore menstrui, mulieres ad Templum non accedant ad Missam audiendam, vere à præcepto excusabuntur; nec enim ad illas attinet, circumspicere, an consuetudo illa iure, ac ratione nitatur. Ita Leand. *præc.* 1. *tract.* 2. *d.* 2. *q.* 63. Llamas *apud ipsum.* 314 *Potest quidem.*

Fateor me in hanc sententiam valde propendere. Nam re vera honesta causa, nempe Religionis, & reuerentiæ Templi, potuit talis induci consuetudo. Quemadmodum fert consuetudo, vt mulieres post partum, etiamsi plene conualuerint, per aliquot dies ab Ecclesiæ abstineant ingressu ex quadam reuerentia. Imo Llamas affirmat, se in montanis Gallecię, ac Legionis Regno expertum esse, vigere huiusmodi consuetudinem, vt fœminæ menstrua patientes, Templum non ineant, donec ab ea ægritudine liberentur. 315 *Cum hâc opinor.*

DVBIVM LXXV.

An qui ex pietate agendæ Confessionis ob deuotionem detinentur excusentur absolutè ab audiendi Sacri præcepto?

SCio excusari, si Confessio ex deuotione non sit, sed ex obligatione, nec possit moraliter differri. Quia præceptum de peccatis *præmitte-* 316 *Certum*

con

confessione expiandis maioris est ponderis, quam præceptum de Sacro audiendo, vti Azor. *to.1.l.7.c.7.q.8.* Suar. *to.3.in 3 p.d.88.sect.6.* Dicastill. *de Sacram.tr.5.d.5.n.197.* & Trull. *lib.3. Decal.c.1.dub.7.n.19.* docuere. Quæstio autem est, nùm excusentur etiam absolutè, qui ob deuotionem Confessioni dant operam, si nequeant illam in aliud tempus differre?

317 *Non excusantur.* Minime excusantur. Quia potius Missam debent audire, quam peccata confiteri: cum voluntaria, seu ex deuotione Confessio sit opus consilij, auditio verò Sacri sit debitum, ac imperatum officium. Sic Suar. *to.3.in 3.part.d.88. sect.6.* Azor. *p.1.l.7.c.7.q.8.*

318 *Excusantur plane.* Excusantur equidem. Quia potest extra præceptam annuam Confessionem, seu ex necessitate gerendam, offerri talis occasio gerendi Confessionem ex deuotione, vt præcepto audiendi Sacri sit præferenda, ver. causa, si magna aliqua spiritualis adsit necessitas, si solemnissimi Iubilæi occurrat instantia, si conscientia nimis sit grauata piaculis, maxime si eo tempore habeat quis Confessarij copiam quam postmodum haud facile obtinebit. Ita Fagund. *præc.1.l.2.c.9.n.12.* Et probabile iudicat Trul. *l.3. Decal.c.1.dub.7.nu.19.* Tenet vero Leand. *præc.1.tr.2.d.2.q.65.*

319 *Auctoris resolutio.* Ego quidem existimo, nec absolute id concedendum, nec absolute esse abnegandum. Non excusantur quidem, si Missam omittant, vt quacumque voluntartam Confessionem absque vlla gerant necessitate, quod Suarium, & Azorium sentire reor. Excusantur vero si specialis adsit necessitas, vt in Iubileo, in festo solemni aliquo, quando conscientia nimis grauata est, & longum tempus præcessit, quod non fuit quis confessus, vel si graui tentatione afficiatur, & in aliis casibus similibus. Attamen circa hanc rem iudicium prudentis desideratur.

DVBIVM LXXVI.

An quì rationabili ex causa ab audiendo Sacro excusatur, loco illius teneatur, aliud pium opus gerere, aut orationes profundere?

320 *Tenetur quidem.* TEnetur quidem. Quia cum auditio Missæ ad Deum specialiter in die festo colendum præcipiatur, debet fidelis, quis illo die excusatur ex causa ab eo speciali cultu gerendo, aliud quod facile potest, loco illius substituere, v.gr. preces aliquas fundere, &c. Sic Scot. *in 4. dist.9.a.2.* Angel. *v.Feria, n.43.*

321 *Auctoris mens.* Æquum est plane, vt quis ex deuotione, si Missam non valeat audire legitime excusatus, preces fundat, aut aliquod pium exerat, v.gr. eleemosynæ, vt spiritui Ecclesiæ conformetur, præscribentis scilicet Sacri auditionem ad Numinis specialem in die festo cultum. Attamen ex vi præcepti audiendi Missam, certum existimo, minime teneri: sicut non tenetur aliud pium opus exerere, qui legitime à ieiunio, vel à recitatione Horarum excusatur. Sic Filliucius.

LIBER

LIBER XLIII.

PRÆCEPTVM SECVNDVM, DE CONFESSIONE ANNVA.

SECVNDVM *Præceptum Ecclesiæ est annua Confessio. Exprimam, quænam personæ, & quonam tempore ad Confessionem ex hoc Præcepto teneantur, quâ Confessione fiat satis Præcepto, & causas excusantes à pœnis ob illius transgressionem assignabo.*

SECTIO PRIMA.

De Præcepto annuæ Confessionis Receptiores sine pugna Sententiæ.

CAPVT I.

De personis, quæ Ecclesiasticum Confessionis præceptum obseruare teneantur.

1 *Qui ad annos discretionis peruenerit, obligatur confiteri.*

OMNES fideles, cum ad annos discretionis peruentarint, si peccato lethali grauentur, obligati sunt confiteri. Sic habetur ex Concil. Lateran. relato in *cap. Omnis utriusque sexus, de pœnit. & remiss.* & ex *Trident. sess. 14. capit. 5.* & tradunt omnes. Censetur autem fidelis, ad annos discretionis peruenire, cum rationis vsu inter bonum, & malum distinguente pollet, quod diligentis Confessarij arbitrio est relinquendum, qui quidem non am ætate, quam ex ingenio, & conditione puerorum id colligere debet. Nam licet regulariter completo septennio perfectus rationis vsus omnibus eluceſcat, plures tamen ante eam ætatem, alij post eam rationis vsum consequuntur. Omnes sic.

2 *Pueri cum primum vsum rationis consecuti fuerint, tenentur confiteri annis singulis.*

Pueri statim, ac vsum perfectum rationis fuerint assequuti tenentur annis singulis confiteri, si conscientia peccati lethalis adstringantur. Quia id constat ex praxi, vsuque Ecclesiæ recepto, Et quia aliis præceptis Ecclesiasticis audiendi Sacrum, seruandi Interdictũ, abstinendi ab ingressu in Monasteriis Monialium adstringuntur. Non ergo ab hoc præcepto maximè necessariò debent excusari. Sylueſt. *v. Confessio, 2. q. 5.* Suar. *de pœn. d. 36. sect. 2. n. 6.* Coninch. *d. 5. dub. 5. n. 50.* Nauar. *sum. c. 21. n. 33.* Henriq. *l. 4. c. 5. n. 2.* Fagund. *de præc. 2. d. 1. c. 3. n. 12.* Vasq. *q. 90. a. 2. dub. 4.* Valent. *to. 4. d. 7. q. 9. punct. 4.*

3 *Pueri diligenter examinandi, nũ capaces absolutionis recipiendæ existant. Et quid circa id gerendũ*

Pueri ad Confessionem accedentes diligenter examinandi, nùm satis capaces absolutionis recipiendæ existãt. Sũt enim plures, qui licet delinquere norint, peccata fateri nequeũt: quos tamen non expedit, statim dimittere, sed Cõfessarij sũt monitis instruẽdi. Si vero instructionem non percipiãt, nec de peccatis, vt par est, dolere videãtur, concessa benedictione, & imposita aliqua pœnitẽtia absque absolutione Sacramentali dimittendi sunt, maximè quando nullo lethali piaculo adstringuntur: hac enim via, & Confessioni assuefient, & paulatim instruentur. Si verò mortale peccatum fassi fuerint, diligentius procurandum est, vt dolorem eius debitum concipiant, seséque ad absolutionem accipiendam disponant. Quod si nec sub dubio capaces absolutionis existãt, monendi sunt, vt dispositioni debitæ incumbant, iterum pro absolutione recipienda reuersuri. At stante dispositione debent absolui, præcipuè si aliqua vrgeat necessitas, sub conditione tamen mente retenta. Zambran. *de casibus reserv. cap 4. dub. 3. numer. 2.* Palao *part. 4. tract. 23. d. vnic. punct. 20. §. 2. n. 4.* Laym. *l. 5. tr. 6. cap. 5. num. 7.*

4 *Adstrictus solùm veniabilibus, non fateri tenetur.*

Venialibus peccatis solùm adstricti, nec diuino, nec Ecclesiastico præcepto fateri tenẽtur. Quia Tridentin. *sess. 14. c. 1 & can. 6.* definit peccata venialia taceri citra culpam posse, & multis aliis remediis expiari: quæ vera non esset, si ex Ecclesię præcepto subiici Confessioni.

Et quia Ecclesia præceptum diuinum de confessione facienda, cuius tempus erat indeterminatum, ad singulos annos determinauit: at præceptum diuinum solum est de confessione mortalium, nam venialia multis aliis possunt dilui remediis. Vasq. *q.* 90. *a.* 2. *dub.* 2. *n.* 11. Suar. *d.* 36. *sect.* 2. *n.* 8. Coninch. *d.* 5. *dub.* 5. *n.* 52. Layman. *l.* 5. *tr.* 6. *c.* 5. *n.* 12. Fagund. *l.* 1. *c.* 2. *nu.* 8. Bonac. *d.* 5. *q.* 6. *sect.* 2. *punct.* 4. *n.* 8. & alij communiter.

5 *Debet tamen se Pastori sistere, & quare?*

Licet autem à præcepto annuæ confessionis excusetur, qui nullius peccati lethalis est conscius, non tamen excusatur, quin Pastori se sistat, & suæ conscientiæ declaret statum, tùm ob scandalum vitandum, tùm ne excommunicatione saltem in foro externo affectus esse credatur. Pastor verò tenetur sic de se deponenti credere, nisi manifestas in contrarium habeat rationes. Suar. *to.* 4. *de pœnit. d.* 36. *sect.* 2. *n.* 9. Coninch. *d.* 5. *dub.* 5. *n.* 52. Vasq. *qu.* 90. *ar.* 2. *dub.* 2. *n.* 19. Bonac. *d.* 5. *q* 5. *pun.* 4. *n.* 8. Fagundez *l.* 1. *c.* 2. *n.* 9. Palao *p.* 4. *tr.* 22. *d. vnic. pun.* 20. §. 2. *n.* 5. asserens non leue fundamentum suspicionis iniquæ exhibere, qui anno integro confessionem omitteret sub lethalis criminis carentiæ prætextu. Nam cum per huius Sacramenti susceptionem gratia augeatur, & maiori cum reuerentia, ac fructu suscipiatur Eucharistia: certè qui hæc despiceret, gigneret præsumptionem, non esse adeò purum, vt ipse opinatur. Vnde monendus hic erit, vt confessionem venialium gerat. Quia licet mortalis conscius non sit, forte illo grauatur, & confessione venialium legitimè factâ, illius mortalis ignorati remissionem obtinebit, quam absque confessione non acquireret.

6 *Non potest Ecclesia directè de venialium cõfessione ferre præceptũ.*

Profectò Ecclesia non potest directè præceptum ferre de venialium confessione. Quia si ad confessionem omnium obligaret, lex humanæ fragilitati intolerabilis existeret, & grauis scrupulorum occasio. Si ad aliqua autem pro libito pœnitentis, esset parum vtilis. Si ad aliqua in materia determinata, certè extra Religiosum statum fingi non potest iusta causa talem legem ferendi. Pro Religiosis verò vtpotè perfectioni studentibus hæc lex ferri posset: at solummodo sub veniali culpa obligaret. Quia materia est leuis. Coninch. *disp.* 5. *dub.* 5. *concl.* 3. Palao *p.* 4. *tr.* 22. *d. vni. pun.* 20. §. 2. *numer.* 6.

7 *Indirecte potest.*

Licèt autem de peccatis venialibus directè non possit lex ab Ecclesia ferri, indirectè tamen ferri potest, si scilicet præcipiat confessionem sicuti aliud quodlibet opus virtutis præcipuè cum tot ex confessione vtilitates oriantur. Si enim ad confessionem faciendam singulis mensibus, vel annis obligari quis potest, cur non ex præcepto? Et ita sæpè obligatur qui à Sede Apostolica impetrat dispensationem voti castitatis, vel alterius impedimenti, ad matrimonium contrahendum. Quo præcepto posito, qui peccatis lethalibus grauatus non esset, venialia necessariò fateri debet; quia sine confessione lethalis, vel venialis non potest stare confessio, ac proinde nec illius præcepti executio. Coninch. *d.* 5. *dub.* 5. *n.* 53. Suar. *d.* 22. *sect.* 8. Vasq. *q.* 90. *a.* 2. *dub.* 3. Laym. *l.* 5. *tr.* 6. *cap.* 5. *num.* 13.

CAPVT II.

De annuæ Confessionis tempore.

8 *Non est statutus quilibet anni dies fieri potest.*

ONFESSIONI non est determinatum ab Ecclesia tempus, sed Quia *cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remis.* dicitur: *annuæ Confessionis tempus Omnis vtriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenerit, omnia sua peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno proprio Sacerdoti, & iniunctam sibi pœnitentiam studeat pro viribus adimplere suscipiens reuerenter ad minus in Paschа Eucharistiæ Sacramentum, &c.* Cùm ergo Concilium solùm tempus Paschale Eucharistiæ recipiendæ signauerit, non autem id aut aliud speciale confessioni, absque fundamento obligatio confessionis ad tempus Paschale, vel ad aliud determinatum restringitur. Sotus *in* 4. *dist.* 18. *q.* 1. *art.* 4. *concl.* 5. Vasq. *q.* 90. *a.* 3. *dub.* 1. *n.* 3. & 15. Henriq. *l.* 4. *c.* 4. *n.* 6. Valent. *to.* 4. *d.* 7. *q.* 9. *punct.* 4. Sà *v. Confessio, n.* 4. Coninch *d.* 5. *dub.* 7. Bonac. *d.* 5. *q.* 6. *sect.* 2. *pun.* 4. *n.* 20. Laym. *l.* 5. *tract.* 6. *cap.* 1. *num.* 10.

9 *Duplex est probabilis modus communem, & frequentem vsum computandi annos à Ianuario in Ianuarium. Primus.*

Duplicem autem anni probabilem computationem obiicio, quam malueris eligendam. Prima est à Ianuario in Ianuarium. Quia lex intelligi debet iuxta communem, & frequentem vsum. At negari non potest esse putandi communem, ac frequentem vsum computandi annos à Ianuario in Ianuarium. Ergo hæc lex iuxta hanc computationem debet intelligi. Vasq. *q* 90. *a.* 3. *dub.* 1. *n.* 15. Palao *to.* 4. *tr.* 22. *d. vni. pun.* 20 §. 2. *n.* 10.

10 *Secundus anni computandi modus.*

Altera est à Paschate in Pascha. Quia eo tempore assolent Parochi testimonium Confessionis à fidelibus exigere quasi innuentes, tunc expirare tempus obligationis exequendæ. Nauarr. *sum. c.* 21. *n.* 45. Sotus *in* 4. *dist.* 18. *q.* 1. *a.* 4. Medina *de confess. q.* 14. Victor. *n.* 147. Suar. *d.* 36. *sect.* 3. *n.* 8. Coninch. *d.* 5. *dub.* 6. *concl.* 2. Layman. *l.* 5. *tr.* 6. *c.* 5. *n.* 8. Bonac. *d.* 5. *quæst.* 5. *sect.* 2. *pun.* 4. *n.* 19. Henriquez *l.* 4. *c.* 4. *n.* 1. Reginald. *l.* 6. *n.* 35. & 37.

11 *Tenemur ad tempus confessionis.*

Tenetur quis confessionem anticipare, si sciat in fine anni copiam confessarij se non habiturum. Quia tenemur confiteri eo tempore, quo præceptum confessionis nos obligat, eique satisfacere valemus. Tenemur tempus anticipare, ne confessionem præceptam omittamus, sicuti tenemur die festo Missam audire hora octaua, si scimus, in reliquis horis nos esse impediendos; & Eucharistiam Paschali tempore primis illis octo diebus accipere, si credamus in reliquis impediendos fore; quia præcepto satisfaciendum est, cum de facto obligat, & potest impleri. Suar. *d.* 36. *sect.* 5. *n.* 2. Vasq. *q.* 90. *a.* 3. *dub.* 2. *nu.* 9. Coninch. *d.* 5. *dub.* 7. *n.* 58. Henriq. *l.* 4. *c.* 3. *n.* 3. Reginald. *lib.* 6. *num.* 25. Bonacin. *d.* 5. *de pœnit. quæst.* 5. *section.* 2. *punct.* 4. *num.* 21. Layman. *lib.* 5. *tr.* 6. *c.* 5. *num.* 8. *corolar.* 2.

CAPVT

CAPVT III.

Qua Confessione fiat satis Præcepto.

12 *Non fit satis huic præcepto venialium cõfessione.*

CERTVM est, præcepto huic non satisfieri Confessione venialium. Quia non potest quis præcepto satisfacere, nisi rem præceptam exequatur: at confessio venialium in *cap. Omnis vtriusque sexus*, non præcipitur: ergo ea confessione satisfieri præcepto non potest. Vnde infero euidenter, si facta confessione venialium, quia solis venialibus grauatus quis erat, eodem anno in aliquod mortale incideret, obligatum esse ante finitum annum, illius mortalis gerere confessionem; alias enim eo anno confessionem præceptam omitteret. Bonac. *de pœnit. d. 5. q. 5. sect. 2. pun. 4. n. 33.* Reginal. *lib. 3. n. 38.* Laym. *l. 5. tr. 6. c. 5. n. 10.* Vasq. *q. 90. a. 3. dub. 1.*

13 *Facta legitima confessione omnium mortalium, quæ tibi memoriæ occurrunt, & absolutione à Sacerdote accepta, satisfacis confessione, non sionis præcepto, licet aliquorum mortalium tenetur quis inuincibiliter fueris oblitus, nec obligatus es ea illo anno ad confessionem adducere. Quia alias obligatus esses, bis, vel ter confiteri, quod receptum non est. Nauar. cap. 2. n. 9.* Suar. *d. 23. sect. 1.* Henriq *l. 4. c. 4. n. 5 litter. D.* Bonac. plures referens *de pœn. d. 5. q. 5. sect. 2. pun. 4. n. 32.* Coninch. *d. 5. dub. 9. n. 66.* Palao *to. 4. tr. 22. d. vnic. punct. 20. §. 3. num. 2.*

14 *Nec si post confessionẽ in nouum lethale incidat.*

Si post factam legitimam confessionem, in peccatum lethale quis incidat, non tenetur ex vi huius præcepti, illud eo anno fateri. Quia præceptum non est de Confessione facienda eo anno omnium peccatorum, quæ eo anno fuerint commissa, id enim apertius deberet explicari; sed præceptum fuit de confessione semel in anno facienda omnium peccatorum, quæ ad validam, & fructuosam confessionem fateri necessarium fuit. Quod si postmodum quis peccatum aliquod lethale committat, in confessionem anni sequentis poterit reseruare. Victoria *de confess. n. 137.* Laym. *l. 5. tr. 6. c. 5. n. 10.* Reginald. *l. 3. n. 38.* Coninch. *d. 5. dub. 7. n. 59.* & alij receptiori ex sententia.

15 *Per confessionem illegitimam nõ fit satis præcepto.*

Per confessionem illegitimam, nempe absque dolore, vel integritate non fit satis præcepto. Quia præcepto diuino de confessione facienda non satisfacis, cum inualidè confiteris ergo, nec Ecclesiastico præcepto: hoc enim solum est præcepti diuini terminatio. Trident. *sess. 14. c. 5. & can. 8.* Suar. *to. 4 de pœn. d. 36. sect. 7. n. 3. & 8.* Comitol. *l. 1. respons. moral. q. 19.* Coninch. *d. 5. dub. 9. n. 70.* Laym. *l. 5. tr. 6 c. 5. n. 11.* Fagund. *l. 1 c. 2. n. 5.* Bonac. *de pœn. d. 5. q. 5. q. 2. pun. 4. n. 26.* At *sect. 2.* sermo redibit.

16 *Ille fassus excommunicationem Synodalem incurrit.*

Hinc infero, ficte confitentem incurrere Synodalem excommunicationem, quę ipso facto omittentibus confessionem annuam ferè in omnibus Diœcesibus est imposita. Quia vere confessionem omittit, idem enim est actum non fieri, ac fieri nullum. *leg. Duo sunt Titius. ff. de testament. tutela.* Nomine namque confessionis confessio valida debet intelligi. *Escob. & Mend. Theol. Moral.* Tom. VI. Pars II. Suar. *d. 36. sect. 8. n. 1.* Fagund. *l. 1. cap. 4. n. 12.* Bonac. *d. 5. q. 5. sect. 2 pun. 4. n. 25.*

17 *Non impletur præceptum, si Confessarius ex malitia, vel ignorantia absolutionem non impertiat. Confessarius ex malitia, vel ignorantia nõ absoluat.*

Non impletur præceptum, si quis ex parte sua confessionem validam faciat, & Confessarius ex malitia, vel ignorantia absolutionem non impertiat. Quia per eam confessionem non satisfacit diuino præcepto, si quidem peccata soluta non sunt, sed adhuc retinentur, vt absolutioni directæ subsiciantur: Ergo nec satisfacit humano præcepto, quod est diuini determinatiuum. Suar. *d. 36. sect. 7. n. 3.* Coninch. *d. 5. dub. 9. n. 70.* Nauarr *sum. c. 10. n. 4.* Fagundez *lib. 1. cap. 4. nem. 5.* Layman. *lib. 5. tract. 6. cap. 5. num. 11.*

CAPVT IV.

De causis excusantibus ab huius præcepti transgressione eiusque pœnarum incursu.

18 *Excusatur qui graue damnum vitæ, honoris, vel fortunæ timet.*

PRIMO excusatur quis ab implendo hoc præcepto, si ei, vel alteri immineat vitæ, honoris, vel fortunæ damnum. Quia lex diuina, & Ecclesiastica, cum sit iugum suaue, & onus leue, non censetur cum tanto detrimento obligare. At illud detrimentum honoris, quod ex confessione ipsa subsequitur, vt scilicet apud Confessarium minorem sortiatur æstimationem, opinioque, quam de eo conceperat, euanescat, nõ potest eum à præcepto excusare. Quia ille est agnatus fœdo crimini effectus, etsi ob vitãdã huiusmodi apud Cõfessariũ notã liceret, omittere præcepti huius obseruationem, rarò daretur casus, in quo obligaret. Coninch. *d. 5. dub. 3. nu. 53.* & omnes.

19 *Sæpè quis potest à cõfessione alicuius peccati excusari, sed non à confessione absolutè.*

Porrò sæpe quis potest à confessione vnius, alteriúsve peccati excusari, quòd ex eius manifestatione graue damnum immineat, non tamen à manifestatione aliorum peccatorum, & consequenter nec à confessione annua facienda. Palao *p. 4. tr. 22. d. vni. pun. 20. §. 3. nu. 8.* & alij communiter.

20 *Si nullum in specie peccatum aperias, non potes absolui, & præceptum implere.*

Si nullum in specie peccatum declares, non est tibi absolutio extra mortis articulum concedenda. Quia alienum est ab vsu Ecclesiæ, sententiam absolutionis ferre, nulla causa specialiter iudicanda proposita. Laym. *l. 5. tract. 9. cap. 5. num. 15.* & alij. Vnde præceptum confessionis annuæ, si lethali piaculo irretiris, non implebis.

21 *Excusaris à præcepto, & à pœna, si bona fide existimas, te vere absolutum, licet sine absolutione discedas.*

Si non tua, sed Sacerdotis culpa defectus in absolutione contingit, excusatus eris à præcepto, & à pœnis ei annexis, dum bona fide existimas, te esse absolutum. Secus erit, si bona fides cesset, & defectum agnoueris. Quia licet absolutio à te proxime non dependet, pendet tamen à te absolutionem procurare, eique confiteri, qui absolutionem concedat. Si tamen aliquando id præstare non potes, à præcepto excusaris, tametsi illud non impleas. Corduba *q. 15.* Suar. *d. 36. sect. 8. n. 3.* Fagund. *l. 1. cap. 4. numer. 6.*

SECTIO SECVNDA.

De Præcepto annuæ Confessionis, Dubia.

CAPVT V.

Circa præcepti huius essentiam.

QVÆSTIO INCIDENS.

Vtrùm annuæ Confessionis præceptum sub lethali piaculo obliget?

22 *Non obligat sub lethali.*

SVB culpa lethali videbitur non obligare. Quia Ecclesia solummodo tulit de Sacra Communione in Paschate præceptum: de Confessione verò tantum consilium, & exhortationem. Sic Duran. *in 4. dist. 17. q. 14.* Turrecr. *de pœnit. difficult. 1. §. Denique, numer. 4.*

23 *Sub lethali obligat.*

Obligat sub culpa lethali. Quia expresse in Tridentino *sess. 14. c. 5. & can. 8.* dicitur esse in Ecclesia de Confessione annua præceptum. Ita Medi. *C. de Confess. q. 4. & 18.* Henriq. *lib. 1. c. 4. n. 1. litt. A.* male citans pro contraria sententia Medinam. Suar. *de pœn. d. 36. sect. 1. nu. 4.* citans Paludanum, vtrumque Sotum, Canum, Caietanum, & Gabrielem. Coninch. *d. 5. n. 47. & 48.* Fagundez *prec. 2. l. 1. cap. 3. n. 2.* alios afferens. Vasq *q. 90. a. 1. d. 4. n. 18.* Lugo *d. 15. n. 89.* & omnes.

24 *Hoc de Fide.*

Miror Durandum, & Turrecrematam doctissimos asseruisse de consilio, non de præcepto esse annuam Confessionem, cum Concilia tam apertè loquantur. Audi Lateranense sub Innocentio III. *Omnis vtriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenerit, omnia sua peccata saltem semel in anno confiteatur.* Quod autem non sit consilium, sed præceptum, patet apertè. Nihil enim est magis commune, ac vulgare inter fideles, quam esse quinque Ecclesiæ præcepta, ex quibus vnum est Confessionis. De Fide igitur est, latum esse ab Ecclesia annuæ Confessionis præceptum obligans sub lethali. Vnde Dubium dissoluitur, nec enim potest prima sententia defensari.

DVBIVM I.

An præceptum hoc obliget per se, ad Confessionem?

25 *Non obligat per se.*

NOn obligat per se, sed per accidens. Quia cum Ecclesia imperat suscipi à fidelibus Eucharistiam in Paschate, ideo vult Confessionem præcedere. Sic D. Antonin. *3. p. tit. 14. cap. 19. §. 3.*

Per se obligat, & ex vi proprij præcepti distincti à præcepto Communionis. Quia id constat apertè ex *cap. Omnis vtriusque sexus,* & *gat.* ex Tride. *sess. 14 c. 5 & can. 8.* Ita Petr. de Ledes. *sum. c. 8. post 5. concl.* Molfes. *tr. 7. c. 9. n. 23.* Suar. *tom. 4. d. 36. sect. 1. num. 4.* Reginald. *lib. 6. numer. 34.* Diana *part. 8. tract. 1. resolut. 14.* & alij communiter. 26 *Per se obligat.*

Certissimum hoc, nec contrarium vlla probabilitate nititur. Duo quidem præcepta Confessionis scilicet, & Communionis annuæ per se obligantia tulit Ecclesia, vnde qui Confessionem, & Communionem omitteret, duo crimina perpetraret. 27 *Hoc certissimum.*

QVÆSTIO INCIDENS.

Vtrùm præceptum hoc quoad substantiam, & quoad tempus sit purè humanum?

ESSE videtur purè humanum. Quia confessio fuit à Christo instituta, non tamen præcepta: ergo quoad substantiam, & quoad tempus est purè humanum. Sic D. Bonau. *in 4. dist. 17. dub. 1.* Hugo. Victor. *lib. 2. de Sacram. p. 14. c. 1.* & alij apud Becan. *de pœn. c. 36. q. 1.* Adrian. *in 4. qu. 1. §. Pro huius decis.* & id esse probabile innuit Petr. de Ledes. *cap. 8 concl. 3.* 28 *Est humanum.*

Purè humanum non est, sed diuinum quoad substantiam, quoad determinationem vero temporis Ecclesiasticum. Quia sic manifestè edocet Trident. *sess. 14. c. 5.* dicens, Ecclesiam tantum statuisse, vt diuinum Confessionis præceptum singulis annis impleretur. Ita Suar. *to. 4. d. 36. sect. 1. n. 5.* Vasq. *q 90. a. 1. d. 4. n. 21.* Fagundez *prec. 2. l. 1. c. 3. n. 2.* Villalob. Archang. P. Ledesm. Becan. & alij, quos refert, ac sequitur Leand. *p. 1. tr. 5. d. 3. q. 24.* 29 *Purè humanum non est.*

Certissimum est, hoc præceptum quoad substantiam esse diuinum, & solùm quoad determinationem temporis pro annis singulis esse Ecclesiasticum. Nam Christus Dominus Sacramentum Confessionis instituens cum dixit *Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis,* præcepit plane peccata fore confessione aperienda, vt remitterentur. Nec contrarium potest vllo modo defendi. 30 *Certissimum hoc.*

DVBIVM

DVBIVM II.

An præceptum hoc confitendi semel in anno supponat debere nos confiteri statim post commissum lethale peccatum, si est periculum grauis obliuionis?

31 *Supponit idlet.* SVpponit quidem. Quia cum præcipiat, omnia crimina lethalia à nobis aperiri, haud id præstare poterimus si Confessionem differamus. Vnde supponit Ecclesia dum præcipit semel nos in anno confiteri periculum obliuionis non esse futurum. Sic Marsil. *in* 4. *q.*12. Maior. *dist.*17. *q.*2. Adrian. *q.*5. *de Confess.* Nauar. *ad cap. Placuit, de pœnit. dist.*6. *nu.*159. Medi. *C. de pœnit. tr.*2. *q.*14. §.2. Molfes. *tr.*7. *c.*10. *num.*18.

32 *Non supponit.* Non supponit. Quia nulla lege obligamur peccatum mox confiteri, & sine lege non est asserenda obligatio. Nec præceptum Ecclesiasticum supponere potest quod præceptum diuinum Confessionis non imperat. Ita Nauar. meliori consilio in *sum. c.*21. *n.*55. Valent. *p.*4. *d.*9. *punct.*4. Luis. Turrian. *de pœnit. q.*6. *a.d.*19. *diffic.*2. Henriq. *l.*1. *c.*4. *n.*8. citans Durandum, Canum, P. de Soto, Victoriam, Sylvestrum, & Tabienam, Card. de Lugo *de pœnit. d.*15. *n.*41. & alij.

33 *Hoc longe probabilius.* Hoc longe probabilius. Nam Concil. Florentinum, & Tridentinum tantum obligant ad confitenda peccata, quorum meminerimus. Et quidem in anni decursu totius nonnulli ita solent delinquere, vt veri numeri in Quadragesima, si vsque ad id tempus confessionem distulere, non meminerint. Vtile quidem erit mox post patratum crimen fateri, sed non necessarium, quia id nec diuinum præceptum imperat, nec supponit Ecclesiasticum. Didici ex Lugo.

CAPVT VI.

Circa eos, qui hoc præceptum tenentur obseruare.

DVBIVM III.

An Summus Præsul obligetur Confessionis annuæ præcepto?

34 *Non obligatur sub lethali.* NOn obligatur nisi ex congruitate, vel saltem sub veniali solum. Quia lex Concilij non potest obligare priorem. Sic Ludouic. de San. Iuan. *q.*5. *de Confess. art.*6. *dub.*2. Richard. *dist.*17. *art.*2. *quæst.*4. *ad* 5. Scot. *qu.*1. *art.*1. Nauarr. *de pœnit. dist.*5. §.2. *nu-mer.*32.

35 Obligatur sub mortali. Quia licet Princeps non obligetur legibus quoad vim coactiuam; quoad vim tamen directiuam obligatur, quatenus non debet se absque rationabili causa ab obligatione, quam ipse reliquo corpori imponit eximere. Ita Azor. *to.*1. *l.*5. *c.*11. Suar. *hic, d.*36. *sect.*2. *n.*5. Vasq. *q.*90. *a.*1. *dub.*5. *num.*12. & alij apud ipsos. *Obligatur quidem.*

Equidem sententiæ huic veriori plane adhærens, existimo eius fundamentum non videri satis firmum ad inducendam saltem mortalem obligationem. Namlicet supremus Princeps, iuxta probabiliorem sententiam, nequeat absque rationabili causa secum in propria sua lege dispensare: hoc tamen peccatum dispensationis absque causa sufficienti à multis solum esse veniale reputatur. (Sanch. *l.*8. *de matrim. d.*18. *num.*7. Palao *tom.*1. *tract.*3. *d.*6. *punct.*8. §.1. *num.*5.) quando non adest scandalum, vel notabile aliorum dānum. (Scio Sancium *lib.*5. *consil. cap.*1. *dub.*5. hanc sententiam reuocasse.) Si ergo potest absque graui piaculo Pontifex cum aliquo sua in lege dispensare; cur absque graui culpa secum dispensare non posset? Quod si potest dispensare, iam obligatio tota illius legis respectu Pontificis erit solùm sub veniali, cum possit quoties voluerit, dispensare secum, & sibi obligationem sub mortali auferre. Aliter ergo operæ pretium est hanc communem doctrinam probare. Licet sit formaliter præceptum Ecclesiasticum, est tamen fundamentaliter, ac remote diuinū, quatenus Christus præcipiens confessionem, videtur etiam præcepisse Ecclesiæ, vt determinaret lege aliqua Ecclesiastica tempus. Quare Pontifex tenetur hanc determinationem facere pro omnibus, nec potest licite eam tollere; atque adeo si non confiteretur, peccaret. Quia vel hoc faceret non ablata vllo modo Ecclesiastica lege Confessionis: vt tunc peccaret contra legem determinantē tempus Cōfessionis à Christo Domino præceptæ, & per cōsequens cōtra legē Christi obligantē iā posita temporis determinatione; Vel tolleret prius legem Ecclesiasticam, seu determinationem temporis quoad se, abrogando illam partialiter: & tunc peccaret contra legem Christi, quia debet omnibus fidelibus determinare tempus, quo præceptum Christi debeant implere. Cæterùm negari non potest probabile esse, quod si hanc legem Ecclesiasticam quoad se nō omninò tolleret, sed alteraret quoad tempus, volendo quod determinatio temporis quoad se esset pro hac vice annus cum dimidio; grauiter non delinqueret. Quia iam relinqueret aliquam temporis determinationem etiam pro se: & aliunde non videtur grauis culpa se in omnibus cum suis subditis non conformare. Mecum Card. de Lugo *de pœnit. d.*15. *n.*143. Filliuc. *tom.*2. *tract.*21. *num.*426. & Lessi. *l.*2. *c.*35. *dub.*5. *num.*34. 36 *Huic adhærens sententiæ, veriorem eam expono.*

DVBIVM IV.

An pueri in quacumque ætate capaces fuerint vsus rationis, sint ad præceptum Confessionis annuæ obligati?

37 *Certa præmitto.* CErtū est, omnes fideles aqua Sacra dilutos sexus vtriusq; postquā ad annos discretionis

nis peruenerint, qui sibi cõscij fuerint alicuius lethalis piaculi, hoc præcepto obligari. Tridentin. *sess.* 14. *cap.* 5. *& canon.* 8. *Si quis dixerit, confessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia seruat, esse impossibilem, aut ad eam non teneri omnes, & singulos vtriusque sexus fideles, &c. Anathema sit.* Porrò nihil iustius, quam vt homines obligentur, ad ineundam cum Deo amicitiam, si forte illam per lethale piaculum amiserè. Quæsierim vero qua in ætate pueri baptizati præcepto Confessionis annuæ sint adstricti, an in quacumque ætate capaces fuerint vsus rationis sint obligati?

38 *Non sunt obligati.*

Minime obligati sunt ante annum duodecimum. Quia licet post septennium delinquere possint, & inter licitum, ac illicitum discernere: tamen Ecclesia ante annos duodecim, vel forte quatuordecim, non vult eos suis præceptis, vel censuris obligare. Et quia ante hos annos, vt experimento comperimus, non sunt capaces præcepti Eucharistiæ: ergo nec pœnitentiæ, cum eodem verborum tenore in *cap. Omnes vtriusque sexus* Ecclesia omnes fideles ad Eucharistiæ, ac Confessionis præceptum adstringat. Sic Sotus *in 4. dist. 12. quæst. 1. a. 11. & l. 8. de iust. q. 3. art. 2.* D. Antonin. *part. 2. tit. 9. cap. 18. §. 2.* Hostiens. & Ancharran. *ad cap. Omnes vtriusque sexus.* Fauent Sà *verb. Censura, numer. 2. & verb. Pueri, num. 1.* & Molina *tom. 3. de iust. d. 51. num. 8.* docentes regulariter loquendo pueros Clericos in minoribus inter se rixantes, ac se inuicem percutientes censuram, *cap. si quis suadente*, ante annos pubertatis non incurrere, (est, in fœminis pubertatis annus duodecimus in masculis quatuordecimus.) Alij existimant, non teneri pueros ante septenniũ, etiamsi constet vsu rationis pollere. Sic Sanci. *in select. d. 51. num. 31.* Palao *tom. 1. tract. 3. d. 1. punct. 24. §. 2. n. 3.* Diana *p. 4. tr. 3. resol. 52* Lugo *de pœnit. d. 15. n. 152.* docet ante annum octauum non teneri.

39 *Obligati sunt.*

Tenentur quidem, cum primum peccare possunt, etiamsi septennium non attigerint. Quia id clarè constat ex *cap. Omnis vtriusque*, vbi dicitur: *Omnis vtriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenerit, omnia sua peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur.* Et quidem non requiritur maioris discretionis ætas ad Sacramentum Confessionis ineundum, quam ad delinquendum. Ita Aureol. *in 4. dist. 17. art. 2.* Tenetur confiteri puer habens discretionem. Si enim habet infrà vnum annum, vel duos natiuitatis suæ discretionem, per quam haberet conscientiam de peccato, puto quod teneretur ad confitendum. Sic ille. Sanch. *sum. l. 1. c. 12.* Nauar. *sum. c. 21. n. 33.* Vict. *q. 128.* Scotus *dist. 17. q. 1. art. 2.* Suar. *to. 4. d. 36. sect. 2. n. 3.* citans Canum, Gabrielem, Sylueſtrum, Richardum, & Cordubã. Henriq. *l. 1. c. 5. n. 2.* Layman. *libr. 5. tractat. 6. cap. 5. num. 6.* Vasq. *quæst. 90. art. 2. dub. 2.* Hurtad. *d. 7. diffic. 9.* Fagundez *præc. 2. libr. 1. cap. 3. num. 12.*

40 *Auctoris sententia.*

Profectò sicut non potest certa ætas designari, in qua rationis vsus eluceſcat: ita non potest certa ætas definiri, in qua quis incipiat obligari; sed totum id Confessarij prudentis arbitrio relinquendum; plenus namque rationis vsus non ex ætate, sed ex discretione pensandus. Vnde existimo longe probabilius esse obligari pueros ad præceptum Confessionis annuæ seruan lum quacumque in ætate tempus discretionis inierit. Quia pueri discretione vtentes aliis Ecclesiæ præceptis illigantur, nempe audiendi Sacrum, abstinendi à carnibus diebus prohibitis: ergo etiam præcepto Confessionis maxime necessario adstringentur.

DVBIVM V.

An hæretici, aliique infideles Sacra vnda diluti, obligentur annua Confessionis præcepto?

DE præcepto diuino non est dubium, vt ait Suar. *d. 35. section. 2. num. 4.* de Ecclesiastico dubitatur. Non obligantur. Quia in *cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnit.* sermo est de solis fidelibus, dicit enim: *Omnis vtriusque sexus fidelis*, & in Tridentino quoties de hac obligatione sermo habetur, semper repetitur illa particula *fidelis*, vt constat ex *sess. 14. cap. 5. & canon. 8.* Et quidem si hæc lex lata esset etiam pro hæreticis non videretur prudens, ac rationabilis, cum certum sit, ipsos eam non obseruaturos, vnde solummodo deseruiret ad noui piaculi materiam in eius violatione exhibenda. Sic aliqui Recentiores, quos pressis nominibus memorat Card. Lugo *de pœnit. d. 15. num. 144.* 41 *Non obligantur.*

Obligantur quidem. Quia hoc præceptum non fuit de re noua, aut non iam indicta iure diuino, sed de Confessione à Christo præcepta tempus illius determinando, quæ determinatio fuerat Ecclesiæ commissa, si homines negligentes essent in huius Sacramenti susceptione. Cum ergo diuinum præceptum omnes baptizatos comprehenderet, debuit etiam Ecclesia iis omnibus tempus præscribere Confessionis gerendæ: alioquin non satisfeciſſet debito suo determinandi tempus omnibus, qui alioquin ex Christi Domini præcepto ad Confessionem erant obligati. Ita Cardin. Lugo *tom. 1. de pœnit. dub. 15. num. 145.* asserens Theologos communiter hoc supponere, dum vniuersaliter dicunt, omnes baptizatos, qui post Baptismum peccatum lethale perpetrarunt, hoc præcepto comprehendi, licet de hæreticis expressè non loquantur. 42 *Obligatur*

Et quidem si hæretici non comprehenderentur, sequeretur, nec etiam comprehendi eum, qui forte incidit in aliquod graue piaculum contra fidem, atque adeo omnes alios peccatores debere confiteri, præter hunc qui etiam contra fidem deliquit; quod tamen nulla admittet. Cæterùm illa particula *Fideles*, quæ in illo textu habetur, minime obstat; illo enim nomine significantur omnes, qui Baptismum accepere, quod est fidei Sacramentum. Sicut è contra non intelliguntur qui fidem Christi habent, si baptizati non sunt; eos enim Ecclesia obligare non potest. Cum Lugo resolui quæstionem 43 *Hoc tenet.*

QVÆ

QVÆSTIO INCIDENS.

Num octogenarij ſenes teneantur annuæ Confeſsionis ſeruare præceptum?

43 *Non tenentur.* NOn tenentur. Quia ſenectus huiuſmodi ferè ſemper adeo homines ſimplices, ac rationis reddit expertes, vt nihil à pueris differre videantur. Hippocrat. apud Alphonſ. Ruiz. *in medici. medicor. inſtp. lumin. 1. fol. 65.* Ludou. Viues *lib. 2. de anima.* Ergò cum pueri antè ſeptennium legibus Eccleſiaſticis ſint ſoluti, etiam octogenarij liberi eſſe cenſendi ſunt. Sic Narbo. *de ſtat. homin. anno 80. q. 4. n. 2.*

44 *Tenetur quidam.* Tenentur omnino. Quia *cap. Omnis vtriuſque ſexus* indiſcriminatim omnibus, qui ad annos diſcretionis peruenerint imperatur, vt ſingulis annis confiteantur, & Sacra reficiantur communione. Porro pueri, qui ante ſeptennium vſu rationis pollent, præcepto Confeſſionis annuæ ligantur, licet aliis Eccleſiæ vt ieiunij, annuæ Communionis &c. præceptis non illigentur: Ergo ſimiliter octogenarij ſenes quamuis ob eorum debilem ac iam puerilem ætatem legibus onerosis non adſtringantur, v. gr. ieiunij; tenentur tamen annuæ Confeſſionis, ac Communionis præcepto toto vitæ ſpatio, quo vſu rationis polleant. Ita Hoſtienſ. *ſum. §. Quando confitendum.* & omnes quos legi Doctores, vnde ſingulariter Narbona (doctus planè) contrarium aſſeruit.

45 *Auctorū reſolutio.* Ego quidem exiſtimo, defendi non poſſe ſenes non obligari hoc ſeruare præceptū præciſe ex eo quod octogenarij ſint. Quia ſi defectus rationis non excuſat, nulla grauis excuſabit ætas, etiam nonagenaria, & centenaria. Attamen ſi ſenes præfati omnino ſint rationis expertes infantulorum in morem, aut omnino amentes nullo Eccleſiæ præcepto adſtringentur. Sed cū hoc ſit per accidens, (multos enim nonagenarios videmus vegeta ratione pollere) non poteſt abſolute affirmari, octogenario Confeſſionis annuæ præcepto non aſtringi. Quare hanc ſententiam veram vnice, contrariam verò omnino falſam eſſe definio.

QVÆSTIO INCIDENS.

Num qui ſolum internis peccatis ſauciantur, teneantur Confeſsionis annuæ præceptum implere?

46 *Non tenentur.* NOn teneri videbitur. Quia de internis Eccleſia non iudicat. Vnde qui ſolum cordis piaculis grauaretur, poſſet Confeſſionem differre, niſi alias ex præcepto diuino obligaretur. Sic Glos. ex Bart. *ad cap. ſi cui, de pœnit. diſt. 1.* Fauet Palud. *in 4. diſt. 17. q. 2. a. 5.* docens, ſaltem directè non teneri quem ad confitenda peccata interna ex præcepto Papæ, & Eccleſiæ. Margarita Confeſſor. *v. Confeſſio. fol. 44.*

47 *Tenentur plane.* Tenentur plane. Quia id clare colligitur ex *cap. Omnis*, & ex Eccleſiæ totius vſu comprobatur. Et videtur definiri à Tridentino *ſeſ. 14. can. 7.* & *c. 5.* profante: *Ex his colligitur, oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum poſt diligentem diſcuſſionem conſcientiam habent in confeſſione recenſeri, etiamſi occultiſſima illa ſint.* Ita Nauar. *ad cap. Fratres, de pœnit. diſt. 5. n. 59.* Suar. *to. 4. d. 36. ſect. 2. n. 2.* Bonac. *d. 5. q. 5. ſect 2. pun. 4. num. 6.* citans Vazqueſium, Henriquez, Reginaldum, Filliucium, Valentiam, Ægidium, Molfeſium.

38 *Hoc vnice certum.* Hanc ſententiam certiſſimam, & omnium Theologorum ac Iuriſtarum authoritate confirmari exiſtimo. Vnde primam merito cum nonnullis ex citatis Auctoribus temerariam appellare non dubito.

DVBVM VI.

Quis ſolummodo venialibus culpis ſe comperit reum: Ex vi præcepti huius teneturne ſub mortali aliqua ſemel in anno confiteri?

49 *Tenentur quidem.* TEnetur quidem. Quia præceptum Eccleſiæ non eſt, quod quis mortalia aut venialia confiteatur in anno, quemadmodum præcipit, quod ſemel Euchariſtiam recipiat. Sic D. Bonau. *in 4. diſt. 17. p. 2. a. 2. q. 1.* Alenſ. *p. 4. q. 18. memb 4. a. 2.* Richard. *diſt. 17. a. 2. qu. 4.* Nugnus *in addit. q. 6. a. 3. dub. 2.* Tho. Hurtado *to. 2. tr. 12. c. 1. §. 2. dub. 11. n. 2106.*

50 *Nō tenentur.* Minime tenetur. Quia hoc præceptum tantūmodo eſt præcepti diuini determinatio; at diuino præcepto ſolū tenetur confiteri, qui mortali aliquo crimine illigatur. Ita D. Thom. *in 4. diſt. 17. q. 3. a. 1. quæſtiunc. 3. ad 3.* Palud. Scot. Angel. Caiet. Gabri. Maior, & alij, quos citat, ac ſequitur Vaſq. *quæſ. 90. a. 2. dub. 2. n. 1.* Nauar. Corduba, Soto, Gloſ. quos affert, ac ſequitur Suar. *tom. 4. dub. 36. ſect. 2. numer. 3.* Granad. *tract. 1. dub. 9. ſect. 3. numer. 9.* Candid. *diſquiſ. 24. articul. 5. dub. 1.* & alij communiter.

51 *Hanc ſententiam longe eſſe probabiliorem reor.* Hæc ſententia longe eſt probabilior. Nam præceptum Eccleſiæ in illo *cap. Omnis*, eſt de confitendis omnibus peccatis ſemel in anno: Ergo ſolum loquitur de omnibus mortalibus: certum enim eſt, non eſſe præceptum de confitendis omnibus venialibus. Et quidem Eccleſia non præcipit rem non debitam ex Chriſti præcepto, ſed ſolum quod confeſſio iam præcepta ſaltem in anno ſemel impleatur: ſolum ergo præcipit mortalium confeſſionem; hæc enim ſola erat à Chriſto Domino præcepta. Fateor, de facto omnes cōfiteri, quia apud fideles mirum eſſet, ſi inueniatur aliquis, qui inter homines vitam degat, & nec confiteatur per totum annum, nec peccet mortaliter; qui

enim absque lethali piaculo annum peragunt, solent frequentissimè alia minora peccata fateri. Vnde qui non confitetur, præsumitur non id facere propter defectum, sed propter excessum materiæ: Suarium Lege.

DVBIVM VII.

Habet quis lethalia crimina, quæ iusta ex causa Confessario aperire non debet: Tenetur sub mortali venialia confiteri, vt præceptum hoc impleat?

52 *Tenetur plane.* TEnetur venialia confiteri, vt præceptum annuæ Confessionis impleat. Quia dum venialia aperit, & ab his absoluitur, indirectè à mortalibus illis absoluitur quæ iustè reticet. Ergò qui mortalia confiteri non potest venialia debet confiteri, vt ad Dei gratiam illa absolutione indirecta quoad mortalia restituatur, quod intendit Ecclesia annuam imperans Confessionem. Sic Alens. 4. *p. q.* 18. *memb.* 4. *a.* 2. Bonauent. *in* 4. *dist.* 17. *p.* 2. *a.* 2. Richard. *dist.* 17. *a.* 2. *q.* 4. Nugn. *q.* 6. *diffic.* 1. Granad. *tr.* 9. *d.* 5. *n.* 23.

53 *Non tenetur.* Non tenetur. Quia nullum extat præceptũ fideles adstringens, venialia in communi confiteri. Ita Lugo *de pœn. d.* 15. *num.* 175. Suar. *tom.* 4. *dub.* 36. *sect.* 6. *num.* 1. Diana *part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 125. Leand. *part.* 1. *d.* 3. *q.* 32. cituns Archangelum.

54 *Auctoru resolutio.* Profecto si in hoc casu quis obligetur confiteri venialia vt à mortalibus indirecte absoluatur, (de quo dubitant Doctores:) illã obligationem censeo non esse ex præcepto diuino, vel Ecclesiastico Confessionis: sed est ex obligatione non communicandi absque præmissa Confessione, vel ratione charitatis propriæ, vel ex alio capite, vt in simili dixit Card. de Lugo *de Euch. d.* 14 *sect.* 5.

DVBIVM VIII.

Quis lethale non habens, & ideò annuam omittens Confessionem, teneturne tamen coram proprio Sacerdote comparere, eique se conscientia lethalis piaculi non pungi, aperire?

55 *Tenetur quidem.* TEnetur quidem. Quia debet Pastori aliquo saltem modo cõstare huiusmodi subditum non teneri præcepto confessionis, vt eum ad Communionem possit admittere. Sic Suar. *tom.* 4. *d.* 36. *sect.* 2. *num.* 9. Fagund. *prac.* 2. *l.* 1. *cap.* 2. *nu.* 9. Lublin. *v. Confessio, num.* 27. Vasq. *q.* 90. *c.* 2. *dub.* 2. *nu.* 18. citat Scotum, & Sotum. Henriq. *l.* 1. *c.* 15. *nu.* 3. Vega *p.* 1. *cap.* 63. *casu* 84. & alij.

56 *Non tenetur.* Non tenetur. Quia si comparere deberet, maxime ad hoc, vt proprius Sacerdos ouis suę vultum agnosceret: At pœnitentis vultus non debet à Pastore cognosci nisi in Confessionis iudicio: Ergo ex quo cessat iudicij huius obligatio, cessat obligatio comparendi. Ita Vasq. *citat.* Victor. *de Sacram. nu.* 129. Sotus *in* 4. *dist.* 17. *qu.* 1. *a.* 3. Lugo. *de pœn. d.* 15. *n.* 133. Hurtad. *d.* 7. *diffic.* 7. Ludou. de San. Iuan. *q.* 5. *de pœnit. u.* 5. *diffic.* 3. Becan. *de pœnit. c.* 36. *concl.* 6. *num.* 4. P. Ledesm. *c.* 8. *de pœnit. concl.* 6. *dub.* 2.

Existimo, ex vi saltem præcepti Confessionis annuæ non teneri: posse vero obligari ad comparendum oratione scandali sedandi, si forte ortum fuerit. 57 *Quid Auctor.*

DVBIVM IX.

An Ecclesia possit præcipere, saltem de aliquibus venialibus Confessionem?

CErtum mihi, Ecclesiam imperare non posse fidelibus omnium venialium confessionem; hoc enim præceptum esset nimis durum, ac moraliter impossibile. Quæstio igitur est nõ de omnibus, sed de aliquibus venialibus, an scilicet de eis possit Ecclesia Confessionem præcipere? 58 *Status quæstionis.*

Potest quidem. Quia licet confiteri omnia graue esset onus, confiteri tamen aliqua, hæc vel illa onus leue videtur, & aliunde vtilitate Sacramenti conferentis ex opere operato gratiam, compensatur. Sic Card. Lugo. *de pœn. d.* 15. *numer.* 119. Vasq *quæstion.* 90. *art.* 2. *dub.* 1. & 3. citans Caietanum, Canum, & Nauarrum. Suar. *tom.* 4. *dub.* 22. *sect.* 8. *numer.* 5. afferens Alensem, D. Thomam, Bonauenturam, & Richardum. Hurtad. *dub.* 7. *diffic.* 8. Azor. *part.* 1. *libr.* 7. *cap.* 39. *quæstion.* 4. Reginal. *lib.* 6. *numer.* 47. Diana *part.* 8. *tract.* 1. *resol.* 15. & alij. 59 *Potest quidem.*

Non potest. Quia Ecclesia nequit pœnitentiæ forum instituere distinctum ab eo, quod Christus Dominus instituit. At Christus præscripsit, quod solum lethalia tali foro necessariò subijciantur: venialia verò non necessariò, sed de voluntate pœnitentis: Ergo Ecclesia nequit vllorum venialium piaculorum confessionem imperare. Ita Sotus *in* 4. *dist.* 18. *quæstion.* 1. *articul.* 3. & 4. Palud. *dist.* 17. *quæstion.* 2. *articul.* 4. Henriquez *libr.* 4. *capit.* 4. *numero* 1. Leand. *præc.* 2. *tract.* 5. *dub.* 3. *quæstion.* 36. Magnu. *qq. Regul. tom.* 1. *quæstion.* 62. *art.* 1. Archang. *dist.* 17 *fol. mihi* 191. *col.* 1. Palao *tom.* 4. *tract.* 23. *punct.* 10. §. 2. *num.* 6. & alij. 60 *Non potest.*

Ego quidem vtriusque opinionis fundamentum ponderans Doctorum videns authoritatem, censuerim æque esse probabiles. 61 *Auctoris placitum.*

Mihi autem eligo secundam credens, nullatenus posse Ecclesiam directè legem de venialium quorumcumque confessione ferre.

CAPVT

CAPVT VII.

Circa Tempus, quo debeat geri annua confessio.

DVBIVM X.

Quis in anno semel saltem confessus est venialia, sed antè anni terminum mortale committit: teneturne intra illum annum, præfatum crimen lethale confiteri?

62 *Non tenetur.* NON tenetur. Quia priusquam in lethale piaculum incidisset, peccata venialia aperiendo cõfessario, iam annuæ Confessionis præceptum impleuit, imperans fidelibus, vt semel in anno confiteantur: & quidem venialium confessione satisfit præcepto. Sic Richard. Alens. Bonauent. Nugnus, quos refert Leand. *p.1.tr.5.d.3.q.37.* Ochagau. *tr.2.de Confes.q.9.* & alij.

63 *Tenetur plane.* Tenetur quidem. Quia hoc præceptum est determinatio præcepti diuini, quod solum est de Confessione mortalium. Audi Tridentinum *ses.14.c.5. Ecclesia non statuit Confessionem, quæ iure diuino necessaria iam erat: sed vt præceptum Confessionis saltem semel in anno ab omnibus impleretur.* Præceptum autem Confessionis fuerat de Confessione mortalium, non de venialium: Ergo si Ecclesia voluit huic præcepto Christi satisfieri semel in anno, voluit semel in anno Confessionem mortalium fieri. Ita Lugo *de pœnit. dist. 15. numer. 162.* Becan. *de pœnit.capit.36. quæstion.8.numer.4.* Diana *part. 4.tr.4.resol.206.* Hurtad. *dub. 7.diffic.11.* Suar. *tom.4.dub.36.sect.3.num.9.* Laym. *lib.5.tract. 6. cap.5.numer.10.* Bassæ. *verb.Confessio, 1.num.18.* Leand. *citatus.*

64 *Auctoris resolutio.* Profectò si qui per totum anni decursum frequenter solum venialia fateatur, & vltima die Decembris lethaliter delinquat, hoc præcepto obligatur ad confitendum ipsa die. Quod licet durum apparet, verum esse iudico. Nec hoc peculiare est in nostra sententia: idem enim tenentur admittere qui annum computant à Paschate in Pascha. Nam licet aliquis sæpius confessus fuisset venialia, si tamen in Paschate conscientiam lethalis haberet, propter Confessionis annuæ præceptum, tunc deberet confiteri, vt satisfaceret legi confitendi in anno omnia lethalia crimina. Quia illo anno nondum impleuerat Christi Domini de mortalium Confessione præceptum.

DVBIVM XI.

Intra annum quis sua lethalia crimina confessus fuit, sed in anni vltimo (verbi gratiâ) die aliud lethale crimen patrauit: teneturne vt præcepto satisfaciat, illud nouum fateri piaculum?

65 *Tenetur quidem.* TEnetur quidem. Quia præceptum Ecclesiæ de gerenda semel in anno Confessione omnium peccatorum, quæ eo anno fuerint perpetrata. Sic Macerus apud Dianam *part.4. tract. 4. resol. 206.* Henriquez *l. 4.c.4.num.2. & 6.*

66 *Nõ tenentur.* Non tenetur. Quia præceptum solum est confitendi semel peccata mortalia vsque ad Confessionem, qua quis vult præceptum implere, patrata. Ita Card. Lugo *de pœnit.d.15.nu. 164* Hurtad. *de pœnit.dub.7.diffic.11.* Luis. Turrian. *de pœnit. disp.21.dub.2.* citans Vasquium, Reginal. *libr.3.num.38.* Ledesm. *2.part. 4. quæs. 6.articul.3.* Palao *tom. 4. tract. 23.punct. 20. §. 3. numer. 3.* citans Ægidium, Laymanum & alios.

67 *Hoc verus esse puto, & aliud consequenter adiicio.* Hanc opinionem veriorem esse existimo adiiciens cum meo Eminentissimo ac sapientissimo Cardinali *vbi sup. num. 169.* idem decendum de eo, qui hoc anno confessus est sæpè venialia, at simul aliquod mortale dubium, posteà vero incidit in aliquod mortale certum: non enim obligatur hoc piaculum nouum ante anni terminum confiteri. Quia hic verè iam impleuit præceptum Christi & Ecclesiæ hoc eodem anno: nam licet Christi præceptum non sit confitendi venialia, est autem non solum confitendi peccata certa, sed etiam dubia: illud ergò præceptum impletum est confitendo ea peccata dubia, queis tunc sauciabatur. Vnde apparet discrimen huius ab eo, qui solùm fassus fuisset venialia; per quam Confessionem Christi præceptum non impleuerat, ideóque debet iterum eo anno confiteri, si graui crimine pręgrauatur Accepi ex Palao.

DVBIVM XII.

An præceptum annuæ Confessionis obliget per se pro determinato anni tempore, verbi gratiâ, Quadragesimæ, aut Paschatis?

68 *Per se obligat.* OBligat pese pro determinata parte anni, scilicet Quadragesimæ à Dominica Palmarum vsque ad Dominicam in Albis. Quia hæc est omnium fideliũ cõsuetudo, vt piacula sua Confessione circa Pascha expient. Vnde talis consuetudo instar legis est habenda. Sic Fagund. *præc.2.lib.1.cap.3.numer.6.* Machad. *p. 1.libr.2.tract.5.docum.1. numer. 5.* Bassæ. *verb. Confessio, 1. numer.9.* P. Soto *lect.5. de Confes.* Megala *part.1.libr.5.capit.3.numer.3.* Suar. *to.4. dub.*

dub. 36.*sect.* 3.*num.* 9.10.11. Medina *C. de Confes. quæs.* 18.

69 *Per se non obligat.*

Non obligat per se pro determinata parte anni. Quia *cap. Omnis* Confessionis tempus ad aliquod anni tempus nullatenus coarctauit. Vnde si quis Confessionem intra annum gessit, non tenebitur postea in Quadragesima ex vi huius præcepti confiteri. Ita Sotus *in* 4. *dist.* 18.*quæs.* 1.*art.* 4. Victoria *de pœn.n.* 137. Canus *in relect. part.* 5 *de pœnit.* Diana *part.* 2.*tract.* 17.*resol.* 54. & *part.* 3.*tract.* 4. *resol.* 81. citans Henriquez Ægidium, Valentiam, Reginaldum Syluium, Azorium Laymanum, Hurtadum Zerolam, Suarium, sed hunc non benè. Granad. *controu.* 7.*tract.* 1.*dub.* 9.*sect.* 4 *num.* 14. citans P. de Ledesma, & Graffium. Molfes. *sum. tract.* 7.*cap.* 10.*num.* 23. afferens Vasquium, Nauarrum & alios. Bauny. *to.* 1.*tr.* 4.*de pœnit. q.* 7. & alij communiter.

70 *Hoc verius existimo.*

Verius existimo, non obligare pro determinato anni tempore hoc præceptum per se. Vnde quis potest ei satisfacere, facta in quacumque anni instantia Confessione. Fateor, fidelium morem esse in Paschate fateri: hoc tamen assero eos non gerere vllo ex præcepto, sed quia hoc tempus dicatum est ad satisfaciendum præcepto annuę Communionis, quam si non adest culpa lethalis, decenter; si adest, necessariò Confessio præcedit.

DVBVM XII.

An ad præcepti huius impletionem annus computandus sit à Ianuario in Ianuarium?

71 *Computandus est à Ianuario in Ianuarium.*

ESt computandus à prima die Ianuarij vsque ad vltimam Decembris. Vnde Confessio facta in qualibet die anni illius ad implendum præceptum sufficiat. Quia verbum illud *cap. Omnis. semel in anno*, nisi vim inferas, de toto tempore à principio anni vsque ad finem intelliguntur. Sic Lugo *de pœnit. d.* 15.*numer.* 157. Vasq. *quæs.* 90. *art.* 3.*dub.* 1. Ochagau. *tract.* 2.*qu.* 9.*dub.* 7.*diffic.* 10. Becan. *de pœn. c.* 36.*q.* 8.*n.* 3. Diana *p.* 2.*tr.* 17. *resol.* 54. & alij.

72 *Non est computandus.*

Non est computandus à Ianuario in Ianuarium, siue à Ianuarij die prima vsque ad Decembris vltimam: sed à Quadragesima in Quadragesimam. Quia ita communiter ab omnibus fidelibus computatur annus ad huius præcepti impletionem. Idque colligitur ex Trident. *sess.* 14.*c.* 5. ibi: *Vnde iam in vniuersa Ecclesia cum ingenti animarum fidelium fructu, obseruatur mos ille salutaris confitendi Sacro illo & maxime acceptabili tempore Quadragesimæ: quem morem hæc Sancta Synodus maxime probat, & amplectitur.* Ita Suar. *tom.* 4.*dub.* 36. *sect.* 3. Sà *verb. Confessio, nu.* 4. Fagund. *præc.* 2.*libr.* 1.*cap.* 4. *nu.* 18. Bonacin. *de pœn. dub.* 5.*quæs.* 5.*sect.* 2. *pun.* 4.*numer.* 19. Coninch. *de Sacramen. disp.* 5.*dub.* 6.*concl.* 2.*numer.* 56. Reginal. *libr.* 6. *numer.* 35. & 37. Henriquez *lib.* 4.*c.* 4.*nu.* 1. & alij plures.

73 *Auctoris placitum.*

Scio equidem quinque modis ab Auctoribus animum ad Confessionis obligationem computari. Primus est à primo peccato mortali post Confessionem. Quem reiicio, nam si homo peccauit post Confessionem anni præteriti paulo ante finem Quadragesimæ præsentis, posset manere toto etiam anno sequenti absque confessione vsque ad anni sequentis Quadragesimam: quod est contra fidelium praxim, ac sensum. Secundus est, computare annum ab vltima Confessione. Quem etiam reiicio, nam qui peruenit ad vsum rationis non potest computare annum ab vltima Confessione, cum nunquam fuerit Confessus. Tertius est, computando annum à principio vsus rationis vniuscuiusque: nam textus dicit, *Omnes fideles statim ac peruenerint ad vsum rationis*, debere confiteri *semel in anno*. At hæc explicatio redderet præceptum valde dubium, non enim potest sciri, quandonam in singulis vsus rationis incipiat. Quartus modus est, vt annus cõputetur à Paschate in Pascha, de quo sententia secunda. At mihi difficilis. Quia iuxta hanc computationem obligaretur aliquis intra decem menses bis confiteri, nempe si hoc anno confiteatur die prima Maij, quæ esset, verbi gratiâ, Dominica in Albis, anno autem sequenti eadem Dominica esset dies vltima Martij: hoc autem videtur esse contra mentem Concilij Lateranensis, quod non voluit talem obligationem imponere. Igitur quintus modus, (de quo prima sententia) mihi magis applaudit, scilicet vt intelligatur annus iuxta communem significationem à die prima Ianuarij vsque ad vltimam Decembris. Fateor, consuetudinem fidelium innuere intelligendum esse de tempore Quadragesimę, in quo omnes confitentur. Sed illa consuetudo orta est ratione Eucharistiæ, quæ tunc sumitur, & quam debet Confessio præcedere: non vero propter Confessionis annuæ obligationem. Nec ea consuetudo inducta est animo se obligandi, sed faciendi Confessionem ex præcepto debitam intra annum sine noui præcepti obligatione. Porro Tridentinum pro secunda sententia citatum laudat, & approbat consuetudinem confitendi in Quadragesima, non tamen inducit (vt ex verbis eius constat) nouam obligationem. Suar. & Fagundez consule.

DVBIVM XIV.

Qui per totum annum Confessus non est, teneturne quam primum anno sequenti confiteri?

74 *Non tenetur.*

DVbium æque procedit siue culpabiliter, siue inculpabiliter non fuerit Confessus. Porro non tenetur quam primum anno sequenti confiteri, sed potest differre Confessionem vsque ad finem ferè anni sequentis. Quia Confessio annua est cuiusque anni pondus, sicut Officium diuinum est pondus diei: ergò sicut omittens hodie Officium, non tenetur cras duplex Officium recitare nec recitare statim, sed recitare potest qualibet diei crastinæ hora: sic qui Confessionem hoc anno omittit, non debet confiteri semel initio anni

anni sequentis, & iterum postmodum; sed semel solum tenetur pro illius præsentis anni obligatione quacumque anni instantia confiteri. Sic D. Antonin. *pa. 2. tit. 9. c. 9. §. 3.* Sylvest. *v. Eucharistia 3, qu. 15, dicto 3.* Cano apud Nugnum *in addit. quæst. 6. a. 5. diffic. 5.* Tabie. *v. Communicare, num. 10* Megala *part. 1. l. 5. cap. 3. num. 3.* & alij citati à Diana, *p. 2. tr. 4. resol. 130.*

Transacto anno tenetur, quamprimum
75 Confessionem facere nec vnica Confessio
Tenetur pla. sufficit pro Confessione, quam prælapso anno
to. omisit, & pro Confessione, quam pro sequenti
gerere debet. Quia ex Ecclesiæ vsu Prælati excommunicationem ferunt in eos, qui transacto tempore debito, non confitentur: quæ excommunicatio nõ est solum pro peccato præterito: nam si hoc esset, posset tolli per absolutionem à Parocho etiam extra Confessionem: Cum ergo tolli non possit, nisi confiteatur, signum est, latam fuisse pro peccato durante, donec homo confitendi obligationi satisfaciat. Ita Nauar. *sum. c. 21. n. 45.* Victor *n. 147.* Medi. *C. de Confes. q. 14.* Nugn. *in addit. qu. 6. a. 5. diffic. 6.* Valq. *q. 90. a. 3. dub. 2.* Luis. Turrian. *d. 21. dub. 3.* Lugo *de pœnit. d. 15. n. 177.* Fagund. *præc. 2. l. ... cap. 4. num. 6.* Suar. *to. 4. d. 36. sect. 4. n. 2.* Henriq. *l. 1. cap. 4. num. 6.* Coninch *d. 5. num. 63.* Laym. *l. 4. tract. 6. cap. 5. nu. 8.* Diana *p. 3. tr. 4. resol. 130.*

Hanc eligo sententiam. Nam Tridentinum
76 *Sess. 14. cap. 5.* asserit, voluisse Ecclesiam, quod
Explicatio, & ratio sententiæ. saltem semel in anno Confessionis præceptum ab omnibus impleretur: quibus verbis constat, terminum anni fuisse positum, vt terminum executionis, hoc est, vltra quem non differatur: non verò vt terminum in quo si non fiat, non sit obligatio faciendi. Fatendum enim est, vtroque modo solere tempus designari in præceptis, & votis. Quando autem vno, vel altero sit intelligendum, explicat Suarius *vbi sup.* & Sanch. *l. 4. Decal. c. 14. n. 24.* qui dicunt, id ex materia, ac circumstantiis præcepti debere potissime colligi. In casu autem nostro clare colligitur tempus designari vt terminũ executionis, quia præceptum Ecclesiæ fuit ad hoc, vt fideles non differrent nimium præcepti diuini obseruationem, vt Tridentini verba significant, nam dicere, quod saltem semel in anno obseruetur, est dicere, quod non plus differatur: Ergo qui elapso anno, adhuc non cõfitetur, transgreditur adhuc præceptum: agit enim quod maior sit dilatio. Idem demum nõ est in præcepto Officij, recitandi, & similibus, quibus tempus non præscribitur tanquam terminus executionis, sed vt terminus, cui annexum sit illud pondus, tanquam illius diei tributum. Fagund.

DVBIVM XV.

Qui, toto anno elapso, absque Confessione, postea inchoato iam anno sequenti confitetur, debetne iterum eodem anno confiteri?

77 Quæst. DEbet quidem. Quia iuxta moralem æstimationem illa confessio ad præcedentem annum pertinet, vnde tenetur etiam præcepto Confessionis anni illius inchoati satisfacere. Sic Suar. *tom. 4. disp. 36. sect. 4. numer. 5.* docens ex consuetudine debere Confessionem fieri circa Pascha: quare Paschate sequenti fieri debebit. Nugnus *in addit. quæst. 6. art. 5. diffic. 5.* Coninch *d. 5. dub 8.* Bonac. *disp. 5. de Sacram. quæst. 5. sect. 2. punct. 4. numer. 31.* Filliuc. *tr. 7. numer. 56.* Becan. *de pœn. capit. 36. quæstion. 8. concluf. 5.* Medi. *C. de Confes. quæst. 14.* Sotus *in 4. dist. 10. quæst. 1. articul. 4.* Nauar. *summ. c. p. 21. num. 45.* Sylui. *3. part. quæst. 8. art. 11. quæstiunc. 4.*

Minimè debet. Quia præceptum solummo-
78 do est de Confessione semel in anno facienda.
Non debet. Ergo hoc eodem anno ad aliam non tenetur Alioquin si deberet Confessiones etiam præteritas recompensare, obligaretur aliquis ad confitendum quater in anno pro tribus annis præteritis, quibus non est confessus. Ita Lugo *de pœnit. dub. 15. num. 180.* Hurtad. *de pœn. d. 7. diffic. 12.* Diana *parte. 4. tract. 4. resol. 206. & p. 8. tract. 7. resol. 80.* Imo Suar. citatus pro contraria sententia, fatetur, in sententia computante annum à Ianuario ad Decembrem, (vti ego computo) ità consequenter esse dicendum.

Cum his opinor. Nec officere existimo,
79 quod nonnulli obiiciunt, nempe exigendam
Cum his opinor. esse ab huiusmodi homine anno sequenti nouam Confessionem, alioqui de nouo excommunicandum. Nam excommunicabitur quidem pro Communionis defectu, quæ Paschate sequenti de nouo debetur, & ad quam prærequiritur noua Confessio, si mortali crimine grauetur. At si crimine lethali carer, nõ debet necessario cõfiteri, etiãsi non fuisset anteà confessus, nedum si confessus iam fuit.

DVBIVM XVI.

Qui præuidet, postea non sibi futuram opportunitatem confitendi hoc anno, tenenturne Confessionem præuenire, & initio, vel medio anni confiteri?

80 TEnetur quidem. Quia annuæ Confessio-
Tenetur quidem. nis præceptum in qualibet anni parte obligat: Ergo potest, initio anni, vel ante Quadragesimam adimpleri. Ergo tenebitur, qui putauerit toto reliquo anno fore impediendum. Sic Suar. *tom. 4. dub. 36. sect. 5. numer. 5.* Fagund. *præc. 3. l. 1. c. 6. nu. 3. & præc. 2. l. 1. c. 4. n. 16.* Diana *p. 3. tr. 4. resol. 69.* Lugo *de pœnit. dub. 15. numer. 182.* Bassæ. *verb. Confes. 1. num. 10.* & alij.

Non tenetur. Quia quando homo præuidet
81 futurum vspere impedimentum, non tenetur
Non tenetur. mane totius Officij Canonici recitationem præuenire: Ergo idem de Confessione annua dicendum. Ita nonnulli Auctores, quos presso nomine refert Ludou. de San. Iuan. *quæstion. 5. de pœnit. articul. 6. dub. 7.* Et Sà *verb. Confessio, numero 5.* probabile esse fatetur.

Primam sententiam, probabiliorem quidem
82

Primæ sententiæ probabilioris planè adhæreo.

dem eligo. Nam cum sit præceptum vniuersale pro anno toto, obligat ad cõfitendum in ea parte anni, qua possum; sicut alia præcepta similia, verbi gratiâ, audiendi Sacrum die Domica: debeo enim illud audire hora decima, quando in sequentibus horis non potero. Circa recitationem verò diuini Officij, secundæ sententiæ fundamentum, dixerim, aliquos asserere, non debere quem præuenire, quando impedimentum non est voluntarium, sed necessarium, vt morbus, captiuitas, &c. Alios tamen communiter id negare. Sed licèt daretur antecedens, consequentia non valet; quia anticipatio in officio diuino videtur esse licita ex priuilegio, quo posset aliquis nolle vti: at verò in nostro casu non datur talis anticipatio, cum præceptum confitendi non obliget peculiariter pro aliqua anni parte, sed pro toto anno, sicut præceptum audiendi Sacrum die festo. Lugo mecum.

DVBIVM XVII.

An ex vi Clement. 1. Ne in agro, *omnes Regulares tam viri, quàm fœminæ teneantur semel mensibus singulis Confessionem inire?*

83 *Tenentur.*

TEnentur quidem. Quia *Clement.* 1. *Ne in agro* Monachis Benedictinis indicitur, vt duodecies in anno, semel scilicet singulis mensibus ad Confessionem adstringantur. At cum statutum hoc Regularem decentiam respiciat, videtur ex Legislatoris mente omnes Religiosos obligare. Sic Nauar *sum. c. 2. num. 9.* Henriq. *l. 1. c. 4. n. 10.* Ludouic. *de pœnit. q. 9. a. 1. diffic. 1.* Villalob. *tr. 9. diffic.* 8. *n. 5.* Granad. *tr. 1. d. 9. n. 21.* Llamas. *p. 2. Meth. c. 3. §. 4.*

84 *Non tenentur.*

Non tenentur. Quia statutum hoc de solis Monachis D. Benedicti loquitur, nec apparet efficax ratio, cur sit ad omnes alios Regulares tã viros, quàm fœminas extendẽdum. Odia nãque sunt restringenda. Ita Fagund. *præc. 2. l. 1. c. 2. n. 18.* Viuald. *de Confes. n. 51.* Leand. *præc. 2. tr. 5. d. 3. q. 48.* Suar. *to. 4. d. 36. sect. 5. n. 7.*

85 *Probabilius hoc mihi.*

Existimo probabilius esse, reliquos Regulares viros, ac fœminas non habentes hoc statutum vel consuetudinem, non teneri, singulis mensibus Confessioni dare operam. Nam Cõcilium Tridentinum, cuius mentem fugere nõ poterat Clementinæ statutum, *sess. 25. c. 10. de Regularib.* non imperat Religiosis, vt singulis mensibus confiteantur; sed consilium impertit: & verbum *Moneo, quo Consilium vtitur, obligationem non inducit.* Scio tamen, ex Viualdi sententia, & Orlando *Consil. 222.* extendi huiusmodi obligationem confitendi mensibus singulis, ad Canonicos Regulares. Quia Rubrica tituli de huiusmodi Religiosis etiam loquitur, & vbi textus est dubius, Rubrica explicat, quomodo sit intelligendus.

DVBIVM XVIII.

An Monachi Benedictini non habentes nisi venialia, ex vi Clementinæ teneantur sub lethali, Confessionem gerere menstruam?

86 *Tenentur pleriq.*

TEnẽtur. Quia illi sponte sua se se ad hanc Regulam obligarunt. Non quidem obligantur ad hoc directè & immediatè ex vi præcepti Clementinæ, aut Regulæ, cum nullum præceptum humanum etiam Papale absque proprio consensu possit sub mortali ad venialium Confessionem obligare: quia hoc esset materiam Sacramenti mutare, & facere de venialibus materiam necessariam: nec ex vi Sacramenti pœnitentiæ, cum venialia ipsius materia necessaria, non sint: sed mediatè, id est, mediante professione, quam emiserunt, & qua mediante se obligarunt ad omnium statutorũ sui Ordinis obseruationem. Sic Canus *de pœn. p. 5.* Caiet. *tom. Opusc. opusc. 5. qu. 1.* Suar. *to. 4. d. 30. sect. 5.* Vasq. *qu. 90. a. 2. dub. 3.* Nauar. *ad c. Placuit, n. 110. & 122.* Nugnus *in addit. q. 6. a. 5. diffic. 7.* Reginal. *l. 6. nu. 106.* Laym. *l. 4. tr. 6. c. 5.* Hurtad. *de pœn. d. 7. diffic. 8.* Henriq. *lib. 1. cap. 4. num. 10.*

87 *Non tenẽtur.*

Non tenentur ex vi Clemẽtinę. Quia vt exponit Glossa *v. Mensibus*, Monachi arctantur singulis mensibus, ad quod fideles singulis annis arctantur: At nullus fidelium tenetur quolibet anno venialia fateri: Ergo nec Monachi mensibus singulis. Ita Sotus *in 4. dist. 18. qu. 1. a. 3.* Viuald. *de Confes. num. 52.* citans Ledesmam, Grabrielem & Scotum. Diana *p. 5. tr. 13. resol. 35.* Præpositus *in 3. p.* D. Thom. *q. 3. de confes. dub. 10. n. 62.* Villalob. *tr. 9. diffic. 28. n. 5.* Fagund. *præc. 2. l. 1. c. 2. nu. 17.*

88 *Hanc vltig sententiam.*

Existimo his hærens Doctoribus, huiusmodi Religiosos nec immediatè ex vi constitutionis *Clementinæ* 1. nec mediatè ex vi professionis ad venialium Confessionem teneri sub mortali. D. Tho. *in 4. dist. 16. & 17. qu. 1. quæstiunc. 4.* inclinat vehemẽter in eam sententiam, quæ docet Religiosos hos non teneri in particulari confiteri venialia, sed tantùm in communi, ita vt teneantur ad Confessarium accedere, ac dicere, se sibi conscios non esse alicuius mortalis, in venialibus autem deliquisse. Ad quod tamen, Angelici Doctoris veniâ, minimè eos obligarem, vti superius de fidelibus non habẽtibus lethale, quos quidem non teneri se Parocho sistere, nisi adsit scandalum, ex grauium Doctorum authoritate resolui. Latè Fagundez.

DVBIVM XIX.

An præfati Monachi ex Clementinæ vi teneantur sub mortali menstruam gerere Confessionem, si lethali crimine grauentur?

89 *Tenentur sub lethali.*

SVb mortali tenentur. Quia ex vi Clement 1. Monachi arctantur (vti explicat Glossa) singulis

singulis mensibus, ad quod fideles singulis annis arctantur: At fideles sub mortali tenentur annis singulis peccata lethalia confiteri: Ergo Monachi D. Benedicti sub mortali obligantur singulis confiteri mensibus. Sic Vasq. *q.* 90. *a.* 2. *dub.* 3. Hurtad. *de pœnit. d.* 7. *diffic.* 8. Luis. Turrian. *dub.* 21. *de pœnit. dub.* 3. Nugn. *in addit. quæstion.* 6. *articul.* 5. *diffic.* 7. & alij.

90 *Non tenentur.* Non tenentur mentinæ verba, nec pœna inibi imposita mortalem videntur obligationem inducere. Ità Nauar. *ad Cap. Vacuit, num.* 122. Caiet. *tom.* 1. *Opusc. opusc.* 5. *q.* 1. Ludou. de San Iuan. *q.* 9. *diffi.* 1. Diana *p.* 3. *tr.* 4. *resol.* 125. Barbo. *in remis. Concil sess.* 14. *c.* 5. Palao *to.* 4. *tr.* 23. *pun.* 20. §. 2. *nu.* 6.

91 *Hoc teneo, & expono.* Hoc probabilius esse reor. Nam si ex verbis Clementinæ grauis non colligitur obligatio, cur illis est gratis imponenda sub veniali igitur teneri reor Monachos D. Benedicti, singulis mensibus confiteri. Quod si obiicias ex Regula etiam obligari idem eis imperante, cui adstringi in professione promiserunt: respondeo, non teneri Regulares seruare sub mortali omnia Religionis statuta ex vi professionis. Nam abstinentia à carnibus non apponitur in Regula D. Benedicti vt præceptum, sed vt statutum quoddam, ad cuius obseruationem mediante professione Religiosi se obligant: & tamen Monachi carnibus vescentes, mortaliter non delinquunt, nisi id statuti gesserint in contemptum. Nec refert, quod statutum addat, posse in carcerem, qui contra id carnibus vesci ausus fuerit. Id enim debet intelligi de iis Monachis, qui vel per contẽptum, vel per contumaciam, vel contra superiorum obedientiam gesserint. Ex Palao.

DVBIVM XX.

An Monachi D. Benedicti, & D. Bernardi sub mortali obligentur semel in anno suis Prælatis fateri sua lethalia piacula, etiam aliis confessionibus ritè ac legitimè expositis?

92 *Obligantur quidem.* OBligantur quidem. Quia id non fit immediatè, scilicet ratione taciti voti, quod in professione emisere omnia statuta Religionis obseruandi, & ratione voti obedientiæ, quam in ipsa professione promittunt. Quemadmodum ille, qui Sacris initiatur se ad castitatem non immediate quidem, sed mediante Sacerdotalis statu, quem suscipit ex voto obligat. Sic Fagund. *præc. 2. d. 2. c. 2. n.* 6. Henriq. *l.* 3. *c.* 9. Nauar. *ad cap. Placuit. num.* 118. Llamas *part.* 1. *Metho. cap.* 5. §. 10. Reginal. *lib.* 6. *num.* 118. Tho. Hurtad. *tom.* 2. *tract.* 12. *capit.* 1. *Paragraph.* 2. *dub.* 11. *num.* 2101.

93 *Non obligantur.* Non obligantur sub lethali, imò nec sub veniali. Quia præterquam quod hoc nimium durum esset, iam huiusmodi consuetudo apud Cistercienses cessauit. Ita Coriolan. *p.* 1. *sect.* 1. *num.* 7. Vinald. *de confes. nu.* 67. Leand. *p.* 1. *tr.* 5. *d.* 2. *q.* 51.

Escob. & Mend. Theol. Moral: *Tom. VI. P. II.*

Scio, Dionysium Cistercienſ. de hoc statuto non bene sentire, quasi minus prudenter facto, nec obligandi vim habente: attamen simul scio, illud à duobus Pontificibus Sixto IV. ac Pio II. fuisse confirmatum, & commendatum tanquam rem per homines Sanctos stabilitam. Potuit enim (vti docet Vasq. *q.* 90. *a.* 3. *dub.* 6. *n.* 17.) fieri illud statutũ, concessa inferioribus Confessariis facultate absoluendi, & iniungendi simul in pœnitentiam illud onus iterum confitendi eadem Prælato peccata. Vel potuit prouenire ex constitutione absque subditorum etiam consensu. Nam licet pro tota Ecclesia non posset fieri talis lex obligans ad secundam eorumdem peccatorum Confessionem: non tamen video, cur non posset fieri in Religione aliqua obseruante, in qua possint ea præcipi, quæ ad perfectionem spectare videantur, quam finis illius Religionis intendit. Et quidem in nostra societate vna ex potissimis Regulis est, vt subditus torã suã conscientiam bis, aut semel in anno superiori manifestet, ita vt graue nihil eum lateat. Non ergo mirum, si Patres Sanctissimi Ordinis Cistercienſis legẽ tulerint de Confessione semel in anno cum Prælato gerenda. At fateor, ex alio capite posse aliquid periculi habere illam legem vniuersalem sub peccato graui obligãtem. Vndè in societate nõ est præceptum graue, sed sola regula manif. stationis prædictæ. Porrò in Cistercienſi Ordine illud statutũ iam ita Prælati moderari sunt, vt ter solùm in anno sibi reseruent subditorum confessiones: nec tunc eos obligant ad præcedentes Confessiones repetendum, sed solum ad piacula confitenda, quæ ab vltima confessione occurrunt. Vt Llamas Cistercienſ. *p.* 1. *Metho. c.* 6. § 20. testatur Cæterum, Coriolano aucto, extat Vrbani VIII. decretum, quo præcipitur, vt nullus superior possit subditos obligare, vt sibi confiteantur, nisi ipsi subditi sponte id velint, aut aliquo reseruato crimine teneantur. Facundum adi.

95 *Quid asserendum, vbertim expono.*

CAPVT VIII.

Circa qualitatem Confessionis, per quam huic Præcepto fit satis.

DVBIVM XXI.

An satisfaciat quis huic præcepto per Confessionem non integram, omittendo scilicet voluntarie aliquod externum piaculum?

SAtisfacit quidem. Quia Ecclesia præcipit Confessionem, non absolutionem: vnde absolutio videtur finis, non materia huius præcepti: Ergo licet aliquis ita confiteatur, vt culpa sua absoluatur inualidè, vel absolui non possit, nihilominus præceptum implet, & pœnas transgressoribus præscriptas euadet. Sic Sylueſt. *verb. Confessor.* 4. *num* 3. Sà *verb. Confessio, num.* 1. Victor. *num* 163. Alenſ. *in* 4. *q.* 77. *nu.* 5. *a.* 7. Gabri. *dist.* 17. *qu.* 1. *articul.* 3. *dub. vlt.* Palud.

96 *Satisfacit præcepto.*

dist 17.*quæs*.7. Diana verò *p*.3. *tr*.4. *resol*.130. & Fagund. *itandus* ait posse probabile.

96 *Non satisfacit.* Minimè satisfacit. Quia in Trident. *sess*.14.*c*. 5.*& can*.8. dicitur, Ecclesiam in hoc præcepto non imperasse Confessionem absolutè, sed solum determinasse tempus, in quo erat facienda Confessio, ad quam de iure diuino fidelis obligatur : Ergo præceptum Ecclesiasticum nequit impleri per aliam Confessionem, nisi per illam, quæ ex præcepto iuris diuini obligat: at præceptum diuinum Confessionis solùm impletur per Confessionem validam, non per inualidam. Ità Nauar. *sum*.*c*.10.*n*.4. Viuald. *de Confes*.*n*.81. Sotus *in* 4.*dist*. 18.*q*.3.*a*.3.*concl*. 6. Fagund. *præc*.2.*l*.1.*c*.4.*n*. 4. Medina, Ægidius Layman, Comitolus, Filliucius, quos citat, & sequitur Diana *vbi sup*.

97 *Hoc verius esse credo.* Hanc sententiam veriorem esse existimo. Nam Christus Dominus, nec Ecclesia præcipiunt Confessionem nomine tenus, sed propter veram Sacramenti receptionem & ob peccatorum absolutionem obtinendam. At qui suâ culpâ integrè non confitetur, non est dignus absolutione : Ergo nec præcepto diuino, nec Ecclesiastico satisfacit. Verùm si ex parte Confessoris, aut culpâ illius fuit inualida Confessio, vel quia non habebat iurisdictionem, vel approbatus non erat, & id pœnitens ignorabat : vel quia ex propria malitia non habuit absoluendi intentionem: tunc cùm sine pœnitentis culpâ contingat pœnas censuræ effugiet, aliásque iure impositas : tenebitur tamen, si aliquando id sibi constiterit, de nouo confiteri; qui præcepto re verâ non satisfecit. Ex Diana.

DVBIVM XXII.

An satisfaciat qui Confessionis annuæ præcepto, per Confessionem nullam ex defectu doloris pœnitentis?

98 *Satisfacit quidem.* SAtisfacit profectò. Quia Ecclesia solùm externam confessionem præcipit, & illius defectum punit, cuius executioni occultissimus defectus doloris, soli Deo cognitus, obstare non potest. Sic Gabriel. *in* 4.*dist*.17.*quæs*.1. *art*. 3. *dub*.*vlt*. Sylvest. *v*. *Confessor* 4. *num*. 3. Victor *num*. 163. Ludouic. *quæs*.8.*a*.2.*diffic*.2. asserens, definitum esse de Alexandrum *cap*. *Quod quidem, de pœnit & remiss*. cum, qui in Confessione Quadragesimali impœnitentiâ afficitur, satisfacere annuæ Confessionis præcepto, si Sacerdoti fateatur cuncta sua crimina & aperiat simul impœnitentiam, propter quam non absoluitur. Zerola apud Bonac. *d*.5.*qu*.5.*sect*.2.*pun*.4. *num*.23.

99 *Non satisfacit.* Minimè satisfacit. Quia Ecclesia potest in his casibus actum internum imperare, sine quo non stat actus externus præceptus; potest enim Ecclesia præcipere receptionem Extremæ vnctionis, v.gr. auditionē Sacri, Officij diuini recitationem; quę tamen omnia esse non possunt sine intentione interna recipiendo Sacramentū, audiendi Sacrū, orandi. Vnde si aliquis exterius vngeretur vel Sacro adesset, vel Officium materialiter legeret absque intentione recipiēdi Sacramentū, audiē. di Sacrū, vel orandi, proculdubio nō impleret præceptū, & per cōsequēs in curreret pœnas, quæ trāsgressoribus essent impositæ: Ergò potest similiter Ecclesia præscribere pœnitētiæ Sacramentū, licèt consequenter præcipiat actus internos ad valorem Sacramenti requisitos: & potest pœnam huius imponere. Ita Card Lugo *de pœnit*.*d*.15.*n*.138. Granad. *controu*.7.*d*.9.*n*.24. Vasq. *q*.92.*a*.3. *dub*. 5. Bonac. Azor. Coninch, Reginal. Nugn. Pitigian. Filliuc. Molsest. quos memorat, ac sequitur Leand. *p*.1.*tr*.5.*d*.3.*qu*.53. Palao *to*.4.*tr*.26.*pun*. 20 §.3.*n*.4. & alij.

100 *Hoc verius esse reor.* Hanc sententiam veriorem esse reor. Nam Ecclesiæ præceptum terminatur ad idem, quod à Christo Domino fuerat imperatum, vt ex Trident. *sess*.14.*c*.5. constat : Ergò Ecclesia pœnas imponens transgressoribus huius præcepti, imponit pœnas non facientibus semel in anno id, quod ex Christi præcepto debitum erat. At à Christo Domino non fuerat præceptum, nisi de vero Sacramento pœnitētiæ suscipiēdo. Rationē autē à priori exponā. Quia licet Ecclesia nequeat præcipere actus merè internos: potest tamē præcipere externos ita, vt detur visibilis subordinatio & conformitas inferiorum ad Superiores in hac visibili Hierarchia, vt Vasquez docet. Ad hāc verò visibilem subordinationē, & conformitatē nō solum requiritur in Ecclesia potestas percipiendi actus externos nudos, & inanimes, sed animatos actu interno. Didici ex Card. Lugo.

DVBIVM XXIII.

An præceptum annuæ Confessionis impleatur per Confessionem validam quidem, sed informem?

101 *Status quæstionis.* EQuidem in opinione negante posse dari Confessionem validam sed informem, cessat omninò quæstio; si enim talis confessio non datur, nec etiam per illam poterit præceptum impleri. Suppono igitur confessionem informem posse dari, & requiro, num per eam hoc præceptum Ecclesiasticum impleatur?

102 *Non impletur.* Non impletur. Quia Christus Dominus eam præcipit confessionem, quâ & à peccato absoluantur fideles, & gratiâ sanctificante donentur : Ecclesia autem determinando tempus requirit Confessionem fieri, qualem Christus Dominus præcipit. Ergo Confessione informi præceptum Ecclesiæ non impletur. Sic Medi. *C*. *de Confes*.*q*. *de confes*.*fidèla iteranda*, apud Vasquez *quæs*.92.*articul*.3.*dub*.5.*num*.5. immeritò citatus cùm sentiat oppositum. Ipse verò hanc sententiam defendit. Et alij, quos pressis nominibus memorat Fagundez *vbi infra*.

103 *Impletur quidem.* Impletur planè. Quia qui informem gerit Confessionem verè recipit Sacramentum pœnitentiæ, & aliquem illius effectum, licèt pro tunc gratiam Sanctificantem non recipiat. Ita Suar. *de pœnit*.*dub*.35. *sect*.4. Granad. *controu*.7.*tract*.1.*d*.8.*num*.16. Fagund. *præc*.2.*l*.1. *cap*.4.*num*.13. Lugo *de pœnit*. *dub*.15.*num*.137.

Bonacina,

Bonacina, Valent. Nugn. Henriq. quos affert, ac sequitur Leand. *p. 1 tr. 5. d. 3. q. 54.*

104 *Idem affirmo.*

Certè in ea sententia, quæ Confessionem validam, sed informem admittit, certum existimo, hoc præceptum impleri quoad substantiam; quia tunc pœnitens actum validum facit, Ecclesia vero solum imperat validam Confessionem. Et quia sæpius euenire potest, vt Confessio sit valida, sed informis absque vllo pœnitentis piaculo. Cur ergò tunc præceptum annuæ Confessionis non implebitur? Fagund. Sic.

DVBIVM XXIV.

Agit quis integram peccatorum Confessionem siue formatam, siue non, sed absolutionem non recipit: satisfacitne Confessionis annuæ præcepto?

105 *Satisfacit.*

SAtisfacit quidem. Quia præceptum Confessionis non est impositum, nec imponi potest de actione quæ in pœnitentis potestate non sit, sed Confessionis solùm, vt est absolutio. Sic Azor. *l. 7. c. 29. q. 4.* loquutus de pœnitente, qui dignè fuit confessus, sed Confessarij malitia absolutionem non accepit. Ludou. de SanIuan. apud Leandrum *citandum.* Victor. *q. 161.* loquutus de illo, qui omnia sua crimina confitetur, sed dolore vero non afficitur. Et alij citati à Suario *to. 4. d. 36. sect. 7. n. 1.*

106 *Non satisfacit.*

Non satisfaci. Quia nullatenùs pœnitentiæ recipit ille Sacramentum. Ergo præcepto huic non satisfacit imperanti vt Sacramentum recipiamus. Ita Durand. *in 4. dist. 17. quæst. 14.* Sotus *dist. 18. q. 3. a. 5.* Nauar. *sum. c. 10. n. 4.* Suar. *to. 4. d. 15. sect. 4.* citans P. Soto, Michaëlem, ac Barthol. de Medina, Viualdum, & alios. Lugo. *de pœn. d. 15. nu. 136.* Fagund. *præc. 2. l. 1. c. 4. nu. 13.* Reginal. *l. 6. nu. 58.* & alij.

107 *His hæreo Doctoribus.*

Existimo, non satisfieri Ecclesiæ præcepto per quamcumque confessionem, absolutione non sequutâ. Quia Ecclesia præcipit non aliquid nouum, sed id, quod ex Christi Domini præcepto debitum erat. Christus verò non præcepit Confessionem vt cũque, sed Confessionem, quæ per Iudicis sententiam terminaretur: Ergo hoc ipsũ Ecclesia præcipit, singulis annis fieri; non enim fuere duo Christi præcepta, vnum Confessionis agendæ, alterum recipiendæ absolutionis; sed vnum vtriusque, scilicet, hoc Sacramentum recipiendi. Ergo cum Ecclesia illud Christi præceptum voluerit annis singulis obseruari, præcepit totius Sacramenti receptionem.

CAPVT IX.

Circa eos, qui à Præcepto Confessionis annuæ seruando excusantur.

Escob. & Mend. Theol. Moral. *Tom. VI. P. II.*

DVBIVM XXV.

An excusetur à Præcepti huius impletione, qui nequit aliter quàm per scripturam confiteri?

108 *Certa suppono.*

CErtum est excusari eum, qui copiam Confessarij non habet, siue physicè, siue moraliter: quapropter non solum physica, & absoluta impotentia, verum etiam moralis, vt est difficultas extraordinaria eundi ad confessarium, aut quando quis nequit sine graui detrimento famæ, vitæ, &c. confiteri, vere ab impletione præcepti excusabit. Quæsierim verò an sit reputanda impotentia, cum quis nequit aliter, quam per scripturam confiteri eo quod ipse sit mutus, & confessarius surdus, & non possit nutibus explicare peccata?

109 *Excusatur quidem.*

Excusatur quidem. Quia scriptura est publicum instrumentum, vnde qui piacula scribit se periculo exponit, scriptum amittendi, quod poterit graui incommodo ad alterius manus peruenire. Sic Filliuc *tr. 7. num. 63.* Llamas *p. 2. Merho. c. 3. §. 2.* Victoria *n. 173.* Vega *p. 1. summ. c. 63. casu 16.* Tolet. *l. 3. c. 6.* Richard. *in 4. dist. 17. a. 2. q. 5.* Nauar. *sum. cap. 21. nu. 36.* Armil. *v. Confessio. n. 123.* Angel. *n. 32.* Valent. *tom. 4. d. 7. q. 11. pun. 1.* Henriq. *l. 4. c. 4. n. 4.*

110 *Non excusatur.*

Non excusatur, sed tenetur per scriptum confiteri, si Sacerdos præsens adsit. Quia commodè aut certè sine difficultate magna potest sic præceptum seruare: Ergo tenetur. Ità Sylu. *v. Confessio 1. quæst. 5.* Caiet. *in d. condit. 11.* Petr. de Soto *de Confess. l. 11.* Palud. *in 4. dist. 17. q. 2.* Nugn. *in addit. ad q. 6. a 6. d ssic. 3.* Cajus *relect. de pœnit.* Suar. *to. 4. d. 36. sect. 6.* Vasq. *q. 90. a. 4. dub. 5.* Coninch. *d. 5. dub. 10. n. 78.* Hurtad. *d. 8. diffic. 4.* Granad. *tr. 1. de pœnit. d. 9. art. 4.* Bonac. *d. 5. q. 5. sect. 3. pun. vlt. num. 6.* citans Pesantium & alios.

111 *Auctoris resolutio.*

Existimo per scriptum non expedire communiter præsenti Sacerdoti fateri, nam periculum adest, vt amissa, ac sublata papyrus legi possit ab aliis. At si cautè absque periculo fiat, vt fieri planè potest, tenetur quis sic confiteri ad annuæ Confessionis implendum præceptum. An non facile potest qui eget scripto, modum scribendi mutare, vel literas, vel separatim ostendere peccatorum species in libro impresso, & in alia papyro numerum peccatorum, ne aliis valeat innotescere? Mutus igitur, qui nouit scribere debet sub ea, aut simili cautela (si necessaria sit ad secretum) vt præceptum ad impleat, confiteri. Suar. mecum.

DVBIVM XXVI.

Ad satisfaciendum præcepto Confessionis Ecclesiastico, tenetur quis si aliter non valeat) per interpretem fateri?

112 *Tenetur quidem.*

TEnetur quidem. Quia non apparet notabile detrimentum sequi ex confessione per

interpretem fidelem, ac prudentē, cui non minùs quàm Confessario ipsi pœnitēs fidere valeat. Siquidē interpres etiam obligatus secreto permanet: vnde totū detrimentū est, vt pecta, quæ alias deberent esse nota vni, duobus manifestentur. Hoc autē non est tāti ponderis vt ab huiusmodi obligatione excuset. An nō sæpe qui casū reseruatū habet, potest in casibus sibi permissis absolui directè ab inferiori, cū onere tamen comparendi postea corā superiore. Hic, inquā, non potest confiteri suum peccatū inferiori hic & nunc, quin cogatur illud duobus manifestare. Sic videtur sentire D. Tho. *in ad. it. ad q. 9. a. 3. ad 2.*

113 *Minimè tenetur.* Minimè tenetur. Quia Ecclesiasticū præceptū cūtāto onere nō obligat: manifestari enim graue delictū meū duobus, grauissimū quidem onus est. Ita Nauar. *sum. c. 21. n. 36.* Caiet. *v. Confessio condit. ii.* Valent. *to. 4. d. 7. qu. 11. pun. i.* Diana *p. 3. tr. 4. resol. 129.* citans Fagundium, Luisium, Turrianum, Gasparem Hurtado, Ioannem de la Cruz, Laymanum, Villalobos, ac Filliucium. Suar. *to. 4. d. 36. sect. 6. nu. 4.* Becan. *de pœnit. c. 17. q. 5.* Lugo *de pœnit. d. 15. n. 75.* Basse. *v. Confessio 2. n. 2.* & alij communiter.

114 *Auctoris sententia.* Certum mihi, ad satisfaciendum præcepto Confessionis annuæ non obligari pœnitentē, vt per interpretē confiteatur. Quia obligatio hæc solū est ex Christi Domini præcepto provt à Christo latū est, nō provt ab Ecclesia habet determinationē ad tēpus. Scio hanc resolutionē esse cōtra P. Vasquez *d. 9. dub. 3. num. 9.* docentem, si talis obligatio esset ex præcepto Christi: nō minus fore ad Confessionē annuā, quā ad confessionem ex Christi præcepto in mortis articulo, de quo *Vol. 2.* Nam præceptum Confessionis annuæ non est humanum tantum, sed modificans ius diuinum: Ergo si ius diuinum obligaret, etiam & ius positiuū, quo illud modificatur. Cæterum Crediderim, non aduertisse P. Vasquez ad verba, quibus Ecclesia illam obligationē imposuit, scilicet vt pœnitens deberet *singulis annis solus* proprio Sacerdoti cōfiteri. Non potuit ergo Ecclesia velle, quod ius diuinum obligaret, quando pœnitens non potest *solus* confiteri, sed coram alio, cum expressè excluserit à tali obligatione, vel modificationę casum illum.

CAPVT X.

Circa Pœnas transgressoribus huius Præcepti impositas.

QVÆSTIO INCIDENS.

Num de iure communi sit pœna imposita præcepti annuæ confessionis transgressoribus?

115 *Non est imposita.* IMPOSITAM non esse videtur. Quia Ecclesia non potest huiusmodi piaculum punire: pœna pertinet ad forum externum: at delictum est ita occultum vt in foro externo probari non possit. Sic Durand. *in 4. dist. 17. quæstion. 17. alius 14.*

116 *Imposita est.* Imposita est. Quia Ecclesia potest, imò de facto imposuit: arcentur enim transgressores huius præcepti ab Ecclesia, & Ecclesiastica sepultura priuantur. *cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remis.* Vtrumque autem requirit prius sententiam à Iudice ferendam, vt patet ex verbis ipsius textus: *Arceantur ab Ecclesia priuentur Ecclesiastica, sepultura.* Ideò optimè dixit Cano *in relect. de pœnit. part. 5.* has pœnas incurri non posse, nisi quando transgressio præcepti est manifesta, tunc enim probari potest in iudicio crimen, vt hæ pœnæ imponantur. Ita Suar. *to. 4. d. 36. sect. 8.* Granad. *de pœnit. d. 9. num. 31.* Hurtad. *de pœnit. d. 7. diffic. 9* Bonac. *de pœnit. d. 5. sect. 5. quæs. 2. punct. 4. num. 3.* & alij communiter.

117 *Nec vnicè verum.* Certum mihi, erroneè Durandum primam sententiam defendisse; dubium enim non est posse Ecclesiam ad eiusmodi pœnas imponendas iustissimam habere potestatem; nam vt illas iustissimè imponat, satis est, quod peccatum sit externum, licet per accidens sit occultum, ac probari non valeat. Porro in iure communi huius præcepti transgressoribus excommunicatio non imponitur: vnde recognoscendum erit, an in iure particulari, hoc est in constitutionibus alicuius Diœcesis imponatur.

DVBIVM XXVII.

An qui culpa sua inualidè confitetur annuæ Confessionis instantiæ, euadat pœnas à iure, aut à Synodo impositas?

118 *Pœnas euadit.* QVi confitetur inualidè eo quod voluntariè aliquod lethale crimen subtacet, vel caret necessario dolore, vel correctionis non fouet propositum, pœnas euadit. Quia præceptum implet; Ecclesia enim præcipit Confessionem, non absolutionem vnde absolutio videtur finis, non materia huiusce præcepti Ergo licet aliquis ita confiteatur vt culpa sua inualida sit Confessio, & ideo absolutionem non recipiat implet præceptum, & pœnas trāsgressoribus impositas euadit. Sic Syluest. *verb. Confessio 4. num. 2.* Sà *ibi. numer. 1.* Victor. *summ. num. 163.* Alens. *4. p. q. 77. memb. 5. articul. 7.* Gabri. *in 4. dist. 17. quæstion. 1. articul. 3. dub. vltim.* Palud. *dist. 17. quæstion. 7.* Cano *in relect. de pœnit. parte. 5.* Ledes. *quæs. 8. a. 2.*

119 *Non euadit pœnas.* Non euadit pœnas. Quia præceptum minimè implet. Nec Christus enim nec Ecclesia Confessionem præcipit nisi propter omnium peccatorum absolutionem, in qua præcipuè pœnitentiæ sistit Sacramentum: At qui sua culpa integrè non confitetur, aut non afficitur dolore, vel nō fouet correctionis propositum, Sacramentalis absolutionis indignus exponitur. Ergo præcepto non satisfacit, vnde pœnis à iure, & à Synodo impositis manet obnoxius. Ita Viuald. *in Candelab. vbi de confess. numero 51.* Nauar. *sum.*

*sum.c.*10.*n.*4, Medina *sum.l.*1.*c.*14.§.41. Sotus *in* 4.*dist.*18.*q.*3.*art.*3.*concl.*6. Petr Soto *de confes. lect.*8 Fagund.*præc.*2.*l.*1.*c.*4.*n.*5. Comitol.*lib.*1. *resp.moral.q.*10.

119 *Cum his sento.* Veriorem hanc sententiam esse non dubito. Vnde per Confessionem inualidam ex parte pœnitentis non impletur præceptum, & Sacrilegus ille non euadit excommunicationē Synodalem ipso facto impositam, nec reliquas pœnas à iure præscriptas. Si tamen ex parte Confessarij, seu illius culpa fuit Confessio inualida, vel quia non habebat iurisdictionem, pœnitente, vel quia intentionem absoluendi non habuit: pœnitens à pœnis Synodi, aut iuris liberabitur. Nam vbi non est culpa, cessat pœna ob illam imposita.

DVBIVM XXVIII.

An pueri non implentes Confessionis annuæ præceptum incurrant pœnas trangressoribus præscriptas?

110 *Incurrunt quidem.* INcurrunt quidem. Quia obligantur præcepto Ecclesiastico, quando peccati lethalis conscientia sauciantur, vt constat ex textu *cap. Omnis, de pœnit. & remiss.* ibi: *Omnis vtriusque sexus fidelis, cum ad annos discretionis peruenerit.* Ergo mox ac vsus rationis siue sexto, siue septimo anno eluceſcat, implendi præceptum habent pueri obligationem: Ergo pœnis transgressori impositis subiiciuntur. Vnde in aliquibus locis assolet excommunicatio ferri vniuersaliter contra omnes, qui post octauum ætatis annum non confitentur: vt in quadā Synodo Cōpostellana, *cap. de pœn.* refertur factu. Sic Ægidi.*d.*13.*dub.*6.*nu.*45. Alterius *l.* 3.*de censur.d.*10.*c.*4. Hurtad.*d.*7.*diffe.*9. & alij.

121 *Non incurrunt.* Minimè incurrunt. Quia Ecclesia licet obliget pueros à discretionis ætate ad annuā Confessionem, non tamen solet regulariter præfatis pœnis eos ante duodecimum vel decimum quartum annum punire. Ita Card. Lugo *de pœnit.d.*15.*n.*150. Vasq.*qu.*90.*a.*2.*dub.*4. Suar.*to.*4.*d.*36.*sect.*2.*nu.*4.*& sect.*8.*n.*5. Cord. *summ. quæstion.* 60. *dist.* 4. Sanchez *sum. l.*1.*c.*12.*n.*7. Azor.*l.*7.*c.*40.*q.*6. Henriq.*l.*8. *c.*41. Fagund.*præc.*2.*l.*1.*c.*3.*n.*15. Diana *p.*10.*tr.* 12.*resol.*36 citans Leandrum.

122 *Hoc verius puto.* Hanc sententiam veriorem esse existimo. Piè enim creditur Matrem Ecclesiam noluisse vsque ad præfatum annum pueros Censuris, vel aliis pœnis diuerberare. Fateor, in aliquibus Synodis ferri excommunicationem vniuersaliter contra omnes, qui post octauum ætatis annum non confitentur. Sed etiam non me latet, in aliis locis positiuè excludi pueros ab incurrenda censura, vt in quadam Synodo Abulensi *tit.*1.*p.*2. Quandò verò nihil dicitur, intelliguntur, me iudice, excepti iuxtà vsum communem aliarum excommunicationum: licet in aliquo casu speciali possint illam incurrere, vt Vasquez *n.*7. adnotauit de puero doli capace septa Monasterij Monialium ingrediente, & de excommunicatione percussionem Clerici solet communiter idem affirmari. Azor.

DVBIVM XXIX.

An meretrices præceptum Confessionis annuæ violantes, incurrant pœnas à Iure præscriptas, ac Synodalem excommunicationem?

123 *Non incurrunt.* NOn incurrunt. Quia licet mortaliter delinquant non implendo illud, non tamen denunciantur, etiamsi per multos annos à Confessione abstineant. Adde earum statum miserrimum permitti ob maiora incommoda vitanda; commoda ergo permitti diceretur, si tam rigidis pœnis subiaceret? Sic Zerola *in praxi Episc.p.*1.*v. Lupanaria* §.3. Viuald.*de confes.n.*60. Sà *v. Confessio* 43. Graf.*l.*1.*c.*9.*n.*8. Manu.*in addit. ad Bul.*§.11.*n.*133.

124 *Idem affirmo.* Crediderim, meretrices, ac publicos peccatores non solum peccare mortaliter non implendo hoc præceptum, sed etiam excommunicationē Synodalem, & alias iuris pœnas incurrere, & voluisse Episcopos illos comprehendere, quamuis non soleant publicari, ac denunciari. Nullam enim mulierculę illę habent iustam causam, ob quā nō comprehendantur, imò habent iustissimam, vt excommunicentur. Certè nullibi in constitutionibus aliquarum Diœcesum quas legerim (imo quas legerit P. Fagundez hanc materiam ex professo digerens) meretrices excipiuntur, & nobis non constat de contraria Prælatorum voluntate. Quamuis enim non soleant declarari, ac publicari, id quidem parum obest resolutioni. Quia quamuis id sit fauor: tamē fauor eiusmodi magis respicit personas, quæ cum hisce mulierculis communicant, quam ipsas meretrices. Moneo demum, præfatas pœnas incurri ob solam Confessionis omissionem, etiamsi quis communicet: aut è contra ob solam omissionem communionis, etiamsi quis confiteatur. Quia licet in *cap. Omnis* vtrumque simul præcipiatur, mens tamen Pontificis est, fideles vt neutrum horum omittant, obligare. Suar.*to.* 4.*d.*36.*sect.*8.*nu.*3. Granad.*controu.*7.*tr.*1.*d.*9.*nu.* 36. & alij communiter.

LIBER XLIV.

PRÆCEPTVM TERTIVM DE COMMVNIONE ANNVA.

TERTIVM *Ecclesiæ præceptum est annua in Paschate Communio. Nonnulla generatim de communione indicabo. Vim præcepti expendam. Vbinam sit implendum, aperiam. Aliáque ad materiam attinentia enodabo.*

SECTIO PRIMA.

De Præcepto annuæ Communionis Receptiores sine pugna Sententia.

CAPVT I.

Plura generatim circa Sacram Communionem præmitto.

1 *Communio Sacra non est necessaria necessitate medy.*

COMMVNIO Sacra, seu Sacræ Eucharistiæ sumptio propriè loquendo, non est hominibus necessaria necessitate medij ad salutem. Quia duo tantùm sunt Sacramenta, quæ personis singularibus necessaria sunt, vt salutem consequantur æternam, nempe Baptismus pro omnibus, & Pœnitentia pro lapsis in lethale piaculum post Baptismum. D. Thom. 3. *part. q.* 65. *articul.* 4. Suar. *de Eucharist. d.* 40. *sect.* 2. *concl.* 3. Diana *p.* 5. *tr.* 13. *resolut.* 28.

2 *Necessaria est necessitate præcepti diuini.*

Fidelibus tamẽ adultis necessaria est necessitate præcepti diuini nõ tantũ in mortis articulo per modũ viatici, sed etiam ante illius periculi instantiam: nec semel dumtaxat, sed sæpius in vita, vt patet ex Christi Domini verbis Ioan. 6. *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, non habebitis vitam in vobis.* Quia instituta est per modum spiritualis alimenti, quod, sicut, & corporale, sæpius est in vita sumendum. Hoc autem præceptum diuinum non obligat, nisi quando decenter ac reuerenter sumi Eucharistia potest. Tempora verò, quibus per se obligat hoc præceptum diuinum, non possunt definiri, sed prudentis arbitrio relinquenda definitio est. Nam quod aliqui dictitant, esse obligationem, quoties vehemẽs vrget tentatio, talis obligatio erit per accidens, hic autem agitur de obligatione per se, excluso omni extrinseco obligante. Scio, aliquem dixisse, hoc præceptum obligare saltem tertio, vel quarto anno; sed non conuincit; quia posset quis intra id tempus probabiliter existimare, se nullo modo obligari ad hoc Sacramentum suscipiendum. Quo in casu non posset de mortali damnari. Sylui. *in* 1. *part qu.* 80. *art.* 11. *quæstiunc.* 1. *conclus.* 1. *&* 2. Becan. *de Sacram. c.* 23. *q.* 4. *n.* 2. Layman. *l.* 5. *tr.* 4. *c.* 5. *n.* 2. Fagund. *præc.* 3. *l.* 1. *c.* 3. *n.* 4 Suar. *de Euch. d.* 69. *sectione* 3.

3 *Quando necessitas non adest, non licet Eucharistiã non ieiunus ministrare.*

Quando nullum probabile periculum mortis, vel diuturnæ phrenesis infirmo videtur imminere, illicitum est ipsi non ieiuno Sacram Communionem ministrare. Quia ob solam necessitatem Eucharistia non ieiunis potest exhiberi. Suar. *d.* 68. *sect.* 3. Henriq. *l.* 8. *c.* 29. Fagund. *l.* 1. *c.* 5 *nu.* 4. *&* 19. Zambran. *de Euchar. c.* 3. *d.* 5. *n.* 1. Et patet ex Concilio Carthaginensi 3. *c.* 29. 48. & ex Toletano 7. *c.* 2.

4 *Qui sex, vel octo diebus ante mortis periculum Eucharistiam susceptã.*

Qui sex, vel octo diebus priusquam in mortis periculum incidisset, communicauit, non obligatur iterum Eucharistiam per modum Viatici recipere, (quamuis id ei esset consulendum.) Quia præceptum de Eucharistia ante mortem sumenda secundum substantiam impleuit: eo quod vnusquisque in suis actionibus censetur habere intentionem virtualem implendi omnem obligationem, quam potest, & debet, licet fortasse eam ignoret. Richard. *in* 4. *dist.* 12. *a.* 6. *q.* 1. Durand. *dist.* 9. *q.* 2. *a.* 2. Sotus *dist.* 12. *q.* 1. *a.* 11. Laym. *l.* 5. *tr.* 4. *c.* 5. *n.* 4. Suar. *d.* 69. *sect.* 3.

5 *Perseuerãte morbo, & periculo*

Verùm qui in mortis articulo constitutus Communionem per modum Viatici accepit perseuerante morbo, & eodem periculo, potest iterum recipere per modũ Viatici, quãuis ad

ad hoc nō obligetur. Potest inquā, quia moriturus, vel de indiget tanti Sacramēti præsidio, & id sæpius ad vincendas occurrentia tentamina, & delinquendi superanda pericula. Non obligatur, quia per vnam communionem fit satis diuino præcepto communicandi in periculo mortis. Sylui. *3. par. q.* 80. *a.* 8. Henriq. *lib.* 8. *cap.* 50.

6 *Qui valens nunc Eucharistiam sumpsit.*

Qui mane valens Eucharistiam sumpsit, & postmodum incidit in mortis periculum, potest iterum non ieiunus per modum Viatici communicare, iuxta sententiam receptissimam illorum, qui asserunt, non satisfieri præcepto diuino per communionem ante mortis articulum licèt paulò ante factam. Quia præceptum communicandi in articulo mortis, cui non est satisfactum Communione ante periculum id facta, est diuinum & maioris ponderis, quàm prohibitio Ecclesiastica non communicandi eodem die nisi semel & ieiunus. Gaspar. Hurtado *de Euchar. dub.* 10. *diffic.* 2. Bresser. *de conscient. l.* 1. *c.* 8. *num.* 100. Diana *p.* 4. *tract.* 4. *resol.* 197 & plures grauissimi viri Academiæ Complutensis.

CAPVT II.

De Præcepti Ecclesiastici annuæ Communionis obligatione.

7 *Annis discretionis ad. sentientibus omnes tenē. Eucharistiam in Paschate recipere.*

POstquam fideles ad annos discretionis peruenerint tenentur Ecclesiastico præcepto parere præscribenti, vt annis singulis Eucharistiæ Sacramentum in Paschate suscipiant, *cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss.* Nisi forte de proprij Sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab huiusmodi sit perceptione abstinendum. Omnes Sic.

8 *Non omnes qui tenētur confiteri, tenentur communicare, ex rationis usu.*

Non statim ac homo habet rationis vsum, quo est lethalis piaculi capax & obligationis confitendi, Paschalis communionis lege obligatur: sed per aliquod tempus, vel etiam per aliquot annos potest ad confitendum, priusquam ad communicandum obligari. Quia magnum est inter Sacramentum vtrumque discrimen; Confessio enim magis est necessaria, & hoc ex capite debet anticipari: Eucharistia vero est longe dignior, idcóque ad illius vsum maturior ætas est exspectanda, vt possit suscipiens conuenienti dispositione accedere, & grauiori iudicij pondere, inter hunc cœlestem, aliósque communes cibos discernere. Conueniunt Doctores.

9 *Non potest assignari annorum numerus definitus, quo obligatio incipiat.*

Profectò in qua ætate obliget communionis Paschalis præceptum, non potest generatim per ætates, seu annorum numerum definiri. Vnde determinatio ex Confessarij iudicio pēdet, qui quidem præmisso examine, puerorū discretionis documentum capiet. Nauar. *sum. c.* 21. *num.* 57. Tolet. *lib.* 6. *cap.* 18. *num.* 2. Tanner. *3. part. d.* 3. *q.* 8. *dub.* 3. *num.* 11. Fagund. *prec.* 3. *libr.* 1 *cap.* 5. *num.* 21. Diana *part.* 3. *tract.* 6. *resol.* 70. Suar. *tom.* 3. *dub.* 70. *sect.* 1. & *tom.* 4. *dub.* 36. *sect.* 2. Azor. *tom.* 1. *libr.* 7. *capit.* 30. *quæstion.* 10.

Nomine Paschatis Ecclesiastica consuetudo declarauit ex decreto Eugenij IV. comprehendi quindecim dies à Palmarum Dominica ad Dominicam in Albis inclusiuè. Queisdam tamen in locis consuetudine, aut Pontificio priuilegio hoc tempus productum est, vt vel integram Quadragesimam complectatur, vel quatuor hebdomadas, duas ante, & duas post Resurrectionis solemne, seruandus circa hoc vsus cuiusque Diœcesis legitimè præscriptus. Episcopi enim iuxta mentem præfati *cap. Omnis vtriusque sexus.* ob aliquas rationabiles causas poterunt tempus Paschale ad huius præcepti impletionem producere. Nauar. *sum. c.* 21. *n.* 45. Sylues. *v. Eucharistia* 3. Henriq. *l.* 8. *cap.* 55. Fagund. *prec. 1. l. 1. cap.* 5. *nu.* 3. Filliuc. *tract.* 4. *num.* 55. Bonac. *tom.* 1. *dub.* 4. *question.* 7. *punct.* 2. *numer.* 6. Suar. *in* 3 *part. tom.* 3. *dub.* 70. *sect.* 2.

10 *Nomine Paschatis intelliguntur dies à Dominica Palmarum ad Dominicam in Albis.*

11 *Qui Paschalem cōmunionem prætermisit.*

Qui Paschali tempore seu iusta seu iniusta de causa Sacram Communionem accipere prætermisit, postea quam primum commodè possit communicare debet: & quantò diutius differt, tantum magis peccatum adauget, Quia præceptum affirmatiuum de communicando in Paschate, tacitam negationem continet, ne vltra Pascha communio differatur: & terminus annuus conceditur, vt tunc esset obligatio, sed vt adimpletio non possit vlterius differri; sicut in contractibus, quando statuitur tempus vltra quod non potest differri solutio, si tunc nō fiat obligatio non extinguitur, sed perseuerat. Et quia præcipua Ecclesiæ intentio est, obligare fideles ad communionem singulis annis sumendam, secundariò determinat tempus Paschale. At si quod secundarium est, negligatur, aut exequi ne possit, quod principale est, debet impleri. Suar. *dub.* 70. *sect.* 2. & *to.* 4. *dub.* 36. *sect.* 3. *num.* 3. Sylui. *in* 3. *part quæst* 80. *articul.* 11. *quæst.* 4. Fagund. *prec.* 3. *libr.* 1. *cap.* 6. *num.* 2. Azor. *tom.* 1. *libr.* 7. *capit.* 30 *quæst.* 5. Laym. *lib.* 5. *tr.* 4. *capit.* 5. *numer.* 8. Nauar. *capit.* 21. *numer.* 45.

CAPVT III.

De loco vbi Eucharistia Paschali tempore ad præcepti impletionem, sit accipienda.

12 *Necessum est in propria Parochia communicare.*

STando in iure communi Canonico, soli Parocho ex officio competit Eucharistiam ouibus suis ministrare: & idcircò ad propriam Parochiam accedere oportet, aut ad alienam aut alibi de proprij tamen Parochi facultate. Quia sicut Parochus potest dare licentiam suis Parochianis vt alia Sacramenta, verbi gratiâ, Matrimonij, Confessionis Extremæ vnctionis ab aliis accipiant, ita etiam

potest illam ad Eucharistiam recipiendam impertire. *cap. Omnes vtriusque sexus.* Porrò in *Clement. Religiosi, de priuileg.* excommunicantur Religiosi Eucharistiam, Extremam Vnctionem ministrantes, vel Matrimonium solemnizantes sine Parochi licentia speciali, vel generali, & excommunicatio hæc est Summo Pontifici reseruata. Nauarr. *cap. 21. numer. 45.* Theoph. *in Parochiali, part. 4. articul. 3.* Henriquez *lib. 8. cap. 55. numer. 1. litter. B.* Fagundez *præcept. 3. lib. 1. cap. 5. num. 5.* Manuel. *tom. 1. qq. regul. quæst. 56. art. 3.* Miranda *tom. 1. quæst. 42. articul. 1.*

13 *Religiosi Mendicãtes amplissimam ad ministrandam Eucharistiam extra Paschale tempus.*

Profectò amplissima sunt à Summis Pontificibus Religiosis Mendicantibus priuilegia, vt Eucharistiam ministrare valeant. Legendus Manuel. *tom. 1. qq. regul. quæst. 56. art. 3.* & Compendium priuileg. *verb. Communicare, numer. 4. & 9.* An verò Sacerdos Regularis Paschali tempore valeat sæcularibus ministrare Eucharistiam, vt præceptum annuæ Communionis adimpleant, per Dubium *sect. 2.* est discutiendum.

14 *Peregrini, viatores, & vagi possunt tẽpore Paschali in Ecclesiis Regularium præcepto huic satisfacere.*

Peregrini, viatores, vagi, & ij, qui extra Parochiam suam ad certum tempus, vel domicilium habent, vel commorantur: item ij, qui in ipso Paschatis tempore in aliena Parochia degentes ad suam accedere commodè nequeunt, possunt Eucharistiam in Ecclesiis Regularium accipere. Quia exceptio diei Paschatis apposita in *Clement. 1. de priuileg.* fuit in fauorem Parochorum introducta, & vt saltem eo tempore omnes Parochiani ad suam Parochiam confluerent: at in casu nostro nulla Parochis iniuria irrogatur, cum huiusmodi peregrini, viatores, vagi sui Parochiani non sint, & propria parochia eo in Oppido careant: vnde Religiosi censentur proprij Parochi ex tacita licentia ministrare. Nec obstat, Eugenium IV. decreuisse, huiusmodi vagos, viatores, & peregrinos adipisci incolatum ad Sacramenta Cõfessionis, & Communionis tempore Paschatis, licet ibi tempore modico steterint. Quia hoc fuit concessum in fauorem peregrinorum ad tollendos eorum scrupulos, non tamen eos obligauit, vt alienis Parochis subiicerentur, sed eos iuris communis dispositioni reliquit. Sanchez *libr. 3. de matrimon. d. 23. num. 17.* Manuel. *tom. 1. qq. Regul. quæstion. 56. art. 6.* Portel. *in dub. Regul. verb. Sacramentorum administratio, numer. 6.* Fagundez *præcept. 3. libr. 1. capit. 8. numer. 5.* Suar. *in 3. part. tom. 3. d. 72. sect. 2.* Henriquez *libr. 8. capit. 55. numer. 1. litter. G.* Caiet. *verb. Absolutio.* Diana *part. 3. tractat. 2. resolut. 12.*

15 *Serui Religiosorum, qui in Monasteriis nõ degunt, debent in Parochia communicare.*

Aliter dicendum de seruis, qui in Monasterio habitant.

Serui Religiosorum, qui in Monasteriis non degunt, aliisve locis à cura Parochorum exemptis, debent Paschatis tempore in propria Parochia Eucharistiam suscipere, ex declaratione Cardinalium tẽpore Gregorij XIII. Secus dixerim de seruis degentibus in huiusmodi locis exemptis, & qui sunt ex familia Religiosorum continuique commensales: possunt enim in iis locis Eucharistiam sumere, confiteri, & Extremam Vnctionem recipere absque licentia, & approbatione Episcopi, aut Parochi: ficuti ibi possunt inconsulto Parocho sepeliri. Idem assero ex sententia Portelli *citandi*, de famulo coniugato, qui noctu extra Conuentum dormit: huic enim poterunt eadem Sacramenta intra Conuentum ministrari. Quia est commensalis continuus. Ex concessione Clementis IV. & Sixti IV. pro Benedictinis, & confirmatur à Tridentino *sess. 24. cap. 11.*, respectu illorum sic seruientium; vbi etiam à iurisdictione Ordinarij eximuntur. Compendium priuileg. Mendicant. *verb. Familiares fratrum.* Manuel. *tom. 2. qq. Regul. qu. 68. art. 1. & 2.* Bullarium post Bullas Gregor. XIII. Portel. *verb. Sacramentorum administratio, numer. 9.* Diana *part. 3, tractat. 2, resolut. 12.* Sà *ver. Eucharistia, numer. 9.* Sanchez *de matrimon. lib. 3. d. 23 numer. 12.* Lezana *sum. tom. 2. c. 16. n. 15.*, asserens nouissimè præfata priuilegia non esse reuocata.

16 *Non satisfacit qui in Ecclesia Cathedrali communicat sine Parochi proprij licentia.*

Qui communionem sumeret in Cathedrali Ecclesia sine proprij Parochi facultate, vel licentia Episcopi præcepto Ecclesiæ de Eucharistia in Paschate percipienda à proprio Sacerdote non satisfaceret. Quia nullo iure probatur Ecclesiam Cathedralem esse totius Diœcesis esse communem. Vnde Archipresbyter, & Parochus Cathedralis Ecclesiæ possunt solummodo Sacramenta in sua Parochia ministrare. Sanch. *de matr. l. 3. d 23. nu. 17. & d. 27. n. 7.*

17 *Nisi Archipresbyter. teratur esset præbenda, cui annexũ esset omniũ Diœcesis Confessiones audire.*

Attamen quando Archipresbyteratus est quædam præbenda, cui ex officio esset annexum, confessiones omnium Diœcesis illius audire, tunc esset proprius Sacerdos, & ordinarius in tota illa, vnde posset ministrare Eucharistiam in Paschate omnibus ad Cathedralem confluentibus. Paludan. *in 4. dist. 17. quæst. 4. art. 2. cap. 4.* D. Antonin. *part. 3. tit. 17. cap. 5.* Syluest. *v. Confessor 1. q. 4.* Tabien. *verb. Absolutio 1. numer. 29.*

18 *Non tenentur Presbyteri sacrificantes in Parochia communicare.*

Quamuis autem accipientes Eucharistiam manu alterius, vt sunt laici, aut Clerici non Presbyteri teneantur in Parochia Paschali tempore ad præcepti impletionem communicare: Sacerdotes tamen celebrantes etiam sæculares non tenentur. Quia ita est consuetudine receptum. Naldus *sum. v. Eucharistia, n. 5.* & omnes.

CAPVT IV.

De aliis ad Præcepti huius impletionem necessariò ediscendis.

19 *Præceptum implet, licet communices.*

QVi tempore Paschatis Eucharistiam accipit in mortali existens, quamuis sine fructu suscipit, & graue perpetrat sacrilegium, satisfacit tamen Ecclesiæ præcepto. Quia substantiam adimplet præcepti, quo actualis communio præcipitur, quamuis non adimpleat modum, quo dignè est sumenda: modus enim sub præcepto non cadit, quoties non est de intrinseca præcepti actus ratione. Vnde indigne communicans non præcipitur à Confessario iterùm ad Eucharistiam digne accedere. Suar. *tom. 3.*

tem. 3. d. 70. section. 3. Azor. *tom. 1. libr. 7. cap. 41. quæst. 12.* Manuel. *cap. 64. numer. 5.* Diana *part. 3. tract. 4. resolut. 45.* Fagund. *precept. 3. lib. 1. cap 6. num. 4.* Reginald *libr. 29. numer. 87.*

10 *Sed teneris ligne communicare ad præcepti divini implemen.*

Attamen quamuis ille communicans indigne præcepto Ecclesiæ satisfaciat, tenetur dignè communicare ad præcepto diuino satisfaciendum. Quia cum præceptum Ecclesiasticum de annua communione sit præcepti diuini determinatio, & huic per sacrilegam communionem non satisfacit, tenetur ad satisfaciendum præcepto diuino condignè communicare, non quidem statim; quia hoc non obligat ad certum diem, sed poterit per communionem Ecclesiasticam anni sequentis hoc præceptum implere. Quia inter vltimam communionem, & sequentem Paschatis, intercedit annus, intra quem communicans diuino præcepto poterit satisfacere Sylui. *2. part. qu. 80. art. 1. quæst. 2.* Nugnus *ibi, disp. cult. 3. dub. 4.* & alij.

11 *Qui in peccato communicauit non incurrit censuras, nec pœnas Ecclesiasticas.*

Hinc elicio, eum, qui in peccato communicauit non incurrere censuras, ac pœnas Ecclesiasticas, quæ assolent non communicantibus imponi. Quia huiusmodi pœnæ non imponuntur nisi violationis præcepti Ecclesiastici ratione: at qui in peccato communicauit, præcepto Ecclesiastico satisfecit. Omnes sic.

12 *Qui sic videt impediendum in Paschate non tenetur anticipare communionem.*

Qui præuidet, se impediendum in Paschate, vt intra illos quindecim dies communicare non possit, non tenetur communionem anticipatè sumere. Quia antè præfatum tempus præceptum non obligat: sic autem communio est annexa Paschali tempori, vt ille, qui anticipasset, adhuc communicare in Paschate teneretur. Suar. *tom. 3. d. 70. section. 2. dub. 3.* Filliuc. *tract. 4. num. 59.* Bonacin. *tom. 1. d. 4. qu. 7. punct. 2. num. 15* Diana *part. 3. tract. 4. resol. 42.* Coninch *qu. 80. a. 11. num. 108.* Azor. *tom. 1. l. 7. cap. 11. q. vlt.*

13 *Discretio ad communionem requisita.*

Quamuis (vt innuimus) non potest certa regula diffiniri, in qua ætatis instantia incipiat diffiniri, in qua ætatis instantia incipiant pueri sufficienti vsu rationis pollere, ad obligationem præcepti communicandi: quia id pro diuersitate educationis, ac ingenij variatur: cõmuniter autem discretio hæc assolet ab anno decimo ad decimum quartum illucescere, & moraliter loquendo, neque antè illum incipit, neque vltra hunc differtur. In dubio autem parentes, & Confessarius ipse de pueri capacitate iudicabunt. Suar. *d. 70. section. 1.* Bonacin. *tom. 1. d. 4. quæst. 7. punct. 2. numer. 1, & 2.* Graff. *part. 1. libr. 1. cap. 38. num. 15.* Vasquez *part. 3. d. 214. cap. 4. numer. 40.* Reginald. *libr. 29. numer. 81.*

Pater, tutor, curator, aut herus le- 24
thaliter delinquunt, si notabiliter negligant procurare, vt sui liberi, pupilli, minores, aut famuli suæ domi degentes, & ad communionem obligati, eam Paschali tempore suscipiant: præsertim si rare, vt sciant, illos non communicaturos, nisi à se moneantur. Quia hi tenentur suos ad bonum promouere, & sic à peccato reuocare. Nauar. *summ. cap. 21. n. 57.*

Pater, tutor curator, & herus tenẽtur procurare pupilli, ac serui præceptum adimpleant.

Paulus V. in suo *Rit. a'i*, limitauit obligationem communicandi amentes, & phreneticos ad eos tantum, *qui lucida habent intervalla, & deuotionem ostendunt, dum in eo manent statu*: alias Pontifex expressè ait, eos communicare non licere ob Sacramenti reuerentiam. Attamen Pontifex loquitur tantum de annua communione, non autem de communione in periculo mortis, in quo iura, ac Concilia communionem concedunt, etiam non habentibus actu lucida intervalla, modò ante petierint, & nullum irreuerentiæ periculum adsit. Basæus *verb. Communio, num. 24.*

25 *Amentes, & phrenetici, qui lucida habent intervalla, & deuotionem ostendunt, dum in eo manent status, & ante petierint communionem, nullum irreuerentiæ periculum adsit, admittendi sunt.*

Paschatis tempore habentes imperfectum rationis vsum, vt semifatui, sunt ad Sacram Communionem admittendi, si nullum irreuerentiæ periculum adsit. Quia hi tenentur præcepto Ecclesiastico, & nullo iure tempore præcepti est illis Eucharistia deneganda. Henriquez *libr. 8. capi. 42. numer. 1.* Bonacin. *tom. 1. d. 4. quæst. 6. punct. 1. num. 7.* Posseuin. *de commun. cap. 8. num. 32.* Diana *part. 2. tract. 14 resolut. 79.*

26 *Semifatui ad Paschatis communionem admittendi sunt in mortis articulo, nullum irreuerentiæ periculum adsit.*

Scio, muris, ac surdis à natiuitate capacibus ad cognoscendam peccati lethalis malitiam pro mortis articulo ex receptiori sententia, porrigendam esse Eucharistiam, si aliquam indicentur reuerentiam concipere. Nam si semifatuis deneganda non est, quare surdis, ac mutis erit deneganda? Ratio est, quia licet tales homines distinctè edoceri, atque intelligere omnia non valeant, quæ ad Sacramentorum substantiam concurrunt, sufficit tamen si ad Eucharistiam accedant tanquam ad cibum non profanum, sed spiritualem, in animarum suarum salutem institutum. De communione Paschatis possem dubitare: attamen crediderim ad eam posse illos admitti. Quia non est certum, quod hi speciali Dei auxilio adiuti mysterij veritatem per exteriora signa non agnoscant. Layman. *libr. 5. tract. 4. cap. 4. numer. 5.* Basæus *verb. Communio, numer. 25.*

27 *Surdi, ac muti à natiuitate non sunt in mortis articulo, sed in culo, sed in Paschate communicare possunt.*

SECTIO

SECTIO SECVNDA.

De Præcepto annuæ Communionis Dubia.

CAPVT V.

Circa personas, quæ ad annuæ Communionis præceptum seruandum tenentur.

DVBIVM I.

An pueri statim ac discretionis annos attigerint, obligentur annuæ Communionis præcepto?

28 *Non obligantur.*

NOn obligantur. Quia ad Eucharistiam suscipiendam desideratur discretio, non vulgaris illa, qua puer delinquere potest, & inter bonum, ac malum discernere: sed specialis, qua sciat discernere hunc cibum ab aliis, & latentem in eo Maiestatem reuereri. Quæ discretio communiter assolet aduentare à decimo vsque ad decimumquartum annum. Sic Cardin. Lugo. *de Euchar. d. 13. n. 33.* Suar. *hic, d. 70. section. 1.* Coninch. *quæst. 80. articul. 12. num 102.* Bonacin. *d. 4. quæst. 7. punct. 2. num. 1. & 3.* Granad. *tract. 10. d. 4. num. 2. & part. 2. controuers. 7. tract. 3. part. 1. d. 6. num. 57.* Diana *part. 3. tract. 6. resolut. 70.* Trullench. *lib. 3. Decalog. cap. 5. dub. 2. num. 2.* Dicastill. *tract. 4. d. 10. dub. 5. num. 104.*

29 *Obligãtur.*

Obligantur quidem statim, ac peccare nouerint. Quia si statim obligantur ad Confessionis annuæ præceptum, simul ad præceptum Communionis annuæ obligabuntur: in *cap.* enim *Omnis vtriusque sexus, de pœnit.* vtrumque præceptum fidelibus imponitur eodem modo, & absque vlla temporis differentia. Tridentin. *sess. 13. can. 9. Si quis negauerit, omnes, & singulos Christi fideles vtriusque sexus, cum ad annos discretionis peruenerint, teneri singulis annis saltem in Paschate ad communionem iuxta præscriptum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Anathema sit.* Ita D. Thom. *quæst. 80. art. 9. ad 3.* Paludan. *in 4. dist. 12. quæst. 1. num. 25.* D. Antonin. *tom. 3. titul. 14. cap. 12. §. 5.* Tabien. *verb. Communicare, numer. 3.* Sancius *in select. d. 26.* citans Henriquez, Marcillam, Viualdum, Ledesmam, & non bene Valentiam docentem oppositum.

30 *Sententiam primam teneo, & vbe-rius expono.*

Palao *tom. 1. tract. 3. d. 1. punct. 24. §. 2. numer. 7.* & alij.

Fateor equidem. Innocentium præcepisse in *cap. Omnis*, (quod Tridentinum citatum confirmat) omnes debere Eucharistiam recipere in Paschate, cum ad annos discretionis peruenerint. Sed cum consuetudo Ecclesiæ sit, quod pueri prius Sacramentum Pœnitentiæ suscipiant, post aliquot verò annos Eucharistiam, Doctores varie quidem verbum illud, *Cum ad annos discretionis aduenerint*, exponunt. Alij volunt per annos discretionis in præsenti intelligi pubertatis annos, quam sententiam refert, & non impugnat Viguerius *cap. 16. §. 3. versic. 20.* sed ab aliis meritò reiicitur, multi enim pueri ante decimumquartum, imò ante duodecimum annum possunt, ac debent communicare. Alij dicunt, incipere obligationem anno duodecimo, quia ante illud tempus pueri Ecclesiæ præceptis non obligantur. Sic Sotus *in 4. dist. 9. art. 11.* cuius sententiam Suarius *d. 70. section. 1.* & Vasquez *d. 214. cap. 4.* impugnant, quia certum est, pueros ante annum duodecimum ad audiendam Missam, & à carnibus abstinendum obligari, quæ sunt Ecclesiastica præcepta. Alij dicunt obligari anno decimo. Sic Caietan. *hic, artic. 9.* Ego cum Doctoribus primæ sententiæ affirmo, non posse regulam certam præscribi, aliquibus enim citius, aliis tardius vsus rationis, discretióque aduentat: discretio, inquam, illa specialis quæ ad hoc Sacramentum suscipiendum requiritur maior vtique quàm ad Pœnitentiæ Sacramentum, de qua discretione locutum esse Innocentium non dubitarim. Vnde hanc sententiam probabiliorem, ac communiorem, Sancij, ac Palao veniâ, esse iudico. Ex Lugo didici.

DVBIVM II.

An Infantes nunc sint capaces fructus Sacramenti Eucharistiæ?

31 *Capaces sunt.*

CApaces non sunt. Quia Sacramentum debet recipi voluntariè, vt prosit, & conferat effectum, scilicet per voluntatem propriam in adultis, & per voluntatem Ecclesiæ in paruulis. Cum ergò olim concurreret eiusmodi voluntas Ecclesiæ, quæ Eucharistiam paruulis dabat, poterat Sacramentum fructum aliquem conferre: nunc autem non potest, nam voluntas Ecclesiæ resistit, prohibens dari Eucharistiam eis, qui ad discretionis præfatæ ætatem nondum peruenerunt. Sic Alexand. Paludan. Maior. Petrus Soto, Caietan. & alij apud Vasquium *d. 212. cap. 2.* inclinat Domin. Soto *in 4. dist. 12. q. 1. a. 9.*

32 *Sunt capaces.*

Sunt quidem capaces, reciperéque possunt gratiæ augmentum per Eucharistiæ receptionem. Quia id firmat antiquus Ecclesiæ vsus ministrandi paruulis Eucharistiam, qui certè vsus licitus non fuisset, si in eis non posset suum effectum sortiri: sicut nec liceret dare illam Catechumeno etiamsi, sit in gratia propter

pter eandem rationem, nec homini mortuo, aut bruto: quia id esset Sacramentum suo effectu fraudare: supponebant ergò Patres antiqui paruulos huius Sacramenti fructu esse capaces. Ita Vasquez *citat.* Suar. *disp.* 62. *sect.* 4. Cardin. Lugo *disp.* 13. *numer.* 10. Diana *part.* 8. *tractat. prim. resolut.* 45. & alij communiter.

33 *Hic affero, & confirmo.* Hanc sententiam probabiliorem esse reor, cuius rationem à priori reddam. Paruuli capaces sunt aliorum Sacramentorum, ad quorum effectum magis videbatur rationis vsus requiri, quam ad Eucharistiam. Matrimonij capaces non sunt, cuius enim materia est contractus humanus, qui absque rationis vsu fieri non potest. Extremam Vnctionem non possunt accipere, nondum enim potuêre peccata committere, ad quorum reliquias tollendas illud Sacramentum ordinatur. Nec pœnitentiam, quæ non est innocentiæ, sed malitiæ medicamen. Alia vero Sacramenta accipere possunt validè: ergo & hoc, quod ad nutritionem & augmentum gratiæ, ordinatur, ad quod solùm supponitur generatio, ac vita spiritualis, quæ data fuit per Baptismum. Ad hoc autem nil obstat Ecclesiæ prohibitio, quæ solùm est, ne aliquis ministret paruulo Eucharistiam: non verò quod non conferat, suppositâ illâ illicitâ actione, suum effectum. Sic Lugo.

36 *Cum his opinor.* Cum his opinor iudicans Petr. Vasquez argumentum non vrgere. Supponit enim vt certum id, quod nec firmum, nec verum esse videtur, scilicèt puerum obligari Ecclesiæ præcepto, vbi primum distinguere potest inter Eucharistiam, & alios cibos. Hoc, inquam, constat esse contra experientiam, & praxim; vnusquisque enim scit, se multò antequam Eucharistiam acciperet, differentiam inter Eucharistiam, & alios cibos agnouisse. An non antequam Eucharistiam accipiant pueri doli capaces obligantur præcepto Sacrum die festo audiendi? Quis dubiret: Igitur sciunt saltem in confuso, quid sit Missa, alioquin non possent eam humano modo audire. Ergo non obligat Ecclesiæ præceptum cum eo rigore, vbi primùm puer in ordine ad hoc Sacramentum ab aliis cibis discernendum, differt ab infante. Vnde potest contingere, quod aliquis obligetur iam præcepto diuino ad Viaticum accipiendam, antequam obligetur Ecclesiæ præcepto ad annuam Communionem. Cum Suario resolui.

DVBIVM III.

An pueris, qui peccare possunt, & aliunde Eucharistiam nunquam receperunt, quia ad specialem præfatam discretionem non peruenere; danda sit pro viatico, si in mortis periculo existant?

34 *Danda non est.* DAnda non est. Quia sicut Ecclesia non obligat ad Communionem annuam pueros etiam doli capaces, nisi speciali discretione agnoscant differentiam huius cibi ab aliis: sic nec Christus Dominus eos obligat præcepto diuino: dùm enim non sciunt hunc cibum discernere, perindè se habent, ac infantes in ordine ad hoc præceptum: atque ideò sicut Christus non obligat infantes, ita nec eos pueros obligat: præsertim quia dùm sunt in hoc statu non discernendi hunc cibum, non possunt peccare contra hoc Sacramentum, illud indignè recipiendo, nec mereri possunt dignè communicando. Inuiliter ergo eis Eucharistia vt viaticum, conferetur. Sic Vasquez *dub.* 214. *capit.* 4. *numer.* 43. alios citans.

35 *Danda est.* Danda quidem est. Quia Ecclesia suo præcepto solùm determinauit tempus illud recipiendi Eucharistiam, quod ex diuino præcepto indeterminatum erat. Cùm ergo articulus mortis non esset ex diuino præcepto indeterminatus, non erat, cur Ecclesia aliquid quoad illum determinaret, sed debuit illum omninò relinquere prout ex diuino præcepto habebatur. Vnde licèt quoad communionem annuam Ecclesia non censeatur omnes pueros includisse, sed cum latitudine ad Confessarij arbitrium: quoad articulum tamen mortis non habemus fundamentum ad eam latitudinem concedendam. Ita Suar. *disp.* 70. *sect.* 1. Layman *tom.* 2. *tract.* 4. *cap.* 2. *num.* 2. insinuat dandam esse. Lugo. *de Eucharist. dub.* 13 *numer.* 47. Henriquez *libr.* 8. *capit.* 46. Legendus Petr. Dicastillo *disputat.* 10. *dubio* 5. *numero* 111.

DVBIVM IV.

An possit dari vt Viaticum Eucharistia pueris, quandò de eorum capacitate dubitatur?

37 *Dari non potest.* NOn potest dari. Quia si danda esset Eucharistia eiusmodi pueris, maximè propter obligationem accipiendi Viaticum in articulo mortis: sed hãc obligationẽ nõ habẽt ij, de quibus dubitatur, nũ ad vsũ rationis sufficientem peruenerint: sicut qui dubitat, an expleuerit vigesimum primum annum, non obligatur lege ieiunij: nam tunc non est possessio pro præcepto, sed pro libertate, vt docet Sanchez *lib.* 2. *de matrimon. d.* 41. *num.* 48. Sic Vasquez à fortiori *dub.* 214. *capit.* 4. *numer.* 41. & 43.

38 *Potest dari.* Dari potest, imò danda est. Quia non videtur esse maior prohibitio Ecclesiæ dandi Eucharistiam paruulis non habentibus vsum rationis, quam sit obligatio ex iure diuino non dandi extremam Vnctionem eisdem: siquidem hæc est de iure diuino proueniens ex ipsa institutione Sacramenti: illa verò de iure humano accidentaliter introducta. Et tamen quando dubium est de puero, an sit iam doli capax, sicut datur Sacramentum Pœnitentiæ sic etiam datur Extrema Vnctio sub conditione, vt Diana docet *part.* 1. *tractat.* 4. *resolut.* 169. Et magnum fundamentum habet in Rituali Roman. Pauli V. in quo apertè dicitur, dandam esse Vnctionem sub conditione illi, de quo dubitatur, an sit viuus, vel mortuus: vnde à fortiori

fortiori videtur danda etiam sub conditione eiusmodi pueris, cum non minus sit incapax illius Sacramenti homo mortuus, quam paruulus doli incapax: nec minus prohibitum sit vngere mortuos, quàm eiusmodi paruulos. Similiter ergò licet Ecclesiæ prohibitione danda non sit Eucharistia pueris ante rationis vsum, non tamen erit neganda in dubio, mortis in articulo: cur enim magis strictè interpretabimur eam prohibitionem humanam, quam alias similes diuinas circa alia Sacramenta? Ita Lugo. *de Eucharist. d.13. numer.43.* Henriquez *lib.8.cap.42.fine.* Leand. *par.1.tr.7. quæst. 8.*

39 *Auctoris resolutio.* Ego autem existimo non esse obligationem dandi Eucharistiam eiusmodi pueris, dubio illo stante. Quia quandiù non constat, aliquem esse lege comprehensum, in eo dubio ad obseruandam legem non obligatur. Cum ergo de capacitate puerorum dubitetur, & per consequens an comprehendantur præcepto diuino, quod solùm fertur ad doli capaces: consequens est, vt non sit obligatio ex vi præcepti diuini Eucharistiam eis eo in dubio ministrandi. An verò possit eis dari, non video ad id negandum sufficiens fundamentum. Prohibitio enim dandi eam paruulis fundatur ferè in consuetudine explicata in Rubricis Ritualis Romani: in quibus tamen non aliter ea prohibitio explicatur circa Eucharistiam, quam circa Eucharistiam, quam circa Extremam Vnctionem: & aliundè non est maioris necessitatis Sacramentum Extremæ vnctionis, sed minoris, quàm Eucharistia. Sicut ergo prohibitio Extremæ Vnctionis non habet locum in casu dubio de pueri capacitate, cur non dicemus hoc ipsum de Eucharistiæ prohibitione? Præsertim cum eisdem verbis vtraque prohibitio in Rituali proponatur, scilicet quod iis, qui capaces non sint, conferatur.

DVBIVM V.

An Summus Pontifex teneatur præceptum Communionis annuæ obseruare sub lethali piaculo?

40 *Non tenetur.* NOn tenetur. Quia supremus Princeps suis legibus non obligatur. *leg. Princeps, ff. de legibus.* Et quia lex Pontificia successores obligare non potest, Regu. Par in parem non habet imperium *cap. Innotuisti, de electio.* Sic Ioann. Andr. & Felin. apud Fagundez *citandum.* Nauarr. *ad cap. Placuit, de pœnit. dist.5. numer.32.* vbi ideò fundamento probat, quod Summus Pontifex iuxta communem Theologorum sententiam superior sit generali Concilio, vnde necesse est, vt huic legi de annua Eucharistiæ receptione non sit subiectus, cum ea lata fuerit in generali Concilio Lateranensi, ex quo deductum fuit *cap. Omnis vtriusque, de pœnit.* vbi huiusmodi lex continetur. Richard. *in 4. dist.17 quæst.4.art.2.ad 3.* & Scot. *ibid.q.1.art.1.* docentes non teneri Papam sub lethali ad hanc legem, sed solùm sub congruitate quadam morali, & honestate, ac proinde sub veniali solummodo.

Tenetur quoad vim directiuam, non verò quoad pœnas, ac vim coactiuam: ideóque lethaliter delinquet, si præceptum non seruauerit, non tamen incurret excommunicationē, aut Ecclesiastica sepultura priuabitur, nec contra eum sententia feretur de incursione delicti. Quia naturalis ratio postulat, vt caput corpori suo conformetur: nam sicut reliqui Principes sæculares sub hac conditione à principio iurisdictionem à populo acceperunt, & potestatem leges condendi, vt ad illas quoad vim directiuam tenerentur: sic Pontifex veluti sub hac conditione immediatè à Christo Domino accepit potestatem leges Ecclesiasticas condendi, vt ad illas quoad directionem teneretur, non quoad coactionem. Ita Suar. *tom.4. d.16.sect.2.nu.5.* Azor. *p.1.l.7.c.40.q.11.* Couar. *ad cap. Alma mater p.1.§.1.n.5.* Et omnes, qui in materia *de legibus*, tenent Principes obligari legibus à se conditis quoad directionem. Hi sunt D. Thom. *1.2.q.96.a.5.ad 3.* Victor. *in relect.3.n.21.* Sotus *l.1.de iust.qu.6.art.7.* Menchaca *illustr.qq.c.45.* 41 *Tenetur quidem.*

Longè hoc verius. Nam annuæ Communionis lex est generalis, & quãdo Principes legem generalem ferunt totum populum comprehendentem, ad eam obligantur, quamuis ad *vero.* pœnam illius non obligentur. Quando enim legis materia est generalis totum populum comprehendens, comprehendit etiam caput populi: quando vero materia legis non est ita generalis, sed specialis, vt non totum populũ, sed partem illius comprehendat, & obliget, tũc quidem ad eam Princeps non obligatur, neq; quoad vim directiuam, nec quoad coërciuam. Exemplum subiicio. Si lex esset, de non ferendis noctu armis, de non vtendo serico, vel puerorum satellitio: Princeps non obligabitur, nam materia specialis illius illum non comprehendit: indecens enim est, & minimè conueniens statui Principis inermem serico non inductũ, vel satellitio non stipatum incedere. Quamobrem cum materia legis annuæ Communionis omnem fidelium populum comprehendat, ex iure quodam naturali videtur etiam comprehendere Summum Præsulem, qui est Caput illius. Hinc patet, Sacerdotes etiam ad hanc legem seruandam obligari. Sed sufficiet, si in aliqua Missa earum, quas celebrant, intentione huius præcepti seruandi cómunicent. Ita Suar. 42 *Hoc probabilius esse*

CAPVT VI.

Circà tempus annuæ Communionis obseruationi deputatum.

QVÆSTIO INCIDENS.

An nomine Paschatis solùm de iure dies Dominica Resurrectionis cum duobus sequentibus intelligatur?

PRÆCEPTVM Fabiani Papæ, quod olim obligabat adter in anno communicandum, iam nunc obligat ad semel saltem in Pas 43 *Nonnulla suppone.*

Paschate, quod decretum fuit ab Innocentio III. in Concilio Lateranensi relato in *cap. Omnis utriusque, de pœnit. & remiss.* Verba decreti prætermitto. *Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenerint, semel saltem in anno confiteatur, suscipiens reuerenter ad minus in Paschate Eucharistiæ Sacramentum: nisi forte de proprij Sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab huiusmodi perceptione duxerit abstinendum, alioquin, & viuens ab Ecclesiæ ingressu arceatur, & moriens Ecclesiastica careat sepultura.* Quæsierim, nùm Paschatis nomine intelligatur solus dies Resurrectionis cum duobus sequentibus?

44 *Solus dies Resurrectionis cum duobus sequentibus intelligitur.* Solus dies Resurrectionis cum duobus sequentibus intelligi videtur. Quia soli tres illi dies Pascha quidem sunt, reliqui verò vsque ad Ascensionem non Pascha, sed tempus Paschale nominantur. Sic Abbas *ad cap. Omnis.*

45 *Non intelligitur hi* Non intelligitur solus Resurrectionis dies cum duobus sequentibus, sed quindecim dies a Dominica Palmarum vsque ad Dominicam in Albis inclusiuè. Quia sic fert communis *sibi dies.* Ecclesiæ vsus, & Eugenij IV. declaratio. Ita Sylvest. *verb. Eucharistia* 3. Nauarr. *cap.* 21. *num.* 45. Lugo. *de Eucharist. d.* 16. *numer.* 62. Henriquez *libr.* 8. *capit.* 5. Coriola. *de cas. reseru. part.* 1. *section.* 3. *articul.* 1. *num.* 4. & alij communiter.

46 *Certum hoc.* Hoc certum esse Ecclesiæ firmat vsus. Imo in aliquibus locis extenditur tempus, quam quidem extensionem licitam efficit approbata consuetudo.

QVÆSTIO INCIDENS.

Num in Hispania nomine Paschatis tota Quadragesima ex consuetudine intelligatur ad huius præcepti impletionem?

47 *Tota Quadragesima intelligitur.* NOTA Quadragesima videtur intelligi, ita vt qui ab eius initio vsque ad Dominicam in Albis qualibet die possint fideles præcepto annuę Communionis satisfacere. Quia hoc est legitima consuetudine introductum. Sic Fagundez *præcept. 3. libr. 1. cap. 5. numer.* 5. Azor. *part. 1. libr. 7. capit.* 10. Ludouic. de la Cruz apud Machado vti refert Leander *part. secund. tract. at. 7. d. 3. quæst.* 12.

48 *Non intelligitur tota Quadragesima.* Non intelligitur tota Quadragesima. Quia certum est in tota Hispania huiusmodi consuetudinem non vigere. Nam in Regnis Castellæ, Nauarræ, & Aragoniæ contrarium seruari praxis testatur, cum ad satisfaciendum huic præcepto quindecim solùm assignentur dies, nempè à Dominica Palmarum ad Dominicam in Albis, Ita Leander *vbi supra*, & omnes generatim de tota Hispania loquuti.

49 Certè hanc propositionem, *In tota Hispania viget consuetudo communicandi pro libito, ad implendum præceptum annuæ Communionis, a prima die Quadragesimæ ad Dominicam in Albis*, falsam esse reor. Quia talis consuetudo minimè viget in tota Hispania generatim. Scio tamen posse in tota Hispania huic præcepto satisfieri communicando in die qualibet Quadragesimæ ex priuilegio Clementis VII. si extet, & vigeat. Cum autem P. Azor. *citat.* Viuald. *de Euchar. §. De Sacerd. num.* 10. Manu. *in Bulla.* Nauarr. *summ. capit.* 21. *numer.* 45. & Trullench *libr.* 3. *Decalog. cap.* 5. *dub.* 2. *numer.* 6. & alij affirment hoc priuilegium extare, imò & consuetudinem in pluribus Regnis esse introductam assero probabile esse posse in Hispania fideles Clemētis priuilegio vti, si libeat, sed satius esse se Ecclesiæ communi stylo conformare. In aliis verò Regnis si laxior fuerit consuetudo, eam obseruare licebit, vti de Lusitaniæ Regno docet Fagundez, & de Mediolanensi Vrbe Trullench tradit. *Auctoris a sententia.*

DVBIVM VI.

An præceptum hoc ita sit Paschati affixum, vt qui in Paschate non communicauit, teneatur amplius ad communicandum anno illo?

NOn tenetur amplius pro illo anno. Quia est obligatio illi anno affixa, quæ vltra annum non transit. Quemadmodum qui hodie non recitauit, vel Missam in festo non audiuit, non tenetur ad recitandum, quod omisit, vel missam die sequenti exaudire; sunt enim obligationes tali diei annexæ. Sic D. Antonin. Syluester, Tabie. Medi. Soto, Victor, quos affert Suar. *d.* 70. *section.* 2. Ledesm. Sà, Valent. Tolet. Ioann. de la Cruz, quos refert, ac sequitur Diana *part.* 2. *tractat.* 4. *resolut.* 41. Henriquez *lib.* 8. *c.* 5. *n.* 1. Bonacin. *dub.* 4 *quæst.* 7. *punct.* 2. *num.* 13. & alij. 50 *Non tenetur amplius pro anno illo.*

Tenetur communionem recipere quam primum moraliter possit post Pascha. Quia terminus ille non assignatur, vt in illo solo debeat fieri, sed vt vltra illum non debeat differri opus præscriptum. In hac enim lege sunt duo præcepta, alterum communicandi semel saltem in anno, alterum communicandi in Paschate: Quando igitur hoc secundum præceptum impleri non potest, primum debet obseruari, cui opponitur illa vlterior communionis dilatio. Ita Suar. *citat.* Vasquez *tom* 4. *q.* 90. *art.* 3. *dub.* 2. *num.* 13. Coninch. *dub.* 4. Layman. *de pœnit. tractat.* 4. *capit.* 5. *numer.* 8. Nugn. Pitigian. Fagundez Sylui. Graff. quos Diana *citat.* refert. 51 *Tenetur omninò.*

Existimo elapso termino Paschatis, non extingui præcepti obligationem, sed adhuc durare. Quia re vera hoc præceptum non est sicut præceptum recitandi Officium Canonicum, vel audiendi Sacrum tali die; sed continet virtualiter illa duo præcepta, alterum Communionis saltem in anno, alterum communicandi in Paschate: hoc secundum alligatur tali termino, quia respicit illius festiuitatis venerationem: alterum adhuc perseuerat. Ratione conuincitur. Quia Ecclesia debuit, 52 *Hoc teneo, & confirmo.*

exigente fidelium negligentia, dererminare tempus implendi diuinum præc pum, in quo non fuerat tempus determinatum: in hoc autem defeciſſet Eccleſia, ſi eum, qui in Paſchate non communicauit, liberum reliquiſſet; multi enim nunc per impotentiam excuſarentur: cum ergò diuinum præceptum non reſpiciat venerationem, ac cultum Paſchatis, ſed debitam Euchariſtiæ frequentiam, hanc debuit Eccleſia primo loco, ac principaliter præcipere, ac infrequentiam prohibere, licet obiter præciperet Paſchalis feſtiuitatis venerationem. Verùm in hoc cum ſecunda ſententia, veriori planè, conuenio; ſed me in aliquo inibi adiecto diſſentire, ſequenti Dubio indicabo. Cum Fagundez locutus.

DVBIVM VII.

An in eo, qui in Paſchate non communicauit, ita perſeuerat communicandi poſt Paſcha obligatio, vt ipſa vlterior dilatio ſemper afferat nouam culpam?

53 *Nouam culpam affert dilatio.* SEmper vlterior dilatio nouam culpam affert. Quia obligatio perſeuerat exigens ſtatim poſt Paſcha præcepti obſeruationem. Sic Suar. *de Euchariſt. d. 70. ſection. 2.* Coninch. *dub. 4.* Layman. *tractat. 4. capit. 5. numer. 8.* & alij, quos citat Diana *part. 2. tractat. 4. reſolut. 41.* Vaſquez verò *tom. 4 quæſtion. 90. articul. 3. 2. numer. 6.* hoc inſurgit argumento: Quia illi, qui in Paſchate non communicarunt, excommunicantur, & non poſſunt à Parochis, ac Confeſſariis aliis abſolui, niſi poſtea communicent: ergo ideo, quia differendo vlterius Communionem actu delinquunt.

54 *Non affert nouam culpam.* Non ſemper vlterior dilatio nouam culpam affert. Quia contrarium non eſſet ab his Doctoribus conſequenter dictum. Nam ſi (vti vidimus *Dub. 8.*) diſtinguunt illa duo præcepta, quorum alterum communicandi in Paſchate amplius non obligat, nec poteſt obſeruari: ſolùm manet obligatio alterius præcepti communicandi ſaltem ſemel in anno; hoc verò non obligat ad communicandum hoc menſe potius, quam illo, ſed ad communicandum ſemel hoc anno: Non ergò manet obligatio communicandi ſtatim poſt Paſcha, ſed ſolùm communicandi ante anni finem; qui annus, iuxta veriorem ſententiam, computatur à principio Ianuarij vſque ad Decembris finem, qui eſt annus Eccleſiaſticus, & profanus, ſicut hebdommada computatur à die Dominica vſque ad Sabbathum: quare ſicut qui habet obligationem communicandi ſingulis hebdomadis, ſufficit, ſi intra illos ſeptem dies communicet, quocumque die id faciat: ſic qui debet intra annum ſemel communicare, ſufficit, quocúmque menſe id faciat, quantum eſt ex vi illius præcepti. Ita Cardin. Lugo *de Euch. d. 16. num. 69.*

55 *Cardinali meo adhæreo.* Viro ſapientiſſimo adhæreo. Nec obſtare exiſtimo, quòd iis, qui non communicant intra Paſchatis hebdomadam, ſoleat alia hebdomada aſſignari: in qua ſi non communicant, vt excommunicati denunciantur. Vnde arguitur nouæ culpæ ob omiſſionem communionis eſſe reos. Certè excommunicatio illa non infligitur ob nouum peccatum, ſed propter præteritam Eccleſiaſtici præcepti tranſgreſſionem, quod obligat ſub excommunicatione ex ipſo Concilio Lateranenſi: infligenda tamen poſtea à Prælatis, quam Prælatus non vult exequi in eos, qui hebdomada ſequenti communicauerint. Ex ipſo Card.

DVBIVM VIII.

An qui præuidet ſibi futurum impedimentum in Paſchate teneatur, tempus ab Eccleſia aſſignatum præuenire?

PRæuenire non tenetur. Quia nemo obligatur, ad anticipandum actum præceptum, niſi per talem actum poſſit præcepti obligationi ſatisfacere: ſed per communionem illam anticipatam non ſatisfacit homo obligationi præcepti: nam ſi poſtea tempore Paſchatis ceſſaſſet impedimentum, quod timebat, adhuc ille deberet legem communicandi in Paſchate obſeruare, cum poſſet, & lex abſolutè id fieri præcipiat. Ergo non obligatur ex vi illius legis ad præueniendam communionem: ſicut nec tenetur ad recitandum hodie officium craſtinum, eo quod cras ſit impedimentum habiturus. Sic Suar. *d. 70. ſection. 2.* Azor. *part. 1. lib. 7. cap. vltim. qu. vlt m.* Filliuc. *tractat. 4. num. 59.* Reginaldus *lib. 29. num. 76.* Coninch. *quæſt. 80. art. 11. dub. 4. num. 107.* Molfeſ. *tractat. 3. capit. 8. numer. 28.* & alij. 56 *Nō tenetur præuenire.*

Tenetur præuenire. Quia præceptum Euchariſtiæ ſuſcipiendæ non limitatur ad tempus Paſchæ ad tollendam obligationem: ergo ſicut obligat poſt Paſcha, (vt vidimus *Dub. 8.*) ſic obligabit etiam ante illam præuiſo futuro impedimento. Deinde quia qui in die feſto præuidet, ſe non poſſe audire Sacrum hora vndecima, vel duodecima, tenetur tempus anticipare, & audire hora tertia ſi in ea poteſt, & in duodecima non poteſt. Ita Fagund. *præcept. 3. l. 1. cap. 6. num. 3.* Vaſq. *tom. 4. quæſt. 90. art. 3. dub. 2. n. 13.* Nugn. *q. 80. a. 11. diff. 3.* Laym. *l. 5. tr. 4. c. 5. num. 9.* Diana *p. 3. tr. 4 reſolut. 42. & 69.* Lugo *de Euchariſt. dub. 16. numer. 75.* & alij. 57 *Præuenire tenetur.*

Profectò hæc ſententia mihi ex parte placet. Quia in hoc præcepto, (vt vidimus) continentur virtualiter duo præcepta: alterum communicandi ſemel ſaltem in anno, alterum communicandi in Paſchate; & quidem vt huic ſatisfiat, non eſt obligatio anticipandi cómunionem: ſicut qui cras non poteſt recitare Officiū, vel audire Miſſam, non tenetur hodie anticipare: imò nec illa anticipatio deſeruiret ad ſatisfaciendum præcepto, ſed adhuc cras obligaretur, ſi ceſſaret impedimentum. Sic etiam anticipatio Cómunionis nō deſeruiret, ad ſatisfaciēdū præcepto Cómunionis Paſchalis. Cæterū alte 58 *Sententia ſecunda ex parte placet, ex parte diſplicet.*

alterum præceptum communionis annuæ obligat ad præueniendum, sicut qui habet præceptum sub mortali recitandi Officium intra hunc diem, & præceptum sub veniali recitandi tali hora, præuidens impedimentum futurum tali hora, & toto tempore sequenti, obligatur ad præueniendum ex vi obligationis recitandi illa die. Sic ergo præceptum communicandi intra hunc annum obligat ad præueniendum, quando non potest impleri præceptum eo tempore, quo deberet ex vi alterius præcepti Communionis Paschalis. Porrò ex parte sententia secunda displicet. Quia non sufficit futurum esse impedimentum in Paschate ad hoc, vt sit obligatio anticipandi Communionem: cum enim hæc obligatio oriatur solum ex præcepto communicandi intra annum, & huic obligationi possit fieri satis communicando duobus, vel tribus post Pascha mensibus dummodo sit ante illius anni finem: non potest esse obligatio anticipandi, nisi fortè præuideatur, impedimentum per totum annum duraturum; tunc enim deberet in anni principio obseruari: sicut qui præuidet, se non auditurum Missam horis sequentibus, debet ad præceptum obseruandum, eam prima hora exaudire. Adhuc ex Lugo.

DVBIVM IX.

An qui propter futurum impedimentum in Paschate præsumsum Communionem anticipauit: teneatur postea ablato, vel non secuto impedimento, in Paschate rursum communicare?

59 *Non tenetur.* NOn tenetur. Quia iam bona fide pro Paschatis debito anticipatè quidem soluit, quæ solutio necessaria erat, & sufficeret, si duraret in Paschate impedimentum, ad præceptum implendum. Ergo non tenetur rursum soluere sicut qui ob imminens impedimentum hora vespertina mane vesperas recitauit, non tenetur vespere, impedimento illo non accidente rursum vesperas recitare. Sic Diana *part. 2. tract. 4. resolut. 42.* citans Suarium *tom. 3. in 3. part. d. 7. section. 2.* immerito quidem, nam Petr. Suarez ait, *se non audere excusare ab obligatione communicandi in Paschate eum, qui sic anticipasset Communionem, si postea nihilominus communicare potest præcepti tempore.* Heredia *de Sacrament. tract. de Euchar. p. 8. dub. 1. num. 10.*

60 *Tenetur quidem.* Tenetur quidem. Quia illa anticipata Communio facta non fuit ad satisfaciendum præcepto Communionis Paschalis, sed ad satisfaciendum Præcepto annuæ Communionis, cui quidem iam fuit satisfactum, sed illud alterum præceptum adhuc in sua vi manet ad obligandum. Ita Lugo *de Eucharist. d. 16. num. 77.* Hurtad. *ibid. d. 10. difficult. 3.* Dicastill. *tract. 4. disputat. 10. dub. 5. numero 93.* Leander *part. secund. tract. 4. sept. dub. tert. quæst. 31.*

61 *Hæc verius Suar. citat. Ego credo.* Suar. *citat.* Hanc sententiam credo esse veriorem. Te-

netur itaque ille qui Communionem anticipauit, sublato impedimento, rursum in Paschate communicare. Per illam enim communionem satisfecit quidem præcepto annuæ Communionis, non autem præcepto communicandi in Paschate. Quemadmodum qui hoc anno ante Quadragesimam communicauit de manu sui Parochi, satisfecit præcepto annuæ Communionis, licet talem intentionem non habuerit; & ad communicandum in Paschate obligatur; quia præcepto illi nondum satisfecit. Me Lugo Cardinal. edocuit.

DVBIVM X.

An qui scienter, vel ignoranter communicauit in Paschate in statu peccati, satisfaciat Ecclesiæ præcepto?

62 *Non satisfacit.* NOn satisfacit. Quia Ecclesia præcipit semel in anno communicare *reuerenter*, qui autem Eucharistiam indignè suscipit, *reuerenter* minimè accedit: ergo præcepto non satisfacit. Et quia præceptum hoc est præcepti diuini determinatiuum: At diuinum præceptum non solùm obligat ad recipiendam Eucharistiam, sed ad dignè recipiendam: ergo Ecclesiæ præceptum debet idem obiectum habere; necesse enim est, vt id, quod determinat aliud, participet eadem prædicata, & sit sub eodem genere cum eo, quod determinatur. Sic Capreol. Adrian. Durand. apud Suarium *tom. 3. dub. 70. section. 3.* Dion. Cistercienſ. *in d. 17.* quatenus dicit, modum charitatis cadere sub præceptis Decalogi. Nugnus *de Euchar. quæstion. 80. articul. 1. difficult. 2. dub. vltim.* Sylui. *hic, articul. 11. quæst. 2.* & alij recentiores.

63 *Satisfacit.* Satisfacit planè. Quia qui indignè communicat, licet lethaliter delinquat agens contra præceptum diuinum imperans, vt homo ad Eucharistiam recipiendam se per pœnitentiam probet: verè tamen communicat, & verè recipit Sacramentum. Ergo verè præceptum Ecclesiæ quoad substantiam adimplet. Ita Sotus *lib. 3. de iust. quæst. 3. art. 10.* Azor. *tom. 1. l. 7. c. 30. q. 12.* Vasq. *tom. 3. d 214. c. 4.* Suar. *citat.* Fagund. *præc. 3. l. 1. c. 6. num. 4.* Lugo *de Euchar. d. 16. nu. 83.* Bonac. *d. 4 q. 7. punct. 2. n. 12.* Filliuc. *tract. 4. num. 60* Henriq. *l. 8. c. 5. n. 3.* Sà *ver. Eucharistia, numer. 25.*

64 *Hanc sequare licet Ecclesia intendat in hoc præcepto, vt fideles huius Sacramenti Augustissimi fruc-tus percipiant, id tamen, quod præcipit solùm est, quòd suscipiant Sacramentum. Ergo re vera ille, qui suscipit, præcepto satisfacit, licet inutiliter, imò sacrilegè, & cum nouo peccato. Sicut præceptum suscipiendi Confirmationem, vel contrahendi matrimonium obseruaretur ab eo, qui indignè Sacramenta susciperet: & sicut satisfacit præcepto audiendi Sacrum ille, qui id ex malo fine, ac pec-* *tiam eli-go, & con-firmo.*

caminosè audit. Porrò Ecclesia hoc verbo *Reuerenter*, vel voluit solùm in memoriam adducere vnicuique debitum reuerentiæ, quod aliunde obligat: vel præcipere reuerentiam externam. Alioquin non congrueret pœna arcendi ab Ecclesia transgressores, quam imponit: quomodo enim possent Prælati eam contra indignè communicantes exequi? Denique præceptum diuinum positiuum, quod obligat ad Communionem non præcipit, quod sumatur in gratia: huic enim præcepto satisfit etiam per Communionem indignam. Scio tamen præceptum diuinum naturale prohibere nos indignè accedere. Ast Ecclesiæ præceptum determinat solummodo præceptum diuinum positiuum, non præceptum diuinum naturale, & negatiuum: hoc enim non indiget determinatione, cum sit vniuersale, ac pro semper obliget. Ex Cardin. Lugo doctrina.

DVBIVM XI.

An Ecclesia, quæ fideles semel saltem in anno communicare iubet, innuat quotidianum Eucharistiæ vsum consulendum omnibus esse?

65 *Quæstionis status.*

DVm Ecclesia inquit, *Semel in anno confiteatur suscipiens reuerenter Eucharistiam, cap. Omnis*, videtur fideles sacerrima mensa retrahere: Dum verò addit, *Semel saltem in anno*, insinuat suum maternum affectum, quo cupit fideles sæpius communicare, sed eorum indeuotioni morem gerere. Quæstio igitur est: an ex spiritu Ecclesiæ consulendus sit omnibus fidelibus indifferenter vsus quotidianus Eucharistiæ?

66 *Consulendus est omnibus indifferenter.*

Omnibus fidelibus indifferenter est consulendus. Quia panis sacerrimus *quotidianus* appellatur, idest, quotidie accipiendus, vt plures Doctores adducti à nostro Salmerone *to. 9. tr. 41.* explicant. Et quia Tridentinum *sess. 22. c. 6.* optat, fideles adstantes in singulis Missis communicare. Vnde Cardinales *vol. 4. Decis. Rotæ* asserunt, Tridentinum obstare Episcopo prohibenti communionem quotidianam omnibus coniugatis, vel præscribenti certos dies, extra quos communio non fiat. Et quia Patres quotidianam adstruunt communionem Chrys. *tom. 4, hom. 5. ad 1. Timot. Ignoras, quoniam indignè accedere, etiamsi semel tantum fiat, te supplicio tradit: dignè verò, etiamsi sæpe accedas, salutem inde conquiris.* Bonauent. *de proces. Relig. proc. 7. c. 21. Licet tepide, accedas fiducialiter, confidens de misericordia Dei; quia quo magis æger, magis indiges Medico.* Hilar. *ad cap. si non sunt. Si non sunt tanta peccata, vt excommunicetur quis, non se debet à medicina corporis, & sanguinis Domini separare.* Et quia in primitiua Ecclesia fideles omnes quotidie communicabant. Et quia D. Paulus ait, dispositionem necessariam esse solam à lethalibus puritatem. Et quia Sacerdotes imperfecti laudabiliter quotidie celebrant, cum tamen ad celebrandum eò maior puritas requiratur, quò excellentior est Sacerdotalis dignitas. Et quia si hodie communicare non expedit: ergo nec post octo dies; tunc enim non erit maior puritas, præcipuè cum vna communio digna dignioremdisponit ad alteram. Sic Marzilla Benedictinus apud Compostel. primarius Theologiæ professor, qui pro sua opinione Memoriale quoddam edidit ad Archiepiscopum Compostellanum, & posteà libellum integrum, quem *Additiones ad Memoriale* vocauit, & Maurus de Valderas eiusdem Ordinis, qui edito Theologico certamine, eandem doctrinam renouauit.

67 *Non est indifferenter consulendus omnibus.*

Non est consulendus indifferenter omnibus fidelibus. Quia non expedit omnibus iustis indifferenter, cuiuscúmque status sint, ac vitæ, quotidiana Communio, nec eis est vtilior, licet alioquin non sit illicita. Conueniunt omnes Scholastici Alensis *p. 4. a. 4. §. 1. q. 2.* Richar. *in 4. dist. 12. a. 6. q. 1.* Palud. *ibi, q. 1.* Carthus. *q. 5.* Albert. *dist. 13. a. 27. & 28.* Victor. *de Eucharist. n. 86.* Petr. de Soto *lect. 9. de Euchar.* vbi coniugatis non permittit, nisi ad summum semel in hebdomada communicare. Caiet. *ibi.* durius loquitur etiam cum Sacerdotibus D. Antonin. *p. 3. tit. 14. cap. 12. §. 5.* iubet tepidos aliquando abstinere, quia nimia familiaritas contemptum parit. Tapia *in 3. p. q. 8. art. 12.* Nugnus *in pref.* Sylues. *verb. Eucharistia 3. quæst. 15.* Tabie. *verb. Communio, num. 17.* Suar. *hic, d. 69. sect. 4.* Henriq. *l. 8. c. 53.* Coninch. *in præsenti.* Valent. *d. 6. q. 8. pun. 4.* & Card. de Lugo latè, & sapientissimè de more, *de Euchar. d. 17. a. num. 8.* Hic Theologorum consensus, quem ex Angelico Doctore *hic, a. 10.* confirmabo. *Circa vsum* (ait,) *huius Sacramenti duo possunt considerari, vnum ex parte ipsius Sacramenti, cuius virtus est hominibus salutaris, & ideo vtile est quotidie ipsum sumere, vt homo quotidie eius fructum percipiat. Alio modo potest considerari ex parte sumentis, in quo requiritur, vt cum magna deuotione, ac reuerentia ad hoc Sacramentum accedat: & ideò si aliquis se quotidie ad hoc paratum inueniat, laudabile est, quod quotidie sumat. Vnde Augustinus cum dixisset*, Accipe quotidie, vt quotidie tibi prosit, *subiungit*, sic viue, vt quotidie merearis accipere. *Sed quia multoties in pluribus hominum multa impedimenta huius deuotionis occurrunt, propter corporis indispositionem, vel animæ, non est vtile omnibus hominibus, quotidie ad hoc Sacramentum accedere.* Profectò hæc communis Scholasticorum sententia firmissima ratione nititur, cuius vis ad duo potissimum capita spectat: primò ad sumentis vtilitatem: secundò ad Sacramenti reuerentiam. Nam cum in primis certum sit, effectum Eucharistiæ crescere pro maiori, ac meliori præparatione sumentis, procuranda summopere est hæc præparatio; est autem optima præparatio ad hunc cibum, sicut ad alios fames quædam, ac spiritualis esuries; nam vt ait D. Augustin. *Panis hic interioris hominis esurient desiderat.* Verum apud imperfectos non raro contingere assolet, nimiam frequentiam parere quendam contemptum, ac fastidium communionémque ipsam in consuetudinem corpori admixtam abire; nam vsu ipso pretiosa vtilescunt. Secundò attenditur ad ipsius Sacramenti reuerentiam. Nam licet Christus Dominus se totum ad nostram

stram vtilitatem effuderit, expedit tamen tanti Domini rationem habere, eúmque, vt par est, reuerenter tractare. Huius ergo reuerentiæ, & decoris causa multa fiunt circa hoc Sacramentum, quæ prima facie videntur dispendium afferre nostræ vtilitati, licet re vera non afferant. An non illicita est duplex in vna die Communio, quia licet singulæ nouum fructum afferrent, esset tamen quædam species minoris reuerentiæ, passim ad tam Venerabile Sacramentum accedere? An non ob eandem Sacramenti reuerentiam prohibet Ecclesia Eucharistiæ sumptionem infantibus baptizatis, licet hoc non fiat sine aliquo ipsorum dispendio, quibus Eucharistia gratiam ex opere operato augeret? An non ob eandem reuerentiam negatur Eucharistia amentibus etiam non perpetuis, & baptizatis capacibus quidem salutaris effectus: quibus licet in vitæ fine detur pro Viatico, non tamen antè mortem? An non eadem causa ablatus est vsus Calicis laicis, licet alioquin careant maiori fructu, quem ex vtráque specie habent Theologi dictitant? Igitur vt reuerentia seruetur, oportet imminui recipientis vtilitatem: quid si ex quotidiana receptione ob defectum reuerentiæ imminuatur vtilitas? Ita Doctores citati, quorum placitum carptim desumptum exposui.

68 *Auctoris iudicium.* Ego quidem verissimam admodum hanc sententiam esse iudicans, non possum non primæ probabilitatem profiteri, cum vt indignè non sumatur, sola à lethalibus munda conscientia requiritur. Illud tamen minimè approbare possum, quod adiicit Marcilla, nempe quod non solùm homines, ac mulieres cuiuscúmque status, ac conditionis ad communicandum quotidie inducit, sed doceat, eos hac in parte Confessarij iudicium expectare non debere, nec eius monitis, ac consiliis obtemperare, sed eo ipso quod absolutionem Sacramentalem à lethalibus obtinent, vti iure suo, & inuito etiam, ac dissuadente Confessario, ad Communionem accedere. In hoc quidem P. Vincentij de Marcilla opinio sese mihi semper offeret indefensabilem, est enim contra commune omnium Doctorum placitum. Attendendum plane est Confessarij, seu Patris spiritualis consilium, non solùm quatenus per Sacramentalem absolutionem iudicet hominem Eucharistia dignum, sed quatenus etiam assignet vnicuique regulam prudentem magis, vel minus frequenter accedendi. Et quidem omnes Theologi superius adducti hoc vel ex receptissima fidelium praxi supponunt, vel expressè docent. Legendi citati, Petr. de Soto, Henriquez alios afferens *libr. 8. de Eucharist. cap. 13. Paragraph. secund.* & Alfons. Salmer. *tom. 9. in Euangel. tractat. 41.* qui licet acerrimè suadeat Communionis frequentiam, addit tamen, hoc fieri debere à laicis *Sacerdotis arbitrio, modo sit prudens, ac probus.* Ratione item probo ex duplici capite, primò ex regula illa generali apud spirituales viros receptissima, quod in rebus ad profectum spiritus pertinentibus debet vnusquisque Patris spiritualis stare cõsilio, nec suo se arbitrio regere. Quod si in rebus alioquin sanctis locum habet, vt in oratione, ieiunio, pœnitentia, &c. quanto magis in Eucharistiæ vsu, cuius nimia sumptio aliquid potest habere periculi: & per consequens hic, & nunc est dubium qualis frequentia huic homini magis expediat, iuxta vitæ statum. Nam (vti Catechismus ait,) *non potest vna regula pro omnibus assignari.* Certè *cap. Omnis vtriusque, de pœnit.* cum sermo sit de Communione annua ex præcepto facienda tempore Paschatis, adhuc permittitur differri ex confessarij consilio. Ergo à fortiori communio non ex præcepto, sed ex deuotione gerenda differri vtiliter poterit aliquando ex eiusdem consilio Confessarij. Id confirmat vsus, ac praxis Sanctorum, de quibus passim legitur, quod prohibiti à Confessariis sæpe à quotidiana communione abstinebant. Sic narrat P. Ribera de S. Theresia *lib. 4. cap. 12.* & idem legitur de aliis innumeris, qui sanè Dei spiritu ad obediendum ducebantur. Nam licet Confessarius potest nonnunquam decipi, pœnitens tamen dum ei obedit, non decipitur. Legi in vita D. Bernardi *lib. 1.* Diuum cuidam Monacho die solemni præcepisse, vt ab Eucharistia abstineret. Cum autem ille verecundiæ causa sacram accessisset ad mensam, non potuit cœlestem traiicere cibum, donec à Bernardo suæ inobedientiæ veniam obtinuit. Cæterùm argumenta primæ sententiæ Eminentissim. Cardinalis Lugo *d. 17. tota sect. 4.* apprimè dissoluit.

CAPVT VII.

Circa Ecclesiam, in qua ad Paschatis Communionem recipienda sit Eucharistia.

DVBIVM XII.

An Sufficiat ad præcepti huius impletionem Eucharistiam in Cathedrali Ecclesia suscipere?

69 *Status quæstionis.* VM constet, Eucharistiam ad huius præcepti satisfactionem, recipiendam esse in propria Parochia, licet de licentia Parochi possit in aliena Ecclesia recipi; ad quæstionem adduco, nùm sufficiat, eam sumere in Cathedrali?

70 *Sufficit quidem.* Sufficit quidem. Quia Cathedralis Ecclesia est commune Templum totius Diœcesis, in qua residet communis Pastor, qui verè potest omnium illius Diœcesis fidelium proprius Sacerdos appellari. Sic Posseuin. Piaseci. Barbos. Sà, Gesuald. apud Dianam *p. 9. tract. 9. resol. 64.* Machad. *p. 1. l. 2. p. 4. tr. 7. docum. 1. n. 3.* Genuens. *in praxi c. 70. n. 2.*

71 *Non sufficit.* Non sufficit. Quia in *cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss.* præcipiuntur fideles Eucharistiã in Paschate à proprio Sacerdote recipere. Et vsu receptũ est, vt hoc præceptũ propria adimpleatur. Ita Bona. *de Sacr. d. 4. q. 7.* male citatus à Machado pro cõtraria sẽtẽtia.

Trull.*l.*3.*Decal.c.*5.*dub.*2.*n.*12. Sanch.*lib.*3.*de matrim.d.*27.*num.*2. Bassæus *v.Communio,n.*13. Diana *citatus.*

72 *Idē assero.* Existimo probabilius esse, eum, qui in Ecclesia Cathedrali communicat in Paschate, sine licentia proprij Parochi, vel Episcopi, præcepto huic minimè satisfacere. Nullo enim iure probatur, Ecclesiam Cathedralem esse posse communem totius Diœcesis Parochiam.

DVBIVM XIII.

An aduenæ, ac peregrini impleant præceptum annuæ Communionis recipientes in Mendicantium Ecclesiis Eucharistiam?

73 *Non implent.* NOn implent. Quia dum non est propria Parochia, ac proprius Sacerdos debent peregrini ad Ecclesiam matricem, quæ propriæ Parochiæ substituit munus, accedere, & à Pastore illius velut à proprio Sacerdote Eucharistiam suscipere: deficiente namque propria Parochia Cathedralis, vel Collegiata, vbi non est Cathedralis substituit. Sic D. Anton. *ad c.*1.*de sepult.n.*8 Sylvest.*v.Confessor.*1.*qu.*1. Victor. *de Confess.n.*15.

74 *Implent quidem.* Implent quidem. Quia cum aduenæ, & peregrini Parochiâ careant, ac Parocho, in illis cessat tota ratio prohibitionis, nempe vt saltem tunc dignoscerent omnes, se proprio suo Parocho obedientiam debere. Ita Henriq *p.*2. *l.*8.*c.*55.*n.*1. Sotus *in* 4.*dist.*18.*q.*4.*a.*2. Manuel *to.*1.*qq.Regul.q.*56.*a.*6. Fagund. *præc.*3.*l.*1.*c.*5. *n.*10. Sanch.*l.*3.*de matr.d.*23.*nu.*17.*&* 18. Portel.*v.Sacramentor.administ.nu.*6. Granad.*tr.*12. *d.*2.*n.*5. Lugo *d.*18.*n.*51. Diana *par.*2.*tr.de dubiis Regular.resol.*12.

75 *Longe verius reor.* Hanc sententiam longe veriorem esse crediderim. Nullo enim iure firmari video, Ecclesiam matricem esse propriam aduenarum, seu peregrinorum Parochiam. Vnde assero aduenas, peregrinos, vagabundósque posse Eucharistiam recipere in Ecclesiis Mendicantium non solùm tempore Paschali annuæ Communioni assignato, sed etiam in ipso Paschatis die, tam ex deuotione, quam ex obligatione præcepti. Nam cum Parocho, ac Parochia careant, cessat in eis tota prohibitionis ratio.

DVBIVM XIV.

An mendicantes possint, in suis Ecclesiis Eucharistiam sæcularibus cunctis in Paschate, ad præceptum implendum, ministrare?

76 *Possūt quidem.* POssunt quidem. Quia licet in Mendicantium priuilegiis verbum illud apponatur: *Præterquam in die Paschatis*, aliud amplius priuilegium sine vlla restrictione concessum fuit à Nicolao V. Monasterio S. Mariæ de Guadalupe Ordinis S. Hieronymi in Hispania datum Romæ 4. Calend. Octobr. anno 1458. Pontificatus 4. quod refert Manu. *tom.*1.*qq.Regul.q.*56.*art.*3.*§. Quantum ad secundum.* & Fagund.*præc.*3.*l.*1.*c.*5.*num.*13. Quod priuilegium licet concessum fuit pro illo solo Monasterio propter concursum, ac deuotionem fidelium ad illum locum: postea tamen Pius IV. ac Pius V. priuilegia omnia illius Monasterij extenderant ad omnia eiusdem Ordinis Monasteria, etiamsi non militent in illis eædem causæ, vti probat Manu. *citat.q.*55.*a.*9. Quare per communicationem priuilegiorum videtur iam hęc facultas omnibus Mendicantibus competere. Sic Ludou. Beja *p.*4.*casu* 4. Manuel. *vbi supra.* Sorbo *in comp.priuil.v.Communicare.* Ioann. de la Cruz *in comp.priuil.l.*2.*c.*5. *dub.*4. *concluſ.*3. Ludou. de San. Iuan. *q.*8. *de Euch.a.*3. *dub.*3. *& diffic.*3 *per totam.* probans priuilegium concessum à Nicolao V. adhuc suum habere vigorem.

77 *Non possunt.* Minimè possunt. Quia cum Priuilegium Mendicantium expresse dicat *Præterquam in die Paschatis*, strictissimè est interpretandum, vtpotè contra ius commune concessum. Ita Diana *p.*6.*tr.*7.*resol.*58. Fagund. *præc.*3.*d.*1.*c.*5. *n.*16. Trull. *l.*3. *Decal.c.*5. *dub.*2. *n.*8. Nauar. *sum. c.*21. *n.*52. Henriq. *l.*8. *c.*5. *litter. B.* Sotus *in* 4. *dist.*18. *q.*4. *a.*2. Granad. Portel. Sanch. quos affert, ac sequitur Leand. *p.*2. *tr.*7. *d.*3. *q.*19.

78 *Auctoris resolutio.* Profectò primam sententiam non posse secure defendi Fagundez ait, sed eius venia, contrarium affirmo, sufficienti enim probabilitate nititur. Fateor tamen circa illud priuilegium duplici me dubitatione adstringi. Prima est, quia omnes præfati Auctores, qui illud referunt, dicunt, concessum esse à Nicolao V. anno 1458. quod constat esse manifestè falsum, cum anno illo Summum Pontificatum ageret Pius II. succedens Calixto III. qui Nicolao V. successerat anno 1455. Secunda est, quia si illud priuilegium fuisset per Bullam concessum, cur Manuel Rodrig. in Regularium Bullario, vbi alias eiusdem Pontificis Bullas concessit, illius Bullę memoriam non gessit? Si autem fuit solùm viuæ vocis concessum oraculo, reuocatum censebitur per reuocationem Vrbani VIII. qui omnia eiusmodi priuilegia viuæ vocis oraculis concessa reuocauit. Attamen ego primam sententiam eligo si inueniatur per Bullam, vel Breue aliquod priuilegium huiusmodi fuisse concessum: non enim video cur non habeat suum adhuc vigorem. Mecum Cardin. Lugo. *de Eucharist.d.*18.*n.*49. Fagundium lege.

DVBIVM XV.

An sæcularibus, qui iam præceptum annuæ Communionis impleuere, vel animum illud implendi habent, nondum elapso tempore præscripto: possint Mendicantes, in die Resurrectionis ex deuotione accipiendum ministrare Eucharistiam?

79 *Nō possūt.* MInimè possunt. Quia Summi Pontifices séper excipiunt hunc diem simpliciter, vnde

nec Societatis nostræ Patres, qui ad hoc habent priuilegia amplissima possunt in suis Ecclesiis absque peccato ministrare Eucharistiam Paschatis ipso die, etiamsi ex deuotione cum intentione implendi in Ecclesia propria præceptum, recipiatur. Sic Nauat. *sum. c. 21. nu. 51.* Azor. *l. 7. c. 30. q. 7.* Henriq. *l. 8. c. 55. n. 1.* Trull. *l. 3. Decal. c. 5. dub. 2. n. 8.* Bonac. *de Sacram. d. 4. q. 5. pun. 1. n. 12.* loquutus de illis, qui nondum adimpleuere in propria Parochia præceptum, quamuis de illis qui iam adimpleuerunt, contrarium doceat *q. 7. punct. 2. numer. 9.*

80 *Possunt quidem.* Possunt quidem. Quia quamuis Resurrectionis dies semper à Pontificibus simpliciter excipiatur: tamen illius diei exceptio simpliciter ideo à Pontificibus fit, vt omnes fideles suas Parochias adeant, ad satisfaciendum huic præcepto. Ideóque non erit contra mentem ipsorum ministrari in die Paschatis Eucharistiam ei qui vel iam in propria communicauit Ecclesia, vel postmodum communicandi gerit intentionem. Ita Fagund. *præc. 3. l. 1. c. 5. n. 9.* Suar. *de Euch. d. 71. sect. 2.* Filliuc. *tr. 4. n. 265.* Manu. *de Communio. cap. 64. num. 1.* Ioan. de la Cruz *in Epito. lib. 2. cap. 5. dub. 4. concl. 2.* Sà *verb. Eucharistia, num. 10.* Lugo *de Euch. d. 18. num. 50.* Diana *part. 8. tract. 1. resol. 88.* Vasq. *to. 3. in 3. p. d. 219. c. 3.* Coninch *de Sacram. q. 82. a. 3. n. 31.*

81 *Mum sen. non iuuer. tim profero.* Scio dubitari à Doctoribus quid intelligatur per diem Paschatis in priuilegiis Mendicantium exceptum. Aliqui enim intelligunt ipsum Resurrectionis diem, extra quem dicunt posse, in eo autem non posse Mendicantes dare Eucharistiam petenti. Alij tamen illa verba non intelligunt materialiter, sed formaliter de communione Paschali, quocumque die fiat: nam intentio Pontificum fuit illam communionem Parochis reseruare. Si autem sola dies materialis excideretur, parum prodesset, quia possent omnes die sequenti, in Ecclesiis Regularium præcepto satisfacere. Vnde inferunt ea etiam die Resurrectionis Regulares dare Eucharistiam iis, qui iam in Parochia communicarunt vel postea communicare intendunt. Item non posse dare diebus præcedentibus vel sequentibus iis, qui ea communione volunt satisfacere præcepto annuæ Communionis. Quam sententiam omnino iuxta mentem Pontificum esse non dubito. Addo tamen cum Laymano *tr. 4. de Euchar. c. 7. n. 4.* in dubio præsumi posse, ac debere, eos, qui ad communicandum accedunt die ipso Paschatis, aut aliis assignatis, in Ecclesia Mendicantium, satisfeciisse iam, vel habere animum satisfaciendi in sua Parochia, cum non facile sit quispiam ab Altari repellendus, quando cum aliis accedens Eucharistia reficì postulat.

* *
*

CAPVT VIII.

Circa Ministrum Eucharistiæ, ad implendum annuæ Communionis Præceptum.

QVÆSTIO INCIDENS.

Nùm vi Cruciatæ possit quis hoc præceptum implere in qualibet Ecclesia communicando è cuiusuis manu Sacerdotis, modo in die ipso Paschatis non fiat?

POsse quidem videtur. Quia Bulla concedit facultatem vt valeat quis *Potest plane.* 82
accipere Eucharistiam, & alia Sacramenta præterquam in die Paschatis. Dies autem Paschatis pro primo die supponit Ergò si quis velit præceptum annuæ Communionis implere aliquo ante Pascha die à Dominica in Palmis, vel aliquo post diem ipsum Paschæ vsque ad Dominicam in Albis, ritè poterit. Sic nonnulli, quos pressis nominibus memorat Lugo Card. *de Euchar. d. 18. num. 50.* Machad. *to. 1. l. 2. p. 4. tr. 7. docum. 6. n. 6.* asserens id esse probabile & securum in praxi, & citans male quidem P. Vasquez *to. 3. in 3. p. 129. c. 5. num. 47.*

Minimè potest. Quia illa verba, *Præterquam in die Paschatis* non intelligenda sunt materialiter, sed formaliter de communione Paschali, quocumque die fiat à Dominica in Palmis vsque ad Dominicam in Albis inclusiuè. Nam intentio Pontificis fuit illam Communionem Parochis reseruare. Ita Trull. *in Bul. l. 1. §. 3. dub. 7. n. 6.* Henriq. *l. 7. c. 13. n. 4. lit. O.* Sylvest. *v. Eucharistia 3. n. 4.* Manu. *in Bul. §. 5. n. 7.* Ludou. de la Cruz *in Bul. d. 1. c. 6. dub. 6. n. 14.* & alij communiter. *Non potest.* 83

Hoc crediderim ferè certum. Nam Bulla nullatenus concedit facultatem communicandi in qualibet Ecclesia, ad implendum Cõmunionis annuæ præceptum: sed solum concedit facultatem recipiendi Eucharistiam de manu Sacerdotis cuiusuis sine licentia Parochi, etiã Interdicti tẽpore, præterquã in die Paschatis, hoc est Paschalium dierum, qui sunt ad huius præcepti satisfactionem designati. De quo casu loquitur Vasquez. Et miror plane Machadũ virũ perdoctũ ex patrocinio P. Vasquez & Dianæ asseruisse primã sententiã esse probabilem & tutam in praxi, cum illi Auctores nihil circa hanc quæstionem loquantur, & si rationi hæremus, nihil probabilitatis præseferre videatur, cum praxis vbique contrarium proclamet. *Hoc mihi certũ fere.* 84

DVBIVM XVI.

An Parocho deficiente vel nolente Eucharistiam subditis ministrare ad implendum annuæ Confessionis præceptum: Religiosi possint eam sæcularibus impertire?

85 *Non possunt.* NOn possunt. Quia licet id gerere valeant, cum necessitas vrget, v.gr. cum Viaticum recipere deberet ægrotus, absente aut nolente Parocho: in nostro casu necessitas non vrget, nec multum refert, si expectetur Parochus absens, vel durus emolliatur. Si autem interim communione aliquis indigebit ad suam spiritualem consolationem, poterit ex deuotione communicare, & postea de Parochi Euchari. stiam ad præcepti satisfactionem. Sic Card. Lugo *de Euch. dub. 18. numer. 53.* Fagund. *præc. 3. libr. 2. capit. 2. numer. 21.* Nauar. *summ. capit. 21. numer. 52. & capit. 27. numer. 107.* Sylvest. *verb. Excommunicatio 7. n. 30.* & 32.

86 *Possunt quidem.* Possunt quidem. Quia absente Parocho, aut nolente id efficere, rationabiliter censetur adesse licentiã à Papa, vel Episcopo præsumptã. Ità Leand. *præc. 3. tr. 7. d. 3. q. 24.* Diana *p. 10. tr. 11. resol. 31.* hanc sententiam iudicat æque esse probabilem.

87 *Idem assero.* Idem ego asserendum existimo. Nam licet hæc necessitas non tantum vrgeat, quantum necessitas in mortis articulo, sufficienter tamen vrgere indico, vt licitè Eucharistia à Mendicantibus valeat ministrari, quorum priuilegia in casu consolationis maioris Proximorum magis sunt, prudentia adhibita, amplianda.

DVBIVM XVII.

An possint Religiosi in Paschate Eucharistiam ministrare familiaribus actualiter Religiosis inseruientibus?

88 *Non possũt.* NOn possunt. Quia in *cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remis.* decernitur, vt quisquis à Proprio Sacerdote Corpus Domini in Paschate recipiat: cum igitur sit proprium Sacerdotem accedendum, eo ipso ad propriam Parochiam accedere oportet, vel de Parochi licentia, in Monasterij, cui inseruiunt illi, Ecclesia cõmunicare. Sic Fagund. *præc. 3. l. 1. c. 5. n. 5.* asserens id Sacram Cardinalium Congregationem declarasse. *p. 4. fol. 151.* Manu. *to. 1. qq. Reg. q. 56. a. 3.* Sà *v. Eucharistia, n. 9.* Bonac. *de Sacra. d. 4. q. 7. pun. 1. n. 10.*

89 *Possint quidem.* Possunt planè. Quia id concessere Clemens IV. Benedictinis. Innocentius VI. & Sixtus IV. Augustinianis Leo X. Minimis. Ita Sanch. *l. 3. de matr. d. 23. nu. 12.* Trull. *in Bul. l. 1. §. 3. dub. 7. n. 11.* Ludouic. *q. 8. de Euch. a. 9. dub. 1.* Portel. & Dicastil. quos citat, ac sequitur Leand. *p. 2. tr. 7. d. 3. quæs. 26.* Diana *p. 9. tr. 9. resol. 36. & p. 10. resol. 30.*

90 *Hoc probabilius esse crediderim.* Quis id abneget si verum sit præfata priuilegia Pontificum extare? Credendum vero est, quod tot Doctores constanter affirmant. Addiderim cum Portel, idem esse dicendum de famulis coniugatis nocte extra Monasteria dormientibus, cum hi etiam commensales continui existant. Nec priuilegia illa sine ratione concessa fuisse potest quis suspicari, quia Religiosi quibus famuli illi continuo inseruiunt, eis velut proprij Pastores assistunt, de honesta eorum conuersatione curantes.

LIBER

LIBER XLV.

PRÆCEPTVM QVARTVM DE ECCLESIASTICO IEIVNIO.

PRÆCEPTVM quartum Ecclesiæ circa Ieiunia Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Vigiliarum quæ præscribit obligationem. Exprimam, quid sit Ieiunium Ecclesiasticum? Quænam ad illius essentiam requirantur? Quinam ad eius obseruationem obligentur? Quinam verò eximantur.

SECTIO PRIMA.

De Præcepto obseruandi Ieiunia, Receptiores sine lite Sententiæ.

CAPVT I.

Quid sit Ecclesiasticum Ieiunium?

1 *Ieiunium quatuor modis accipitur.*

VVLGARE est, ieiunium ex vi suæ significationis importare abstinentiam quæ quidē quatuor modis potest accipi. Primo, pro abstinentia à vitiis, & peccatorum fuga *Cap. Ieiunium, de consecrat. dist. 5.* Secundo sumitur pro abstinentia à qualibet re per modum cibi & potus, & hoc dicitur ieiunium naturale, quod frangitur quoties aliquid cibi, vel potus in stomachum transmittitur; qui autem degustans, statim ejicit, non dicitur ieiunium naturale violare. Tertio recipitur pro parsimonia, & temperantia, quæ in hoc posita est, vt non plus cibi, aut potus absumatur, quā ratio naturalis præscribit. Quarto denique sumitur pro ieiunio Ecclesiastico, quo præcipitur vnica in die comestio, hoc est à media nocte ad mediā vsque noctē futurā D. Tho. 2-2. *q.* 147. Filliuc. *tract.* 27. *part.* 2. *cap.* 1. Reginal. *l.* 4. *num.* 125. Nauar. *summ. cap.* 21. *numer.* 11. Fagund. *præc.* 4. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 1. Sancius *in select. d.* 51. *n.* 1. & 2.

2 *Ieiunium Ecclesiasticum quid sit.*

Ieiunium Ecclesiasticum est *abstinentia voluntaria à cibo iuxta Ecclesiæ præscriptum, vel receptam consuetudinem.* Dicitur *voluntaria*, quia est actus virtutis, & præcipuè temperantiæ ac obedientiæ, qua præceptum de Ecclesiastico ieiunio integrè ac perfectè asseruatur; ad temperantiam enim pertinet, delectationem cibi, ac potus ita moderari, vt in ipsis debitam constituat mediocritatem, vt huiusmodi delectatio sit iuxtà mensuram rationis. Dicitur *à cibo*, non autem à potu; quia potus potius ordinatur ad distributionem per corpus ob sanguinis refrigerium, quam vt per se corpus alat. Et quia nomine cibi non veniunt medicinæ, potiones, & electuaria, quæ licet nutriant, sumuntur tamen ob infirmitatem subleuandam & ideo non soluunt ieiunium. Adiicitur, *iuxta præscriptum Ecclesiæ*, id est, eo modo fiat, quo præscribit Ecclesia. Præscribit autem ciborum certi generis abstinentiam, vnicam comestionem, & certam refectionis horam. Lessi. *l.* 4. *c.* 2. *dub.* 2, *n.* 8. Bonac. *de præc. Eccl. d. vlt. q.* 1. *pun.* 1. *n.* 7. Sanci. *in select. d.* 51. *n.* 2. & omnes.

Adest equidem ieiunandi præceptum. Quia vero ieiunium ab Ecclesia pro diuersis temporibus & diebus est institutum, ideò ex iure non colligitur vnum commune ieiunandi præceptum, sed diuersa pro diuersis temporibus. *cap. Non liceat, cap. Non oportet. cap. Placuit, de consecrat. dist. 5. & cap. Consilium, de obseruat. ieiun. nior.* Porrò hi textus non condunt nouum ius circa ieiunium, sed declarant obligationem iā ab Ecclesia impositam, ideóque non vtuntur verbis præceptiuis, sed tantum declaratiuis obligationis. Vnde impudenter asserunt nostri temporis hæretici, ieiunia esse libera, & ex cuiusque arbitratu suscipienda. D. Tho. 2. 2. *q.* 147. *a.* 8. Tolet. *l.* 4. *c.* 2. *n.* 1. Azor. *to.* 1. *l.* 7. *c.* 8. *q.* 3. & *c.* 10. *q.* 6. Sanci. *in select. d.* 51. *n.* 4. & omnes.

3 *Præceptum ieiunandi ab Ecclesia indicitur.*

CAPVT

CAPVT II.

De abstinentia à Carnibus ex præcepto Ieiunij.

4 *Prima essentialis ieiunij conditio.*

PRIMA essentialis ieiunij conditio est, vt à carnibus abstineatur: & quod ad ieiunium Quadragesimale attinet, Constat ex *cap. Statuimus, dist.* 4. Quod autem attinet ad omnia alia ieiunia, deducitur ex *cap. de esu carnium, de consecrat. dist.* 3. & ex Concilio Gerundense, *cap.* 3. & id constans & perpetua Ecclesiæ traditio confirmat. D. Thom. 2.2. *quæstion.* 147. *artic.* 8. Sylvius *ibi*, Tolet. *libr.* 6. *cap.* 2. *numer.* 1. & alij. Ratio est, quia ieiunium ordinatur ad macerandum corpus, vnde debet esse abstinentia à cibo, qui est magis gustui gratus, & qui magis reficit corpus, & sensui contra rationem vires subministrat: tales autem sunt suo ex genere carnes.

5 *Carnium nomine intelliguntur etiam oua.*

Certe *carnium* nomine intelliguntur etiam oua Quadragesimæ tempore, nam extra hoc tempus iure communi non sunt prohibita. Quia in iure nullus textus reperitur, qui oua prohibeat, licet quei sdam in locis ea in ieiuniis extra Quadragesimam non permittat. An autem talis consuetudo obliget sub mortali in iis locis, vbi recepta est, perspiciendum ab iis, ad quos attinet, an introducta sit ex deuotione, an cum destinatione obligationis? Nauar. *sum. cap.* 21. *num.* 15 Sanchez *lib.* 4. *summ. cap.* 11. *nu.* 51. Sancius *in select. d.* 56. *num.* 18. Lezana *sum. verb. Ieiunium, numer.* 3. Diana *part.* 3. *tr.* 3. *resol.* 80.

6 *Et etiam lacticinia.*

Necnon carnium nomine lacticinia intelliguntur, quæ tamen solum Quadragesimæ tempore iure vetantur, extra illud permittuntur, vt oua. Consuetudo verò quibusdam in locis lacticinia etiam in Quadragesima permittit, exceptis paucis diebus vt in Belgio. Vnde in ouorum, ac lacticiniorum vsu attendenda est potius locorum consuetudo, quam ius præscriptum. Consuetudo enim est optima legum interpres. Lessi. *lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 8. Sylvest. *verb. Ieiunium, numer.* 15. Manu. *tom.* 1. *sum. cap.* 23.

7 *Non licet in diebus ieiunij vesci animalium sanguine.*

Quando verò in Quadragesima ob Bullæ priuilegium, vel in aliis extra Quadragesimam ob consuetudinem ieiuniis lacticiniorum esu conceditur, non licet vesci animalium sanguine. Quia licet sanguis propriè caro non sit proximè autem caro est, est enim in proximo statu, vt in carnem conuertatur, & proinde esse in eodem genere cum carne censetur. Pasqualig. *in praxi ieiunij Eccles. decis.* 75. & alij communiter.

8 *In ieiuniis pro Iubilæo.*

In ieiuniis pro Iubilæo, pœnitentia iniuncta, ac votiuis possunt oua, & lacticinia in cibum adhiberi. Quia in omnibus his casibus intelliguntur ieiunia communia iuxta Ecclesiæ præscriptionem, nisi à Pontifice, vel à Confessario, aut à volente alius ieiunandi modus indicatur, aut promittatur. Sanchez *lib.* 4. *sum. cap.* 11. *num.* 49. & 50. Portel. *in dubiis Regul. v. Ieiunium, in addit. n.* 7. Diana *p.* 1. *tract.* 9. *resol.* 6. & 27.

9 *Habens licentiam edendi carnes, potest vesci.*

Habens licentiam edendi carnes in Quadragesima potest ouis & lacticiniis vesci. Quia cui concessum est maius indultum est etiam eiusdem generis minus. Et quidem prohibitio carnium maiorem abstinentiam quam ouorum ac lacticiniorum inducit. Sancius *in select. d.* 51. *num.* 17. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *capit.* 10. *quæstion.* 2. 4. & 5. Pasqualig. *decis.* 48 *de ieiun.* Reginal. *l.* 4. *n.* 145. & 161.

10 *Qui ex dispensatione comedit carnes.*

Qui verò ex dispensatione carnibus vescitur, potest simul edere pisces, quando non in de graue aliquod damnum prouenit. Quia pisces ex se sunt in illis diebus liciti, in quibus carnes prohibentur: dispensatio autem licitas efficit carnes, nec prohibet pisces. Diana *part.* 1. *tract.* 9. *resol.* 26. Lezana *summ. verb. Ieiunium, numer.* 11. Fernandez *part.* 3. *exam. cap.* 9. §. 5. & alij.

11 *Qui dispensatur ad carnes.*

Qui dispensatur ad carnes pro tribus, verbi gratiâ, diebus in hebdomada, potest sibi eligere quos voluerit, exceptis tamen diebus Veneris, ac Sabbathi, qui eligi non possunt, quando adsunt alij dies, pro quibus possit dispensatio inseruire. Eligius Basæ. *verb. Ieiunium*, 1. *numer.* 4.

12 *Qui dispensatur ad carnes vnica vice pro singulis diebus.*

Dispensatus ad carnes edendas vnica vice pro singulis diebus siue in prandio, siue in cœna, non poterit alia vice carnes edere. Quia præceptum abstinendi à carnibus est negatiuum obligans pro singulis momentis. Vnde cum dispensatio fit ad vicem vnicam coarcta, remanet præceptum obligans ad abstinentiam pro reliquis vicibus. Beja *part.* 1. *casuum casu* 45. Sancius *in select. dub.* 51. *numer.* 14. & 15.

13 *Dispensatus ad oua, & lacticinia.*

Dispensatus in Quadragesima ad oua, ac lacticinia comedenda, non est à ieiunio dispensatus. Quia comestio ouorum, & lacticiniorum substantiam, ac formam Ecclesiastici ieiunij non soluit: vt constat in ieiunis extra Quadragesimam, in quibus lacticinia non sunt prohibita. Vnde Pius V. declarauit *in Bulla Cruciatæ*, cum ouis, & lacticiniis ieiunium stare.

14 *Potest dispensare Pontifex, vt vescendo carnibus.*

Imo cum forma ieiunij Ecclesiastici sit præscripta ab Ecclesia potest à summo Pontifice alia ieiunij determinari forma: ideoque potest etiam dispensare cum aliquo vt vescendo carnibus ieiunet, ita vt forma ieiunij consistat tantum in vnica comestione, absque ciborum delectu. Sylui. 2. 2. *quæstion.* 147. *articul.* 4. Sanchez *libr.* 4. *summ. capit.* 11. *numer.* 49. Llamas *parte.* 3. *metho. capit.* 5. *Paragraph.* 26.

15 *Ieiunio satisfacit, qui adeo ventrē replet.*

Ieiunij præcepto satisfacit, qui ventrem adeo replet, vt ieiunij, vt non solum ieiunij difficultatem nō sentiat, sed potius libidinem excitet, ac foueat, modo à cibis in die ieiunij vetitis abstineat nec pluribus refectionibus vtatur. Quia ille dicitur præcepto satisfacere, qui præstat id, quod præceptum est, finis autem præcepti sub præcepto non cadit. Couar. *l.* 4. *variar c.* 20. *n.* 11. Reginal. *l.* 4. *n.* 163. Medina *C. de ieiun q.* 9.

16 Aduentante necessitate edendi cibos in die ieiunij

Licentia ad ieiunij prohibitos, per se loquendo, licentia petenda non est, si necessitas certa sit. Quia obligatio legis ob superuenientem necessitatem tollitur. Vnde quando stante causa certa petitur dispensatio, nihil illa operatur quoad obligationem tollendam, sed solum quoad quandam pro exteriori apparentia iustificationem. Nam ratione scandali, vel alterius circunstantiæ fieri poterit, vt aliquando necessum sit, quod licentia petatur. Igitur quando Confessarius vel alius vir prudens iudicat causam sufficientem adesse soluendi ieiunium, aut carnibus, vel ouis vescendi, non est necessaria Superioris dispensatio. D. Thom. 2. 2. q. 147. a. 4. *in corp.* Sylui. *ibi* Nauar. *sum. cap.* 21. *nu.* 21. Sancius *in select. d.* 54. *num.* 36. Lessi. *l.* 4. *c.* 2. *dub.* 6. *num.* 45.

17 In dubio de necessitate petenda est Episcopo vel Prælato dispensatio. Quia licet in causa certa dispensatio necessaria non sit, cum nihil habeat, quod operari possit: quando est dubia, habet quod operetur. D. Tho. 2. 2. q. 147. a. 4. Nauar. *summ. c.* 21. *n.* 20. Sylnest. *v. Ieiunium, n.* 20. Quando autem dispensatio petitur, debent Prælati sese faciles exhibere, nec subditos propriæ ipsorum conscientiæ derelinquere, vt Doctores communiter admonent.

18 Potest Parochus præsente etiam Episcopo, vel eius Vicario in ieiunio dispensare ratione cõsuetudinis. Quia ea introducta est Episcopis consentientibus: licet enim adsint, non tamen est ita facilis ad ipsos, vel eorum Vicarios accessus, præsertim infimæ conditionis hominibus, aut extra Ciuitatem degentibus. Consuetudo autem dat iurisdictionem iis, qui ipsius sunt capaces. *Cap. Cum contingat, de foro comp.* Nauar. *summ. c.* 21. *n.* 21. Sancius *in select. d.* 54. *n.* 36. Sanch. *l.* 8. *de matrim. d.* 9. *n.* 27. *& l.* 5. *cons. c.* 1. *dub.* 5. Sylui. 2. 2. *qu.* 147. *art.* 4. ex D. Thoma.

19 Confessarius non potest in ieiunio dispensare, nisi ad hoc ab habente facultatem dispensandi deputetur. Quia dispensare in ieiunio est actus iurisdictionis in exteriori foro, Confessarius autem in hoc foro iurisdictionem non habet. Poterit tamen declarare, an causa sit sufficiens ad non ieiunandum, & hoc pacto interpretari, legem tunc non obligare. Idem dixerim de quocumque viro prudenti. Quia hoc munus ad iudicium prudentiale spectat. Bonac. *de præc. Eccl. d. vlt. q.* 1. *pun. vlt. num.* 18. Tolet. *libr.* 6. *capit.* 4. *numer.* 5. Pasqualig. *decis.* 389.

20 Necessitate vtendi cibis veritis in diebus ieiuniorum, debent Medici iudicare, cautè verò in licentia impertienda ad carnis edendæ vsum. Nec absolutè facultatem impertiant, quando infirmo sufficit limitata: alioqui rei erunt fractionis duplicis præcepti, ieiunij scilicet & abstinentiæ à carnibus: nisi adsit causa excusans à ieiunio, & non ab abstinentia carnium, tunc enim vnicum esset peccatum si autẽ dubium sit, an adsit causa, poterit licentiam impertire, ne infirmus periculo exponatur. Monuerim autem Medicos, ne sint nimium cauti, ne dum ieiunio fauent, valetudini proximi noceant. Sanchez *libr.* 4. *moral. capit.* 11. *numer.* 53. Sancius *in select. d.* 51. *nu.* 16. Tolet. *lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 8. Pasqualig. *in praxi ieiun. decis.* 378.

CAPVT III.

De vnica comestione secunda essentiali conditione Ecclesiastici Ieiunij.

AD essentiam ieiunij Ecclesiastici requiritur plurium refectionum abstinentia, ità vt intrà diei naturalis spatium semel tantummodo corpus reficiatur. Porrò potus liquidorum, quæ habent rationem cibi, vt ius, lac, & alia huiusmodi ieiunium soluit, si in notabili quantitate sumatur extra prandium. Quia per se primo eiusmodi liquida ad nutrien dum ordinantur. Potus vero sumptio quamuis crebrior non vetatur. Quia potus ordinatur potius ad cibi per corpus distributionem, & sanguinis refrigerium, quam vt per se corpus alat. Quod est verum, etiamsi potus, vini, ceruisiæ, aquæ mulsæ, vulgariter *Aloja*, &c. in quantitate magna, & sine necessitate sumatur; quia potest quidem contra temperantiam delinqui, minime autem contrà ieiunij obligationem. D. Thom. 2. 2 *quæstion.* 147. *articul.* 6. Lessi. *libr.* 4. *cap.* 2. *dub.* 2. *numer.* 10. Nauar. *summ. capit.* 21. *numer.* 13. Pasqualig. *decision.* 116. & fere omnes. 21 *Corpus semel solummodo reficiendũ in die naturali.*

Non prohibetur vsus electuariorum, quæ non sumuntur vti alimenta, sed vti medicamina, nisi quis hæc absumat in quantitate magna ad fraudem ieiunij. Eadem est ratio de fructibus siue recentibus siue siccis, quando iuuare possunt corporis valetudinem; quia tunc rationem medicinæ obtinent. Item ante vel post prandium licet edere pomum, vel pyrum, aut quid simile ad sedandam sitim, modo res, quæ sumitur non sit tantę quantitatis vt pro comestione, non pro sedanda sici inseruiat. Fagundez *præc.* 4. *libr.* 1. *capit.* 4. Lezana *summ. verb. Ieiunium, numer.* 4. Filliuc. *tr.* 27. *p.* 2. *num.* 43. Pasqualig. *decis.* 133. & 135. 22 *Nec vsus electuariorum.*

Excusantur lectores, ac ministri mensæ in Monasteriis aliquid præsumentes. Quia illud est inchoatio quædam prandij, & illa temporis interpositio fit ex causa iusta, ne vires notabiliter debilitentur. Sylui. 2. 1. *q.* 147. *a.* 6 *quæst.* 1. *concl.* 1. Lessi. *l.* 4. *c.* 2. *dub.* 2. *n.* 11. Diana *p.* 4. *tr.* 4. *resol.* 142. 23 *Lectores, ac ministri mẽsæ possũt aliquid præsumere.*

Cantores possunt primo mane aliquid cibi absumere, vt habeant vocem ad canendum aptiorem. Res autem, debet esse apta ad conseruandam vocem, quæ se habeat per modum medicinæ. Idem à fortiori licebit concionatoribus. Quia ieiunium non debet munus id Sacrum impedire, nec quæ ad ipsum exercendum sunt necessaria. Filliuc. *libr.* 4. *capit.* 2. *numer.* 37. Pasqualig *decis.* 132. Sanchez *libr.* 5. *consil. capit.* 1. *dub.* 22. *numer.* 7. 24 *Et Cantores*

Quando

25 *Et ne potus noceat modo sæpe malitiosè non fiat in ieiunij fraudē.*

Quando bibitur per diem extrà prandium, vel refectiunculam, licet aliquid cibi sumere nè potus noceat. Quia concedens aliud, censetur etiam concedere omnia sine quibus id obtineri non potest. Et hoc licitum est nedum semel in die, sed pluries, quoties contingit bibere, modò non fiat in fraudem ieiunij: vt si quis biberet non ad sitim sedandam, sed vt parum illud cibi absumere posset. Nam si ex huiusmodi fraude cibus ad potum præsumptus pluries ad notabilem deueniat quantitatem, ieiunium lethaliter violabitur, secus verò si intrà materiæ paruitatem sistat. Laym. *libr. 4. tra. 8. cap. 1. numer. 7.* Diana *part. 1. tract. 9. resol. 24.* Bonaci. *de præc. Eccl. dub. vltim. quæs. 1. punct. 3. num 1. 4.* Fagundez *præc. 4. libr. 1. cap. 4. numer. 14.*

26 *Datur paruitas materiæ excusans à lethali.*

Quod si requiras, quænam materię paruitas à fractione ieiunij excuset, ex receptiori sententia respondeo, duarum vnciarum communis cibi quantitatem ad peccatum lethale non sufficere. Quia si quantitas serotinæ refectiunculæ ad octo vncias est reducenda (vt videbimus) ergò quantitas, quę ob paruitatē materiæ ieiunium non soluat, potest ad duas vncias quartam scilicet refectiunculæ serotinæ partem reduci poterit, siquidem huiusmodi octo vncię pro quarta prandij parte, assolet reputari. Quantitas autem cibi, quæ singulis vicibus, sumi potest, ne potus noceat, est frustulū, verbi gratiâ panis, duę nuces, aut quid simile in proportionata quantitate. Quia talis quantitas est quidē exigua, sed sufficiens, vt potui in stomacho commixta ipsius impediat nocumentum. Turrian. *summ. part. 1. cap. 256. dub. 7.* Diana *part. 5. tract. 5. resol. 11.* Reginal. *libr. 4. numer. 185.* Filliuc. *tract. 27. part. 2. numer. 33.* & alij.

27 *Etiam in esu carnium datur.*

Etiam in comestione carnium in die ieiunij paruitas materiæ datur. Quia licet præceptum Ecclesiæ de non vescendo carnibus in die ieiunij sit negatiuqm, etiam præceptum naturale de non furando negatiuum est: ergò sicut in hoc excusat à lethali materiæ paruitas, ita in illo; non enim est maior præcepti positiui, quàm naturalis obligatio. Sanchez *libr. 2. sum. cap. 8. numer. 17.* Tanner. *2. 2. d. 2. quæstion. 3. numer. 93.* Bonacin. *de præc. Eccl. d. vltim. qu. 1. punct. 2. numer. 1.* Diana *part. 1. tract. 9. resol. 45. & part. 5. tract. 5. resol. 32.* Qui ex Antonio de Leon addit, paruitatem materiæ se extendere circa carnes, ac quantitatem illam, quam assolent coqui ad præguſtandos cibos assumere. Pasqualig. autem melius *decis. 42.* docet, moraliter esse pensandam, ita vt illa parnitas materiæ censeatur, quæ moraliter non sufficiat, vt quis per talem cibum refici dicatur; vnde putat posse dimidiam circiter vnciam assignari.

28 *Licita est refectiuncula vespertina.*

Quamuis verò in die ieiunij præscribatur vnica comestio: cum ea tamen ex consuetudine, quæ moribus vtentium comprobatur refectiuncula vespertina est licita, modo in quantitate non excedatur. Quia illa non dicitur refectiuncula: & hoc verum, quamuis sumatur non solum ne potius noceat, (vt olim) sed etiam alendi causa, & sine potu. Nauar. *summ. capit. 21. numer. 13.* Medina *C. de ieiun. qu. 8.* Sylvest. *verb. Ieiunium, numer. 10.* Lublin. *part. 1. sum. verb. Ieiunium, num. 3.* Tolet. *lib. 6. c. 2. num. 5.*

Mensura autem huius refectiunculæ est, quam pro varietate locorum, ac personarum consuetudo recepta tenet. Regulariter verò à Doctoribus sex, vel octo vnciarum quantitas assignatur. Filliuc. *tract. 27. part. 1. numer. 32.* Fagundez *præc. 4. lib. 1. cap. 4. numer. 13.* Diana *part. 1. tract 9. resol. 1.* Sancius *in select. dub. 52. num. 7.* 29 *Sex. vel octo vnciæ potest esse refectiuncula vespertina quantitas.*

In Vigilia Natalitij Domini in locis, vbi adest consuetudo potest sumi refectiuncula in maiori quantitate. Quia sicut Ecclesia in die Natiuitatis, si sit Veneris, aut Sabbathi cōcedit ob festi latitiam, posse fideles carnibus vesci: ita enim ieiunium Vigiliæ vult esse lætitiæ, & in festi prærogatiuis participare, salua tamen substantia Vigiliæ. Azor. *part. 1. lib. 7. cap. 8. quæst. 8.* Sanci. *in select. dub. 52. num. 10.* Diana *part. 1. tract. 9. resol. 1.* Fagundez *præc. 4. libr. 1. capit. 4. numer. 19.* Pasqualig. *decis. 92.* 30 *In vigilia Natiuitatis ex consuetudine in maiori quantitate sumi solet quantitas vigiliæ.*

Quamuis octo vnicarum quantitatem in hac refectiuncula regulariter assignarim, crediderim tamen ob adeptam consuetudinem aliquantulum plus nobilioribus licere. Quia assolent debilioris valetudinis & delicatioribus, ac pluribus epulis esse, vnde plus per ieiunium quam cæteri macerantur. Sancius *in select. d. 52. numer. 9.* Dianam, Azorium, Fagundez, & alios citans. Quod confirmat *cap. Non coganiur, dist. 41.* Sic etiam paulò maior est refectiuncula, qua vti assolent profani, seu sæculares, quam sit ea qua Monachi, aut viri Religiosi vtuntur. 31 *Aliquantulum plus collationi nobilioribus licet.*

Excessus, qui refectiunculam hanc in cœnam conuertit, est mortale peccatum: secus si excessus non sit valdè notabilis; vnde excedere per vnam aut alteram vnciam præfixam sex aut octo vnciarum quantitatem, veniale solum erit. Quia refectiunculæ huius quantitas moraliter ponderatur, & quod sit paulo maior, adhuc in refectiunculę manet ratione. Sanci. *in select. d. 52. nu. 7.* Sanch. *l. 5. consil. cap. 1. dub. 25. n. 5.* 32 *Quinam excessus in refectiuncula sit lethalis?*

Porro in refectiuncula ij tantum cibi sumi possunt, qui communiter frugum nomine continentur, verbi gratiâ, vuæ, nuces, poma, pyra, herbæ, & alij arborum, aut hortorum fructus vel alia ex melle aut Sacharo condimenta: & si secus fiat ieiunium solui, vt si sumantur pisces, oua, aut reliqua lacticinia, quibus in prandio licet ex priuilegio vesci. Quia non debent in refectiuncula adhiberi, quæ simpliciter ad reficiendum ordinantur. Et quia non est consuetudine introductum, quod pisces, oua, & lactinia, etiam in parua quantitate adhibeantur. Scio, ab aliquibus Doctoribus pisciculos paruos concedi, dummodo debita quantitas adsit, de quo sectione 2. dubiè disputabimus. Diana *p. 1. tr. 9 resol. 1. & p. 4. tr. 4. resol. 117.* cum communi. 33 *Quinam cibi sumi possint in refectiuncula?*

Quando iusta causa subest, vt ratione debilitatis, negotiorū, per diē agendorū studiorum, itineris agēdi, &c. potest refectiūcula sumi manè, aut meridie, cœna in vesperā dilatata. Quia id permittit cōsuetudo; si vero sine causa fiat solū erit veniale. Quia non substantia ieiunij, sed solum circumstantia violatur. Lessi. *libr. 4. cap. 2. dub.* 34 *Quando iusta causa adest.*

*dub.2.n.11.*Tolet.*l.6.c.2.nu.*8.Laym.*l.4.tr.8.c.1.n.*10.Diana *p.1.tr.9.resol.*33.

35 *Qui violat semel ieiunium.*

Qui ieiunium grauiter violat non tenetur illo die ieiunare, nec delinquit sæpius comedendo saltem lethaliter. Quia iam non potest essentiam ieiunij de vnica comestione seruare. Qui autem comedit carnes, quando prohibentur, toties mortaliter delinquit, quoties comedit. Quia súptis semel cibis vetitis, adhuc viget eos non edendi obligatio, quæ seruari potest, cũ præceptũ negatiuum obliget semper, & ad semper: sumpta vero secunda refectione ciborum qui non prohibentur, soluens semel ieiunium, non potest seruare præceptum affirmatiuum de vnica comestione, ideoque semel tantũ, licet sæpius comedat, lethaliter delinquit. Sylui.2.2.q.147.*a.6.quæst.*3.Tanner.*ibi,d.*3.*q.*3.*n.*93.Nauar.*sum.c.*21.*nu.*16.& 25. Sanci.*in select.d.*54.*n.*41.Laym.*l.*4.*tr.*8.*c.*1.

36 *Qui súptit ieiunium vel sine culpa.*

Qui die ieiunij sciens sumpsit ientaculum, siue id culpabiliter gesserit, siue absque culpa (vt causa profectionis) non tenetur eo die ieiunare, etiamsi contingat, non proficisci. Quia ieiunium iam est voluntarie violatum, vel certè causa violandi data, nec potest illud reparari. Habet locum hæc sententia maxime quando reliquum diei sine cibo ille transigere non posset; si enim posse sine incommodo, crediderim debere à secunda abstinere refectione. Quia ieiunium adhuc quoad vnicam refectionem seruari posset. Sed hîc supponitur, ientaculum in notabili quantitate excessisse refectiunculę limites. Nam si nõ excessit, tunc poterit vsq; ad vesperã differre refectionẽ. Quia adhuc ieiunium poterit obseruari quoad eam partem, in qua nondum est violatum, nempe quoad vnicam refectionem Filliuc.*tr.*27.*n.*24. Lessi.*l.*4.*c.*1.*n.*18.Laym.*l.*4.*tr.*8.*c.*1.*n.*13.Sylui. 2.2.*q.*147.*a.*6.*quæst.*2.

37 *Non potest amicum ie. manentẽ inuitare ad cœnam.*

Habens causam non ieiunandi, non potest amicum causa vrbanitatis seriò inuitare, nec in mensa, vt comedat, vrgere. Quia nemo potest licite inuitari ad id, quod sine peccato præstare non potest. Lessi.*lib.*4.*c.*2 *dub.*20. Fagund.*prac.*4.*l.*1.*c.*10.*n.*12. Bonac.*de præc. Eccl.d.vlt.q.*1.*pun.*3.*n.*9.Lublin.*p.*1.*sum.v. Ieiunii, num.*11.

38 *In dubio, an teneatur ie. uare pote. rit inuita. ri ad cœnã.*

In dubio autem, an teneatur ieiunare, potest inuitari ad cœnam. Quia inuitans debet supponere, memorem illum propriæ salutis, non accepturum, si ieiunare teneatur. Scio aliquos Doctores adiicere, licitum absolutè esse quemquam inuitare ad cœnam, etiamsi probabiliter credatur, esse acceptaturum, ad actum vrbanitatis exercendum. Quia talis inuitatio est potius conditionata, quam absoluta, nempe inuito te ad cœnam, si tibi cœnare liceat. Pasqualig.*de ieiun. decis.*373.

39 *Mortale.*

Graue delictum est, in Catholicorum locis cauponem carnes hospitibus in die ieiunij apponere. Quia eas apponere, quando prohibentur, non est quid indifferens sed contra præceptum. Et quia scandalum subest, dum Ecclesiæ præceptum contemnere videntur. Lessi. *l.*4.*c.*2.*dub.*4.*n.*22.Bonac.*de præc. Eccl.d.vlt.q.*1. *punct.*3.*n.*9.Tolet.*l.*6.*c.*5.*n.*4.Nauar.*summ.c.*21. 40 *Caupo si ad. sit causa.* *num.*16.

Quando adest necessitas, aut alia iusta causa, aut priuilegium: possunt caupones petentibus ministrare carnes. Quia cum iuste petant illi, possunt etiam hi iuste & absque peccato exhibere. Idem putarim esse licitum, ad vitandum aliquod graue incommodum, aut quando concurrunt minæ, si tamen non adsit scandalum ex parte ministrantis, quod facile tolli potest, si ostendat, se coactè ministrare. Quia tunc non concurrit ad peccatum, cum constet quod coactè ministret: nec præceptum Ecclesiæ cum tanto discrimine obligat. Laym.*l.*2.*tr.*3.*c.*13.*n.*5.& alij.

41 *In locis hæreticorum licitum.*

In locis verò hæreticorum, vbi passim ab aliis solent carnes apponi, id licitum erit cauponi Catholico præciso Religionis contemptu, si duæ adsint conditiones. Prima, vt nequeat sine suo graui incommodo recusare, vt si à Prætore vexetur. Secunda, vt non apponãtur carnes, nisi petantur; non enim ingeri possunt non petentibus. Quia id esset, illos ad illicita inuitare. Lessi.*l.*4.*c.*2.*dub.*4.*n.*22. Bonac. *de præc. Eccl.d.vlt.q.*1.*pun.*3.*n.*9.Laym.*l.*2.*tr.*3.*c.*13.*n.*5.

42 *Qui ob negotium occurrens.*

Qui ob negotium occurrens prandium interrumpit, nõ tum sufficienti sumpta refectione, potest, absoluto negotio eam perficere, modo animo continuandi interruperit. Quia huiusmodi interruptio duplicem non constituit refectionem, sed vnam integrat, vtpotè ab vna voluntate cõtinuata procedentẽ. Lessi. *l.*4.*c.*2.*dub.*2.*n.*11.Azor.*p.*1.*l.*7.*c.*9.*qu.*1. Reginal.*l.*4.*n.*177.Portel *in dub. Regul. v. Ieiunium, in addit.n.*10.Sancius *in select.d.*52.*nu.*4 Bonac.*de præc. Eccl.d.vlt q.*1.*pun.*3.*n.*10.

43 *Si longa intercessit mora.*

Potrò si absque animo continuandi prandium interrupit, non potest amplius licite prãdium reassumere, si longa intercessit mora. Quia comestio non diceretur physicè, aut moraliter continuari, & cõsequenter duplex prãdium reputaretur. Portel.*in dub. Regul. v. Ieiunium, in addit.n.*10.Fernand.*p.*2.*c.*8.§.2.*nu.* 18. Sanci.*in select.d.*52.*nu.*4. si vero modica mora interceſſit, is qui à mensa surrexit animo non continuandi, poterit adhuc, mutata voluntate, cõtinuare. Quia parua intercedente mora, eadem moraliter refectio reputatur.

CAPVT IV.

De certa refectionis hora ad Ieiunium requisita.

44 *Refectionis hora in die ieiunij est circa meridiem.*

TERTIVM, quod ad ieiunium requiritur, est certa refectionis hora. Olim in ieiuniis extra Quadragesimam horam nonam, id est tertia post meridiem, erat hora ex consuetudine refectionem sumendi, vt ex *can.* 34. Concilij Moguntini colligitur. In Quadragesima verò refectio vsque ad vesperam differebatur. Modo autem ex consuetudine iam vbique recepta est circa meridiem. Quæ consuetudo, vtpote rationabilis, approbata est ab Ecclesia, vt humanæ fragilitati morem gereret. Porro ea hora non requiritur positiuè, quasi necessariũ sit, tũc cibũ sumere; quia si lubet, tota die abstinere; sed negatiue, ne scilicet ante illã refectionẽ

sumanus, notabili temporis spatio illam præuenientes. Meridies autem in ieiunij diebus moraliter debet computari, non iuxta calculum Astronomicum. Quia in rebus moralibus moraliter est procedendum. Couar. *lib. 4. var. c. 20. n. 14.* Sylui. *2. 2. quæs. 147. a. 7.* Sylvest. *v. Ieiunium, q. 4. n. 11.* Reginal. *lib. 4. nu. 156.* Filliuc. *tr. 27. n. 67.* Azor. *to. 1. l. 7. c. 11.*

45 *Hora hæc non est de essentia ieiunij.*

Receptissima sententia est, horam determinatam concedendi non esse de essentia ieiunij sed tantum accidentalem circumstantiam. Quia manente ieiunio in sua substantia, mutata est in Ecclesia hora comedendi; quod fieri non potuisset, si hora determinata de essentia esset; non enim potest res subsistere, mutatis iis, quæ ad ipsius attinent essentiam. Nauar. *sum. cap. 21. n. 22.* Manu. *p. 1. sum. c. 23.* Caiet. *22. q. 147. a. 7.* Diana *p. 1. tr. 9. resol. 27.*

46 *Vnde non erit moralis notabilis anticipatio.*

Hinc colligo, non lethale piaculum, sed venniale solummodo, notabilem temporis anticipationem. Quia temporis circumstantia (vt vidimus) non est de essentia ieiunij, sed accidentalis; quare non seruata hora, adhuc satisfit ieiunandi præcepto, quoad substantiam obligationis. Quando autem præceptum impletur secundum substantiam, etiamsi aliqua circumstantia prætermittatur, lethale peccatum non committitur. Pasqualig. *decis. 146.* Laym. *libr. 4. tr. 8. cap. 1. num. 11.* Manu. *to. 1. sum. cap. 23. nu. 3.* Tolet. *libr. 6. cap. 3. numer. 8.* Angel *verb. Ieiunium, num. 2.* Lessi. *libr. 4. capit. 2. dub. 2. numer. 13.* Diana *parte. 1. tract. 9. resol. 27. & parte 5. tract. 5. resolut. 11.*

47 *Tempus notabile.*

Tempus autem notabile, vt anticipatio prandij sit (iuxta hanc sententiam receptiorem quidem peccatum veniale, sic definio. Ieiunans poterit vna circiter hora ante meridiem prandere. Quia hoc ita inualuit, vt iam fere sit consuetudine firmatum: tempus enim non pertingens ad horam integram non est tempus notabile non solum comparatine ad diem integrum, sed etiam in anticipatione respectu meridiei Tolet. *l. 6. c. 3. n. 5.* Sanci. *in select. d. 53.* Viguer. *c. 7. Institut. §. 3. vers. 1.* Medina *l. 1. sum. c. 14. §. 10.*

48 *Potest hora prandij ex iusta causa notabiliter anticipari.*

Ex iusta causa potest in die ieiunij hora prandij notabiliter anticipari. Quia sicut obligatio ieiunandi cessat, quando præceptum absque notabili incommodo impleri non potest: ita à fortiori cessabit obligatio seruandi in prandendo temporis circumstantiam: sed cum minor obligatio sit, ex minori quoque causa cessabit. Profecto causæ iustæ, ob quas potest in ieiunio prandiū anticipari notabiliter, sunt: lectio pro mensa, iter, concio, lectio in scholis, aduentus, vel recessus hospitis, &c. Præterea quādo superuenit aliquid, quod ita exigat anticipationem, vt absque incommodo, nō possit hora consueta expectari. Nauar. *sum. c. 21. n. 27.* Pasqualig. *decis. 149.* Diana *part. 1. tr. 9. resol. 27.* Bonac. *de præ. Eccl. d. vlt. q. 1. pun. 4. n. 2.* Sylvest. *v. Ieiunium, q. 4.*

49 *Qui obtinet priuilegium prandendi ante legitimam horā.*

Qui ante consuetam ieiunij horam, prandendi priuilegium obtinuit, tenetur reliqua diei parte à cibis abstinere; non enim censetur lege ieiunij solutus. Quia dispensatio expresse fit de hora comedendi, quæ cadit suprà substantiam ieiunij, sed supra temporis circumstantiā accidentalem, qua sublata, potest substantia ieiunij persistere. Nauar. *c. 21. n. 22.* Azor. *to. 1. l. 7. c. 11. q. 6.* Bonac. *de præc. Eccl. d. vlt. qu. 1. punct. 4. num. 5.*

Similiter qui dispensationem obtinuit sumendi multiplicem refectionem, non potest ex vi illius dispensationis carnibus vesci. Quia præter ieiunij præceptum, adest etiam speciale præceptum de abstinentia à carnibus, *cap. Denique, dist. 4.* quod est vniuersalius, cum adolescentes ab vsu rationis vsque ad annum vigesimū primū, & senes quovsque vires patiuntur, comprehendat. Benè tamen potest, horam comedendi anteuertere. Quia tempus comedendi in die ieiunij præscribitur tāquam accidens & circumstantia. Ergo sublata ieiunij obligatione, tollitur etiam obligatio obseruandæ horę; nam sublato essentiali, etiā accidentale tollitur. Valent. *2. 2. d. 9. q. 2 pun. 5.* Pasqualig. *decis. 267. n. 15. & 19.* Reginal. *l. 4. n. 168.*

50 *Qui dispensatur à ieiunij obligatione.*

Discedens mane ex Oppido domicilij, vbi est obligatio ieiunandi, peruenturus ad locum vbi talis obligatio non instat, licet non possit in loco domicilij carnibus vesci, potest tamen ientaculum sumere. Quia nō tenetur illa die à secunda refectione abstinere, cum in loco, quo peruenturus est, possit secundo, ac tertio comedere: Ergò potest primā refectionē, priusquam discedat assumere. Lessi. *l. 4. c. 2. num. 58.* Sanch. *de matr. lib. 3. d. 18. num. 22.* Portel. *v. Ieiunium, num. 2.*

51 *Discessurus à loco, vbi est ieiunium ad locum.*

Imo hoc verum, licet noctu sit ad ipsummet Oppidum, à quo mane exierat, & vbi ieiunium seruabatur, reuersurus. Quia cum ipse ferè per totam diem fuerit in loco, vbi non vigebat ieiunij obligatio, potuit licitè pluries comedere cum quo ieiunium nequit obseruari: erit tamē adstrictus serò in Oppidum reuersus à carnibus abstinere. Sancius *in select. d. 54. numer. 28.* Diana *parte. 1. tract 9. resolut. 3.* Pasqualig. *decis. 61.*

52 *Hoc verum licet sit eadem die.*

At si quis discedat è loco, vbi carnes comeduntur, poterit eis vesci, etiamsi eodem die sit ad locum, vbi non comeduntur, peruenturus. Quia potest sequi leges & consuetudines loci, quamdiu in eo adest, nec tenetur ibi, leges alterius loci obseruare. Peruenies tamen vespere ad locū, in quo carnes non comeduntur, comedere nō potest, si locus ille sit proprium domicilium. Quia quilibet tenetur leges proprij domicilij quamdiu in ipso est obseruare. Nec obstat, quod mane carnes ederit: quia præceptum est negatiuum obligans pro quocumque momento temporis pro quo prohibentur: nec extinguitur eo, quod quis semel in illa die, aut iterum carnes comederit. Si verò locus, ad quē vespere peruenit, non sit proprium domiciliū, potest ibi carnibus vesci etiamsi prohibeantur secluso tamen scandalo. Quia talis non est illius communitatis membrum, ideoque non subiicitur legibus, queis illa communitas dirigitur. Sanch. *de matr. l. 3. d. 18. n. 22.* Filliuc. *l. 27. p. 2. n. 109.* Sanci. *in select. d. 54. nu. 30.* Pasqualig. *decis. §. 9. & 60.* Diana *p. 1. tr. 9. resol. 3.*

52 *Poterit vesci carnibus discessurus à loco.*

CAPVT

CAPVT V.

De iis qui tenentur Præceptum Ieiunij obseruare.

53 *Completo vigesimo primo ætatis anno ieiunij obligat tum Christi.*

MNES Christiani ieiunij præcepto obstringuntur completo vigesimo primo anno. Quia causa huius præcepti in omnibus locum habent: omnes enim indigent castigatione carnis, vt spiritui sit subiecta, satisfactione pro peccatis, & ad orandum mentis aptitudine. D. Tho. 2. 2. *qu.* 147. *a.* 4. & omnes.

54 *Etiam iusti ac perfecti.*

Etiam iustos, & perfectos, vel eos, qui ieiunio non egent, hoc præceptum obligat. Sic in Concilio Viénensi relato in Clement. *Ad nostrum de hæretic.* definitur. Vbi damnantur Beguardi, & Beguini asserentes, iustos, ac perfectos ad seruanda Ecclesiæ ieiunia non obligari. Ratio autem est, quia in nullo potest cessare finis ab Ecclesia intentus; licèt enim causa impulsiua ad indicendum ieiunium videatur esse carnis contra spiritum rebellio, non tamen intendit solùm domare carnem, sed etiam abstinentiæ exerceri virtutem, meritum ieiunantis accrescere, & pro peccatis geri satisfactionem Verum etiam hoc in sententia illorum, qui edocent, cessante fine legis etiã in particulari, cessare legẽ respectu illius, in quo cessat. Quia tunc solum desinit lex obligare, quando cessat eius finis adæquatus; quod si aliquis remaneat, minimè cessat obligatio. §. *Affinitatis, & §. Socrum, Instit. de nuptiis.* Valent. *to.* 3. *d.* 9. *q.* 2. *pun.* 2. Molfes. *p.* 1. *sum. c.* 4. *n.* 14. Angles *florib. de ieiun. diffic.* 1. Pasqualig. *decis.* 31. & 32.

55 *Non potest quis per alium ieiunandi præcepto satisfacere.*

Ieiunandi præcepto quis per alium non potest satisfacere. Quia obligatio ieiunij personalis est, vtpotè ab Ecclesia imposita, ad affligendum corpus, & carnem edomandam. Ieiunium tamen, quatenus satisfactorium est, potest per alterum exerceri. Quia satisfactio vnius potest pro altero applicari. Non enim est aliud, quam debitum soluere, quod quis pro alio gerere potest. Excipere ieiunia pro pœnitentia à Confessario imposita. Quia non solum imponuntur vt satisfactiua, sed etiam vt corporis punitiua in delictorum pœnam, qui effectus non habentur, si ieiunia per alios impleantur. Reginal. *libr.* 4. *numer.* 187. Bonac. *de præc. Eccl. dub. vltim. q.* 1. *pun.* 6. *n.* 2. Azor. *to.* 1. *l.* 7. *c.* 1. *q.* 7.

56 *Quomodo computandus sit vigesimus primus annus.*

Vigesimus primus annus, à quo completo ieiunium obligat, non debet à momento ad momentum computari, vt si quis illum manè hora octaua impleuit, in reliquo diei ieiunare teneatur. Quia ieiunij præceptum respicit totum diem vt obiectum indiuiduum, non autem partem: & ideo qui per aliquam diei particulam exemptus à ieiunio fuit, totaliter die illa à ieiunij onere liberatur. Et hoc ex receptiore sententia verum, licet quis annum vigesimum primum paruo tempore post mediam noctem præcedentem diem ieiunij compleat. Quia adhuc præceptum non afficit totam diem, & ipse ratione illius exigui temporis accipit illum diem vt à ieiunio exemptum, & in possessione constituitur. Sancius *in select. d.* 54. *n.* 4. Pasqualig. *decis.* 252. Naldus *v. Ætas, nu.* 3. Diana *p.* 1. *tr.* 9 *resol.* 49. & alij.

57 *Si annum vigesimum primũ initio aut circa medium Quadragesimæ compleas.*

Attamen si quis annum vigesimum primũ Quadragesimæ initio aut circa medium compleat, ad ieiunium sequentibus diebus tenetur. Quia præceptum ieiunandi tota Quadragesima non est vnum indiuisibile, sed vnum integrale constans ex pluribus præceptis affixis singulis diebus: vnde etiam est diuisibiliter, & per suas partes seruandum. Filliuc. *tr.* 27. *p.* 2. *n.* 111. Lezana *v. Ieiunium, n.* 6. Sanch. *l.* 5. *consil. c.* 1. *dub.* 2.

57 *Qui die aliquo ieiunare nõ potest.*

Qui die aliquo ieiunare nõ potest, nõ tenetur aliquid aliud loco ieiunij persoluere. Quia lex non magis obligat, quam verbis exprimit: lex autem hæc imponit tantum ieiunium, non autem aliquid aliud; nec adest aliud præceptum ad id obligans, quando non ieiunatur. Vnde nec alio die ieiunare tenetur. Quia tunc ieiuniũ, cũ sit pro certo die statutum, est onus diei, nisi forte virtute alicuius priuilegij ieiuniũ in alium diem transtulerit. Nauar. *sum. c.* 21. *nu.* 22. Bonac. *de præcept. Eccl. d. vlt. q.* 1. *pun.* 6. *nu.* 3. Pasqualig. *decis.* 39. & 184. Lessi. *l.* 4. *c.* 2. *dub.* 3. *n.* 18. Reginal. *l.* 4. *n.* 188.

59 *Præceptum hoc obligat ad mortale.*

Præceptũ Ecclesiæ de seruãdo ieiunio obligat ad mortale, si absque causa violetur, quamuis id non ex consuetudine, sed ex aliqua tentatione & semel tantũ fiat. Quia res præcepta capax est huius obligationis, & Ecclesia absolutè id præcipit. Et quia violatores ieiunij Quadragesimalis absque causa legitima, pœna excõmunicationis puniũtur, *can.* 68. *Apostol.* & aliis Cõciliis: pœna autem grauis, ac præcipuè excommunicationis nõ imponitur, nisi vbi lethale piaculum adest. Id etiã ex *cap. Ieiunia*, & *ex. cap. Quadragesima*, colligitur D. Tho. 2. 2. *q.* 147. *a.* 3. Nauar. *summ. c.* 21. *n.* 3. Syluest. *v. Ieiunium, q.* 1.

60 *Qui putaret, iustam habere causam non ieiunandi.*

At si quis putaret, iustã non ieiunandi causã subesse, non peccaret saltẽ lethaliter, licet falleretur, modo non esset crassa ignorantia. Quia quando censetur adesse causa iusta non ieiunandi, intentio nec indirectè contra legẽ fertur: imo operatio est secundum rectã rationẽ; recta enim ratio dictat, licere ieiunij solutionẽ, quando causam sufficientẽ subesse existimatur. Bonac. *de præc. Eccl. d. vlt. q.* 1. *pun. vlt. n.* 20. Pasqualig. *decis.* 353. Tolet. *l.* 6. *c.* 4. Sylui. 2. 2. *quæs.* 147. *art.* 4. Fernandez *part.* 2. *cap.* 8. §. 2. *num.* 14.

CAPVT V.

De diebus, queis ex Ecclesiæ præscripto, aut ex consuetudine, voto, &c. est ieiunandum.

61 *Omnia Ecclesiæ ieiunia de iure humano solo obligant.*

OMNIA Ecclesiæ ieiunia, etiam Quadragesimæ de iure humano sunt instituta, eoque solo obligãt. Quia ordinationes Apostolorum, quas ipsi vt Ecclesiarum Rectores præscripsere, sub iure humano

comprehenduntur. Lessi. *l.4.c.2.du.5. num.30.* Nauar *sum.c.21.nu.12.* Reginal. *l.4.130.* Sylui. *2.2.q.147.a.5.quæst.1.*

62 *Potest obligari fidelis ob legitimã consuetudinem.*

Potest autem obligari fidelis ad ieiunandum per legitimam consuetudinem. Quia consuetudo legitima vim legis habet, *leg. De quibus, ff. de legib.* & *cap. Consuetudo, dist.1.* Imo consuetudo potest abrogare ieiunia, vt constat ex praxi. Sic apud Mediolanenses quatuor primi dies Quadragesimæ sunt abrogati. Et Clerici non seruant ieiunium septimæ hebdomadæ ante Pascha, quod ab ipsis seruandum decernitur *cap. Statuimus dist.3.* Ieiunium quartæ, & sextæ feriæ, quod olim obligabat, abrogatum est. Item aduentus Domini ieiunium, quod apud Romanos seruabatur. Vt tamẽ consuetudo legi ieiunij deroget, debet esse in se rationabilis. Quia cum lex ratione nitatur, non potest nisi rationis virtute corruere. Sylvest. *v. Ieiunium, qu.2.* Bonac. *de præc. Eccl. d.vlt.q.1.pun.1.nu.1.* Azor. *tom.1.lib.7.cap.19.quæs.1.* Pasqualig. *decis. 34.* & *35.*

63 *Diebus Rogationũ non est ieiunium ex præcepto.*

Diebus Rogationum non est ieiunium ex præcepto seruandum, saltem si ius commune siue scriptum, siue in consuetudine generali fundatum spectemus. Quia nullum extat ius commune nullaque adest generalis consuetudo præcepti vim habens de vero ieiunio illis diebus seruando. Attamen si alicubi præceptũ Synodale extet, vel consuetudo vim præcepti obtinens, vt saltem vsque ad prandium meridianum ieiunetur, seruandum erit tale ieiunium Certè consuetudo non semper est obligatoria habens vim legis; sed sæpe est solum directiua tanquam ex consilio præscribens Reginal. *l.4. n.13.* Fagund *præc.4.l.1.c.6.n.8.* Filliuc. *tr.27.p. 2.n.102.* Azor. *tr.1.lib.7.c.15.q.4.* Pasqualig. *decis.174.*

64 *Non est licitũ diebus Rogationum adipe vesci.*

Licitum tamen non est in diebus vesci adipe seu pinguedine in locis, vbi consuetudo id permittit in Sabbathis, quæ non ieiunãtur, nisi consuetudo aliter obtinuerit. Quia interdicto carnium vsu, interdictus etiam consequenter debet adipis vsus, vbi consuetudo præscripta in contrarium non est. Sylui. *in resolut. variis, v. Rogationes.*

65 *Ex deuotione die qua libet, etiam Dominica licitum est ieiunare.*

Ex præcepto ieiunandum est diebus ab Ecclesia præscriptis. Ex deuotione verò, aut ex voto aliis etiam diebus ieiunium iniri potest. Quia ieiunium est opus Sanctum, ac meritorium, quo quouis die præstari potest. Die Dominico etiam fas est ieiunare, si ex aliquo errore non fiat, vt fiebat à Manichæis: nec ex moris Ecclesiastici contemptu, & scandalum absit. Ab Ecclesia tamen & communi fidelium vsu receptum est, vt vigiliæ ieiunium, si in diẽ Dominica incidat, præcedenti Sabbatho persoluatur. *cap. Ex parte, de obseru. ieiunior.* Valent. *to.3.d.9.q.2.pun.4.* Sà *v. Ieiunium, n.5.* & *7.* Azor. *to.1.l.7.c.20.q.5.* Reginal *l.4.n.188.*

66 *Dies, quibus ex præcepto ieiunium indicitur, annumero.*

Porro dies, quibus ex præcepto ieiunium ab Ecclesia indicitur, sunt dies singuli Quadragesimæ, exceptis Dominicis. Quadragesima olim apud Romanam Ecclesiam hebdomada post Quinquagesimam solebat incipere, modo autem ieiuniũ Quadragesimale incipit à quarta feria Cinerum. Terminatur autem de iure in Sabbatho inclusiue ante Pascha. Itẽ Quatuor anni tempora *cap. Statuimus dist.76.* In quibus præscribitur trium dierumn, empè quartæ, sextæ feriæ, ac Sabbathi, vt singulis mensibus vna dies respõdeat, & in toto anno tot sint dies ieiunij huius, quot sunt Menses. Præterea ex iure communi habetur, ieiunandum in pernigiliis Natiuitatis Domini, & Assumptionis Deiparæ *cap. Ex parte, de obseru. ieiunior.* In pernigiliis Apostolorum, *cap. Constitum, de obseru. ieiunior.* excluſa tamen vigilia SS. Philippi & Iacobi, in qua non ieiunatur ob Paschalis lætitiæ signum: & vigilia S. Ioannis Euangelistæ, quia incidit inter festa Natalis Domini, in quo non est locus ieiunio. In vigilia Pentecostes ieiunium non est de iure, quia nullibi præceptum de tali ieiunio reperitur: obligat tamẽ ex consuetudine vim legis habente. Idem dicendum de vigilia S. Ioannis Baptistæ S. Laurentij, & omnium Sanctorum. Sylvest. *v. Ieiunium, qu.5.* Fagund. *præc.4.lib.1. cap.5. num.9.* & *10.* Scio Pasqualigum *decis.171.* & *172.* dubitare, an hæc consuetudo fuerit cum animo se obligandi, an verò tantum ex deuotione introducta. Quando vigilia S. Ioannis incidit in festo Corporis Christi anticipandum est ieiunium die immediato nempe feria quarta, ex constit. Vrbani VIII. edita die 13. Octobris anni 1638 quæ incipit. *Cum euenire.* In aliis vigiliis non est obligatio ieiunandi, nisi peculiaris aliqua consuetudo alicubi sub obligatione sit recepta. Omnes sic.

67 *Qui possint ieiunium in alium diem ex causis transferre.*

Potest Episcopus in alium diem huiusmodi ieiunia transferre, dummodo rationabilis causa subsit. Quia licet quæ in iure Canonico statuuntur, Episcopi dispositioni non relinquãtur committitur tamen ei ipsorum dispositio. Idem possunt omnes Abbates, & alij, qui iura Episcopalia exercent, ita vt à iurisdictione Episcopali sint exẽpti; cũ enim iurisdictione fori Ecclesiastici fruantur, in hoc æquiparantur Episcopis. Eandem authoritatẽ habent Regulares Prelati respectu suorũ subditorũ. Quia exercẽt ipsorũ respectu quasi Episcopalia iura, & sunt Iuris Canonici executores, vtpote ipsorũ Ordinarij. Vnde si in aliqua Ecclesia speciali, aut loco alicuius Diœcesis contingat aliquod festũ solẽne celebrari, vt esset Titularis, aut Patroni & eodem die incidat ieiunium à iure cõmuni indictũ, poterit Episcopus pro iis, qui illum incolunt locum, vel ad illam pertinent Ecclesiã ieiunium in alium diem transferre. Bonacin. *de præc. Eccl. d.vlt q.1.pun.vlt n.19.* Fagund. *præc.4. l.1.c.9 n.4.* Nauar. *sum.c.21.nu.11* Pasqual. *decis. 169.* Sylui. *2.2.q.147.a.4.*

CAPVT VI.

De prima causa excusante à ieiunio, quæ est Impotentia.

66 *Ob impotẽtiam moraliter excusantur infirmi, & conualescentes, & alij plures.*

DVPLEX est impotentia de qua sermo, physica, & moralis. Physica contingit, quando quis absolute ieiunare non potest, moralis *lẽ* quando non potest absque damno notabili. Ob impotentiam moralem excusantur infirmi & infirmorum nomine etiam cõualescentes comprehenduntur,

qui

qui nondum vires ex præcedenti morbo acquisierunt. Et hoc verum, etiamsi infirmitas propria ex culpa contigerit. Præterea si ieiunium aliquē excitaret morbum, nempè capitis vertigines, stomachi affectionem affligentem, aut quid simile, cessaret ieiunandi obligatio. Item quando ieiunium impedit aliquas consuetas functiones: quod impedimentum non debet esse tale, vt absolute impediat, sed sufficit, quomodocumque impediat, ne possint commodè exerceri: vt esset dolor capitis, aut quid simile. Sub nomine infirmorum etiam intelligo valetudinarios, qui licet non habeāt aliquem actualem morbum, tamen sunt complexionis malè affectæ, & ad actualem morbum proni. Quia praua illa complexionis affectio continuo morbo æquiparatur, corpus enim reddit debile. Item qui stomachi debilitate afficiuntur, & nequeunt in vnica refectione tantum cibi sumere, quantum ad commodè nutriendum corpus sufficiat; quia scilicèt illa quantitate nimium stomachus prægranatur, & difficile concoquere potest. In hoc casu ieiunium nimis euadit onerosum, & extra rationis terminum corpus affligens. Item qui nocte dormire non potest, nisi cœnet, non tenetur ad ieiunium. Quia substractio somni valde corpori nocet, impedit enim decoctionem cibi, & ad morbum disponit. Idem dixerim, si quis noctu calefieri non potest. Debet tamē esse notabile impedimentum somno, aut frigoris expulsioni, quod censeatur corpus in tali statu constituere, vt eo subleuamento indigeat. Verum quando quis non potest noctu dormire, vel calefieri nisi cœnet, non tenetur mane sumere refectiunculam, & differre refectionem ad horam cœnæ. Quia in ieiunio quilibet habet ius ad sumendam principalem refectionem in meridie, nec vt ieiunet tenetur quis se hoc iure priuare. Omnia hæc ex D. Tho. *in 4. dist.* 15 *q.* 3. *a.* 2. Bonac. *de præc. Eccl. d. v t. q.* 1 *pun. vlt. num.* 1. Pasqualig. *decis.* 261. 263. 264. 265. Lessio *l.* 4. *c.* 2. *dub.* 6. Sanch. *l.* 5. *opusc. c.* 1. *dub.* 14. Diana *p.* 1. *tr.* 9. *resol.* 51. & Sancio *in select. d.* 45. *n.* 13. collegi.

69 *Et prægnā. tes ac lactē. tes.*

Fœminæ grauidæ, aut lactētes præcepto ieiunij non adstringuntur. Quia non solum sibi, sed etiam proli debent alimentū præbere, vnde cibus debet pro duabus personis sufficere. Et in fœminis grauidis speciális ratio militat, quia sæpe vehemētissime appetunt nōnullos cibos, quibus si appetitui mox non satisfaciunt, proli imminet non semel periculū. Nauar. *sum. c.* 21. *nu.* 24. Diana *p.* 1. *tr.* 9. *resol.* 14.

70 *Quæ quidē regulariter a præcepto huic comedē. di carnes minimè ex. imuntur.*

Regulariter vero prægnantes & lactentes à præcepto abstinendi à carnibus in die ieiunij non excusantur. Quia possunt se, ac infantulum cibis in ieiunio permissis sustentare si tamen prægnantes vehementer carnium alimoniam appetant, debet eis concedi. Quia talis appetitus nisi satietur periculosus est proli. Prægnantes verò infirmę valetudinis, seu complexionis rationabilem habent causam, vt cum eis in præcepto abstinendi à carnibus dispensetur. Bonac *de præc. Eccl. dub. vltim. q.* 1. *punct. vltim. num.* 3. Filliuc. *tract.* 27. *p.* 2. *n.* 114.

71 *Prægnans non tenetur.*

Profecto mulier prægnans nec tenetur, nec potest cum periculo prolis ad vincenda carnis tentamina ieiunare. Quia potest, si vult, sine ieiunio huiusmodi stimulos superare: nec enim ieiunium est medium necessarium. Vnde ordo charitatis non exigit, vt nobis per ea media prouideamus, quæ sunt noxia proximo, quando necessaria non sunt, sed per alia possimus prouidere. Diana *p.* 1. *tr.* 9. *resolut.* 30. Pasqual. *decis.* 289. & alij.

Ob moralem impotentiam excusantur etiā senes. Quia senectus ipsa est morbus. Ætas vero, qua incipit senectus, non est in iure determinata. Quia stante, complexionum varietate, senectus non semper eodem tempore in omnibus incipit, cum alij citius, alij tardius minutionem virtutis naturalis incipiant experiri. Regulariter à Doctoribus sexagenarij excusantur. Quia hac ætate est media senectus iuxta Medicos, in qua natura facile inedia, & repletione lęditur grauiter, sane licèt aliqui sexagenarij validi ac fortes videātur, tamen eorū natura prolabitur ac tendit ad interitū. Sanch. *de matr. l.* 7. *d.* 52. *n.* 17. Portel. *in dub. Reg. v. Ieiunium, n.* 5. Sà *v. Ieiunium, n.* 9. Angles 4 *p. t. q.* 6. *diffic.* 6. Diana *p.* 1. *tr.* 9. *resol.* 20. Sancius *in sel. d.* 54. *n.* 8.

72 *Excusātur senes sexagenary.*

Excusantur & pauperes, qui alimonia carent sufficienti ad vnam professionem in die ieiunij sumendam. Quia Ecclesia non intendit quod corpori debitum alimētum subtrahatur, sed solum vt per multiplicis refectionis, & qualitatis ciborum substractionem maceretur. Vnde pauperes mendicantes sunt regulariter exempti à ieiunio. Quia fere nunquam congruentem obtinent refectionem. At si pro aliquo die congruentem sortiantur alimoniā nisi ex diebus præcedentibus passi fuerint graue inediam ex qua sint vires attritæ, tenerentur ieiunare. Quia cessante causa obligationem præcepti soluente, incipit ligare preceptum. D. Th. 2. 2. *q.* 147. *a.* 4. *ad* 4. *& in* 4. *dist.* 15. *q.* 3. *a.* 2. Azor. *to.* 1. *l.* 7. *c.* 17. *q.* 7. Reginal. *l.* 3. *n.* 211.

73 *Et panperes qui sufficiē ti ad refe. ctionem ali. monia ca. rent.*

74 *Non sufficit habere panē solum aut fructus & olera.*

Solius panis in quacumque quantitate refectionem habere, non sufficit, vt quis ieiunare teneatur: sicut nec habere fructus & olera. Quia præfati cibi moraliter censentur incongrui, & insufficientes ad completam sustentationem. Angles *qu.* 6. *de ieiun. diffic.* 9. Sanch. *libr.* 5. *consil. capit.* 1. *dub.* 15. Pasqualig. *decis.* 279.

75 *Licet pauperibus carnium in die prohibito.*

Imo licere pauperibus carnium vsum in die prohibito, si alium cibum inuenire non possent. Quia Ecclesia cum incommodo graui non obligat. Et quia quando de conseruanda vita agitur, lex humana positiua non vrget. A fortiori mendici possunt oua, ac lacticinia, quę illis in Quadragesima dantur. Quia cum mendicantes ostiatim non habeant vnde alantur, nisi ex iis, quæ ex stipe acquirunt, quæ non præsumuntur debitam ipsorum sustentationem excedere, possunt ratione necessitatis, quæ eos à legis obligatione soluit, in cibum accipere. Bonac. *de præc. Eccl. dub. vltim. quæstion.* 1. *punct. vltim. numer.* 5. Manu. *tom.* 1. *summ. cap.* 23. Henriquez *l.* 7. *c.* 13. *nu.* 9. Tolet. *l.* 6. *cap.* 4.

76 *Et pueri, ac adolescentes vigesimum vsque ad primū annū completum.*

Pueri, & adolescentes vsque ad vigesimum primum annum completum excusantur ex communi consuetudine præceptum hoc sic interpretāte. Quia cū vsque ad id tēpus magnis incrementis corpus augescat, copioso indiget alimen-

alimento non semel absumpto. Vnde Ecclesia eos obligare non intendit etiam si a ioqui futura essent vtilia ieiunia pro motibus carnis coercendis. Quia non intendit directè omne, quod vtile; sed vult etiam quod non sit nimis onerosum.

77 *Sed ad Iubilæum iurandum ieiunare debent.* Tenebuntur tamen pueri & adolescentes ante vigesimum annum ieiunare diebus præscriptis in Iubilæi Bulla, si velint eum lucrari. Vel si ieiunio à Confessario pro satisfactione sacramentali imponatur. &c. Quia in his casibus vrget specialis ratio, ob quam non debet illa ætas excludi. Sanch. *lib. 5. consil. c. 1. dub. 2. n. 6.* Sancius *in select. d. 54. n. 6.* Fagundez *præc. 4. libr. 1. capit. 8. numer. 5.* Pasqualig. *decis. 147.*

78 *Post rationis vsum ad ciborũ qualitatem obligantur.* Post septennium adepto rationis vsu ad qualitatem ciborum in die prohibito obligãtur. Quia præcepto negatiuo de non edendis carnibus homines adstringuntur, postquam ad rationis peruenerint vsum, nisi alia iusta excusentur ex causa. Omnes communiter.

79 *Licitum est infidelibus carnes ministrare.* Licitum est ministrare carnes infidelibus, quando prohibentur. Quia infideles legibus Ecclesiasticis non subsunt, vnde non est eis nefas comedere carnes in quacumque die, ac proinde ministrans ad aliquid non concurrit illicitum. Sanci. *in select. d. 51. num. 3.* Diana *p. 1. tract. 9. resol. 42.* Caspens. *tract. de cib. d 4. num. 25.* Sanch. *l. 1. sum. c. 12. n. 9.* Pasqualig. *decis. 50.*

CAPVT VII.

De secunda causa excusante à Ieiunij obligatione, quæ est Labor.

80 *Excusatur quis, etiamsi præuideat, voluntariũ laborem.* CAVSA secunda à ieiunio excusans est Labor, quo cum laboranti vnica refectio non sufficit. Etiamsi quis laborem ineat præuidens quod sit superuentura lassitudo eum impotentem ad ieiunandum reddens. Quia præceptum hoc obligat tantum ad abstinentiam secundùm talem formam præscriptã: non autem ad conseruandas vires corporales, ita vt quis ieiunare valeat. Bonac. *tom. 2. d. 2. q. 8. pun. 1. n. 16.* Lublin *p. 1. sum. v. Ieiunij, n. 29.* Diana *p. 1. tr. 9. resol. 40. & 52.* Sanci. *in select. d. 54. num. 14. & 20.* Laym. *lib. 4. tr. 8. cap. 3. num. 5* Sanch. *l. 5. consil. c. 1. dub. 7.* Pasqualig. *decis. 117.*

81 *Et qui labore suo, cum quo ieiunium apte consistere nequit, victitant.* Eximuntur quotquot suo labore victitant, cum quo ieiunium aptè consistere nequit: v. g. Agricolæ, Fabri ferrarij, monetarum cussores, omnesque operarij qui artes laboriosas exercent, vt textores: requirit enim hæc ars magnam continuè corporis agitationem, maxime quando panni siue lanei siue linei, siue serici &c. texũtur. Furnarijs quia furnaria ars est valde laboriosa, & vires robustas requirit. Satores conficiẽtes calceos. Coqui, qui pro pluribus habẽt fercula præparare, ita vt ferè totum diem in eiusmodi præparatione insumant, maxime cum ex igne, cui continuè assistunt, corpus modice lassetur. Molitores per totum diẽ molentes, qui deportant triticum imponuntque molendino, colligunt farinam & asportant quia magnus, cõ inuolusque labor ad ea præstãda requiritur, si autẽ semel aut bis importẽt molẽdino triticum, & in modica quãtitate farinam colligant, nõ excusãtur. Fullones, Lanarij, Coriarij, quia hæ artes nimium sunt laboriosæ, si per seipsos, omnia artis ministeria exerceant: si tamen leuia quędã obirent, & laboriosa facerent geri per alios, causa nõ ieiunandi cessaret. Circũeuntes Ciuitatẽ cũ mercibus venalibus liberi erunt, si per totã diẽ circumeãt: quia iis, qui pedites iter agunt, cõparantur. Pasqualig *decis. 190. 196. 197. 298 &c.* Lessi. *l. 4. c. 3.* Bonac. *de præc. Eccl. d. vlt. q. 1 pun. vlt. a n. 8.* Fagund. *præc. 4. l. 1. c. 8.* Nauar. *sum. c. 21 n. 16.* Lezana *v. Ieiunium, n. 8.* Diana *p. 1. tr 9. resol. 7. 9. &c.* Sancius *in select. d. 54. n. 14 & 15.* 82

Quod quidem est verum etiamsi huiusmodi artifices diuites sint, & aliunde victum, & consuetam familiæ commoda habeant. Sic declarat Eugenius IV. anno 1440. *Opifices* (ait) *suas artes exercentes, aut colonj colendis, ferendisque agris, ac fructibus operam dantes, siue sint diuites siue pauperes, ad ieiunia sub peccato mortali non tenentur.* Nauar. *summ. capit. 21. numer. 16.* Sylues. *verb Ieiunium, q. 9.* Fagund *præc. 4. l. 1. c. 8. n. 25. & 16.* 83

Hoc verum, etiamsi huiusmodi artifices diuites sint, & consuetam familiæ commoda habeant. Sic declarat Eugenius IV. anno 1440. Opifices (ait) suas artes exercentes, aut colonj colendis, ferendisque agris, ac fructibus operam dantes, siue sint diuites siue pauperes, ad ieiunia sub peccato mortali non tenentur.

Certè operarij huiusmodi non solum à ieiunio excusantur eo, quo laborant, die: verum etiam eo die, quo intermittunt laborem, v. gr. si dies festus interueniret. Quia & præcedenti, & subsequenti labori mos est gerendus, in naturę subsidium. Quod intelligo, quando vno aut altero die contingat, ab opere laborioso cessare: nam si cessatio longior existeret tunc diebus intermediis excepto primo & vltimo, præceptum vrgeret. Medina *sum. l. 2. c. 14. §. 10.* Diana *p. 1. tr. 9. resol. 9.* Sanchez *l. 5. consil. c. 1. dub. 7. num. 10.* Pasqualig. *decis. 293.* Sylui. *2. 2. q. 147. art. 4.* 84

Eo die, quo intermittunt laborẽ.

Excusantur iter pedestre conficientes. Quia continuus ille motus exigit, vt abundantes animales instrumentis queis exercetur ministrentur spiritus, quod non poterit per vnicam refectionem præstari. Tolet. *l. 6. c. 4 n. 2.* Bonac. *de præc. Eccl. dub vltim. quæstion. 1. pun. vlt. n. 11.* Nauar. *summ. cap. 21. n. 16.* Sanci. *in select. d. 54. num. 21.* 85

Excusantur iter pedestre conficientes.

Iter autem in curru gerentes regulariter nõ excusantur. Quia modico illo labore vires non atteruntur. Nec equitantes sunt immunes, quando iter est breue & placidus equus, facili gressu & sine agitatione incedens. Si autem iter plurium dierum sit, & præsertim in æstate immunis erit equitans à ieiunio, etiam ab itineris initio. Quia non est solum præsens status, sed etiam futurus attendendus. Filliuc. *tr. 27. p. 2. n. 122.* Bonac. *de præc. Eccl. d. vlt. q. 1. pun. vlt. n. 11.* Fagund. *præc. 4. l. 1. c. 8. nu. 17.* Sylui. *2. 2. q. 147. a. 4.* 86

Non qui curru, aut equo incedunt.

Non excusantur à ieiunio artifices, quorum labor est exiguus, vt sunt pictores, sculptores, præsertim illi, qui non per diem totam sed tãtum aliquam partem, & potius recreationis causa hisce exercitamentis operã impendunt. Quia nulla excusationis adest causa, cũ exlonga ac continua attentione corpus non atteritur. Laym. *libr. 4. tr. 8. c. 3. num. 3.* Sanci. *in select. dub. 54. num. 16.* Diana *part. 1. tract. 9. resol. 8.*

Non artifices, quorum labor est exiguus.

Sartores

87 *Sartores, & barbitonsores exiuntur.*

Sartores, & barbitonsores non eximuntur. Quia horum exercitamenta vires nó exhauriunt. Lessi. *lib. 4. cap. 2. num. 43.* Tolet. *libr. 6. capit. 4. numer. 5.* Reginald. *libr. 4. numer. 216.* Bonacin. *dub. vltim. quæst. 1. punct. vltim. numer. 12.*

88 *Et Scholares regulantur.*

Scholares ad ieiunium tenentur. Quia si non possunt ieiunare, debent extraordinarium studij laborem remittere, vt valeant satisfacere præcepto. Azor. *part. 1. lib. 7. cap. 17. quæstion. 8.* Molfes. *part. 1. summ. tract. 10. cap. 4. num. 43.* Bonacin. *dub. vltim. quæst. 1. punct. vlti. num. 12.* Profectò quando studium est continuum præcipuè si in Reipublicæ cedat vtilitatem, verbi gratiâ, in Aduocato, causam esse sufficientem existimo, vt ieiunij obligatio solnatur. Quia studium huiusmodi magis debilitat corpus, quam quodlibet mechanicum exercitium.

89 *Omnes, qui officio suo fungi nequeunt.*

Denique omnes, qui officio suo fungi nequeunt cum ieiunio, excusantur etiamsi labor non sit nisi ingenij. Quia parum refert, qualis sit labor, si nó patitur secum ieiunij vsum. Et quia labor ingenij assolet laborem corporis ad afflictionem, & debilitatē ingerēdam longo interuallo superare. Bonacin. *de præcep. Eccles. dub. vltim. quæst. 1. punct. vltim. num. 10.* Pasqualig. *decis. 325.* Angles *de ieiun. quæst. 6. diffic. 10.*

90 *Non tenentur Scribæ totum diu; nec Notarij.*

Scribas, qui per totum diem scribunt, à ieiunio excusarim. Quia labor est ingens ex capitis defatigatione. Diana *part 4. tractat 4. resolut. 130.* Pasqualig. *decis. 135.* Angles *de ieiun. quæstion 6. difficult. 10.* profatus: *Tres digiti scribunt cætera membra dolent.* Eadem est ratio de Notarijs, qui per totum diem laborant transcribendo scripturas. At si vacent componendis instrumentis, à ieiunij onere non absoluuntur. Quia modicus, & non continuus labor. Gordon. *libr. 6. quæstion. 18. capit. 6.* Sanchez *lib. 5. consil. cap. 1. dub. 7.* Azor *p. 1. l. 7. cap. 17. quæst. 8.*

91 *Prelo typographio assidentes, excusantur.*

Equidem in Typographia non excusantur à ieiunio typos colligentes. Quia nullus ferè labor mentis interuenit: labor autem corporeus valdè est moderatus, cum absque corporis fiat agitatione. Versantes verò prelum omninò excusantur. Quia grauis est labor, cum debeant ducere, ac comprimere prelum. Diana *part. 4. tractat. 4. resolut. 134.* Gordon. *l. 6. qu. 18. cap. 6.*

CAPVT VIII.

De tertia excusante à Ieiunio causa, quæ est Pietas.

91 *Excusatur is operibus præstantioribus incumbens misericordiæ.*

TERTIAM excusandi à ieiunio causam *Pietatem* assigno. Ob illam excusantur omnes, qui operibus præstantioribus incumbunt, quæ cum ieiunio geri non possunt, qualia sunt opera misericordiæ spiritualia, & corporalia, & Religionis. Quia præcepta Ecclesiæ non impediunt maius bonum: ita enim præscribunt, vt si maioris sit impedimentum boni, obligatio cesset. Hæc Ecclesiæ quidem intentio, quæ sicuti sequitur charitatis directionem, ita semper intendit maiorem Dei gloriam, quæ in maiori bono comparatione minoris reperitur. Opera autem pietatis sunt maius bonum, excellentioris vtique virtutis, quam sit ieiunium. D. Thom. *in 4. dist. 15. quæstion. 3. articul. 1. quæstiunc. 2.* Sylui. *2. 2. qu. 147. articul. 4.* Fagundez *præcept. 4. libr. 1. cap. 8. numer. 19.* Pasqualig. *decis. 339.* Sanci. *in select. d. 54. num. 22.* Nauarr. *summ cap. 21. num. 16.* Non autem requiritur, quod ieiunium reddat opus pietatis absolutè incompossibile; sed sufficit notabilis difficultas in opere huiusmodi, simul cum ieiunio, exercendo.

93 *Concionatores excusãtur.*

Hinc excusantur Concionatores qui singulis diebus in Quadragesima, vel qui ter, quaterve in hebdomada concionantur. Quia hoc ministerium viuidas requirit vires, quæ ieiunio atteruntur. Secus dixerim de iis qui semel tantùm in hebdomada suggestum ascendunt, nisi essent debilis, & delicatæ complexionis; quod quidem prudentis arbitrio remittendum censeo. Sylui. *2. 2 quæstion. 147. articul. 4.* Bonacin. *de præcept. Eccles. dub. vltim. quæstion. 1. punct. vltim. numer. 15.* Diana *part. 1. tractat. 9. resolut. 10. & 11.* Sanci. *in select. dub. 54. numer. 17.* Lessius *libr. 4. capit. 2. num. 42.*

94 *Lectores Theologiæ, & aliarum.*

Lectores Theologiæ, Philosophiæ, Iuris Ciuilis, & Canonici, Medicinæ, &c. non sunt excusandi absolutè à ieiunio, sed solummodo cum labor est improbus, & debilior complexio, quam quæ suo muneri cum satisfactione obeundo sufficiat. D. Thom. *quodlib. 5. a. 18.* Fernandez *p. 2. c. 8. §. 2. n. 12.* Sylui. *2. 2. qu. 147. artic. 4.*

95 *Confessarij eximuntur, quando cõmodè ieiunare possunt.*

Confessarij à ieiunio eximuntur, quando commodè ieiunare non possunt. Quia melius, ac vtilius confessiones audire, quam seruare ieiunium, quod non debet esse boni maioris impeditiuum. Ast id intellige pro iis diebus tantùm, queis maiori ex parte diei id munus exercetur. Profectò opus hoc est valde laboriosum, cum continuam attentionem, mentisque agitationem requirat, tùm in interrogandis pœnitentibus, tùm in discernendis peccatis, & circumstantiis, &c. Ast si vel per plures horas Confessarius venialium peccatorum confessiones audiret, non excusaretur. Quia mens non defatigatur. Azor. *part. 1. libr. 7. cap. 18. quæstion. 1.* Sà *verb. Ieiunium, num. 9.* Pasqualig. *decis. 331.* Diana *part. 1. tractat. 9. resolut. 10.* Lublin. *part. 1. summ. verb. Ieiunium, numer. 5.* Fagund. *præcept. quart. libr. prim. capit. octau. numer. 10.*

96 *Et templa ornantes.*

Templa ornantes ieiunij obligatione non arctantur. Quia hùc illuc discurrunt, ornamenta deportantes, scalas ascendunt, & in aliis huiusmodi defatigantur: vnde labor ipsorum potest labori artificum æquiparari. Bonacin. *præcept. Eccles. dub. vltim. quæst. 1. punct. vltim. num. 13.* Molfes. *part. 1. summ. tractat. 10. cap. 4. n. 42.*

97 *Et coniux qui cum is*

Excusatur coniux, qui cum ieiunio debitum reddere coniugi non valet. Quia hoc in casu duo præcepta concurrunt, nempe iustitiæ

iunio debitum reddere non potest.

reddendi debitum,& Ecclesiæ de ieiunio: cedit autem in hoc concursu p æceptum de ieiunio:tùm qua obligatio iustitiæ strictior est; tùm quia præceptum reddendi debitum est naturale diuinum, & ideò præcepto humano ieiunij anteponendum. Sanchez *de matrimon. lib.9.d.3.num.*10.Bonacin.*dub.vltim quæstio.*1. *punct.vltim.num.*14.Sanci.*in select.d.*54.*nu.*23. Sylui 2.2.*quæstion.*147.*articul.*4.Pasqualig.*decis.* 280.

98 *Et vxor, quam vir ieiunare nõ permittit.*

Excusatur etiam vxor, quam maritus ieiunare non permittit,eo quod eius valetudini, aut formæ metuat, aut quia esse nimis debilem arbitratur.Quia bonum matrimonij exigit,vt mutuus coniugalis conseruetur: bono autem status matrimonialis cedit Ecclesiæ præceptum,quandò per accidens est ipsi contrarium. Monuerim tamen, vxorem censendam ad hoc esse in tali statu constitui, vt ob ieiunium minus viro placeat. Quòd si fortè maritus id faceret in Ecclesiæ contemptum, potiùs esset nex appetenda, quam parendum. Sanci.*in select.d.*54.*num.*24.Nauarr.*summ.cap.* 21.*num* 16.Fagundez *præcept.*4. *libr.*1. *cap.*8. *numer.*18.Paschalig. *decision.*281. Bonacin.*de præcept. Eccl s.dub.vltim. quæst.*1. *punct.vltim. num.* 4.

99 *Nec si vir præcipiat vxori.*

Nec tenebitur vxor,quando à marito frangere ieiunium præciperetur, si ex inobedientia graues essent discordiæ orituræ. Quia præcepta positiua cum scandalo non obligant, hoc est, quando ex scandalo sumpto ab alio, temporale nocumentum præceptum seruanti sequeretur.At si dubium rationabile adesset, an rixæ magnæ considerationis, vel leuis essent censendæ,opus esset prudentis consiliarij declaratione Sanci.*in select.d.*54.*num.*26.Sylui.2.2.*quæstion.*147. *articul.*4. Sanchez *de matrim.lib.*9.*d.*3.*num.*13. Tolet. *libr.*6.*capit.*4. *numer.*4.

100 *Catholica hæretico nupta potest non ieiunare.*

Catholica mulier hæretico nupta potest non ieiunare, si maritus hæreticus præcipiat, secluso Religionis contemptu. Quia cum vir id in odium Religionis non agat, non adest alia obligatio nisi illa,quam secum affert præceptum de ieiunio: hæc verò cessat; agitur enim de vitanda familiæ perturbatione. At si vxor posset facilè maritum inducere, vt sibi ieiunare permittat,inducere, & ieiunare teneretur.Quia signum esse illum non magnam habere repugnantiam, vtique quæ non præponderaret ieiunij obligationi. Fagund. *præc.* 4.*lib.*1.*c.*9.*n.*10.Lublin.*v.Ieiunium,n.*15.Azor. *p.*1.*l.*7.*c.*18. *q.*7.

101 *Nubere volẽs excusatur,si ob id esset notabiliter deformis reddenda.*

Nubere volens fœmina à ieiunio excusatur, si ob illud esset deformis notabiliter reddenda.Quia formæ iniuria in ordine ad coniugium notabile malum censetur;præceptum verò ieiunij cùm tanto detrimento non obligat.Monuerim tamen, posse tantùm in Quadragesima excusari, non in aliis per annum vigiliis, aut in singulis ipsius diebus Quadragesimæ:tenebitur enim bis,aut ter in hebdomada ieiunare:nisi fortè complexio tam delicata sit,vt ex his quoque ieiuniis notabiliter muliebris forma lædatur.Sanch.*de matr.lib.*9. *d.*3.*num.*12.Pasqualig.*decis.*285.Fagundez *præcept.*4.*lib.*1.*cap.*8.*num.*18.Sanci.*in select.d.*54. *num.* 25.

CAPVT IX.

De quarta causa excusante à Ieiunio, quæ est Dispensatio.

TOlli potest per dispensationẽ ieiunij obligatio. Quia cum ieiunia, quæ in Ecclesia obseruantur, de humano sint iure, obligatio ad ipsa potest per dispensationem auferri. Omnes sic. 102 *Tolli potest per dispensationem obligatio.*

Hanc dare absolutè potest Summus Pontifex non solùm concedendo alicui, vt nunquam ieiunet,sed etiam omninò ieiunij legem auferendo.Et hoc verum,etiamsi lex de ieiunio Apostolica sit, vel in generali Concilio præscripta. Quia lex humana debet esse sub potestatis humanæ dispositione,& cum nulla humana potestas sit potestate Pontificia maior,sub illius dispositione omnis lex humana Ecclesia erit.Couarruu. *part.*2.*Decretal.cap.*6. *Paragraph.*9.*numer.*6.Sylvest. *verb. Ieiunium, quæstion.*7. Azor. *part. prim. libr.*7. *cap.*18. *quæstion. secund.* Nauarr. *summ. capit.* 21. *numer.* 11. 103 *Hanc dare absolutè potest Papa.*

Possunt etiam Episcopi dispensare cum aliquo in ieiunio,quandò rationabilis adest causa:non tamen possunt præceptum de ieiunio, si vniuersale sit, abrogare. Ratio prioris est, quia leges debent sufficienter communitati prouidere, vnde debet adesse in quacúmque communitate particulari sufficiens iurisdictio pro illa regenda, ac prouidendo in iis,in quibus non potest ad supremum superiorem recurri:talis autem est dispensandi in lege ieiunij facultas.Posterior pars probatur.Quia inferior non habet suprà leges superioris iurisdictionem. *cap. Cùm infertur. cap. Quod super his,de maiorit. & obedient.* D.Thom.*in* 4.*dist.* 15.*quæstion.*3.*articul.*2.*quæstion.*4. Lezana *verb. Ieiunium, numer.* 10. Nauar. *summ. capit.* 21. *numer.* 21. Sylui. 2. 2. *quæstion.* 147. *articul.* 4. 104 *Potest, & Episcopus cum aliquo, si adsit ita causa.*

Potrò quando lex localis de ieiunio lata est ab Episcopo, aut ab eius prædecessore, potest ab ipso abrogari. Quia quilibet legislator potest propriam reuocare legem, & etiam sui prædecessoris, cum ipso enim parem habet authoritatem. At si præscribatur ieiunium Concilij Prouincialis lege, non potest abrogari ab Episcopo, licet possit in ipso dispensare.Verùm si tantùm Synodalis sit lex in Synodo Diœcesana sancita,poterit abrogari ab Episcopo.Quia qui dat vigorem legi, potest etiam per abrogationem eam auferre. Suar. *de legibus libr.* 6. *capit.* 26. *numero nono*, Sanchez *de matrimon. libr. octau. dub.* 17. *numer.* 33. Pasqualig. *decision.* 384. 105 *Imò abrogari lex iunij ab ipso, vel à prædecessore indicti.*

Regulares Prælati, attento iure communi, possunt cum suis subditis(sicut Episcopus cum suis) 106 *Dispensare*

cum suis subditis ipsum Regulares Prælati.

suis) circa ieiunia Ecclesiastica, comestionem carnium, ouorum, & lacticiniorum in Quadragesima dispensare: & à fortiori, vt aliam horam prandij ante nonam anticipare. Quia sunt suorum subditorum Prælati Ordinarij, ac proinde iurisdictionem spiritualem circa ipsos obtinent, Caiet. 2. 2. *q.* 147. *a.* 4. Sylui. *ibi.* Miranda *tom* 2. *q.* 30. *a.* 11. *concl.* 2. Hieron. Rodrig. *in comp. resol.* 75. *n.* 2. Portel. *in dub. reg. v. Ieiunium, n.* 5. Nauar. *c.* 21. *nu.* 21. Tambur. *de iure Abbat. tom.* 2 *d.* 12. *q.* 5.

CAPVT X.

De dubio circa Ieiunij obligationem.

Qui dubitat, an causam non ieiunandi habeat, ieiunare tenetur.

107 QVi dubitat, nùm iustam habeat causam non ieiunandi, ieiunare tenetur, nisi dispensationem non ieiunandi à Superiore obtineat: vel nisi dubium Parochi, vel Confessarij consilio deponat: vel alia ratione à dubio liberetur. Quia in dubio fauendum possidenti, pro lege autem tunc adest possessio. Tolet. *l.* 6. *c.* 4. *n.* 9. Less. *l.* 4. *c.* 2. *dub.* 5. *n.* 34. Sanch. *de mat. l.* 2. *d.* 41. *n.* 38.

Qui dubitat, an annum vigesimum primum expleuerit, nõ tenetur ieiunare.

108 Dubitat quis, an vigesimum primum annum expleuerit. Post adhibitam sufficientem diligentiam, non tenetur ieiunare. Quia possessio est pro libertate, & dubium de præcepto, nec ius incertum debet contra ius certum præualere. Stante autem dubio de complemento anni vigesimi primi, adest ius certum propriam possidendi libertatem, & ius præcepti obligantis incertum est. Quòd si probabile sit, tempus esse completum, & completum non esse: sequi potes vtrumlibet. Quia non est maior ratio de vna parte, quam de altera: ideóque de libertate tua poteris te determinare. Fagund. *præc.* 4. *l.* 1. *c.* 8. *n.* 7. Laym. *l.* 1. *tr.* 1. *c.* 5. §. 4. *n.* 33. Sanci. *in select. d.* 54. *num.* 5. Diana *p.* 1. *tr.* 9. *resol.* 49. & *p.* 4. *tr.* 3. *resol.* 21.

Qui dubitat, an die Iouis sit hora noctis decima, potest carnibus vesci.

At si quis dubitet, an die Iouis sit hora 109 duodecima mediæ noctis, adhuc potest carnibus vesci. Quia est in possessione dies Iouis, & non tenetur credere diem Iouis præteriisse, quousque id euidenter agnoscat. Et quia quando quis dubitat, an sit media nox, dubitat, an inceperit abstinendi à carnibus obligatio: vnde ius præcepti est dubium num pro illo tempore valeat: ius autem edendi carnes in die Iouis, (vel non ieiunandi, si dies Veneris dies sit ieiunij) est certum: ius autem dubiũ non potest contra ius certum præualere. Sanchez *de matr. l.* 2. *d.* 41. *n.* 40. Fagun. *præc.* 4. *l.* 1. *c.* 10. *num.* 2. Diana *p.* 4. *tr.* 3. *resolut.* 18. Pasqualig. *dec.* 163.

Qui die Veneris, vel ieiunij, dubitat, an sit media nox? non potest carnibus vesci, aut cœnare.

E contrà si hodie sit dies Veneris, vel ieiunij, & dubites, an sit media nox, vel hora duodecima sonuerit, non poteris carnibus vesci, nec cœnare. Quia possessio est pro præcepto, cum constet, hodiernam diem esse abstinentiæ, vel ieiunij, & dubitetur, nùm sit hora trãsacta. Non enim potest quis prudenter credere, eam iam præteriisse, quousque aliqua probabili ratione nitatur. Sanch. *de mat. l.* 2. *d.* 41. *n.* 40. Diana *p.* 4. *tr.* 3. *res.* 18. Fagund. *prac.* 4. *l.* 1. *c.* 10. *n.* 2. Ghilinus *summ. v. Ieiunium, n.* 18.

Intelligendum de media nocte moraliter, non mathematicè cõputata.

Profectò præceptum de seruando ieiunio, 111 vel de abstinentia à carnibus à media nocte in mediam noctem, intelligendum est de media nocte moraliter computata, non verò mathematicè. Quia non potest imponi ab Ecclesia præceptum nisi eo pacto quo potest asseruari, alioquin ad impossibile obligaret; non potest autem seruari, nisi media nox moraliter computetur: nam media nox mathematicè non potest cognosci, nisi stellarum cursus obseruentur, quod est impossibile: tùm quia pauci obseruare sciant: tùm quia obseruari non possunt, quando nubibus cœlum offunditur: tùm quia horologia nunquam ita exactè indicant, vt præcisè horam certam assignent. Pasqualig. *decision.* 158. 159. & 160.

SECTIO SECVNDA.

De Præcepto obseruandi Ieiunia, Dubia.

CAPVT XI.

Circa Ieiunij Ecclesiastici Naturam.

DVBIVM I.

An præceptum ieiunij sit affirmatiuum?

Affirmatiuum, non negatiuum.

112 AFFIRMATIVVM est, non negatiuum. Quia idem est præcipere, vt semel tantùm in die comedatur, ac prohibere, ne sæpius quam semel manducetur. Ita est enim hoc præceptum de ieiunio affirmatiuum, vt tanquam negatiuum exponatur. Sic Ledesma 2. *p.* 4. *quæstion.* 17. *articul.* 5. Bonacin. *dub. vltim. de præcept. Eccles. quæst.* 1. citans Valentiam, Nauarrum, Azorium, Sà, Reginaldum, & alios. Fagundez *præcept.* 4. *libr.* 1. *cap.* 4. *numer.* 6. Pasqualig. *in praxi ieiun. decis.* 33. *numer.* 2.

Non affirmatiuum, sed negatiuum.

Non est affirmatiuum, sed negatiuum. Quia 113 continet essentialiter negationem non vescendi carnibus, & non comedendi plusquam semel in die, & non edendi antè horam consuetam: ergò negatiuum omninò est. Ita Cotuar. *libr.* 4. *variarum cap.* 20. *num.* 13. Beja *part.* 1. *casu* 45. Villalob. *tract.* 23. *diffic.* 6. *n.* 6. Sancius

in

in select. d. 54. num. 42. Sanchez *lib. 4. Decalog. cap. 11. num. 42.* Medi. *Cod. de ieiun. quæstion. 5.* Maior. *in 4. dist. 15. quæstion. 6.* Sylui. *2. 1. quæstion. 147. articul. 3. quæstiunc. 3.* Durand. *dist. 15. quæst. 11. numer. 9.* Sylvest. *verb. Ieiunium, nu. 22.* & alij.

114 *Auctoris resolutio.* Ego autem existimo præceptum ieiunij esse affirmatiuum, ac negatiuum primò ac per se affirmatiuum, negatiuum verò quasi ex consequenti. Nam quod primò, & per se per ieiunij præceptum intenditur est cibi moderatio, ac certa mensura illius. Quòd autem id consequi intendatur ab ipso præcepto per negationem non manducandi carnes, non comedendi nisi semel in die, &c. est quid consequutiuum: ergò ieiunij præceptum primò & per se est positiuum, ex consequent autem negatiuum. Mecum Pasqualig. *citatus.*

DVBIVM II.

An præceptum ieiunij ex vi iuris, abstracta consuetudine obliget ad mortale?

115 *Quæstionis status.* CErtum est, ieiunij præceptum ad mortale obligare, vnde quicúmque ad ieiunium obligatur, si id etiam citra contemptum violauerit, lethaliter delinquet; sic enim fert communis omnium fidelium praxis. Quidquid in contrarium dixerit Cardinalis *ad cap. 2. de obseru. ieiun.* existimans eum qui soluit ieiunium solummodo venialiter peccare, nisi id ex contemptu gesserit. Quæsierim autem, an præceptum hoc obliget ad mortale ex vi iuris, an ex consuetudine?

116 *Nō obligat ex vi iuris.* Non obligat ex vi iuris, sed ex consuetudine. Quia in iure textus, præceptiuis verbis id imperans, non reperitur. Sic Caietan. *sum. verb. Ieiunium, capit. 4. & 2. 2. quæstion. 147. articul. 3.*

117 *Ex vi iuris obligat.* Ex vi iuris obligat. Quia *cap. Non liceat, cap. Non oportet, cap. Placuit, de consecr. dist. 3.* id apertè præcipitur. Verba enim horum textuum præceptiua esse, & populi vsus Christiani, & Doctorum communis sententia demonstrat. Ita D. Thom. *2. 2. quæstion. 147. art. 3.* Sotus *libr. 1. de iustit. quæstion. 6. articul. 4.* Durand. *in 4. dist. 15. quæs. 9.* Fagundez *præcept. 4. lib. 1. cap. 3. numer. 7.* Sanchez *lib. 5. consil. cap. 1. dub. 1. numer. 5.* Trullench. *lib. 3. Decalog. cap. 2. dub. 5. num. 3.* Pasqualig. *praxi ieiun. decis. 30. à num. 3.* citans Glossam, Archidiaconum, Abbatem, Sylvestrum, Nauarrum, & alios Canonistas. Azor. *p. 1. l. 7. c. 8. q. 2.* Tolet. *libr. 6. cap. 3.* & alij.

118 *Hoc vnicè verum esse iudico.* Hanc ego sententiam, (Caietani venia) vnicè veram esse crediderim, addens ieiunij præceptum etiam fuisse viua voce à temporibus Apostolorum prolatum, & fortasse scriptum, licet ad nos non deuenerit, vti Sanchez *citatus* asseruit.

DVBIVM III.

An consuetudo possit ex toto Quadragesimale ieiunium abrogare?

119 *Nonnulla suppono.* SVppono, consuetudinem posse inducere noua ieiunia, quæ sub lethali obligent. Quia potest legem inducere, *leg. De quibus, Digest. de legibus, Cod. Quæ sit longa consuetudo, cap. 1. de constitut. in 6. cap. 1. dist. 1.* Et è contra posse ieiunia Quatuor temporum vigiliarumque abrogare, ob eandem rationem: de factóque abrogasse ieiunia Aduentus, Rogationum, quartæ, & sextæ feriæ, & alia Apostolorū; imò posse ex parte abrogare Quadragesimale ieiunium. Quia de facto apud Mediolanenses primos quatuor Quadragesimæ dies soluit: & in quibusdam Germaniæ locis consuetudine est introductum, vt ter tantùm in hebdomade ieiunium Quadragesimale instituatur. Quæsierim verò, nùm consuetudo possit ex toto ieiunium Quadragesimæ abrogare?

120 *Non potest.* Non potest. Quia est diuino iure institutum, contra quod haud potest consuetudo præualere: nec talis consuetudo potest rationalis existere. Recentiores aliqui, quos, presso nomine, referunt Fagundez *præcept. 4. libr. 1. capit. 5 numer. 4.* & Azor. *part. 1. libr. 7. capit. 12. quæstion. 1.* Pasqualig. *decision. 36. numer. 3.* Villalob. *tom. 2. tractat. 23. difficult. 5. numer. 1.*

121 *Potest plánè.* Potest planè. Quia consuetudo de facto aliqua ieiunia Quadragesimæ abrogauit, vt suposui: ergo potest etiam omnia, cum omnia sint in dignitate aut solemnitate paria. Ita Bellarmin. *tom. 3. lib. 2. cap. 27.* Azor. *citat.* Lessi. *l. 4. cap. 2. dub. 9.* Reginald. *libr. 4. numer. 113.* Trull. *lib. 3. Decalog. cap. 2. dub. 5. num. 2.* Palud. Maior, Antonin. & alij, quos refert, ac sequitur Fagund. *vbi sup.*

122 *Probabilior hac mihi sententia.* Probabiliorem hanc sententiam esse existimo. Quia certum ferè est, Quadragesimale ieiunium institutum non fuisse iure diuino, sed humano Canonico, contrà quod potest consuetudo præualere. Nec consuetudo contra ius humanum censenda irrationabilis est.

QVÆSTIO INCIDENS.

Nùm pater possit per filium ieiunij præceptum adimplere?

123 *Potest quidem.* POTEST quidem. Quia pater ac filius eadem persona censetur. Imò magis terrentur patres in filiis, quam in se ipsis. *Dig. Quod metus causa, l. Isti quidem, §. vltim.* Sic Hugo. *ad cap. Presby*

Presbyter, dist. 82. Cuius sententiam refert, & approbat Glossa, *cap. Pœnitentia, el 4. verb. Punens in se.*

124 *Non potest.* Minimè potest. Quia præceptum ieiunij obligationem propriam personalem inducit ad corpus proprium affligendum, quæ non quit per alium impleri. Ita Azor. *part. 1. lib. 7. capit. 15. quæstion. 7.* Pasqualig. *decision. 83. numer. 1.* Bonacin. *de præcept. Eccles. dub. vltim. quæstion. 1. punct. 6. numer. 6.* Trull. *lib. 3. Decalog. capit. 2. dub. 6. num. 8.* Reginald. *lib. 4. numer. 187.* Lublin. Molfes. & alij apud Pasqualig.

125 *Hoc mihi omnino certum.* Hoc mihi omninò certum. Admitto enim, patrem ac filium in iure vnam censeri personam: sed id verum esse affirmo in iis, in quibus pater, & filius fictione iuris, loquendo moraliter, eandem personam repræsentat: non autem in iis, in quibus pater, ac filius proprietates distinctas agnoscunt, quale est Ecclesiæ præcepta obseruare.

QVÆSTIO INCIDENS.

Vtrùm qui in quodam præcepto die ieiunare non vult, alio non præcepto ieiunare teneatur?

126 *Tenetur alio die sup. pare.* SVi eo die ieiunare non potest propter infirmitatem, debilitatem, &c. haud tenetur alio die supplere ieiunium: eum enim ab huiusmodi obligatione absolutè liberat impotentia. At qui potens ieiunare non vult, præter lethale piaculum, quod admisit, tenetur alia die omissum supplere ieiunium. Quia duo præcepta præcipientis *Solui ieiunium certa die*, scilicèt, solui, & certa die. Si ergo illa die solutum non fuerit alia die est soluendum. Sic Palud. *in 4. dist. 15. qu. 4.* Cuius sententiam probabilem esse asserit Abbas *de obseru. ieiun. c. 1. n. 2.*

127 *Nè tenetur.* Minimè tenetur. Quia sic fert omnium fidelium praxis, & colligitur ex *c. 2. de obs. ieiun.* Ita Angel. *v. Ieiunium, num. 21.* Rosel. *num. 24.* Tabien. *num. 14.* Nauarr. *cap. 21. nu. 27.* Bonac. *de præc. Eccl. d. vlt. q. 1. pun. 6. n. 3.* Reginald. *l. 4. n. 188.* Lessi *l. 4. c. 2. d. 3. n. 18.* Pasqualig. *decis. 184.* Fagund. *præc. 4. l. 1. c. 10. n. 5.* Trull. *l. 3. Dec. c. 2. d. 5. n. 6.* & alij.

128 *Omninò certam hanc sententiam esse reor.* Omninò certam hanc sententiem esse reor. Nam ieiunij obligatio affixa diei, cum illo transire quis dubitet? An si Officium hodie recitare noluisti, teneris illud alia die recitare, vt suppleas? Minimè. Peccasti quidem ieiunium omittendo, sed non teneris die alia ieiunare.

CAPVT XII.

Circa à carnibus abstinentiam?

QVÆSTIO INCIDENS.

Nùm carnis nomine oua, ac lacticinia prohibeantur?

129 *Quæstionis status.* SVPPONO abstinentiam à carnibus esse de substantia ieiunij Ecclesiastici, ex ipsius Ecclesiæ institutione, quod vno dempto Corduba *in summa quæst. 143.* & vno, vel alio relato à Baldello *libr. 2. d. 18. numer. 18.* omnes Doctores profitentur. Quæsierim verò, nùm carnis nomine etiam oua, & lacticinia comprehendantur?

130 *Comprehenduntur.* Comprehenduntur videntur. Quia ouum nihil aliud est, quam caro liquida, & lac sanguis calore mutatus, seu sanguis albus. Sic Glos. *ad cap. Admonere 33. quæstion. 2. verb. Carnem.* Didacus Narbona *de ætate ad omnes actus anno 1. quæstion. 2 numer. 25. & anno 7. quæst. 6. numer. 5.* Barbosa *ad cap. Denique dist. 4. numer. 1.* fatus: *Vulgò colligitur, prohibito vsu carnium, prohiberi vsum ouorum, lactis, & aliorum huiusmodi, quæ à carne originem trahunt.*

131 *Non comprehenduntur.* Non comprehenduntur. Quia carnes, & oua, ac lacticinia vt res distinctæ referuntur in *cap. Presbyter, dist. 82.* & per diuersa præcepta in iure prohibentur, *cap. Denique, dist. 4.* Ita omnes communiter postmodum citandi.

132 *Hoc mihi certum.* Mihi hoc certum omninò videnti, sæpè sæpius concedi vsum ouorum, ac lacticiniorum, nec ideò vsum carnium concedi; quod non contingeret, si nomine carnium oua, ac lacticinia venirent: aut si oua, ac lacticinia caro essent. Porrò si ab aliquibus *caro liquida* ouum & lac *sanguis albus* vocitatur non ideò est, quia formaliter sint caro, & sanguis; sed quia ex carne, ac sanguine suum trahunt originem vti ex *cap. Denique* deducitur.

DVBIVM IV.

An quis in die ieiunij, vel in diebus, quibus vsus carnium prohibetur, dedita opera, dimidiam circiter vnciam carnis absumit: Peccatne lethaliter?

133 *Nonnullæ recolo.* REcolo ex *sectione 1.* in esu carnium diebus prohibitis dari materiæ paruitatem. Quia sicut

sicut in aliis negatiuis præceptis etiam naturalibus datur materiæ paruitas excusans à mortali, vt patet in furto, & iniuria proximo illata, quæ sunt contra præcepta naturalia negatiua, ita etiam in carnium comestione dabitur, vti communiter Doctores profitentur. Adiicio, minorem quantitatem in esu carnium sufficere, vt præceptum violetur, quam in aliis; quia cibus carnium magis est nutritiuus, ideóque specialiter in ieiunij diebus prohibetur. Quęsierim ergo, an qui dimidiam circiter carnis vnciam ederet in die prohibito, præceptum grauiter violaret?

134 *Non violaret grauiter.* Non violaret grauiter, sed venialiter solùm. Quia huiusmodi quantitas parum equidem nutrimenti afferens parua censenda est. Sic Pasqualig. *decis. 42. num. 5.*

135 *Grauiter violaret.* Grauiter omninò violaret Quia huiusmodi quantitas magis corpus reficeret, quam aliorum ciborum vberior sumptio. Ita Diana *part. 10. tractat. 14. resolut. 32.* citans Leandrum.

136 *Laxam esse primam sententiam iudico.* Ego quidem existimo laxam esse Pasqualigi doctrinam, nec tamen omninò eam probabilitate carere audeo asserere. Sequor autem, Magistri, ac propinqui mei P. Petri Hurtado de Mendoza sententiam asserentis *part. 1. de Fide, d. 83. sectionem 3. §. 21.* materiam paruam esse minimam carnis particulam, scilicèt, quæ sextam vnius vnciæ partem non excedat. Infero hinc, eum, qui in principio anni voluntatem gereret edendi diebus singulis prohibitis carnem in assignata materiæ paruitate, solùm venialiter delinquere. Quia quęlibet illarum comestionum ob paruitatem materiæ solummodò veniale piaculum continebit; ergo etiam omnes simul sumptæ: non eniminter se vniuntur, cum obligatio illa abstinendi à carnibus sit diei affixa.

DVBIVM V.

Quis in die hoc ieiunij nullum præter panem cibum obtinet, quo vesci valeat: potestne carnem pani adhibere?

137 *Vesci carnibus potest.* SI per vnicum tantum diem caret cibis concessis, potest vesci carnibus. Quia lex carnes prohibens intendit solummodo macerationem, & abstinentiam illam, quæ ex substractione carnium prouenit, & non aliam maiorem: ergo quando lex seruari non valet sine extraordinaria abstinentia, ac maceratione, definit obligare. Definit enim legis intentio, quæ curat moderatam tantùm abstinentiam: alias namque nimis onerosa existeret, si noua causa non accedat. Sic Pasqualig. *decision. 49. numer. 3. & 4.* Vidal. *in Arca Theolog. Moral. de ieiun. inquis. prim. numer. 7.*

138 *Non potest.* Si per vnicum tantum diem aliis præter panem cibis concessis caret, non potest carnibus vesci: secus si per plures dies careret, vt in longa nauigatione, & in atroci bello vbi deest victus. Quia maior necessitas requiritur, quam vulgaris, vt fas sit, in diebus prohibitis carnibus vesci Ita Angles *in floribus quæst. 9. de ieiun. articul. 1 difficul. 4. append. 1.* Vega *p. 1. summ. cap. 14. casu 28.* Sanch. *l. 5. consil. c. 1. d. 19. numer. 7.*

Ego quidem existimo, si persona sit spendidis epulis assueta, verb. gratiâ, Princeps, eques: primam sententiam posse probabiliter sustineri: minimè tamen si persona robore polleat, & vilibus cibis sit assueta, verbi gratiâ. pastor seu pauper agricola, qui in diebus non prohibitis solo pane non semel victitarunt. Absolutè tamen loquendo nimis laxam primam sententiam esse reor, vndè adhæreo secundæ. 139 *Auctoris distinctio.*

DVBIVM VI.

An Catholicus qui in terris hæreticorum famulatum præstat: possit in diebus ieiunij vesci carnibus, eo solùm prætextu, quòd præcepto Ecclesiæ non obligetur?

POtest quidem. Quia illud ipsum inter infideles commorari, sufficiens videtur esse causa, vt famulus ille præcepto illo non obligetur. Sic videtur sentire. Layman. *libr. 4. tract. 8. cap. 3. num. 3.* dum ait: *Addo, laborantibus, & famulantibus Catholicis apud nos in Oppidis hæreticorum, permitti posse, vt diebus ieiuniorum carnibus vescantur, dummodo scandalum tolli possit; si nimirum dicant, se in tali casu necessitatis, Ecclesiæ præcepto non obligari. Verùm Societas* IESV *in his septemtrionalibus partibus, ob maiorem securitatem à Summo Pontifice priuilegium accepit dispensandi cum talibus.* Certè illud, *Ob maiorem securitatem* innuit, eos id posse securè gerere sine dispensatione. 140 *Potest quidem.*

Minimè potest Catholicus vesci carnibus eo solùm prætextu, quod non ligetur Ecclesiæ præcepto carnium abstinentiam imperantis. Quia exclusa graui necessitate, aut alia causa Catholici habitantes apud infideles præceptis Ecclesiæ illigantur, cum hæc non locum, sed personam sequantur. Ita Pasqualig. *decis. 52. num. 5. & 6.* Leand. *prac. 4. tract. 5. d. 2. quæst. 22.* 141 *Non potest.*

Profectò primam sententiam veram esse crediderim non in omni casu, sed solùm quando Catholicus non posset sine magno incommodo cibos permissos habere, aut hæretici nollent ei (abstracto Religionis contemptu) ministrare. Nec credo Petr. Laymanum dissentire. Particula enim illa clausulæ relatæ, *Si nimirum dicant, se in tali casu necessitatis Ecclesiæ præcepto non obligari*, apertè indicat, non id absolutè intelligendum, sed quando casu necessitatis adest, puta si desint alij cibi permissi, aut ministrare. 142 *Quid Auctor sentiat.*

DVBIVM

DVBIVM VII.

Discessurus quis manè ex loco ieiunij vespere peruenturus ad locum, vbi incolæ non ieiunant: potestne ientaculum ex carnibus præsumere?

143 *Non potest.* NOn potest. Quia tenetur in eo loco lege ieiunij, cum sit præceptum negatiuum, habés vim obligãdi pro sẽper. Sic Basil. *de matr. l. 5. c. 8. n. 3.* adiiciens: *Quamuis autẽ certus sit de profectione adhuc violatur lex ieiunij sũptione cibi, quãdiu ibi cõmoratur: quia lege tantũ liberatur, quando exit extra territorium proprium.* Coninch. *de Sacr. q. 74. a. 4. d. 3. n. 103.* Granad. 2. 2. *controu. 7. tr. 3. d. 6. sect. 4. nu. 31.* Palao *p. 1. tr. 3. d. 1. pun. 24. §. 5. n. 10. & 11.* Sanch. *l. 3. de matr. d. 18. num. 22.*

144 *Potest plane.* Potest planè. Quia qui absoluitur ab abstinentia à pluribus comestionibus eo ipso absolnitur etiã à præcepto ieiunandi. At qui egreditur è loco ieiunij, & peruenit vespere ad locũ, vbi nõ est de ieiunio præceptũ, absoluitur ab abstinentia à pluribus comestionibus, cũ in loco, vbi ieiuniũ possit prandere, & vespere in loco vbi ieiuniũ nõ viget, cœnare: Ergò pro illa die absolutus est à ieiunij præcepto, & consequenter poterit mane comedere, priusquam exeat à loco, vbi adest de ieiunio præceptũ. Ita Sãch. *l. 1. sum. c. 12. n. 34.* Lessi. *l. 4. c. 2. dub. 8. n. 88.* Filliuc. *tr. 27. nu. 109. p. 2.* Salas *de legib. d. 14. sect. 5. n. 68.* Sanci. *in select. d. 54. n. 17.* Trull. *l. 3. Decal. c. 2. duc. 6. n. 6.* & alij. Igitur si ille absoluitur ab obligatione ieiunij, simul absoluitur ab obligatione à carnibus abstinendi. Si ergò hi Auctores concedunt illum à ieiunij lege liberari, consequenter debent concedere, ex carne posse ientaculum præsumere.

145 *Hoc probabile, illud probabilius esse reor.* Ego quidem probabilem satis hanc sententiam esse iudico. Dicere enim, quod huiusmodi discedens à loco ieiunij ad locum peruenturus, vbi non ieiunatur absoluatur ab abstinentia à pluribus comestionibus, non vero ab abstinentia à carnibus sine fundamento procedit. Quia potius abstinentia à carnibus est propter ieiuniũ: Ergo præcepto principali sublato, aufertur etiã illud aliud, quod est propter ipsum. Quia probabilius est, illum minimè à præcepto ieiunij absolui, dum in loco, vbi viget, commoratur. Certum enim est apud omnes, eũ, qui exit à proprio loco, vbi vrget festi præceptum, ad laborandũ in alio, vbi tale præceptum non adest, non posse mane antequam exeat, laborare notabili temporis parte absumpta, etiamsi sciat, per maiorẽ reliquã diei partẽ posse in loco, vbi nõ est festũ labori incumbere: & hoc nõ ob aliã rationem, nisi quia vbi mane interest, vrget festi præceptum, ad quod seruandũ pro tunc tenetur à seruili opere abstinere. Ergo similiter ob eandem rationem, qui recedit è loco, vbi præceptũ ieiunij vrget, sciens se peruenturum ad locum, vbi non vrget, haud poterit antequam discedat aut carneum, aut non carneum ientaculum in notabili absumere quantitate. Palao mecum.

DVBIVM VIII.

Vescitur quis carnibus ex dispensatione diebus prohibitis, vt sanitati consulat: Delinquitne lethaliter, (si carnes nociuas gustui indulgens, in magna absumat quantitate (contra hoc præceptum?

DElinquit quidem. Quia ad carnes illas nociuas non se extendit dispensatio, quę vt valetudini consulatur, impenditur. Sic Henriq. *l. 7. c. 30. n. 3.* Ioan. de la Cruz *p. 1. sum. præc. 3. a. 4. dub. 12. n. 3.* Et allici potest ad hanc sententiam Manu. *p. 1. sum. c. 24. n. 3.* docens, si Medicus licentiam alicui daret edendi oua, vt valetudini indulgeat, non posse edere lacticinia, si saluti nociua essent. 146 *Delinquit quidem lethaliter.*

Non delinquit lethaliter contra hoc præceptum abstinendi à carnibus. Quia Ecclesia per dispensationem omnino tollit carniũ prohibitionem: prohibitio autem hæc omnes carnes includit: Ergo & dispensatio absoluta debet ablationem abstinendi à qualibet specie carnium tam proficua, quam nociua includere. Ita Villalob. *p. 1. sum. tr. 23. dub. 8. n. 11.* Diana *p. 1. tr. 9. resol. 47.* Sanch. *lib. 8. de matrim. d. 1. num. vlt.* Machad. *lib. 2. p. 4. tract. 3. docum. 2. nu. 5.* Trull. *l. 3. Decal. c. 2. dub. 2. n. 9.* Sanci. *in select. d. 51. n. 20. & 21.* Pasqualig. *decis. 46.* 147 *Non delinquit.*

Existimarim, probabilius esse, eum peccare contra naturale præceptum, quo tenetur ad nõ inferendum sibi aliquod graue damnum circa corporis valetudinem; sed non contra præceptum abstinendi à carnibus. Quia licet motiuum dispensandi sit necessitas illius, cum quo dispensatur, non tamen fit dispensatio iuxtà necessitatis mensuram, fit enim absoluta, vnde absolute tollitur abstinendi à carnibus imposita ab Ecclesia obligatio. 148 *Auctoris placitum.*

DVBIVM IX.

An qui ex dispensatione in diebus prohibitis carnes, vel oua ac lacticinia comedit: possit etiam simul pisces comedere?

MInime potest. Quia si pisces ei afferunt nocumenrum, eorum comestio est peccaminosa: si non nocent, non tenet dispensatio, cum ad illam concedendam ratio non adsit. Sic Graff *p. 1. decis. l. 2. c. 37. n. 59.* Labori. *p. 1. de Iubil. c. 20. nu. 28.* Nauar. *tom. 1. Consil. 5. de obseru. ieiun. n. 2.* 149 *Minime potest.*

Potest omninò. Quia qui dispensat, vt possis in diebus prohibitis carnibus vesci, nullatenus prohibet, ne simul piscibus vescaris. Ergo cum alias horum esus sit licitus in his diebus, in quibus carnes prohibentur, licite poterit carnibus ac piscibus simul vesci. Quo quidem damno graui, vel leui, graue ille vel leue piaculum contra naturale præceptũ prospiciendi corporeę saluti perpetrabit. Ita Henr. *l. 7. c. 13. n. 3. liter. F.* Azor. *l. 7. c. 10. qu. 5.* Reginal. *l. 4. nu. 168.* Manu. *prac. 4. l. 1. c. 2. n. 18.* Trull. *l. 3. Decal. c. 2. dub. 2. nu. 10.* Lezan. *v. Ieiunium.* 150 *Potest omnino.*

n.11. Villalob. tr. 23. diffic. 8. n. 10 Diana p. 1. tr. 9. resol. 26. & alij communiter.

151 *Cum his opinor.* Cum his opinor. Quia si piscium esus nocet, peccabit ille, non quia ieiunij legem violauit, sed quia cibo minimè sibi salubri vtitur. Si verò ei non nocent, non delinquit, quia suo fungitur priuilegio, & priuilegium Principis valet, quando solùm suæ legi derogat, non iuri diuino, aut naturali.

DVBIVM X.

Tibi ex dispensatione conceditur ouorum esus, haud facta lacticiniorum mentione: poterisne edere lacticinia?

152 *Nõ poteris.* NOn poteris. Quia priuilegium Principis, quando iuri communi derogat, strictè debet interpretari, non latè, ita vt saluentur tantùm priuilegij verba, & ad aliud non extendantur: vnde cui vnum conceditur, non ideò conceditur alterum. Sicut è contrario si alicui concedatur facultas lacticiniis vescendi, non ideo conceditur vescendi ouis. Sic quidam, quos nominibus pressis memorat Azor. p. 1. l. 7. cap. 10. q. 4. innuens esse probabile Bonac. de præc. Eccl. d. vlt. q. 1. punct. 2. num. 4.

153 *Poteris quidem.* Poteris planè. Quia oua, & lacticinia eiusdem videntur esse rationis, cum ex carne ducant originem, cap. Denique, dist. 4. Igitur cui vnum ex his conceditur, censetur simul alterum concessum esse. Ita Medi. sum. l. 1. c. 14. §. 10. Azor p. 1. l. 7. c. 11. q. 4. Fagund. præc. 4. l. 1. c. 2. n. 17. Sanch. to. 2. de matr. l. 8. d. 1. n. 39. & l. 4. sum. c. 11. num. 57. Trul. in Bull. l. 1. §. 4. dub. 3. num. 8. Pasqual. decis. 76. num. 2. Villalob. tom. 2. tract. 23. difficult. 8. num. 16. Barbos. ad cap. Denique, dist. 4. numer. 2. Lezana verb. Ieiunium, numer. 11.

154 *Longè hoc probabilius* Longe probabiliorem hanc reor esse sententiam. Quia plerúmque lacticinia cum ouis assolent in cibos parari. Porrò primæ sententiæ fundamentum verum habet, quando vnum pro alio in iure non sumitur: at in iure oua pro lacticiniis, & lacticinia pro ouis sumuntur, cum omnia sementinam ducant originem à carnibus, vti ex cap. Denique citato liquescit.

DVBIVM XI.

Cui licet vesci in diebus prohibitis ouis, ac lacticiniis, potestne etiam porcinum sagimen comedere?

155 *Quæstionis status.* CErtum mihi, (quidquid in contrarium. Ananias, & Felinus ad cap. consuluit dicti-tent) eum, cui conceditur vesci ouis, ac lacticiniis, minimè posse animalium sanguinem edere. Nam sanguis censetur esse in eodem genere cum carne: est enim præcipua pars constitutiua animalis, & in proximo statu, vt in carnem conuertatur. Quæsierim verò, nùm liceat sagimine porcino, aut aliorum animalium lardo vesci ei, cui ouorum, aut lacticiniorum esus conceditur?

156 *Licet quidem.* Licet equidem. Quia sagimen, seu pinguedo non est caro: vt enim Arist. l. 1. de generat. animal c. 18. probat, finito naturali animalis augmento, pinguedo accrescit: & sagimen calore liquescit, non autem caro. Igitur sagimen, vel pinguedo potius se habet in genere lactis, & ouorum, quam in genere carnis: ergo lacticiniis, & ouis concessis, concessum etiam sagimen censeri debet. Adde, in cap. Presbyter, dist. 82. Sagimen apponi simul cum ouis, & caseo. Agenti enim pœnitentiam ob fornicationem conceditur, vt in certis diebus possit vti sagimine, quando venia datur vt ouis, & caseo vesci valeat. Vnde innuitur, sagimen potiùs ad oua, & lacticinia, quam ad carnes pertinere. Sic Gloss. ad cap. Presbyter, ver. Sagimine, & ad c. Admonere, v. Carnem 33. qu. 2. Sylvest. v. Ieiunium, q. 5. n. 16. citans Hostiensem, & Abbatem. Angel. v. Ieiunium, fine. Tabie. §. 7. Pasqual. deci. 74. n. 4. & 6. citans Azorium, & alios Barbosa ad cap. Presbyter.

157 *Non licet.* Non licet. Quia probabilius est, sagimẽ magis ad carnem, quã ad lacticinia pertinere: est enim pars verè animalis cõstitutiua, sicut aliq, quæ propriè & strictè sunt caro, vt nerui, medulla, cartilaginès. Ita Sanch. l. 5. consil. c. 1. d. 19. n. 7. Fagund. præc. 4. c. 2. n. 49. in vlt. edit. Laym. l. 4. tr. 8. c. 1. n. 5. Villalob. p. 1. tr. 23. diffic. 8. n. 16. Bassæ v. Ieiunium, 1. n. 3. citans Syluium. Filliuc. tr. 27. p. 1. n. 61. Manu. in Bull. §. 6. nu. 1. Vega. p. 1. sum. c. 14. casu 1. Henriq l. 7. c. 13. n. 11. Medi. sum. c. 14. §. 10. Trull. in Bull. l. 1. §. 4. dub. 3. num. 11.

158 *Auctoris resolutio.* Profectò si sagimen idem sit quod porcina caro pinguior, crassior, & solidior, eius esus in diebus prohibitis mihi videtur illicitus lethaliter, si verò idem sit sagimen atque adeps porcinus, existimo, primam sententiam esse quidem, quàm par est, laxiorem. Nam dato, quòd sagimen non sit propriè, & in rigore caro (vti vult Aristot.) non inde colligo, quod illo vti liceat, quando prohibitæ sunt carnes, ac oua, & lacticinia concessa; sanguis enim animalium, medulla, nerui, & ius carnium non sunt proprie caro, & tamen eis vesci non possumus in diebus prohibitis, eo quòd sint proximè, caro, vel animalium partes, vel in existimatione hominum pro carne habita. Ergò quãuis gratis demus, sagimen nõ esse carnem, nõ inde sequitur, quod eo in diebus prohibitis vti possimus; quia sufficit, vt vel sit animalis, vel proxime caro, aut pro tali cõmuniter existimata, vt ab illo abstinere debeamus. Ex Trullenc.

DVBIVM XII.

Vouit quis certa die à carnibus abstinere, aut ouis, aut lacticiniis: peccatne toties, quoties comedit?

159 *Status quæstionis.* REcolo, toties te delinquere, quoties carnes, oua, aut lacticinia in die prohibito comederis, Quia præceptũ id prohibẽs, est negatiuũ, & pro semper obligat. Requiro autem, nùm qui vouit certa die à carnibus, vel ouis, aut lacticiniis abstinere, toties delinquat, quoties carnem, oua, aut lacticinia comedit?

Non

160 *Non toties peccat, quoties comedit.*

Non delinquit toties. Quia votum non comedendi carnes pro aliquo die emissum semel fractum non potest amplius obligare: est enim de ea priuatione carnis pro illo die: ergo si semel destruatur per vnum actum, haud potest amplius obseruari. Sic Palud *in 4. dist. 15. qu. 4. n. 39.* D. Antonin. *p. 2. tit. 11. c. 2. §. 2.* Tabien. *v. Votum 3. n. 8.* Pasqual. *decis. 66. num. 3.* non benè citans Trullenchum, & Dianam.

161 *Quoties comedit, toties delinquit.*

Toties delinquit, quoties comedit. Quia votum abstinendi à carnibus, ouis, seu lacticiniis etiam pro aliqua die, est negatiuum, ad instar quidem præcepti Ecclesiastici de abstinentia à carnibus indicti. Ita Bossi. *to. 3. ti. 21. §. vlt. n. 357.* Diana *p. 10. tr. 14. resol. 32.* citans Leandrum. Maior. *in 4. dist. 18. qu. 6.* Supplem. Gabr. *q. 1. a. 3.* Angel. *v. Votum 3. n. 27.* Sanch. *l. 4. sum. c. 11. n. 41.* Nauar. *sum. c. 21. n. 57.* Suar. *de Relig. tom. 2. l. 4. de voto, c. 7. n. 12.* Azor. *p. 1. lib. 12. c. 20. quæst. 8.*

162 *Eius dem sum sententiæ.*

Certe sicut præceptum indicens à carnibus abstinentiam, per vnum actum non extinguitur, ita & votum: præceptum namque cum negatiuum sit, pro semper obligat, cuius naturam pro semper obligandi votum huiusmodi imitatur. Vnde longe probabiliorem hanc sententiam esse credidetim.

DVBIVM XIII.

Vouit quis certa die ieiunare. An toties peccet, quoties esus carnium distinctos moraliter multiplicat?

163 *Toties peccat quoties carnis esus multiplicat.*

TOties delinquit, quoties multiplicat carnium esus. Quia votum ieiunandi abstinentiam à carnibus includit: Ergo qui vouit ieiunium, vouit simul à carnibus abstinentiam ieiunio quidem essentialem. Sic Azor. *p. 1. l. 11. c. 10. q. 6.* Suar. *tom. 2. de Relig. l. 4. de voto, c. 7. n. 12.* Oppositum vocitans absurdissimum.

164 *Non delinquit toties.*

Non peccat toties, quoties carnibus vescitur, sed prima vice. Quia in hoc voto non includitur directè à carnibus abstinentia, sed indirectè solùm, quatenus est pars essentialiter ad ieiunium requisita, & accessoria ipsi ieiunio. Quare cum semel violato ieiunio cesset obligatio circa principale, circa accessoriam à carnibus abstinentiam etiam cessare videtur. Ita Sanch. *l. 4. Decal. c. 11. n. 42.* Laym. *l. 4. tr. 4. c. 3. n. 1.* Diana *p. 1. tr. 9. resol. 37.* Barth. à Sancto Fausto *in Thesau. Relig. l. 1. q. 140. n. 2.* & alij.

165 *Hanc præfero sententiam.*

Hanc sententiã probabiliorem quidẽ, præfero. Quemadmodũ enim, quia promisso ieiunio nõ promittitur directè vnica comestio, sed indirectè, & accessoriè, quatenus est ad ieiuniũ necessaria: semel hoc violato, non amplius obligat; sic in nostro casu dicendum, cum non directè, sed indirectè, & accessoriè promissa sit à carnibus abstinentia, tanquã pars ad ieiunium necessaria: eo vel maxime, quod magis essẽtialis sit ieiunio vnica comestio. De ea enim omnes consentiũt, non autẽ de abstinentia à carnibus. Secus autem contingeret, vbi quis expressè voueret vnicam in die comestionem: peccaret enim absque dubio toties, quoties præter vnicã illa die comederet. Sãcius mecũ. *Escob. & Mend. Theol. Moral.* Tom. VI. P. II.

DVBIVM XIV.

An si ante septennium puer vsu pollet rationis, liceat ei, in diebus prohibitis carnibus, ac lacticiniis vesci.

166 *Quæstionis status.*

SVppono, pueris septennium, in quo eis rationis vsus elucescit plerúmque, id licitum esse. Quia positiuæ leges, seu rationis non obligant eos, qui rationis sunt expertes. Quæstioni autem do, an eis liceat carnis, aut lacticiniorum esus, si ante septennium vsu polleant rationis?

167 *Non licet.*

Minime licet. Quia lex abstinendi à carnibus, & lacticiniis pueros obligat statim, ac vsũ rationis attigerint, siue id illis contingat ante septennium, siue postmodũ. Nã in quacumque ætate vsus rationis contingat, pueros efficit culpæ capaces: ergò, & obligationis per legẽ: nisi aliàs materia legis, aut legislatoris intentio, aut consuetudo aliud declaret. Sic Baldel. *l. 5. d. 30. n. 8.* Fagund. *præc. 4. l. 1. c. 8. n. 8.* Diana *p. 1. tr. 9. resol. 42.* Trull. *in Bul. l. 1. §. 4. d. 2. n. 4. & l. 3. Decal. c. 2 d. 2. n. 11. & d. 6. nu. 1.* Azor. *p. 1. l. 7. c. 17. q. 2.* Villalob. *p. 1. sum. tr. 23. diffic. 8. n. 7.*

168 *Licet plane.*

Licet omninò. Quia positiuę leges ante illã ætatem, in qua communiter lumẽ rationis est solitum illucescere, obligare non intendunt: & per accidens est, in vel alio puero rationis vsum accelerari. Ita Sanci. *in select. d. 51. nu. 31.* Ioan. de Escobar *de vtroque foro a. 6. n. 34.* citãs male Castrum Palao *to. 3. d. 1. pun. 4. §. 2. num. 3.* Nec enim inibi vllũ verbũ circa quæstionem inueni. Pasqual. *decis. 50. n. 2.* Did. Narb. *de etate ad human. act. requis. anno 7. qu. 6. num 3.* Fauent Henr. *l. 13. c. 49. n. 2. lit. N.* & Ledesma *2. p. 4. qu. 17. a. 6. dub. 2.* quatenus docent, consuetudinem ferre, vt parum post rationis vsum pueris in diebus prohibitis lacticinia dentur.

169 *Verius hoc mihi.*

Quamuis ante septennium puer doli sit capax, nullo præcepto positiuo obligari reor: cũ leges positiui iuris ante ætatem illam, in qua communiter rationis lumen oriri est solitum, obligare nõ intendãt. Nã ad ea, quæ frequenter accidunt leges adaptantur, ex *l. Nã ad ea, ff. de legib.* Palao *to. 1. tr. 3. d. 1. pun. 24. §. 2. num. 3.* Hinc colligo, ante septennium expletum licitum esse cuique, (licet consuetudo non adsit) pueris carnes, oua, & lacticinia ministrare. Quia pueri ante septennium nulla obligantur positiua lege etiam orta ex consuetudine.

DVBIVM XV.

An peccet qui perpetuò amentibus carnes, aut lacticinia in vetitis diebus ministrat?

170 *Peccat quidem.*

PEccat quidẽ, quamuis ipsi sint peccandi incapaces. Quia licet ebrius non delinqueret hoc cibo comedẽdo, peccaret quidẽ qui eos illi ministraret. Nec obstat, amẽtiã esse perpetuã, & absque culpa incurri, ebrietatẽ verò tẽporaneã, & culpabilem. Impedimentũ enim tẽporale, & culpabile ita excusat tẽpore, quo durat, sicut perpetuũ excusat perpetuo. Sic Sãci. *in select. d. 51. n. 30.* Azor. *to. 1. l. 7. c. 18. n. 3.* docẽs

fas esse ministrare hos cibos proprio tuo amentibus, vbi fuerit recepta hos ministrandi consuetudo. Vnde clare videtur sentire, secluſa consuetudine, non licere.

171 *Nō peccat.* Minimè peccat. Quia si amentes sint ad tempus, vel in vna solùm materia, aut lucidis interuallis fruantur, cum recuperandæ salutis spes adsit, & amentia sit morbus grauissimus, indigent cibis salutaribus. At si amentia perpetua sit, ac salus desperetur: dixerim credo Medicos, eos his cibis indigere, sicut perpetuo paralyticos, ne cibis minus salubribus humor ille melancholicus angeatur. Præterea cum nō sint capaces operandi modo humano, non sūt obnoxij obligationi. Ita Sanc. *l.1. Decal. c.12. n.16.* Angl. *p.1. q. de ieiun. diff.6.* Fagund. *præc.4. l.1. c.8. n.8.* Diana *p.1. tr.9. resol.42.* Ludo. de S. Iuan. *p.1. sum. tr. de ieiun. a.6.* Pasqualig. *decision. 54.* Trull. *l.3. Decal. c.2. d.1. n.11.*

172 *Idē opinor.* Esto cibi illi amentibus necessarij non esset, cum hi perpetuo excusentur ab impletione præcepti illiúsque sint incapaces, iure optimo reputarim eos vt infantes rationis vsu carentes, vt credendum sit, Ecclesiam habere illos vt omninò suis legibus solutos: ac proinde quisquis poterit eis cibos vetitos ministrare. At ebriis credo non posse. Quia ebrietas non est morbus his cibis indigens, cum potiùs indigeat inedia, & est temporalis, breuisque vsus rationis priuatio.

CAPVT XIII.

Circa ouorum, ac lacticiniorum abstinentiam.

DVBIVM XVI.

An oua, & lacticinia sint in ieiuniis Quadragesimæ prohibita à iure sub lethali?

173 *Non sunt sub mortali prohibita.* NOn sunt sub lethali, sed solùm sub veniali prohibita. Quia Pontifex *in cap. Denique* respondet plurimis quæstionibus ab Augustino Anglorum Episcopo sibi propositis, & omnes resoluit per verba clarè, & absolutè affirmatiua, aut negatiua, at quando respondet quæstioni, *An in Quadragesima abstinendum sit ab ouis, & lacticiniis, aut sementinis*, mutat modum respondendi, & non dicit absolutè esse abstinendum, sed *Par est, vt abstineamus.* Ergo apertè innuit Pōtifex, se hoc non præcipere, sed tantum proponere vt quid conueniens. Vt enim lex inducat obligationem sub lethali, debet verba clarè præceptiua continere, vt habetur ex *cap. erit autem, dist.4.* ibi: *Manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem contineat.* Glossa, *Ne alicui laqueus paretur per ipsam.* Addo, neque ex *Canone 56.* Sextæ Synodi Trullanæ colligitur, abstinentiam ab ouis & lacticiniis sub mortali obligare: Quia Canones Trullani non fuêre Canones illius Concilij generalis, quod quidem nullos sanciuit, sed quorumdam Orientalium Episcoporum, qui post dissolutionem Synodi Constantinopoli conuenere, sine Pontificis authoritate, in Palatio Iustiniani II. Imperatoris (quod Trullanū appellatur, à quo & Canones Trullani dicti fuêre,) & illos Canones sub nomine Sextæ Synodi diuulgauerūt. Ergo ex nullo iure scripto talis obligatio sub mortali colligitur: siquidem nullus alius locus in toto Iuris corpore reperitur, vnde hæc lethalis obligatio deducatur. Sic plura alia cogerēs P. Fagun, *præc.4. l.1. c.2. n.6.10. & 12. in edit.1. in 2.* verò Lugdunensi anni 1632. latiùs *à nu.15. vsque ad 36.* citans Dominicū *ad cap. Denique tit.* Glossā, Palaciū, Caietanū, Innocentiū, Ferdinandū Perez, Iacobū de Geysneros, Baptistā Fragosium è nostra Societate in manuscriptis. Alagonā, Gratianūque ad *c. Denique.* Queis addiderim Pasqualigū *decis.17.* & nostrū Pellizariū in Manu. Regul. *to.1. tr.5. c.5. n.20.21. & 22.*

174 *Sub mortali prohibita sunt.* Sunt prohibita sub lethali. Quia in *cap. Denique* prohibentur oua, & lacticinia in Quadragesima sub peccato, vt Doctores primæ sententiæ profitentur: at non sub veniali, nā materia est grauis, vt constat, capax vtique grauis obligationis: ergo si prohibita sub peccato fuit debet censeri sub peccato graui prohibita. Et quia talis ouorum, ac lacticiniorum prohibitio lata in *cap. Denique*, intimata est fidelibus sub præcepto, & non proposita sub consilio. Quæsiuit enim Augustinus Anglorū Episcopus à Papa Gregorio, (vti Gratianus ait) *An sicut in ieiuniis Quadragesimæ abstinendum est à carnibus: ita etiam abstinendum sit ab ouis, & lacticiniis?* Ac si requireret, nùm præceptum prohibens in Quadragesima carnes, extendatur ad oua, ac lacticinia prohibēda? Et respondit affirmatiuè Pontifex: postmodúmque rationem conuenientem assignauit, ob quā præceptum de abstinētia carnium ad oua, & lacticinia prohibenda extendatur. *Par* (inquit) *est, vt quibus diebus à carnibus abstinemus, ab omnibus quoque, quæ sementinam carnis trahunt originem, ieiunemus.* Quare cum ibi Pontifex non constituat nouum præceptum: sed declaret extensionem præcepti iam existentis, necessariū non fuit vti aliis verbis præceptiuis, præter verba affirmatiuè respondentia interrogationi Augustini, quæ vim habent præcepti. Addo, prohibitionem ouorum, & lacticiniorum facta in Sexta Synodo generali *can.56.* obligat sub mortali; prohibetur enim Clericis vsus ouorum, & lacticiniorum in ieiuniis Quadragesimæ sub suspensionis pœna, laicis verò sub pœna excommunicationis, quæ pœna grauem supponit culpā, vti cōmuniter Doctores profitentur. Demum quia Pontifices dispensant in Bulla Cruciatæ ad oua, & lacticinia, cùm illis, qui eā accipiunt: si autem non essent sub mortali prohibita, dispensatio necessaria non esset. Ita ex Canonistis Bellamera *ad cap. Denique to.1. Decret.* Hostiens. *sum. de obseru. ieiun. n.2. &* 3. Innocent. *ibi, n.5.* Abbas *n.5.* citans Innocētium. Nauar. *sum. c.21. n.15.* Couar. *l.4. variar. c.* 20. Et Theologis verò D. Thom. *2.2. q.147. a.8. ad 3.* Caiet. *ibi, & in sum. v. Ieiunium, c.1.* Durādus, Armil. Angel. Medina, Syluester, Gratian. Concilij Toletanū IV *c.10.* & VIII. *c.9.* Graf. Medina alter, Molfes. Llamas, Sancius, Ioannes à Cruce, Manu. P. Ledesma, Villalobos, Diana, Leand. de Murcia, Beja, Machado, & alij, quos citat, & sequitur Leand. *præc.4 tr.5. d.3. q.2.* Et ex Societate nostra Hen. *l.7. c.13. n.8. lit. F.* Sua-

tom.

tum.2.de Relig.cap.13.n.3. Azor.*p.1.l.7.c.10.q.* 1.Sanch.*l.4.sum.c.11.n.54.& l.5.consil.c.1.dub.* 19.Less.*l.4.c.2.dub.2.n.8.* Sà *v.Ieiunium, nu.8.* Tolet.*l.6.c.3.n.2.& 3.* Reginal.*l.4.n.144.* Luisius Turri.*sum.p.1.c.256.dub.34.concl.1.*

175 *Auctoris resolutio.*

Profectò P.Stephani Fagundez mei lubens hærerem sententiæ tot rationibus roboratæ, tot grauibus obsirmatę Doctoribus.Non enim iudico , multiplicari debere obligationes ex iure,& Sacris Canonibus , nisi de ipsis clarè constet,nec extendendæ, quando lex eas non extendit iuxta illud: *Odia sunt restringenda, Benignior in pœnis est interpretatio facienda , de Regulis iuris in 6.* Attamen secundam sententiam probabiliorem admodum esse iudico vnicæ huic nitens rationi.Obligatio legis humanæ in foro conscientiæ maximè colligitur ex communi hominum æstimatione,& obseruatione,vt probat textus *in l. Minimè leg. Si de interpretatione,de legibus , & cap. Cum dilectus,de consuetu.* At communis hominum estimatio,vsus,& obseruatio vsque modo semper tenuit;quot *capitis Denique* textus sub mortali obligat:ergo ex vi illius sub mortali censenda est abstinendi ab ouis ,& lacticiniis in Quadragesimali ieiunio obligatio.

DVBIVM XVII.

An oua , & lacticinia sint sub lethali prohibita vi Iuris in ieiuniis extra Quadragesimam?

176 *Non sunt prohibita.*

PRohibita non sunt.Quia nullus textus reperitur in iure,qui ouorum,ac lacticiniorum esum extra Quadragesimam prohibere videatur. Nam *Caput Denique* , & *Canon.56. Sexta Synodi generalis* , manifestè de ieiunio Quadragesimali loquuntur. Sic D.Thom.2.2. *q.147.a.8.ad 3.* Henriqu.*l.7.c.3.n.9.* Sanch.*l.4. Decal.c.11.n.52.* Azor.*to.1.l.7.c.10.q.2.* Fagund. *prec.4.l.1.c.2.n.10.* Bonac. *de prec. Eccl.d.vlt.q.* 1.*pun.2.n.2.* Filliuc.*tr.27.p.2.n.45.* Trul.*l.3.Decal.c.2.dub.1.n.3.* Diana *p.1.tr.9.resolut.41.* Pasqual.*dec.568.n.2.* citans Reginaldum, Villalobos, Ledesmam,& alios.

177 *Prohibita sunt.*

Sunt prohibita.Quia quamuis *in cap.Denique,*& *Canone* 56.solum prohibeantur oua,ac lacticinia in Quadragesima, ratio tamen prohibitionis, quæ inibi apponitur , in omnibus militat ieiuniis.Illa autè ratio est,nam oua,& lacticinia originem à carnibus trahunt,à quibus ex essentia ieiunij necessariò est abstinendum,quæ ratio eadem est in omnibus ieiuniis. Ita Alexand.*ad cap.Denique,dist.4.nu.6.* & *ibi* Præpositus Dominic.*ad cap.Rogationes,de consecr.dist.3.* Graff.*to.1.l.2.decis.c.36.n.10.* Gomezius *in Bul.clausi.7.n.3.* Couar.*l.4. variar.c.20. n.15.* Machado *l.2.sum.p.4.tr.3.docum. 4. nu.3.* alios citans Astens.*sum.p.2.tit.28.a.3. q.5.* Richard.*in 4.dist.15.a.3.a.5.*

178 *Primam ieiuniam fieri pœnè.*

Existimo,omnibus ieiuniis extra Quadragesimam edendo lacticinia absque Bulla satisfieri.Quia est probabilior opinio , id iure minime interdici.

DVBIVM XVIII.

An teneamur ex vi consuetudinis,(vbi vigere videatur.)abstinere ab ouis, & lacticinijs in ieiuniis extra Quadragesimam?

179 *Tenetur planè.*

TEnetur planè. Quia consuetudo legitimè introducta vim exerit obligandi.Sic Tamburin.*tom.2 de iure Abbat.d.12.q.9.n.7.* Bonac. *de prec.Eccl.d.vlt.q.1.pun.2.n.2.* Less.*l.4.cap.2. dub.2.n.8.* Angles *in floribus,de ieiun.q.9.diff.2.* Nauar.*sum.c.21.n.15.* Medina *l.1.sum.c.14.§.10.* Alcozer *summ.c.24.* Candelabr.aureum *in append.c.15.nu.16.*& Synodus Granaten.sub D. PetroGuerrero coacta anno 1572.*l 3.tit.32.de obseru. ieiun.*

180 *Nō tenetur.*

Non tenetur. Quia vt aliqua consuetudo obliget ad mortale,non sufficit, quod ab immemorabili sit tempore introducta;sed requiritur,introductam esse cum animo se obligandi ad mortale, & sic esse à Superioribus approbatam. At consuetudo abstinendi ab ouis, ac lacticiniis in ieiuniis extra Quadragesimã, introducta non est cum animo se obligandi ad mortale,cùm de huiusmodi animo minimè constet, imò adsit in contrarium præsumptio: nempe ex ignorantiâ esse introductam , qua vulgariter creditur,id sibi esse prohibitum.Ita Sanch.*l.4. Decal. c.11.nu.52.* citans Concilium Prouinciale Toletanum anno 1583. & Synodum Granatensem anno 1568.Trull. *l.3.Dec. c.2.dub.3.n.4.* Pasqualig.*decis.69.nu.2.* Boss.*de Iubil.sect.4.casu 18.nu.32.* Sanci.*in select. d.51. n.19.* Vasq.*1.2.tom.2.d.177.c.6.num.15.* Diana *p.1.tr.9.resol.41* Henriq.*l.7.c.13.num.6.* Filliuc. *tr.4.p.2.n.49.* Manuel.*tom.1.sum.c.23.concluf.3.* & alij.

181 *Cum his opinor.*

Cum his opinor. Nam eiusmodi consuetudo , vt vim legis exerat,debet esse præscripta quadraginta annorum spatio,& sponte inducta animo obligandi. Quare examinanda est consuetudo Regionis,aut Vrbis. Vnde existimo consuetudinem in ferè cunctis Hispaniæ locis haud fuisse scienter seu sponte introductam , sed ob frequentes Ballarum expeditiones,quas pene omnes capiunt , reputare simpliciores viros ac fœminas per errorem,se obligari,ab ouis & lacticiniis non solùm in ieiunis extra Quadragesimam , imo in diebus cunctis Veneris abstinere.

DVBIVM XIX.

An oua , & lacticinia sint in Quadragesimæ Dominicis prohibita per Cap. Denique?

182 *Sunt prohibita.*

SVnt quidè prohibita.Quia *cap.Denique* expressè prohibetur esus ouorũ,& lacticiniorum in Quadragesima:sed dies Dominici sunt Quadragesimæ dies , vt constat ex *c.Quadragesima , de consecr. dist.5.* vbi diebus omnibus Quadragesimæ dicitur ieiunandum præter Dominicos:ergo dies Dominici sunt dies Quadragesimæ. Igitur si in diebus Quadragesimalibus illicitus est ouorum, ac lacticiniorum

esus, in Dominicis Quadragesimæ edi non possunt. Sic Lopez *p. 2. Instruct. c. 112.* Barbos. *tom. 1. in Decret. in addit. ad dist. 4.* Diana *p. 10. tr. 11. resolut. 46.* Palud. *in 4. dist. 15. d. 18.* Caiet. *2. 2. q 147. a. 6.* Couar. *l. 4. var. c. 20 n. 11.* Sanch. *l. 4. Decal. c 11. n. 53. & l. 5. consil. c. 1. dub. 19 n. 3.* Sancius *in select. d. 51. n. 25.* Trul. *lib 3. Decal. c. 2. dub. 2. nu. 3.*

183 *Prohibita non sunt.* Prohibita non sunt. Quia *in cap. Denique* permisit Pontifex vesci carnibus in diebus Dominicis Quadragesimæ, vt ex secunda capitis parte constat. Ergò à fortiori minus prohiberetur ouorum, & lacticiniorum vsus. Adde, per *cap. Denique* solum prohibet oua & lacticinia in diebus ieiuniorum, vt ex interrogatione Augustini constat. Quæsierat enim Augustinus (*p. 3. huius can.*) an ieiuniorum tempore sit ab ouis, caseo, & lacte abstinendum? & Gregorius Papa affirmatiuè respondit. Tunc sic: dies Dominici Quadragesimę non sunt ieiunij dies: ergo per *cap. Denique* non prohibetur in illis ouorum, & lacticiniorum esus. Ita Machad. *sum. l. 2. p. 4. tr. 3. docum. 4. n. 4.* asserens, hãc sententiã esse communiorem. Did. Narb. *de ætate, anno 60. q. 3. n. 3. m. 3. &* 4. Fagund *l. 1. c. 2. n. 44.* Pasqualig. *decis. 72* Llamas *p. 3. Meth. c. 5. §. 26.* Gom. *in Bul. Cruci. clauſ. 7. n. 7.* Leand. *præc. 4. tr. 5. d. 3. q. 8.*

184 *Hanc teneo opinionem.* Primam sententiam probabilem admodum, imò, Machadi venia, communiorem esse reor. Attamen adhæreo secundæ. Nam *cap. Denique* solum prohibet ouorum, ac lacticiniorum esum in Quadragesimæ ieiuniis. Cum igitur Dominici dies Quadragesimæ non sint dies ieiunij, minimè in illis huiusmodi cibi prohibentur. Profectò licet lubeat concedere, quod hi Dominici dies Quadragesimales dicantur, attamen non ideo est, quia in illis seruanda sit Quadragesimalis abstinentia, sed quia inter dies Quadragesimæ incidunt.

DVBIVM XX.

An ex vi decreti alterius ex consuetudine oua & lacticinia prohibeantur, sub mortali in Quadragesimæ Dominicis?

185 *Prohibentur.* PRohibentur ex vi decreti alterius. Quia Sexta Synodus generalis *can. 56.* reprobat vsus edendi oua in Dominicis Quadragesimæ reprobat sub graui pœna: ergo sub mortali. Et ex vi consuetudinis. Quia in vniuersa Ecclesia viget antiquissima consuetudo abstinendi in Dominicis Quadragesimæ ab ouis, & lacticiniis, vt patet ex verbis præfati *can. 56.* At huiusmodi consuetudo obligat sub mortali, cum sit de re graui introducta quidem, cum animo se obligandi, à fidelibus. Sic Rodrig. *in Bul. §. 6. n. 8.* Vega *p. 1. sum. c. 14. casu 26.* Lop. *p. 2. Instr. c. 222.* Lezana *v. Ieiunium, nu. 3.* Diana *p. 3. tr. 6. resol. 80. & p. 5. tr. 14. resol. 13.* Leand. de Murcia *in expos. Regulæ D. Francisci, cap. 3. qu. 1. numer. 3.*

186 *Non prohibentur.* Nec ex vi alterius decreti, nec ex vi consuetudinis sub mortali esus ouorum ac lacticiniorum in Dominicis Quadragesimæ prohibetur. Quia per Sextam Synodum non prohibetur, cum canon 56. citatus illius Synodi non sit. Et quia consuetudo generalis abstinendi ab ouis & lacticiniis in Quadragesimæ Dominicis, non est introducta animosè obligandi ad mortale: nec enim id constat: ergo solum est ex deuotione, ac pietate populorum inducta. Ita Pasqualig. *decis. 72. à n. 3.* Fagund. *præc. 4. l. 1. c. 2. n. 44. in vlt. edit.* Corduba, *summ. quæst. 168.* Llamas *p. 3. Metho. cap. 5. §. 26.* Gomez *in Bul. clauſ. 7. num. 7.*

187 *Auctoris resolutio.* Crediderim, quamuis olim ex vi decreti Sextæ Synodi (si Canones Trullani illius sint) aut saltem ex vi consuetudinis prohibitus fuerit generaliter sub mortali ouorum, ac lacticiniorum in Dominicis Quadragesimæ esus: nunc autem non esse ita vniuersaliter prohibita; nam in multis Prouinciis præsertim Hispaniæ est illa lex Synodi generalis, aut consuetudinis per contrarium vsum abrogata. Vnde absolute loquendo veram esse crediderim primam sententiam secundam autem solummodo esse certam in Prouinciis, vel Regnis, in quibus aut nulla introducta fuit consuetudo circa huiusmodi abstinentiam; aut si introducta fuerit per contrariam consuetudinem abrogata.

DVBIVM XXI.

An abstinentia à carnibus Rogationum triduo, quæ ex consuetudine est introducta, obliget ad lethale?

188 *Non obligat.* NOn obligat. Quia post abrogatum præceptum de ieiunio in his feriis, consuetudo huiusmodi sit à fidelibus cum animo se obligandi introducta. Sic Pasqualig. *decis. 79. num. 7.* & probabile ait esse Leander *præc. 4. tract. 5. d. 3. quæst. 13.*

189 *Obligat.* Obligat planè. Quia probabilius est eam consuetudinem introductam fuisse à fidelibus animo se obligandi, vt ex communi hominum quidem. patet æstimatione. Ita Leander *citat.* Barbo. *ad cap. Rogationes, de consecr. dist. 3. num. 1.*

190 *Hoc verum esse præcepta erat.* Ego quidem existimo certum, quod licet olim esset abstinendum ex iure à carnibus in Rogationum triduo, nũc autem minimè. Quia huiusmodi abstinentia præcepta erat eo, quod vim. tribus hisce diebus erat præceptum ieiunij, cessante verò præcepto de ieiunio, cessauit abstinendi à carnibus obligatio. Vnde solum ex consuetudine retinetur. Vbi autem hæc consuetudo viget, obligat ad lethale talis abstinẽtia; vim enim obligatiuam illis adstruit communis hominum æstimatio.

DVBIVM XXII.

An satisfaciat ieiunio Quadragesimali, qui sine dispensatione, aut Bulla ouis, seu lacticiniis vescitur?

191 *Non satisfacit.* NOn satisfacit. Quia ieiunium Quadragesimale eodem modo exigit abstinentiam facit. ab

ab ouis, & lacticiniis, sicut exigit à carnibus abstinentiam, vt colligitur ex *cap. Denique* Sed qui carnibus vescitur, ieiunium non seruat: ergo nec qui ouis, aut lacticiniis reficitur. Angel. *v. ieiunium, initio.* Manu. *to. 1. sum. c. 184. n. 10.* Ledes. *2. p. 4. dist. 17. art. 1.* Sylvest. *v. Ieiunium, qu. 3.* Tabie. *q. 1.* Armil. *n. 1.* Innuit Henriq. *l. 7. c. 10. n. 4.* Et apud Pasqualigum *decis. 78.* Azorius, Cordub Filliuc, Medina, & alij.

192 *Satisfacit profecto.* Satisfacit profectò. Quia ieiunium Quadragesimale nō est diuersū essētialiter ab aliis extra Quadragesimam ieiuniis: sed hæc non exigūt essētialiter ab ouis & lacticiniis abstinētiā: Ergò nec Quadragesimale ieiuniū. Igitur præcepto formali ieiunandi satisfacit qui sine Bulla, aut dispēsatione ouis ac lacticiniis vescitur. Ita D. Antonin. *p. 1. tit. 6. c. 2. §. 3.* Palud. *in 4. dist. 15. qu. 4. art. 4.* Ludouic. de la Cruz *d. 1. in Bul. Cruc. c. 5. dub. 14.* Pasqualig. *decis. 81.* Sanch. *l. 5. sum. c. 11. a n. 50. ad 53.* Portel. *in dub. Regul. v. Ieiunium in Addit. n. 8.*

193 *Peccabit, me auctore, sed ieiunio satisfaciet.* Peccabit proculdubio, qui ouа, aut lacticinia in ieiuniis Quadragesimæ sine Bulla, aut dispensatione comederit, si alicubi ex consuetudine non excusatur. Attamen ieiunandi præcepto satisfacit. Quia non eodem modo ieiunium Quadragesimale abstinentiam ab ouis, ac lacticiniis exigit, sicut à carnibus: hanc enim exigit ieiunium secundum substantiam & essentiam, quam ex Ecclesiæ habet institutione: illam vero ex accidenti adiuncto ex alio præcepto. Etenim præceptum de abstinentia ab ouis, ac lacticiniis pro diebus Quadragesimæ siue de nouo impositum, siue per extensionem præcepti de abstinētia à carnibus de iure habetur in *cap. Denique, & can.* Sextæ Synodi. Hoc probabilius iudico, fateor tamen primam sententiam valde esse probabilem. Ex Sanch.

DVBIVM XXIII.

An agricolæ, & quilibet pauperes possint in ieiuniis Quadragesimæ sine Bulla, aut dispensatione ouis, & lacticiniis vesci ex eo præcisè, quod pisces, qneis reficit valeant, non subsint?

194 *Possint, quidem.* POssunt planè. Quia Ecclesia non intendit tam incommodum ieiunium indicere, quale foret à piscibus abstinentia, si ab ouis etiā & lacticiniis esset abstinendum. Vnde dum pisces desunt, sufficiens adest motiuum interpretandi Ecclesiæ voluntatem. Sic Pasqualig. *decis. 80.* Pena apud Henriquez *l. 7. c. 13. lit. Y.* Trull. *l. 3. Decal. c. 2. dub. 7. n. 6.*

195 *Non possint.* Ex hoc præcisè capite minime possunt. Quia licet piscibus careant, possunt ex aliis cibis sufficiens alimentum habere sufficiens namque rusticis in montanis degentibus reputatur. Si subsit panis, herbæ, legumina, &c. vt constat experimento. Leander *prac. 4. tr. 5. d. 3. qu. 16.* Sanch. *l. 5. consil. c. 1. dub. 19. n. 4.* citans Henriquum, & doctos alios Iuniores.

196 *Auctoris dubio.* Ego existimo, posse agricolas & quosuis pauperes ratione paupertatis edere ouа, & lacticinia diebus prohibitis, si non possunt cōmode pisces habere, & ouа & lacticinia domi subsint: vel possint hæc facilè inuenire, non vero pisces. Fateor, securius esse id cum dispensatione gerere, sed vbi necessitas est patens, haud erit dispensatio necessaria. Eadem autem causa seu necessitate exigente, poterunt ouа & lacticinia domesticis suis die vetito exhibere illique licet careant Bulla poterunt sine scrupulo absumere.

DVBIVM XXIV.

An secluſa consuetudine licitum sit panem biscoctum etiam in quantitate magna in ieiuniū Quadragesimæ sine Bulla, aut dispensatione comedere?

197 *Licitum est.* ESt licitum. Quia licet tunc quantitas ouorum notabilis esset seorsim sumpta, immixta tamen huiusmodi pani ita est absorpta in panis substantia, vt nunquam quis vesci ouis censeatur. Prohibentur namque ouа provt sunt moraliter ouа, & cibi, qui constant ex ipsis, vt ex parte componente: non autem id, quod non est moraliter ouum, nec constat ex ouo, vt ex parte constitutiua. Sic Pasqual. *decis. 85. num. 3.* Nonnulli, quos citat pressis nominibus, Ioan. de la Cruz *part. 1. Director. prac. 3. articul. 4. dub. 8. concl. 4.* Et Bossius *de Iubilæo, sect. 4. casu 18. numer. 138.* probabile reputat.

198 *Non est licitum.* Licitum non est. Quia quando prohibētur, ouа absolutè & absq; vlla limitatione prohibētur. Igitur siue admisceantur farinæ triticeæ siue aliis cibis, cibus erit prohibitus ex huiusmodi enim admixtione nullatenus deperditur substantia ouorum, alias frustra adhiberentur. Ita Vega *tom. 1. sum. c. 14. casu 9.* Ioan. de la Cruz *citatus.* Bossius *vbi suprà.* Diana *part. 10. tract. 16. resol. 17.* Trull. *lib. 3. Decal. cap. 2. dub. 3. num. 8.* Manu. *part. 1. summ. cap. 23. ante 1. concl.* Villalob. *tom. 1. summ. tr. 23. diffic. 7. nu. 3.* Ledesma *to. 2. sum. tract. 27. cap. 2. diffic. 5. post. 3. concl.*

199 *Certum hoc credo.* Certam omnino hanc sententiam esse crediderim. Nam cum ouа pars constitutiua panis biscocti sint, cibus constans ex parte illa prohibita, absolute prohibitus remanebit. Addo huiusmodi panem minimè vsualem esse, alias validè posset consecrari, quod nemo admittet: Ergo ideo est, quia in pane biscocto remanet ouorum substantia. Abnego autem notabilem ouorum quantitatem ita reddi in farina absorptam, vt quis ouis vesci non censeatur. Experientia enim propositionis huiusce aperit fasitatem, cum ex majori quantitate ouorum, manente eadem farinæ quantitate, panis biscoctus maior in quantitate fiat, quod non contingeret, si ouorum quantitas in substantia farinæ absorberetur.

CAPVT XIV.

Circa vnicum in die Ieiunij prandium.

QVÆSTIO INCIDENS.

Num potus vini in magna quantitate sumpti vnicæ comestioni contrarietur?

200 *Status quæstionis.*

SVPPONO potum lactis, iuris & aliorum liquidorum similium vnicæ comestioni essentiali ad ieiuinium contrariari. Quia huiusmodi liquida habent rationem cibi, per se primo ad nutritionem ordinati. Quæsierim verò num potus vini in magna quantitate ei contrarietur.

201 *Contrariatur.*

Contrariari videntur. Quia vinum ad nutriendum ordinatur; cum ad robur corporis adaugendum pluribus non inualidis cibis sit præponendum. Sic apud Antonium de Leon *in q. de chocolate part.* 2. §. 5. *num.* 4. Chrysost. Clemen. Cyril. Ierosolym. Theodoret. Theophylus Alex. Origen. Basil. & August. Alexand. Alens. *part.* 4. *memb.* 8. *artic.* 1. §. 3. Citat ille & Azorium, Antonium Rosellam, Metinam, Reginaldum, sed non bene, cum contrariæ adhæreant opinioni. Porro Couar. *tr. de quatuor virtut. Cardin. dist.* 63. asserit potum ante prandium ieiunium soluere, post prandium minimè.

202 *Non contrariatur.*

Non contrariatur, etiamsi ante prandium, & in magna quantitate sumatur. Quia vinum nec est cibus, nec ex natura sua ad nutriendum ordinatur, sed ad sitim extinguendam. Ita D. Thom. *in* 4. *dist.* 15. *quæstion.* 4. *articul.* 4. Nauar. *cap.* 21. *summ. num.* 13. Sylvest *verb. Ieiunium quæstion.* 3. Rosel. *numer.* 3. Tabie. *numer.* 24. Valent. *tom.* 3. *dub.* 9. *quæstion.* 2. *punct.* 3. Filliuc. *tract.* 27. *parte* 2. *numer.* 62. Lessi. *libr.* 4. *cap.* 2. *dub.* 2. *nu.* 10. & omnes ferè Doctores.

203 *Certũ est, ita non contrariari.*

Fateor, olim veterum Christianorum more inductam fuisse vini abstinentiam in ieiuniis præsertim Quadragesimæ. Attamen huiusmodi abstinentiæ iam est per contrarium vsum sublata obligatio. Vnde iam est licita vini potio, primaque sententia nullam habet probabilitatem. Poterit magna meri quantitas lædere temperantiam, non autem soluere ieiunium.

DVBIVM XXVI.

An vinum, ceruisia, ac similia liquida soluant ieiunium, si non ad sitim extinguendam sed ad famen sedandam absumantur?

SOluit quidem. Quia cum vinum, sicera, & 204 *Soluit ieiunium.*
simile quodlibet liquidum vim habeat reficiendi vires, & nutriendi, etiamsi id primo & per se non habeat, nec ad id munus sua ex natura ordinetur: attamen intentio sumentis efficit, vt iam ex se reficiat & nutriat ciborum in morem. Sic D. Tho. *in* 4. *dist.* 15. *q.* 3. *a.* 4. Richard. *a.* 3. *q.* 7. *ad* 2. Palat. *d.* 8. Gabri. *dist.* 16. *qu.* 3. *a.* 3. Abul. *q.* 164. *ad c.* 6. *Matth.* Medi. *C. de ieiun.* Reginal. *l.* 4. *n.* 153. Sylui. 2. 2. *q.* 147. *art.* 6. Rosel *v. Ieiunium, n.* 4. Tabie. *q.* 2. Sylvest. *qu.* 3. *dicto* 1. Angel. *n.* 5. Ghetius *c.* 1. *nu.* 6. Tho. Hurtado *d. de chocolate.*

Minime soluit. Quia Ecclesia vinum non 205 *Non soluit.*
prohibens, consequenter non prohibet nutritionem illam, quæ ex illius sumptione prouenit. Certè cum potus meri, ceruisiæ aut similium liquidorum per se primario ad nutriendum non ordinetur, sed ad sitis extinctionem, etiamsi sumatur in eum finem, in quem sumitur cibus, haud poterit sumi vt cibus, aut per modum illius. Ita Paul. de Palac. *sum. v. Ieiunium.* Vega *to.* 1. *summ. c.* 14. *casu* 31. Filliuc. *tr.* 27. *p.* 2. *nu.* 42. Leym. *l.* 4. *tr.* 8. *c.* 1. *nu.* 7. Molfes. *to.* 1. *sum tr.* 10. *c.* 1. *n.* 45. Lezana *v. Ieiunium, n.* 2. Fagund. *præc.* 4. *l.* 1. *c.* 2. *num.* 47. Diana *p.* 1. *tr.* 1. *tract.* 9. *resol.* 23. Sanch. *l.* 5. *cons. c.* 1. *dub.* 23. *numer.* 4. Bossi. *de Iubil. sect.* 4. *casu* 18. *num.* 12.

Cum his opinor. Quia sumentis intentio nõ 206 *Cum his opinor.*
potest meri, ceruisię &c. mutare naturam, quorum vis per se, & ex se non ad nutritionem, sed ad extinctionem sitis ordinatur.

DVBIVM XXVII.

An potus aquæ Saccharo aut melle mixtæ contradicat vnicæ refectioni, vel leui piaculo?

COntradicit. Quia Sacharum, aut mel ha- 207 *Cõtradicit.*
bet cibi rationem. Vnde parua materia peccatum veniale constituet, notabilis verò lethale. Sic Sanch. *l.* 5. *consil. c.* 1. *dub.* 23. *n.* 1. citãs doctos Recentiores Trull. *l.* 3. *Decal. c.* 2. *dub.* 2. *num.* 15.

Nõ cõtradicit vel leui piaculo si materia in- 208 *Non contradicit.*
fusa paruam quantitatem non excedat. Quia licet Saccharum aut mel habeat cibi rationem, non tamen per modum talis adhibetur, sed per modum electuarij ad aquæ cruditatem inhibendam. Ita Anton. de Leon. *quæstion. de chocol. part.* 2. §. 6. *nu.* 6 *&* §. 11. *num.* 4. Luis. Turrian. *parte* 1. *summ. capit.* 256. *dub.* 24. *concl.* 1. 2. *&* 3. Pasqualig. *decision.* 118. *numer.* 2.

Ego quidem horum menti subscribo, dum- 209
mo

Horum mē. subscribo. modo in aquam maior valde sacchari aut mellis quantitas non infundatur, sic enim cibi rationem haberet. Hinc sine veniali piaculo assero sumi posse mulsum, quod vulgariter vocitatur *Aloja Hipocras, Limonada &c.*

DVBIVM XXVIII.

An potio, quæ Chocolate vocitatur, lædat vnicam ieiunij refectionem, si in magna sumatur quantitate toties quoties libuerit?

210. *Lædit plane.* LÆdit plane Quia omnia quæ ex se seu ex natura sua habent cibi rationem ieiunium violant, etiamsi potabili modo sumantur. Sed Chocolate natura sua est cibus, cum potius ad nutriendum, quam ad sitim sedandam ordinetur: Ergò etiamsi potabili modo sumatur ieiunium violabit. Sic Diana *p. 4. tr. 4. resol. 194. parte 5. tract. 5. resol. 11.* Anton. de Leon. *quæs. de chocol. part. 3. num. 20.* Trull. *lib. 3. Decal. cap. 2. dub. 2. num. 15.* Pasqualig. *decis. 141. num. 2.* Leand. de Murcia *qu. 15. ad c. 3. Regulæ D. Francisc. n. 8.* Ioan. de Sancto Thoma *in expos. Doctr. Christ. ad 4. præc.* Solorzano *in Tolit. lib. 2. cap. 10.* citans Patrem Fagundez *præc. 4. lib. 1. cap. 4. num. 14.* Sed non aptè, cum ille de poculis queis est cibus permixtus & quæ præcipuè nutriunt, de sua primaria institutione ad nutriendum ordinantur, loquatur.

211 *Non lædit.* Non lædit. Quia Chocolate ex sua primaria institutione non est cibus, nec vt talis institutus ad inediam sedandam, sed vt potus ad sitim inhibendam, pectusque refrigerandum. Sed quodlibet poculum, quod ex natura sua non est ordinatum ad nutriendum, aut ad famem sedandam, ieiunium non lædit. Ergo potio hæc etiamsi in magna quantitate sumatur, & quoties libuerit, ieiunium non soluet. Ita Luis. Turrian. *summ. part. 1. cap. 256. dub. 24. concl. 4. & 7.* Lezana *verb. Ieiunium, num. 2.* Ludouic. Lopez *tom. 2. Instruct. cap. 112.* Thom. Hurtado *d. de chocol. memb. 3.* citans Magistr. Antolinez Compostellanum Archiepiscopum, Basilium, Cornejo, aliosque doctissimos viros. Leander *præc. 4. tract. 5. d. 5. quæs. 5.* me citato, & alij.

212 *Mentem nostram exponit.* Recolo, quod non semel in libello Hispano, & in Latino Confessariorum Examine asserui: Chocolate lacte aut ouis admixtum ieiunium violat; quia cibi ex se habet rationem. Si potio hæc sit admodum crassa, ita vt in quantitate valde aquam excedat, ieiunium violabit; quia in ratione cibi simpliciter remanebit. Si vero ita aqua hac materia Indica tēperetur, vt liquida satis potio exponatur, sine violatione ieiunij potest toties quoties libuerit vel in magna absumi quantitate; potus namque proculdubio est. Quod si requiras qualiter mixtio hæc gerenda sit, vt potus rationem nō excedat, à timoratis didici, ad vasculum, quod *Gicara* vocitatur, implendum sine ieiunij læsione, posse vnciam Chocolate cum vncia sacchari admisceri. Cum vero eiusmodi admixtio semper maneat in ratione potus, poterit quoties libuerit & in qualibet quantitate epotari. Scio à pluribus Auctoribus citari Pontificis summi declarationes circa materiam hanc, quæ licet veræ sint, & authēticè constent (de quo dubito) non inde colligendum, quod quælibet potio cholocatica sit absolute licita, sed illa solum declaratur potus habere rationem, quæ modica præfata materia conditur. Profectò huic morem gero sententiæ, non vt approbem huius potus vsum tā oppositum ieiunij merito, cum omnino repellat inediam; sed vt à piaculo valeam excusare illos, qui hoc adminiculo non tam vires ad ieiunandum reficiunt, quam totam fere ieiunandi molestiam auferunt. Porrò quia malè me circà materiam hanc à multis citari legi. præcipuè ab amicissimo Antonino Diana, vberius mentem exprimere operæ pretium duxi.

DVBIVM XXIX.

An Poma, vuæ, mala masilica, Hispanè limon ô naranja *sumpta ad sitim extinguendam soluant ieiunium?*

213 *Non soluūt.* NOn soluunt. Quia quamuis comestibilia hæc sint, non tamen ad nutriendum ordinantur, sed potus in morem sumuntur: vnde cum liceatdie ieiunij bibere poma hæc licebit absumere. Sic Bossi. *de Iubil. sect. 4. casu 18. n. 13.* Gabri. *in 4. dist. 16. quæstion. 3. art. 3. dub. 1.* Trul. *libr. 3. Decal. capit. 2. dub. 3. fine.* Filiuc. *tract. 27. part. 2. cap. 2. num. 43.* Pasqualig. *decis. 135.*

214 *Soluunt plane.* Soluunt plane. Quia ex natura sua sunt cibus ad nutriendum ordinatus. Ergò si in magna quantitate sumantur grauiter ieiunium violabunt, si in parua verò leuiter. Ita? aludan. *in 4. dist. 15. quæstion. 4. articul. 4. concl. 3.* Leand. *præc. 4. tract. 5. dub. 5. quæstion. 6. 7. & 8.*

215 *Hoc mihi verum.* Existimo, poma, vuas & similia per se violare grauiter ieiunium, leuiter vero ex materiæ paruitate. Quia si ex se, & ex natura sua ordinantur ad nutriendum, haud poterunt vnquam aliter, quam vt cibus sumi: intentio enim sumentis nequit naturam pomi, vuæ ac similium mutare.

DVBIVM XXX.

An possis ad sitim sedandam, pomorum, vuarum, &c. succum dentibus expressum absumere, substantia solida ex ore reiecta.

216 *Potes quidē,* POtes plane. Quia idem est, ac si biberes. Vnde etiam ex eiusmodi succo pomorum & vuarum potus siceræ, ac vini fieri assolet, qui licite potest sedandæ siti in die ieiunij quoties libuerit exhauriri. Sic Pasqualig. *decis. 135. num. 4.*

217 *Minime potes.* Minime potes. Quia cōterere poma seu vuas dentibus, eaque masticare, ac deglutire succum ex

ex illis expreſſum, nil aliud eſt, quam aliquid per modum cibi traiicere. quod ieiunium violat. Ita Antonius de Leon, *q. de Sacrocol. p. 2. §. 6. numer. 1. & Paragraph. 5. numer. 14.* Diana *p. 10. tract. 14. reſol. 56.* Leander *præc. 4. tr. 5. d. 5. quæſ. 9.*

218 *Cum his ſentio.* Cum his ſentio. Nam difficile mihi eſt, poſſe quem ita dentibus poma, ſeu vuas conterere, earumque deglutire ſuccum, quin aliquam ſubſtantiam cibi rationem gerentem traiiciat. An non, ſi inedia afficiaris, tam aptè poteris ad ſuccum pomorum, ſeu vuarum hoc modo expreſſum accurrere, cū alius non ſubeſt cibus, quam ad ſitim extinguendam? Quis autem id concedet?

DVBIVM XXXI.

An, ne potus noceat, poſſit quis cuiuſcumque generis portiunculam aſſumere?

219 *Quæſtionis ſtatus.* CErtè ne potus neceat, poterit quis quoties bibit aliquid cibi ſumere, modo in ieiunij fraudem non gerat. Nā Eccleſia ieiunanti potum, quoties libuerit illi, concedit: Ergo ſimul permittit quidquid ne noceat, erit neceſſarium Sic Doctores communiter. Quæſierim verò, num dimidiæ vnciæ quæ conceditur, ne potus noceat portiunculam poſſit, quis ex quocumque genere cibi ſumere?

220 *Non poteſt.* Non poteſt. Quia cum per modum medicaminis ne potus noceat, aſſumatur, neceſſarium eſt, vt ſit ex rebus, ad id appoſitis, vt parum ſachari roſacei, quinque vel ſex amygdalæ ſaccharo præparatæ, aut ſimilia: non autem pomum, vel olera, quæ quidem potius potui addunt nocumentum, quam ne noceat, efficiunt. Sic Azor. *lib. 7. cap. 10. quæſ. 7.* Syluest. *v. Ieiunium, num. 9.* Abul. *quæſtion. 169. ad cap. 6. Matth.*

221 *Non poteſt.* Poteſt quidem. Quia cibus cuiuſcumque generis in modica, ſeu minima illa quantitate poteris per modum medicamenti adhiberi. Ita Fagund. *præc. 4. lib. 1. cap. 2. numer. 20.* Laym. *lib. 4. tract. 8. cap. 8. num. 7.* Bonac. *de præc. Eccl. d. vltim. quæſ. 1. punct. 3. num. 4.* Molfeſ. *tom. 1. ſum. tract. 10. cap. 5. numer. 23.* Diana *part. 1. tract. 9. reſol. 24.* Sanchez *lib. 5. Conſ. cap. 1. dub. 22. numer. 3.* Boſſi. *de Iubil. caſu 18. numer. 16.* & alij.

221 *Hoc probabilius mihi.* Hanc ſententiam longe probabiliorem eſſe exiſtimo. Nam quod adiicit P. Azorius: *Dummodo cibus non ſit panis, aut fructus arboris*, eius venia non approbo. Panis enim fruſtulum, & pyrum ſeu pomum paruulum per modum medicinæ poſſunt aſſumi, materiæ enim paruitas cibi ſupplet ineptitudinem.

DVBIVM XXXII.

Etiamſi nihil ſumas cibi, ſcis, tibi potum minime nocere: Potesne tamen id præſumere ſine veniali ſemel, ſine lethali ſæpius?

222 *Potes quidem.* POtes quidem. Quia ex ſe potus ſolus ſtomacho non confert, accidentaliter autem huic, vel illi non nocet. Et quia cum materia parua ſit, quoties ſumitur ſine cauſa, grauis culpæ ſcrupulus non eſt adm ttendus. Sic Paſqualig. *deciſ. 119. n. 7.*

223 *Non potes.* Minime potes. Quia ideo ſolummodo licitum eſt, quidquam cibi ante potum ſumere, ne hic noceat ſtomacho. Igitur ſi certus ſis, quod tibi non noceat, licitum non erit, cum ceſſet cauſa, ob quam erat licitum. Vnde ſi ſemel præſumas ſine cauſa venialiter delinques, ſi vero ſæpius ita vt notabilem quantitatem exæquas, lethali crimine reus exiſtes. Ita Leander *præc. 4. tr. 5. d. 5. q. 13.*

224 *Auctoris reſolutio.* Hanc ſententiam veram eſſe crediderim, de ſententia verò Paſqualigi maxime dubitarim. Nam ſi peccatū veniale ſit, paruam cibi quātitatem ſine cibo ſumere: & lethale, ſi ſæpius quis ſumat refectiunculas, quæ ſimul ſumptæ notabilem quantitatem reddant: id etiam certum erit in noſtro caſu, cum certus es, tibi potum minime nocere. Ratio namque illa, quod potus ex ſe ſtomacho non conferre, nō vrget, cum adeſt circa contrarium certitudo. Si tamē aliqualis adeſſet dubitatio, ſecus dicerem, quia ſtat iuris poſſeſſio.

DVBIVM XXXIII.

An ab amico rogatus, poteris abſque veniali, aliquid cibi in die ieunij ſumere.

225 *Nō poteris.* NOn poteris niſi per ignorantiam, vel obliuionem bona fide geſſeris. Quia non videtur cauſa legitima ab omni culpa excuſans voluntas ac petitio amici. Inter Chriſticolas enim non eſt cenſendus inurbanus, qui amico reſponderit, ſe à cibo abſtinere, quia vrget Eccleſiæ præceptum, quod fas non eſt vel leuiter violare. Sic Palud. *in 4. diſt. 15. qu. 4. a. 2.* Richard. *ibi, q. 3. a. 4.* Antonin. *p. 2. tit. 6. c. 1. §. 6.* Caiet. *2. 2. qu. 147. a. 3.* Sylueſt. *v. Ieiunium, qu. 2.* Nauar. *ſum. cap. 21. num. 13.* Azor. *l. 7. c. 9. qu. 1.* Manu. *p. 1. ſum. c. 23. n. 1.* Villalob. *p. 1. ſum. tract. 23. diffic. 5. n. 4.* Leand. *præc. 4. tr. 5. d. 5. q. 14.*

216 *Poteris quidem.* Poteris equidem. Quia legitima cauſa eſt, ne quis amico roganti inurbanus appareat. Ita Medina *ſum. l. 1. c. 14. §. 10.* citans Victoriam. Sà *v. Ieiunium, nu. 8.* Fagund. *præc. 4. c. 1. c. 4. num. 3.* Cenedo *qq. canon. q. 41.* Bonac. *de præc. Eccl. d. vlt. q. 1. punct. 3. n. 4.* Reginald. *l. 4 n. 174. & 189.* Lezana *v. Ieiunium, num. 4.* Sanch. *l. 5. conſil. c. 1. dub. 22. n. 6.* Diana *p. 1. tr 9. reſol. 29.* & alij.

217 *Hoc probabilius eſſe reor.* Hoc probabilius eſſe reor. Nec video rationem congruentem, ob quam te ab amico rogatum à veniali piaculo non excuſem, cum tunc modicum cibum capias non ex intentione comedendi, & voluntate propria; ſed ex intentione obſequēdi iuſtè & vrbaniter amico. Nam vti addit Fagundez) vnica comeſtio. quæ in hoc præcepto iniungitur, vnica eſt reputanda ex intentione comedēdi, non ex caſu occurrenti, vti hîc accidit. Ex Fagund. accepi.

DVBIVM

DVBIVM XXXIV.

An possis sine veniali culpa, & non possit, parum cibi sumere, si prandium ex vrgenti causa valde sit differendum?

128 Non potest. NOn potest. Quia ieiunanti vnica comestio indicitur, quæ quidem abstinentia aliquam supponit futuram esse incommoditatem. Sic Caiet *sum. v. Ieiunium, c. 1.* Sanch. *l. 5. consil. cap. 1. dub. 24. numer. 2.* Pasqualig. *decis. 129.*

129 Potest quidem. Quia diutina prandij dilatio communiter loquendo, nunquam non debilitatem causat, propter quam vitandam licitum est, manè aliquid cibi præsumere. Ita Abul. *quæstion. 144. ad cap. 6. Matth.* Diana *p. 10 tract. 14. resol. 61.* citans Leandrum, & Pasqual. *n. 4.* his subscribit.

130 Auctoris resolutio. Ego equidem illum ob dilationem prandij minime excuso, nam si debilitate non laboret non video, vnde possit licitè gerere: ex debilitate verò qua ex huiusmodi dilatione prandij quis assolet laborare, certum iudico, posse aliquid absumere. Id profecto experimento ediscès.

DVBIVM XXXV.

An inseruientes mensæ tam sæculares, quam Religiosi, vel lecturi, dum Religiosi prandent, possint aliquid cibi præsumere?

131 Non possunt absolute. NOn possunt, nisi ministraturi sint solemni conuiuio, quod longo tẽporis interstitio perdurat. Quia ordinario prandio inseruire nullã aut exiguam molestiam affert. Sic Angles *q. 9. de ieiun. a. 2. diffic. 1., Apend. 3.* Abul. *qu. 145. ad c. 6. Matth.*

132 Absolute possunt. Possunt plane. Quia futurus labor, sufficiẽtem causam ad id gerendum exhibet. Ita Caiet. *sum. v. Ieiunium, c. 1.* Sylvest *qu. 3.* Angel. *nu. 16.* Nauar. *sum. c. 21. nu. 13.* Fagund. *præc. 4. l. 1. c. 4. n. 2.* Diana *p. 4. tr. 4. resol. 142.* Layman *l. 4. tr. 8. c. 2. n. 3.* Lessi. *l. 4. cap. 2. dub. 2. n. 11.* Filliuc. *tr. 27. p. 2. n. 40.* Tolet. *l. 6. c. 2. n. 7.* & alij.

133 Certum hoc puto. Certum hoc puto. Quia tam pro dominis, ac Religiosis, quam pro inseruientibus prandium censetur inceptum quod post ministeriũ absoluere possunt. Hæc à Doctoribus ratio solet communiter afferri. Ast ego absolute existimo ratione laboris excusari.

DVBIVM XXXVI.

An ob graueolentiam oris licitum sit absolute, aliquid cibi aromatici præsumere?

134 Non est absolute licitum. NOn est licitum absolutè, sed solum quando quis cum primatibus debeat, negotia gerere, qui quidem delicatioris naturæ facilius assolent ex graueolentia offendi. Quia horum respectu id intra medicinæ latitudinem computatur. Sic Angles *qu. 9. de ieiun. a. 2. diffic. 3. Append. 2.* Ludou. de San. Iuan. *sum. quæstion. vnic. de ieiun. articul. 12. diffic. 2. Append. 2.*

235 Absolute est licitum. Absolutè est licitum. Quia licet non occurrat cum primoribus confabulatio, vel vulgaris quisque ex oris graueolẽtia offenditur. Vnde sine scrupulo poterit aliquid ad eam vitandã assumere. Ita Bonac. *de præc. Eccl. d. vlt. q. 1. pun. 1. n. 7. in noua edit.* Trul. *l. 3. Decal. c. 2. dub 3. nu. 11.* Sanch *l. 5. cons. c. 1. dub 22.* citans, presso nomine, doctos Recentiores. Filliuc. *tr. 27. p. 2. nu. 37.* Pasqualig. *decis. 131.*

236 Hanc tenet sententiam. Sine leuis piaculi scrupulo existimo posse illum aliquid per modum medicinæ absumere, quamuis nec primores, nec vulgares alloquuturus sit. Graueolẽtia enim oris etiã ipsum, qui ea afficitur, non leuiter offendit. Quod sufficit, vt eiusmodi medicamine ad eam vitandam vtatur.

DVBIVM XXXVII.

An inseruientes mensæ, vel legentes possint in magna quantitate cibum præsumere?

237 Non possunt. MInime possunt. Quia ideo eis est licitum solummodo, ne hisce ministeriis incũbentes deficiant. At sufficit ad debilitatem vitandam modicum alimenti præsumere: Erge sine ieiunij violatione nequeunt in notabili præsumere quantitate. Sic Abul. *ad cap. 6. Mat. quæstion. 144.* Bonac. *de 4. præc. quæst. 1. pun. 3. num. 10.* Fagund. *præc. 4. libr. 1. cap. 4. numer. 2.* Angles *quæstion. 9. de ieiun. art. 2. diffic. 1. ap. pend. 3.* Azor. *lib. 7. cap. 9. q. 1.* Lessi. *l. 4. c. 2. dub. 2. num. 11.*

238 Possunt. Possunt quidem. Quia præfata cibi præsumptio est veluti prandij inchoatio post ministeria illa futuri. Ita Pasqualig. *decis. 128. nu. 6. & 7.* Sanchez *lib. 5. consil. cap. 1. dub. 24. nu. 2.* ex Caiet. Diana *part. 10. tract. 14. resol. 61.* citans Leandrum.

239 Auctoris resolutio. Existimarim, probabiliorem esse primam sententiam, satis vero probabilem esse secundam. Nã præsumptio illa cibi in notabili quãtitate cum sequenti moraliter colligatur, præcipue si duratio mensæ, cui illi ministrant, sit moderata.

DVBIVM XXXVIII.

An si vnica comestione ventrem adeopples, vt ieiunij difficultatem minime experiare: Violes ieiunium?

240 Violas quidem. VIolas quidem. Quia ieiunium est abstinentia victus ab Ecclesia præscripta ad passiones infrænandas, corpúsque macerandum:

dum: quod redundentia cibi vel semel sumpti minime præstatur. Sic Martinus Ayala Episc. Guadixien. *l. 1. de tradit. Eccl. c. de ieiun.* Maior. *in 4. dist. 15. q. 3.* & Couar. *l. 4. variar. c. 20. n. 11.* hanc quæstionem dubiam sibi esse profitetur, licet nihil resoluat.

241 *Nō violas.* Non violas. Quia licet ieiunium sit abstinentia victus ad corporis macerationem, tamen in ieiunio non tantùm abstinentia attenditur, sed & Ecclesiæ consuetudo spectatur. Ita Innocent. *in Rubr. de obser. ieiun. n. 4.* Caiet. *2. 2. q. 147. a. 3.* Ioan. de Med. *C. de ieiun. c. de num. refect. & c. de iis, quibus ieiun. soluitur.* Abul. *ad c. 6. Mat. q. 166.* Reginal. *l. 4. n. 163.* Bonac. *d. vlt. de præc. Eccl. q. 1. pun. 2. n. 7.* Fagund. *præc. 4. l. 1. c. 4. n. 1.* Pasqual. *decis. 120.* citans Getium, Trullenchum, Bassæum, Laymanum, Syluium, Llamas, Lublinum.

242 *Hoc mihi indubitatū.* Hoc mihi indubitatum. Quamuis enim Ecclesia definierit, semel tantùm in diebus ieiunij esse comedendum, prandij autem quantitatem nec definiuit, nec definire potuit commodè propter varias hominum complexiones.

DVBIVM XXXIX.

An violet ieiunium, qui ex necessitate (aliquo occurrente negotio vrgenti) per longum tempus prandium interrumpit?

243 *Nō violat.* NOn violat. Quia cum illa interruptio sit ex necessitate, secunda comestio pars, & complementum prioris comestionis censetur, quæ quidem imperfecta fuit relicta, Sic Pasq. *decis. 121. nu. 5.*

244 *Violat quidem.* Violat planè. Quia longa illa interruptio efficit, vt non vnica, sed duplex comestio contra ieiunij legem existat. Ita Sanch. *lib. 5. consil. c. 1. dub. 24. n. 1.* Portel. *qq. regular. v. Ieiunium, in addit. n. 10.* Azor. *l. 7. c. 9. q. 1.* Diana *p. 1. tr. 9. res. 33.* Reginald. *l. 4. n. 177.*

245 *Auctoris resolutio.* Ego quidem existimarim, eum qui prandiū per duas circiter horas interiecit, non posse illud rursus inire, si cibi quantitatem corpori reficiendo ieiunanti sufficientem absumpsit, secus si per minoris temporis spatium interrupit, aut in prima comestione haud sufficiens ad tolerandum ieiunium assumpsit alimentum. Mecum Lessi. *l. 4. c. 2. n. 11.* Sancius *in select. d. 52. n. 4.* citans Angles. Dianáque *p. 10. tr. 14. resol. 6.* plures adducens.

DVBIVM XL.

Surgis à mensa animo non redeundi, sed mutata intentione prandium nondum absolutum resumis: Violasne ieiunium?

246 *Violas planè.* VIolas planè. Quia per intentionem amplius non comedendi, comestio illa physicè, ac moraliter interrumpitur. Sic Nauarr. *sum. c. 13. n. 15.* Pedraza *præc. 3.* Angl. *qu. 9. de ieiun. a. 2. diff. c. 1. append. 2.* & alij.

247 *Nō violas.* Non violas. Quia licet intenderis amplius non comedere, redis tamen ad comedendum, nondum prandio absoluto, quod sufficit, vt moraliter vnica eádémque comestio censeatur. Ita Trull. *l. 3. Decal. c. 2. d. 3. n. 13.* Diana *p. 1. tr. 9. resol. 32.* Villalob. *tr. 23. diffic. 6. n. 2.* Laym. *l. 4. tr. 8. c. 1. n. 6.* Lessius *l. 4. c. 2. num. 11.* Pasqual. *decis. 124.*

Existimo, cum vnitate morali posse huiusmodi interruptionem sumptionis consistere, cum prandium illud nondum sit absolutum. 248 *Vtrumque æquè probabile mihi.*

DVBIVM XLI.

Surgis à mensa animo non comedendi amplius, cum prandium est omninò absolutum: Si modicum tempus intercessit, poteris ne rursum comedere?

POteris quidem. Quia modica illa temporis intercapedo efficit, vt moraliter secunda illa comestio continuatio primæ censeatur. Sic Getius *v. Ieiunium, c. 1. num. 4.* citans Dianam, Bonac. *d. vlt. de præc. Eccl. q. 1. punct. 10.* Bassæ. *v. Ieiunium 1. n. 15.* Molfes. *p. 1. sum. tr. 10. c. 5. num. 17.* Filliuc. *tr. 27. n. 41.* 249 *Poteris quidem.*

Non poteris. Quia cum prandium sit omninò perfectum, resumptio illa cibi noua comestio censetur contra ieiunij essentiam, nec moraliter potest, cum prima colligari, etiamsi modica interceserit temporis distantia. Ita Sanch. *l. 5. consil. c. 1. d. 24. n. 4.* Laym. *l. 4. tr. 8. c. 1. n. 6.* Sanci. *in select. d. 52. n. 4.* Lublin. *v. Ieiunium, n. 26.* Fernand. *p. 2. Exam. c. 8. §. 2. nu. 18.* Valent. *2. 2. d. 9. qu. 2. pun. 3.* Portel. *qq. Regul. v. Ieiunium, in addit. nu. 10.* & alij. 250 *Nō poteris.*

Hanc sententiam probabiliorem esse duxerim. Nam absolutio prandij prælapsa efficit, vt resumptio prandii noua esse comestio censeatur. Concesserim tamen, eum, qui, plicato linteolo, proposuit, nil amplius comedere, posse, mutato proposito, de ferculis nouiter appositis aliquid sumere. 251 *Mihi hoc probabilius.*

CAPVT XV.

Circa refectiunculam, seu collationem, quæ in diebus ieiunij solet absumi.

DVBIVM XLII.

An Refectiuncula hac inducta fuit ratione medicinæ, non nutrimenti?

EVIT inducta ratione alimenti, non medicinæ. Quia humana fragilitas vix posset sine huiusmodi subsidio integri diei ieiunij molestiam sustinere. Nam aliquibus fortioribus facilis sit inedæ tolerantia, commu 252 *Fuit inducta ratione alimenti nō medicinæ.*

communiter intolerabilis sine refectiunculæ fulcimento existet. Sic Abul. *ad cap. 6. Mat. q.* 170. Sylvest. *v. Ieiunium, nu.* 10. Lublin *p. 1. sum. v. Ieiunium, n.* 3. Getius *in Thesau. animæ, v. Ieiunium, c. 1. n.* 4. citat Pasqualig. *decis.* 87. *n.* 3. Toletum, Medinam, Lessium, & Azorium, qui quidem oppositum docere legenti constabit.

253 *Fuit inducta ratione medicinæ non alimenti.* Fuit inducta ratione medicinæ, non alimenti. Quia olim prandium semper propè noctem fiebat: Ergo non causa nutritionis, seu roboris naturæ, sed medicaminis ratione refectiuncula fuit inducta, videlicet, vel ad captandũ somnum, vel ne potus noceret stomacho. Ita D. Antonin. *p. 2. tit. 6. c. 2. §. 9.* Villalob. *p. 1. tr. 23. diffic. 7.* Tolet. *l. 6. c. 2. nu. 5.* Angel. *v. Ieiunium, n. 3.* citans Caietanum, ac Paludanum. Ledes. *2. p. 4. qu. 17. art. 5.* Bossi. *de Iubil. sect. 4. casu 18. n. 124.* Molfes. *sum. tr. 10. c. 3. n. 43.* & alij.

254 *Esse probabilius ista sententia.* Probabilius existimo, inductam fuisse ex medicamine, ne scilicet potus noceret, ne somnium ab esuriente aufugeret. Ast nunc consuetudo obtinuit, vt eiusmodi refectiuncula ad naturæ nutrimentum vtamur. Vnde in hunc finem communiter ab omnibus assolet adhiberi. Imo & quantitas, quæ licite potest absumi id haud obscure manifestat.

DVBIVM XLIII.

An huius refectiunculæ quantitas mensuranda sit pro personarum, ac consuetudinis Regionum varietate?

255 *Non est.* NOn est mensuranda pro varietate personarum. Quia daretur ansa, vt quis sibi nimium indulgeret, existimanti, se maiori, quam par sit, quantitate indigere. Nec pro Regionum consuetudinis varietate. Quia minime constat de quantitate per consuetudinem determinata, vnde etiam daretur maiorem, quam par sit, quantitatem sumendi occasio. Sic Pasqualig. *decis.* 88. *numer.* 2. 3. & 4.

256 Mensuranda est pro personarum varietate Quia plus concedẽdum refectionis magis indigenti naturæ quam minus egenti. Idem dicendum de consuetudinis locorum varietate. Nam qui in frigidioribus Regionibus degunt maiori cibi indigent portione ad virium frigore attritarum recuperationem: vnde vsuum seu consuetudinum exorta varietas. Ita Azor. *p. 1. l. 7. c. 8. q. 8.* Bossi. *de Iubil. sect. 4. casu 18. n. 149.* Reginal. *l. 4. n. 185.* Filliuc. *tr. 27. nu. 31.* Laym. *l. 4. tr. 8. c. 1. n. 9.* Trull. *l. 3. Decal. c. 2. dub. 3. n. 9.* Lessi. *l. 4. c. 2. dub. 2. nu. 11.* & alij communiter.

257 *Esse iudico.* Hanc sententiam certam esse iudico. Nam cum iam refectiuncula hæc ad naturæ nutrimentum absumatur, eius quantitas iuxta personarum indigentiam erit assignanda. Nobiliores enim personæ, & quæ studiis vacãt ampliori possunt refectiuncula vti; quia facilius in hisce natura deficit. Porro qui apud frigidiores Regiones commorantur maiori indigent refectiunculæ quantitate. Vt valeant ieiunij pondus sustinere. Hinc Regionum ob orta consuetudo, cuius præscriptionem potest quis vbique terrarum sine scrupulo plane sectari. Refectiuncula namque vespertina fuit per consuetudinem inducta: vnde potest sumi in ea quantitate, quam ipsa præscripsit.

DVBIVM XLIV.

An possit sumi pro refectiuncula octo vnciarum quantitas?

258 *Nonnihil suppono.* SVppono, debere pro refectiũcula serotina certam quantitatem communiter assignari, nec vniuscuiusque relinquendum conscientiæ, vti vult Getius *in Thesau. v. Ieiunium, c. 1. n.* 4. Quia ex opposito sequeretur maxima inter fideles confusio, quorum conscientiæ innumeris scrupulis pungerentur.

259 *Non potest.* Minime potest. Quia huiusmodi quantitas refectiunculæ terminos nimium excedit, cum alicui valeat pro principali comestione sufficere. Sic Graffi. *part. 1. decis. lib. 2. cap. 27. num.* 29. Azor. Homobon. Victorel. Naldus, Lezana, & Sà apud Leandrum *de præc. Eccl. tr. 5. d.* 12. Hieron. Perez *sum. part. 1. præc. 3. Parag. de ieiun.*

260 *Potest plane.* Potest plane. Quia huiusmodi quantitas terminos refectiunculæ non excedit, si quidẽ iam ad nutriendam aliqualiter naturam ordinatur, & ad adiiciendas ei vires, vt suis valeat functionibus operam impendere. Ita Fagund. *præc. 4. l. 1. c. 4. n.* 13. citans Suarium Villalob. *tom. 1. sum. tr. 23. diffic. 7. n. 4.* Sancius *in select. d.* 52. *n. 7.* Sanch. *l. 5. consil. c. 1. dub. 25. n. 3.* Henriq. *in compen. casuum conscien. c. 18. n. 2. & 3.* Diana *p. 1. tr. 9. resol. 1.* Leand. *citat.* Luis. Turrian *p. 1. sum. c. 256. dub. 38. concl. 1.* Trull. *l. 3. Decal. c. 2. dub. 3. n. 9.* & alij.

261 *Auctoris resolutio.* Scio, Doctores in assignanda certa refectiũculæ quantitate variè scripsisse. Quidã enim assignant quatuor vnciarum portiunculam Azor sic *p. 1. l. 7. c. 8. q. 8.* Lezana *v. Ieiunium, n.* 4. Sà *v. Ieiunium, n. 8.* Alij ad sex vncias extendunt. Filliuc. *tr. 27 p. 2. n. 32.* Molfes. *sum. tr. 10. c. 3. num. 7.* Communiter verò hodie Auctores affirmant, posse octo vnciarum quantitatem assumi. Nam cum refectiuncula hæc iam sumatur ad aliquod naturæ fulcrum, non oportet scrupulorum laqueos timoratis conscientiis iniicere. Addiderim dimidiam hanc libram refectiunculæ posse absque vlla necessitate sumi consuetudinis ratione. Nam id per accidẽs deputatur. Alias qui vnica satiaretur vnaia, nõ posset duas edere, quod nemo audebit asserere. Ad hanc sententiam allicio doctrinam illorum, qui affirmãt, licitum esse ad refectiunculam sumere quartam cœnæ partem. Denique ex Pasqualigo aduerto, eum qui per vnam vnciam plus minusve designatam excederet quantitatem, ieiunium grauiter non violare; nec enim grauis hic excessus est reputandus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DVBIVM XLV.

An in vigilia Natalitij Domini posit sumi refectiuncula absque mensura aut limite ex his cibis, quos licet in collatione absumere?

262 *Nonnihil suppono.* SVppono contra Nauarrum *sum. c. 21. nu. 1.* Manuelem *sum. to. 1. c. 23. n. 9.* & alios posse in vigilia Domini sumi refectiunculam in maiori quantitate. Quia iam est consuetudine inductum ob tanti festi solemnitatem, vt duplo maior solito ad minus refectiuncula existat, vti Fagund. *præc. 4. l. 1. c. 4. n. 19.* ex communi, affirmat. Quæstio est, an absque mensura seu limite valeat absumi, ex rebus, queis vesci in collatione licet?

263 *Non potest.* Non potest quis quantum libuerit sumere. Quia duplex comestio contra ieiunij essentiam existeret. Sic Nauar. *citatus.* ac Manuel. Pedraza *præc. 3. Decal. fol. mihi 84.* Bossi. *de Inbil. fest. 4. casu 18. num. 150.* Fagund. *vbi supra.* Filliuc. *tract. 27 num. 34.* Turrian. *summ. part. 1. cap. 256. dub. 38. concl. 3.* Diana *p. 1. tract. 9. resol. 35.* Trull. *lib. 3. Decal. cap. 2. dub. 3. num. 9.* & alij.

264 *Potest quidem.* Potest equidem. Quia iam apud timoratos hæc inualuit cõsuetudo, Prælatis annuẽtibus, imo idẽ gerutibus. Ita Medina *in Instruct. Conf. p. 1. c. 14. § 10.* Llamas, quẽ citat, & sequitur Leander *præc. 4. tr. 5. d. 4. q. 16.* Cenedus *q. 41. n. 5.* Sanci. *in select. d. 52. n. 10.* citans Ledesmã, Azoriũ, Cenedum, Vegam, Ludouicum de San. Iuan. Nieua. Chacon, summam Coronam, Sanchez & Ioannem de Medina. Sed malè Azorius, Fillincius. Fagundez adducuntur. Anton. de Leon. *q. de chocol. p. 2. fundam. 5. § 1. n. 9.* & alij.

265 *Hoc satis probabile esse indico.* Hanc sententiam satis probabilem esse reor. Et quidem non video, qua ratione concedi debeat, vt valeas ieiunans eo die pro refectiuncula sexdecim vnciarum, imo iuxta P. Sanchez vigintè & quatuor quantitatem absumere ex cibis queis licet in collatione vti & non possis maiori refici quantitate: si quidem sexdecim vnciarum epulum omnino violat vnicam comestionem? Crediderim itaque ieiunium hac die vsque ad refectiunculæ instantiam vigere, postmodum autem dispensari ab Ecclesia, vt ex cibis collationi adhiberi solitis ob tanti festi solemnitatem possit absumi, quantam quis non ieiunans absumere valeret.

DVBIVM XLVI.

Vult quis in vigilia Natiuitatis Domini refectiunculam serotinam sumere, An mane possit illam in quãcumque libuerit quantitate præsumere?

266 *Status quæstionis.* SVppono, posse quem sine lethali piaculo innertere prandij ac refectiunculæ tempus, sumens mane refectiunculam, prandiumque differens in vesperum, de quo inferius: & rogito, an in Natalitij Domini peruigilio qui mane vult refectiunculam sumere, possit eam sumere in qua libuerit quantitate?

267 *Potest placere.* Potest quidem. Quia ratio inducendi consuetudinem refectiunculæ adeo magnæ est excellentia festi, & non solus labor nocturni officij: At hęc ratio æque procedit siue collatio meridie sumatur, siue vesperę, vt patet: Ergo. Sic Pellizar. *in Man. Regular. to. 1. tr. 5. c. 5. n. 13.* Diana *p. 9. tract. 6. resol. 17.* id probabile putat, eo quod hoc ieiunium sit plane lætitiæ. Leander *de præc. Eccl. tract. 5. dub. 4. quæstion. 16.*

268 *Non potest.* Non potest. Quia huiusmodi consuetudo in refectiuncula nocturna solummodo præualuit. Ita Sanch. *to. 2. consil. l. 7. c. 1. dub. 26. nu. 6.* Trull. *l. 3. Decal. cap. 3. dub. 6. num. 11.* Diana *citatus.*

269 *Hoc probabilius esse existimo.* Hoc probabilius esse existimo. Quia Ecclesia permittit ieiunij laborem hac die lauta collatione terminari, non autem vt laborem lætitia præcedat. Et quidem in re ieiunij recepta consuetudo est attendenda.

DVBIVM XLVII.

Peruigilium Natalitij Dominici in Sabbatum incidit, festum autem in feriam secundam: licet: refectiunculam sumere, in qua libuerit quantitate?

270 *Non licet.* MInime licet. Quia quamuis Vigilia Natiuitatis sit, non tamen adest vesperum illius festi, cuius causa hæc in Ecclesia inualuit consuetudo, imo instat eo die ieiunij Quatuor temporum strictior obseruantia. Sic Bossi. *de Inbil. fest. 4. casu 18. num. 156.* Ioan. à Sancto Thoma *in ex pos. Doctr. Christ. p. 2. vbi de præc. 4. Eccl.*

271 *Licet omnino.* Licet omnino. Quia cum hoc priuilegium pro huius solemnitatis ieiunio vigeat, ipsum, quocumque die fiat proculdubio sequitur. Ita Sanch. *l. 5. consil. c. 1. dub. 26. n. 3.* Sanci. *in select. d. 52. n. 10.* Luis Turrian. *sum. p. 1. c. 256. dub. 38. concl. 4.* Pasqualig. *decis. 92. num. 7.* Caramu. *in Reg. S. Benedicti d. 128. n. 1613.* citans Basilium Legionensem. Pellizar. *in Man. Regul. to. 1. tr. 5. c. 5. n. 13.* Diana *p. 9. tr. 6. resol. & p. 10. tr. 12. resol. 41.* Leander *tr. 5. d. 4. q. 17.* quem Magister Iordan immerito carpit.

272 *Hanc sententiam probabiliorem crediderim.* Hanc sententiam probabiliorẽ esse crediderim, licet illo sabbato simul ieiunium Quatuor temporum occurrat. Adhuc enim est Vigilia Natiuitatis, & id quod dignius est trahit ad se (vti Sanchez inquit minus dignum. Porrò hoc priuilegium Peruigilium Natalitij Domini sequitur ob tanti festi solemnitatem?

DVBIVM XLVIII.

In peruigilio Paschatis, & Pentecostes, licetne sumere refectiunculam largiorem, vbi non adest consuetudo?

273 *Non licet.* NOn licet. Quia quæcumque commoditates ad ieiunij molestiã minuendã spectãt, ex

ex præscripta iustè consuetudine habent exortum: At nullam talem videmus vigere consuetudinem. Ergo absolutè non licet eiusmodi licentia vti in Paschatis, ac Pentecostes peruigilio. Sic Filliuc. *tr.27.n.34* id solum concedens vbi adest consuetudo assistendi officio noctis. Fagund. *præc.4.l.1.c.4.num.20.* Gregor. Gobat *de Iubil. duplici capit. 28. numer. 208.* & alij.

274 Licet profecto. Quia non ob aliam rationem licitum est in Natalitij Domini vigilia collationem absumi solita maiorem, nisi ad lætitiæ ostensionem: At festiuitas Resurrectionis & Pentecostes ineffabilem fidelibus lætitiam indicit: Ergo debet, quemadmodum Natalij vigilia largiori refectiuncula celebrari. Et quia probabilius est, quod consuetudo vtēdi largiore collatione in vigilia Natiuitatis, non fuit introducta ob assistentiam ad Officia Sacra nocturno tempore. Aliàs qui nocturno officio non assisteret, non posset largiori refectiuncula vti: sed ob huiusce festiuitatis excellentiam. Ita Lublin Dominicanus *in sum.v.Ieiunium,n.4.* Pasqualig. *decis.93.nu.2.* qui non benè pro hac sententia citat Azorium. Leander *tr.5.d.4.q.18.& 19.*

275 *Primam tenet sententiam.* Primam ego sententiam præfero, asserens absolutè nō licere, sed solummodo in Regionibus, vbi id fuerit vsu receptum. Tunc autem sumendū non est quidquid quisque voluerit, sed vsurus collatione paulo largiori. Et quidē auctore Ioan. Maiore *in 4.dist.15.q.5.* Britanni maiori in vigilia Paschatis refectiūcula assolēt vti, quam Hispani, & Galli. Addiderim affirmare Basilium Legion. *l.5.de matrim.c.8.n.2.* licitam esse apud Granatenses refectiunculam solito largiorem in D. Ioannis Baptistæ peruigilio. Attamen meus Fagundez *præc.4.l.1.c.4. num.20.*

DVBIVM XLIX.

An licitum sit Regularibus, vti amplioris refectiunculæ sumendæ priuilegio cum licet sæcularibus?

276 *Non licet.* NOn licet. Quia cum licentia hæc pēdeat ex recepta cōsuetudine, huiusmodi apud Regulares consuetudo non inualuit. Sic Diana *p.1.tr.9.resol.35.* Bossi. *de Iubil.sect.4.casu 18.n.160.* Villalob. *tr.23.diffic.7.n.5.* Et sub dubio id versat Petr. Ledes. *tr.27.c.2.concl.4.*

277 *Licet plane.* Licet planè. Quia probabilius est, id etiam apud Regulares esse vsu receptum. Sic Luis. Turrian. *sum.p.1.c.256.dub.38.concl.4.* Sanci. *in select.d.52.nu.10.* Llamas *p.3.sum.c.5.§.25.* Pasqualig. *decis.94.*

278 *Ne longe tuae.* Potest equidem Regulari vti collatione sęcularium, si non sit contra statutum aliquod peculiare suæ Religionis. Nam etiamsi daremus, quod apud Regulares hæc consuetudo non inualuisset, vti asserunt primæ sententiæ Auctores, vt beneficio priuilegij seu consuetudinis sęcularių possint gaudere, sufficit, quod inualuerit consuetudo hæc apud illam sæcularium Rempublicam, seu communitatem, cuius ipsi pars existunt.

DVBIVM L.

An qui vouit, in vigilia Natiuitatis ieiunare, possit refectiunculæ vberioris illius vti licentia?

SI vouit absolute ieiunium, non potest largiori collatione vti. Quia ampla illa refectiuncula siue potius refectio duplicem contra ieiunij communis essentiam comestionem constituet. Sic Manuel. *p.1.sum.c.23.num.10.* Petr. Ledes. *tr.27.c.2.* 272 *Non potest.*

Potest quidem. Quia secundum interpretatiuam vouentis intentionem, intelligendū est voluisse eum exercere ieiunium iuxta Ecclesiæ in eo die consuetudinem. Ità Sanch. *lib.4. Decal.c.11.nu.65.& l.5.consil.c.1.dub.26.nu.3.* Pasqualig. *decis 95.n.3.* Barth. à Sancto Fausto *l.1.Thes.q.151.* Leand. *tr.5.d.4.q.24.* 280 *Potest quidem.*

Verius hoc esse puto, nisi vouens alias habuerit expressā ab ampliori refectiuncula abstinendi. Nam illius diei ieiunium absolute ieiunij ex Ecclesiæ priuilegio implet essentiā, vnde vouit ille, & implet ieiunium iuxta illius conditionem. 281 *Verius hoc esse puto.*

DVBIVM LI.

Curiæ Romanæ incola extra illam pergens, potestne refectiunculam largiorem more Romano sumere?

COnsuetudine est introductum & à summo Præsule toleratum, vt in Romana Curia possit quilibet aliquanto vberiorem consueta alibi refectiunculam sumere. *Aliquanto* dixi *vberiorem*, non autem ita largam, vt valeat pro cœna sufficere, vti concedit Bossius *de Iubil.sect.4.casu 18.n.154.* 282 *Quæstionis status.*

Potest quidem. Quia leges loci peregrinos non obligant ibi existentes. Ergo iuxta patriam legem, aut consuetudinem poterit aliquanto largiorem collationem absumere. Sic Pasqualig. *decis.* 97. Vega *part.1.sum.cap.14. casu 5.* 283 *Potest quidem.*

Non potest. Quia peregrini legibus ac consuetudinibus locorum, vbique existunt, vel per quæ gerunt iter tenentur. Leand. *tr.5.d.4. qu.27.* Idque affirmare tenentur qui docent, peregrinos legibus locorū, vbi commorantur, teneri. Hi sunt P. Sanch. *l.3.de matrim.d.18.nu.9.& tom.1.in Decal. cap.12.n.38.* & plures alij, quos citat, & sequitur Leander *tract.1.d.3. quæst.19.* 284 *Non potest.*

Huic menti subscribo, indicans tamen, primam sententiam sua probabilitate non carere. Minime autem toleranda est sententia, quam Vega *vbi sup.* tuetur, nempe vbique terrarum ieiunium non violare, qui Romano more refectiunculam largiorem absumeret. 285 *Huic menti subscribo.*

DVBIVM LII.

An qui exercitijs ingenij non continuo, sed certis horis vacat possit largiorem collationem sumere?

286 *Non possunt.* QVi studiis vacant, vel ingenio laborant, scilicet Procuratores, Aduocati, Iudices, &c. si continuus labor non existat, sed certis horis eiusmodi ministeriis curã impẽdant, nẽpe quinque vel sex, non possunt hac vti licentia. Quia ea mentis defatigatio non est tam grauis iudicanda, vt debeat largiori refectiuncula reparari. Sic Pasqualig. *decis.* 99.

287 *Possunt quidem.* Possunt quidem etiamsi labor continuus non existat, dummodo per aliquot horas, scilicet quinque vel sex hisce functionibus occupentur. Quia huiusmodi labor nõ modicã affert debilitatem iustè largiori refectiuncula reficiendam. Ita Laym. *l.4.tr.8.c.1.n.9.* Leand. *tr.5.d.4.q.30.& 31.*

288 *Hoc mihi certum.* Hoc certum mihi. Nam si huiusmodi exercitamenta soluunt omnino ieiunij obligationem, quando sine notabili incommodo haud possunt ieiunando exercerimulto magis reddent licitam paulo laxiorem refectiunculam, quando censetur necessaria ad vitandam debilitatem. Profecto ipse Pasqualigus *decis.* 333. *n.*2. docet, eos, qui continuo studeant etiam recreationis causa non solum posse vti largiori collatione, verum etiam esse à ieiunij obligatione immunes. Male igitur hîc affirmat, solum posse vti largiori refectiuncula, qui continuo vacat studiis. Sufficiet igitur, quod per quinque vel sex horas quotidie studio vacent, etiam si id recreationis causa gerant, vt licitè largiori possint refici collatione. Ex Leandro.

DVBIVM LIII.

An liceat tibi, totam quantitatem panis, aut fructuum siccorum sumere vino madefactam?

289 *Non licet.* NOn licet. Quia ex pane & vino, sex fructu (v.gr. *Orejones*, vel *Ciruelas passas*) & vino fit vnicus cibus solidus, cuius quantitas mensuram licitam refectiũculæ excedit. Vnde demere debes ex iis, quod debitã mensuram, seu pondus excedit. Sic Filliuc. *tr.27.p.2.n.31.* Laym. *l.4.tr.8.c.1.n.9.*

290 *Licet quidem.* Licet quidem. Quia vinum quod pani, aut alij cibo solido admiscetur non auget substãtiam cibi in ordine ad nutrimentum: Ergo eadem solummodo quantitas cibi nutritiui sumitur, ac si siccus absumeretur. Ità Pasqualig. *decis.* 106. asserens sentire sic doctissimos Recẽtiores, & à viris prudẽtibus obseruari. Bossi. *de Iubil. sect.4.casu* 18. *nu.* 128. Leand. *tr.5.d.4. quæs.35.*

291 *His adhæreo.* His adhæreo. Nã mei P. Filliucij venia, illud augmtum ponẽderis omnino est accidentale, nec rationem substantiæ ad nutritionẽ ordinatæ attingit. Comede panem, aut siccum fructum, mox merũ hauri; an nõ ad rationẽ nutrimenti idẽ operabuntur, ac si panis madefactus aut fructus meronẽctus absumeretur? Ergo necessariũ non erit liquid ex quantitate ac cidentaliter accrescente repellere. Me quidem ac Pellizarium citans, probabile dicit Diana *p.9.tr.6.resol.29.*

DVBIVM LIV.

An herbæ, aut legumina quæque iusculo condita, cremorve amygdalinus vel triticeus in assignata quantitate possint pro collatione absumi?

292 *Nõ possunt.* MInime possunt. Quia in collatione solũmodo sumi, possũt bellaria, hoc est, fructus, dulciaria, & alia, quæ ante prandium ad excitandũ appetitũ, vel post ad sigillandũ cibũ solent apponi: At legumina aut olera cocta nõ sunt ex his cibis communiter. Et quia consuetudo nõ induxit, vt hæc in refectiũcula sumãtur. Sic Azor. *l.7.c.8.q.8.* Lezana *v. Ieiunium, n.*4. Diana *p.1.tr.9.resol.1.& 34* Fagund. *præc. 4.l.1.c.4.n.*20. Filluc. *tr.27.p.2.nu.*30. Villalob. *tr.23.diff.7.n.7.* Reginal. *l.4.n.*185. Trull. *l.3. Decal.c.2.dub.3.n.8.* & alij.

293 *Possunt quidem.* Possunt equidem. Quia legumina, & olera viridia v.gr. fabæ, cicercs, amygdalæ &c communiter pro collatione assumuntur: Ergo & cum iusculo condita possunt assumi, cum eandem omnino retineant substantiam, & non misceantur liquori in die ieiunij prohibito, sed aquę oleo, sali ac piperi, queis condiuntur. Ita Pasqualig. *decis.*110. Bonac. *d.vltim. de præc. Eccl.q.1.pun.3.num.*3. Bossi. *de Iubil. sect.4. casu* 18. *n.*128. Bizozer *p.4. de 3. præc. Decal. c. vltim. memb.3.n.3.*

294 *Auctoris resolutio.* Video, apud doctos admodum, quos consului hanc sententiam probabilem satis haberi nec audeo improbare. Nam omnes communiter admittunt olera, legumina, amygdalas, substantiãque triticeã posse in collatione assumi: Ergo consequenter debent concedere posse assumi hæc omnia decocta licito condimẽto: cremoresque amygdalinos, triticeoex amygdalis, ac tritico expressos. Non enim debet pro refectiuncula serotina negari id, quod alias conceditur, ex eo, quod subeat aliquam accidentalem mutationem, cum hęc virtutem nutritiuam vix augeat.

DVBIVM LV.

An licitum sit piscibus recentibus, pro collatione in quantitate debita vti?

295 *Licitum est.* ESt licitum. Quia pisces sunt cibus maceratiuus exiguique nutrimenti: vnde si in refectiũcula adhibeãtur, maceratio proportionata ieiunio seruabitur. Sic Lauori. *p.1. de Iubil. c.*20. *n.*10. Caiet. *sum. v. Ieiunium.* §.1. Gheti. *v. Ieiunium* §.1 Bonac. *de præc. Eccl. d.vlt.1.pun.3.n.* 3. Azor. *p.1.l.7.c.*8. *q.*7. quos citat, & sequitur Pasqualig. *decis.*113. *n.*3. Vidal. Marchant. Zanbellus, & alij, quos memorat Diana *citandus.*

296 *Non est licitum.* Licitũ non est. Quia consuetudo, ob quã refectiuncula est licita, oppositum tenet: Ergo illos

illos edere illicitum erit. Ita Laym *l.4. tr.8.c. 1.n.6.* Reginal. *l.4.n.185.* Fagund. *præc.4.l.1.c.4. n.8.* Filliuc. *tr.27.n.30.* Sanch. *l.5.consil.c.1.dub 24.nu.4.* Ledes. *tr.27.c.2.* Diana *p.1.tr.9.resol.1.* & alij communiter.

297 *Mam ex- pon sen- tiam.*

Ego autem existimo, minime licere octo vnciarum quantitatem ex piscibus sumere; erit enim secundum prandium contra ieiunij essẽtiam. Pisciculos verò patuos, vel grãdioris piscis particulam sumere duarum vnciarum vel erit solum veniale ob materiæ paruitatem, vel licitum ex sententia illorum, qui in collatione non tam ponderant qualitatem cibi quã quantitatem. Ab his autem omnino recedo, vindicoque meum Azorium à Pasqualigi mala citatione. Nullatenus enim ille, asseruit licitum esse piscibus recentibus ad collationem vti: ait enim *q.8. Vt proinde corruptela sit, si ij cibi sumantur, qui potissimum ad nutriẽdum valent, qualia sunt pisces. Vnde qui his, dum refectiunculam capit ve spertinam, vtitur, cœnat proculdubio, & ieiunium soluit.* Non demum abnegarim alicubi vigere consuetudinem sumendi pisciculos tam leuis substantiæ, & in tam parua quantitate, vt vix exæquet vim octo vnciarum ex frugibus. Porrò si consuetudo communiter recepta vigeat, licita omnino huiusmodi refectiuncula existet.

DVBIVM LVI.

An licitum sit ad refectiunculam piscibus siccis, seu sale præparatis vti?

298 *Licitum est.*

LIcitum est. Quia hi pisces adeo robur ad nutriendum deperdidere, vt vix valeant panis aut olerum, frugum que aliorũ vim adæquare. Sic Laym. *lib.4.tract.8 c.1.n.9.* qui citat Azorium *p.1.l.7.c.8.qu.7.* Bossi. *de Iubil. sect.4. casu 18.n.116.* Pasqualig. *decis.112.* adiiciens ita debere sentire, qui defendunt, non esse attendendam qualitatem cibi, qui sumitur: sunt autem apud ipsum Bonacina, Ghetius, Caietanus, & Bizozerus.

299 *Non est li- citum.*

Non est licitum. Quia consuetudine vbique recepta, est, vt panis ac fruges, vel olera sumãtur: & hanc consuetudinem excedere nõ est licitum, sicut non est licitum legem excedere: nam consuetudo vim habet legis. Ita Fagund. *præc.4.nu.18.* Diana *p.1.tr.9.resol.1.* citans Villalobos, Azorium, Reginaldum Angles, & alios. Et *p.5. tr.14. resol.14.* affert Bossium. Ant. de Leon *q.de chochol.p.3.n.4.* Leand. *tr.5. d.4.q.42.*

300 *Resolutio Auctoris.*

Vides, meum Azorium qui *qu.8.* mordicus abnegauit refectiunculam ex piscibus esse licitam, *q.7.* concessisse fantem: *In collatione serotina potest sumi parũ panis vel seorsum, solũ vel vna cum fructibus herbis, vel aliis cibis leuioribus, cuiusmodi sunt ficus, vua passa, nuces, pyra. poma, vel alia ex Sacharo, melleque confecta, vel pisciculus paruulus.* Aut ergo, re melius cõsiderata, prudens mutauit sententiam, aut vna in clausula recentium piscium improbauit esum, in altera autem siccorum qui minus substantiæ ad nutrimentum sunt, approbauit. Horum autem Doctorũ non adeo improbare sententiam si in aliqua Prouincia esset mos su-

mendi in collatione pisciculum, aut piscis particulam, scientibus, ac non repugnantibus. Sed magis pendeat ieiunij res ex more, ac consuetudine, quam ex lege aut præcepto. Existimo vero, apud Hispaniam si aliqui pisces adhibeant, id quidem per corruptelam agere, non per legitimam consuetudinem. Diana mecum.

DVBIVM LVII.

An liceat ad collationem caseum, vel quid, quam ex lacte confectum assumere, cum licitum est in prandio edere lacticinia?

301 *Licet quidem.*

LIcet quidem. Quia cum caseus & lacticinia non sint prohibita in die ieiunij, & habeant illas conditiones, quas requirunt, qui rigidè in assignandis cibis pro refectiuncula opinãtur: nõ enim inter fercula annumerãtur, post prandiũ vel ante id apponũtur inter bellaria, non apparet ratio, ob quã licite non valeant pro collatione assumi. Sic Pasqualig. *decis.114.* citans Laymanum *l.4.tr.8.c.1.num.9.* Luisium Turrian *p.1. sum. c.156.dub.38 concl.2.* Syluium *2.2.q.147.a.6.quæsito 2.* Ghetium *in Thesau. v. Ieiunium, c.1.num.4.* Bossium *de Iubil. sect.4.casu 18.* Caietanum, Bonacinam *n.132.* adiicitque in hanc sententiam Dianam inclinare *p.5.tr.14.resol.12.*

302 *Non licet.*

Minime licet. Quia consuetudo esum lacticiniorũ in refectiuncula nõ introduxit. Sanch. *l.5.consil.c.1.dub.24.nu.4.* Diana *p.1.tr.9.resol.1.* Leand. *tr.5.d.4.q.44.*

303 *Auctoris resolutio.*

Ego autem existimo Pasqualigi sententiam infirmo fundamine niti, nec auctoritate fulciri, vnde eam generatim omnino reiicio. Ratione non nititur, quia ferè omnia, quæ ex lacte conficiuntur, inter fercula, in cœnis solita apponi enumerantur, vt cibus albus, qui Hispanè dicitur *Manjarblanco*, placentæ, quæ ex lacte, caseo, ac butyro constant. Nec auctoritate fulcitur. Nam Diana citans oppositum proculdubio asseruit his verbis: *Multi pessimè in collatione sumunt pisces, oua, ac cætera lacticinia quibus possunt ex priuilegio vesci. Ideo assero in dicta collatione sub onere peccati mortalis, quantitatem licitam non posse sumi in piscibus, ouis, & aliis lacticiniis in cœna manducari solitis.* Adiicitque oppositum esse contra omnes Theologos, & improbabile, falsum. Porrò mens Laymanns illam sententiam absolutè non docet; ait enim: *In septentrionalibus regionibus, vbi fructuum inopia est, multi etiam modico caseo cum pane vescuntur in cœnula ieiunij: quod propter consuetudinem reprehendi non potest.* Non aliter reliqui, quos affert Doctores. Nec enim Caietanus, & Bonacina expressè id tuentur, & Bossius cum timore pronunciat, adiiciens in fine, tutius esse abstinere à caseo, idque pœnitentibus consulendum.

QVÆSTIO INCIDENS.

Num cum tibi licitum est ouis in die ieiunij vesci, possis oua in collatione sumere?

304 *Poteris.* POsse quidem videris. Quia cibus hic proportionatus refectiunculę exiguitati appareret vt sẽtiatur afflictio ieiunij: plus enim fames sedatur sumendo nuces, panem, ficus, & alios huiusmodi cibos, quã eãdem ex ouis quantitatem. Et quidem oua inter bellaria annumerãtur: vnde assolent passim in ientaculis matutinis sorbilia sumi, in vespertinis obdurata. Sic Pasqualig. *decis.* 115. citans Caietanum, Bonacinam, & Bizozer docentes, non referre, quid sumatur in collatione, dũmodo debita quantitas non violetur. Citat & Bassæum probabilem esse sententiam hanc edocentem. Caietanus enim & Bonacina id expresse non asserũt: & Bassæus existimans id Bonacinam docuisse, eius sententiam omnino probat. Llamas autẽ asseruit *p.* 3. *Meth. c.* 5. §. 24. citans Sotum, qui vsque ad paris ouorum esum in collatione cõcedit. Asserit & D. Garcia de Porras Cathedræ vespertinæ Canonum in Academia Salmanticensi Rector, quem affert Machado *l.* 2. *p.* 4. *tr.* 3. *dotum.* 7. *n.* 5. Vidal. *in Arca. Theol. Mor. de ieiun. inquis.* 1 *n.* 140.

305 *Non poteris.* Minime poteris. Quia hucusque non est vsus ouorum in refectiuncula inductus: Non igitur possunt adhiberi. Ergo ex hoc capite nequeũt in refectiuncula adhiberi. Ita cuncti Theologi antiqui, & ex modernis Sanch. *l.* 5. *consil. c.* 1. *dub.* 24. *n.* 4. Turrian. *p.* 1. *sum. c.* 256. *dub.* 37. & *in select. centur.* 2. *dub.* 94. vbi oppositam sententiam scandalosam, temerariam, ac contra bonos mores appellat. Bossi. *de Iubil. sect.* 4. *casu* 18. *n.* 134. Diana *p.* 1. *tr.* 9. *resol.* 1. & *p.* 10. *tr.* 14. *resol.* 57. citans Angles, Leandrum, & alios. Villalob. *p.* 1. *tr.* 23. *diffic.* 7. *n.* 3. Filliuc. *tr.* 27. *p.* 2. *n.* 30. Petr. Ledes. *tr.* 27. *cap.* 2. & alij communiter.

306 *Primam re. probo sententiam.* Primam sententiam falsam omnino, improbabilemque esse iudicarim. Nam si quis licitè posset vti pro refectiuncula ouis, posset licite in ea sumere duo vel tria cum duabus, vel tribus panis vnciis, cum tota hæc quantitas octo vncias non excedat.

Minime licet. Quia non modica ouorum quantitas dimidiam panis biscocti perfectura requiritur etiam, vt regulariter fieri essent biscocti, qui publice diuenduntur. Ita Rodrig. *sum. c.* 23. *ante* 1. *concluſ.* Leand. *tr.* 5. *d.* 4. *q.* 48. & Villalob. *p.* 1. *tr.* 33. *diffic.* 7. *n.* 8. Trul. *l.* 3. *Decal. c.* 2. *dub.* 4. *n.* 8. & Diana *p.* 1. *tr.* 9. *resol.* 31. admittentes solum, posse te absque labe lethali, & fractione ieiunij sumere in collatione exiguam, id est, dimidiæ vnciæ quantitatem. 308 *Non licet.*

Ego autem hanc tenens sententiam, admitterem, sine veniali posse vnum biscoctum, quod quidem communiter vix dimidiam vnciam superat, cum aliis cibis ad refectiunculã permissis in quantitate debita absumere. In hac enim modica quantitate, vbi farina adhuc prævalet adeò exigua oui particula relinquitur, vt pro communi buccella panis assumi valeat. Vidi scrupulosos viros doctos nullo ex huiusmodi licentia scrupulo fungi. 309 *Auctoris sententia.*

DVBIVM LVIII.

An liceat ex pane, ouis ac farina perfectè sumere in refectiuncula totam permissam quantitatem?

307 *Licet quidem.* LIcet quidem. Quia modica quantitas ouorum huic pani (qui Hispanè *Vizocho* vocitatur) contingit: & minus satisfacit, quam si dimidia libra ex pane vsuali sumeretur. Sic Sãci. *in select. d.* 52. *n.* 7. locutus de biscoctis, qui communiter publicè diuenduntur. Pasqualigus verò, qui *decis.* 115. ouorum esum concedit, debet à fortiori huic menti subscribere.

DVBIVM LIX.

An sit mortale sine vlla causa sumere collationem mane, aut meridie, dilato in noctem prandio?

MOrtale est. Quia refectiuncula est à consuetudine introducta vel contra ius, vt aliqui volunt: vel contra vniuersalem Ecclesię consuetudinem vnicam imperantis refectionem: Ergo non est redigenda, seu amplianda hæc consuetudo ad diuersa tempora ab eo per consuetudinem inductum, vt collatio fiat manè, aut hora prandij: Ergo absque ieiunij gravi violatione nequit ea hora sumi. Sic Azor. *p.* 1. *l.* 7. *c.* 8. *q.* 6. Fagund. *præc.* 4. *l.* 1. *c.* 4. *n.* 16. & Caier. *v. ieiunium*, §. 1. Nauar. *c.* 21. *num.* 14. & alij à Bossio *de Iubil. sect.* 4. *casu* 18. *nu.* 105. citantur nempe Graffius, Cenedo, Lanorius, qui quidẽ solum dicunt, non esse licitum absque causa legitima mane sumere refectiunculam, ac vespere cœnare: non vero affirmant lethalem esse eiusmodi commutationem. 310 *Est mortale.*

Non est mortale. Quia qui hanc gerit commutationem substantiam ieiunij non violat nunc ex prandio vnico, & vnica refectiuncula constans: sed solummodo tempus: Igitur ieiunium quoad leuem violat circumstantiam, venialiter solum. Ita Bonac. *de præc. Eccl. d. vlt. qu.* 1. *pun.* 3. *nu.* 6. Bossi. *citatus.* Quintanadue. *de Iubil. c.* 8. *n.* 17. Laym. *l.* 4. *tr.* 8. *c.* 1. *nu.* 10. Filliuc. *tr.* 27. *n.* 28. Lessi. *l.* 4. *dub.* 2. *n.* 11. Angles *de ieiun. q.* 9. *a.* 2. *diffic.* 5. Vega *p.* 1. *c.* 84. *casu* 5. Tolet. *l.* 2. *c.* 2. *num.* 9. 311 *Mortale non est.*

Hanc sententiam, mei Azorij ac Fagundij venia, longe probabiliorem esse reor. Seruata enim ieiunij substantia, non video, vndenam grauis violatio oriatur. Leuis quidem violatio proculdubio erit; nam qui mane aut hora prandij refectiunculam sine causa sumit contra Ecclesiæ receptam consuetudinem agit. 312 *Hoc probatur.*

CAPVT

CAPVT XVI.

Circa horam, qua in die ieiunij instituendum est prandium.

DVBIVM LX.

An qui sine causa notabiliter horam prandij anticipat, violet grauiter ieiunium?

313 *Statuquefiunt.*

RECOLO ex *sectione* 1. horam sumendi refectionem in omnibus Ecclesiæ ieiuniis esse sextam, seu meridianam. Quia ita vniuersali consuetudine est introductum, & contrarium ab ipsa abrogatum. Quæsierim autem, nùm mortale piaculum sit notabiliter hanc prandij horam sine causa anticipare?

314 *Mortale est.*

Mortale est. Quia qui manè, aut ante consuetam horam comedit, non ieiunat. Sic Fagundez *præcept. 4. lib. 1. cap. 3. num. 4.* addens, semihoram, respectu horæ prandij, quæ est vndecima hora diei apud nos, esse tempus notabile. Nauarr. *summ. cap. 21. num. 27.* Sylvest. *ver. Ieiunium, num. 13.* Tabien. *quæst. 5.* Azor. *part. 1. lib. 7. cap. 11. quæst. 3.* Llamas *part. 3. Method. cap. 5. §. 25.* Reginald. *libr. 4. numer. 160.* Barbosa *in collect. DD. ad Decret. dist. 25. c. vnum horarium, n. 5.* & alij.

315 *Non est mortale.*

Non est mortale. Quia hora sumendæ refectionis non est de ieiunij essentia, sed illius circumstantia, seu conditio quædam. Igitur nõ seruata hora prandij, verè præcepto satisfiet quoad substantiam: nec peccabit grauiter, qui horam præscriptam pro prandio non seruat. Ita Pasqualig. *decis. 146. n. 3. & 4.* citans plures Canonistas. Lessi. *l. 4. c. 2. d. 2. n. 13.* Tolet. *l. 6. c. 2. n. 5.* Filliuc. *tr. 27. p. 2. n. 72.* Bassæ. *v. Ieiunium 1. n. 16.* Trull. *l. 3. Decal. c. 2. dub. 4. n. 13.* Tamburin. *tom. 2. de iure Abbat. d. 12. qu. 10. nu. 9.* Bonac. *de præc. Eccles. d. vltim. qu. 1. punct. 4. num. 5.* Diana *p. 1. tract. 9. resol. 27.* Layman. *l. 4. tr. 8. c. 1. nu. 11.* & alij.

316 *Cum his opinor.*

Fateor, olim lethalem fuisse notabilem refectionis præuentionem, quando vnicum prãdium sumebatur cœnæ tempore. Nunc verò quia cœna mutata est in prandium, mortale non esse, sed veniale tantùm probabilius esse crediderim.

DVBIVM LXI.

Præueniens notabiliter absque causa prandium, teneturne iam ea die ieiunare?

317 *Non tenetur.*

NOn tenetur. Quia grauiter deliquit, & ieiunium omninò violauit: ergo iam eo die sine nouo crimine poterit, quoties ei libuerit, manducare. Sic Sancius *in select. dub. 53. num. 5.* citans Lessium, Paludanum, ac Sylvestrum. Et consequenter tenentur hoc fateri Doctores pro prima sententia Dubio præcedenti adducti.

318 *Tenetur omninò.*

Tenetur omninò. Quia anticipando notabiliter prandium ieiunium grauiter non violauit, sed tantùm leuiter: ergo tenetur cœptum ieiunium perficere. Ita Pasqualig. *decision. 153.* citans Manuelem, Lopez, Azorium, Reginaldum, Laymanum, Fagundez, Villalobos, Trullench, & alios. Viuald. *in append. ad capit. 15. de ieiun. Quadragesim. numer. 59.* Doctoresque pro secunda sententia *Dub. 64.* adducti.

319 *Cum his opinor.*

Cum his opinor eorum vero fundamine nixus. Nec patiar, Paludanum, Sylvestrum, ac Lessium pro contraria sententia à Sancio immeritò citari. Nam Auctores hi loquuntur de eo, qui sciens siue cum culpa, siue sine illa sumpsit mane ientaculum, aut prandium non ieiunandi intentione: quo in casu edocent, esse probabile ea die non teneri ieiunare, cum ieiunium iam fuerit voluntariè violatum.

DVBIVM LXII.

An in Quadragesimæ ieiunio liceat, Clerico, aut sæculari prandere, priusquam vesperæ dicantur?

320 *Non licet.*

NOn licet. Quia *in cap. Solent, de consecr. dist. 1.* dicitur, *Solent plures, qui se ieiunare putant, in Quadragesima, mox vt signum audierint ad horam nonam, comedere. Qui nullatenus ieiunare credendi sunt, si ante manducauerunt; quam vespertinum celebretur officium.* Asserit D. Thomas 2. 2. *q. 147. art. 7.* Canonem hunc esse Concilij Chalcedonensis. Sic Palud. *in 4. dist. 15. q. 4. artic. 4. concl. 1.* Albertin. apud Viuald. *in append. ad Candelabr. c. 15. num. 51.* Citantur, & Ledesma, Richardus, ac Sylvester. Decius *cap. Ad audientiam, de rescriptis, n. 21.*

321 *Licet plane.*

Licet plane. Quia Vespertini officij recitatio nullam habet cum vnica concessa in die ieiunij comestione connexionem. Ita Barbosa ad *cap. Solent. cit. de consecr. dist. 1. n. 2.* Nauar. *sum. c. 21. n. 27.* Caiet. *v. Ieiunium, c. 1.* Sylvest. *num. 12.* Pasqualig. *decis. 44.* Reginald. *l. 4. num 159.* Fagundez *præc. 4. l. 1. c. 3. num. 9.* Medina *Cod. de ieiun. qu. 2.*

322 *Auctoris resolutio.*

Profectò, quidquid sit de Canonis vi, quem apud Concilium citatum, aut alibi non inuenio, consuetudo præscripta probat eum iam abrogatum, nec necessarium esse ad ieiunium debitè implendum, prius vespertinas recitari preces, quæ nullum ordinem ad ieiunium ducunt: vndè nec Clerici tenentur dicere Vesperas ante prandium. Admittens verò gratis, quòd Canon nunc vigeat, intelligo eum de hora, in qua vesperæ debent recitari, vt scilicèt, ante ipsam non comedatur: non verò quod non comedatur ante ipsarum recitationem. Assolent enim vesperæ in Quadragesima vndecima hora apta iam prandio recitari. Cum Fagundez loquor.

DVBIVM LXIII.

An possit ieiunans per vnam integram horam ante meridiem absque vllo piaculo prandium inire?

323 *Non potest.* NOn potest sine lethali. Quia grauiter tempus à consuetudine præscriptum, peruertit. Sic Azor. *p.1.l.7.c.11.q.4.* Non potest sine veniali. Quia sine rationabili causa prandium anticipat saltem leuiter receptam consuetudinem violat. Sic Viguer. *c.7.institut.§.3. vers.1.* Graffi. *p.1 l.7.decis.l.2.c.37.n.35.* Manu. *in Bulla §.6.* Tolet. *l.6.c.3.num.5.* Trull. *l.3.Decal.cap.2.dub.4.num.2.* Villalob. *tractat.23.difficult.9. numer.1.* Sancius *in select. dub.53. numer.1.*

324 *Potest quidem.* Potest sine vllo piaculo. Quia iam apud omnes consuetudine est inductum, vt mox post vndecimam horam ieiunans possit prandium incipere. Ita Pasqual. *decision.147.n.4.* Fagundez *præc.4.l.1.c.3.n.4.* Ludou. de San. Iuan. quem citat, & sequitur Leand. *tr.5.d.5.qu.12.* Angl. *de ieiun.q.9.a.3.diffic.1. conclus.* 2. & alij communiter.

325 *Hoc verius mihi.* Existimo hanc sententiam esse veriorem, posséque hodie tam sæculares quam Religiosos vndecima hora comedere, id obtinente, & Romæ, & vbique terrarum consuetudine, quæ vim obtinet legis.

DVBIVM LXIV.

An ieiunans possit absque vlla culpa prandio dare operam ante vndecimam (v.gr.) horam iam à Doctoribus, aut à consuetudine præscriptam.

326 *Non potest.* NOn potest. Quia dum Doctores vel consuetudo statuunt, tali hora posse sumi cibum, indulgent totum id, quod possunt: & assignant totum id, quod anticipari potest, ita vt nihil amplius anticipari valeat: ergò quæcúmque anticipatio respectu horæ ab ipsis præscriptæ non erit leuis, sed notabilis, & ita constituet non solùm leue, sed graue piaculum. Sic Ioann. Sancius *in select. dub.53. numer.2.*

327 *Potest plane.* Potest licitè omninò. Quia hora præscripta pro prandio siue à Doctoribus, siue à consuetudine, est hora, quæ seruanda est morali modo: Ergò poterit dari aliqualis anticipatio, iuxto quam absque culpa prandere valeas. Ita Pasqual. *decision.147.n.2.* Diana *part.5.tractat.5.resol.18.* Bossi. *de Iubil.sect.4.casu 18.num.20.* Leand. *tr.5.d.5.q.13.*

328 *Cum his opinor.* Cum his opinor existimans amicum meum Ioannem Sancium alias in re morali benignum, circa hanc quæstionem rigidum admodum se ostendisse. Vnde crediderim, posse ieiunantes, ante horam à consuetudine, vel Doctoribus præfixam per aliquod breue tempus nempe dimidiæ circiter horæ prandium anticipare, nulla causa iusta interueniente. Nam si iusta adsit causa, poterit vel notabiliter præueniri.

DVBIVM LXV.

Quòd dum cœnat, pulsus horologij vnici mediam noctem designantes exaudit: tenetur ne à cœna cessare, si die sequenti ieiunare debeat?

329 *Non tenetur.* NOn tenetur. Quia quando cœnans signum mediæ noctis exaudit, est in cœnæ possessione, quæ est actio pertinens ad diem, quæ tunc finitur: Poterit igitur continuare cœnam quousque illam perficiat; præceptum námque ieiunij non obligat, vt quis se possessione, quam habet suprà diei antecedentis comestionem, abdicet. Sic Pasqual. *decis.160.* asserens id à viris doctis admodum affirmari, quos se consoluisse testatur.

330 *Tenetur.* Tenetur omninò, mox vt audierit horam duodecimam à cœna cessare. Quia dato vltimo horologij pulsu mediam noctem designantis, incipit dies sequens ieiunij: ergò incipit ieiunandi obligatio. Ita Sanch. *l.2.de matrimon.d.41.num.40.* Villalob. *part.1.sum.tractat.1.diffic.21.num.7.* Trullench. *lib.3.Decalog.cap.2.dubio 4.num.8.* Sancius *in select.d.42.num.19. & 20.* Palao *part.1.tract.3.d.3.punct.8.numer.10.* Fagundez *precept.4.lib.1.cap.10.num.2.& 3.* Diana *p.3.tr.4.res.36. & p.10.tr.16.resol.17.* citans Leandrum.

331 *Certum hoc mihi.* Certum hoc mihi. Nam ex prima sententia sequeretur, posse te saltè absq; graui piaculo, carne in die ieiunij vesci, si incepit in die nó ieiunij paulo ante mediam noctem cœnare. Et licet demus Pasqualigo, dari paruitatem materiæ respectu temporis, non tamen id ei concedam respectu quantitatis notabilis cibi, quæ ex illo perbreui tempore potest absumi, & per quam ieiunium violatur. Ex Diana.

CAPVT X.

Circa dies, queis ex iure aut ex consuetudine est seruandum ieiunium.

DVBIVM LXVI.

An Quadragesimale ieiunium sit ex iure diuino?

332 *Est de iure diuino.* EST de iure diuino, non solùm de Canonico. Quia id asserit Sanctorum Patrum authoritas, quæ locum valide rationis gerit. Nam D. Augustinus *Epist.118. ad Ianuar. cap.5. & ad Psalm.100.* D. Ambrosius *serm.23. & 24.* D. Leo

D Leo *serm.1. & 12. de Quadragesim.* Beda, Telesphorus, & alij id docuêre. Sic graues Doctores quos presso nomine affert Azor. *part.1.lib.7. cap.12. quæst.1.* Cenedo *in collect. ad Decret.collect.53.n.3.* Fagund.*præc.4.l.1.c.5. num.4.*

333 *De iure diuino non est.* Non est de iure diuino, sed solùm de Canonico. Quia minime constat datum à Christo Domino de hoc ieiunio præceptum: ergò id non est adstruendum. Ita Sylvest. *verb. Ieiunium, quæstion.1.* Nauarr. *summ.cap.21. num.12.* Azor.*citat.* Couarruu. *lib.4.variarum, capit.20. nu.4.* Fagundez *vbi supr.* Valent. *tom.3.d.9.q.2. pun.4.* Laym. *l.4.tr.8.c.2.n.1.* Trull. *l.3. Dec.c.2. n.1.* Sylui. *2.2.q.147.art.5. quæstiunc.1.* Reginal. *lib.4.num.130.* Bonac. *de præc. Eccl.d.vltim. q.1. punct.5.num.1.*

334 *Longe hoc probabilius.* Longe probabiliorem hanc sententiam esse reor. Nam si hoc præceptum esset diuinum non ita facilè à Summis Pontificibus dispensaretur. Indictum ergo est Quadragesimale ieiunium ab Apostolis in ieiunij Dominici apud desertum memoriam, & vt decimas temporis Domino reddamus, & propter bona innumera, quæ à ieiunio proueniunt, vt monet Viguer. *de institut. Theolog. cap.7. de temper. §.3. versic.1.*

DVBIVM LXVII.

An omnia quatuor temporum ieiunia sint de iure Canonico?

335 *Non sunt omnia de iure.* NOn sunt omnia de iure, sed de Apostolica solummodo traditione. Quia omnes canones, qui de his ieiuniis loquuntur, solùm decernunt tempus, in quo debeant celebrari, ipsorum supponentes institutionem. Sic ex D. Leone, & Clem. Romano Pasqualig. *decision. 168. & 169.* D. verò Thomas *2.2. quæstion.147. art.4. ad 3.* Caietan. *summ. verb. Ieiunium, cap.2.* & Sylvest. *quæst.1. num.5.* asserunt ieiunia cuncta quatuor temporum esse de iure præter ieiunium trium dierum hebdomadæ Festi Pentecostes, quod de iure non est.

336 *Omnia de iure sunt.* Omnia sunt de iure communi. Quia expresse habetur *in cap. Statuimus dist.79. & cap. Ieiunium eadem dist.* ibi: *Ieiunia, quæ ter in anno apud nos celebrari didicisti, conuenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus: vt sicut annus per quatuor voluitur tempora, ita & nos quaternum solemne agamus ieiunium per quatuor anni tempora.* Sic ibi ex Calixto I. & habetur *1 Pist.1.* Decretal. *tom.1. Concil.* Ita Fagundez *prac.4.lib.1.cap.6.numer.1. & 2.* Tolet. *lib.6.cap.3.num.3.* Azor. *libr.7.cap.14. quæs.1. & 2.* Bonacin. *dub.vltim.qu.1.punct.5.numer.3.* Filliuc. *tract.27.part.2.numer.98.* Layman. *libr.4. tr.8.c.2.n.5.* Reginald. *l.4.n.131.* Lessi. *lib.4.c.2. dub.9.num.67.*

337 *Hoc mihi verum.* Certum omninò est, quatuor temporum ieiunia de iure communi esse. Continentur autem hæc quatuor tempora hoc in carmine, quod Sylvester citatus, ne memoria excideret, confixit:

Vult Crux, Lucia, & Cinis, & Charismata dia,
Vt ieiunetur quarta sequens feria.

Id est ieiunia quatuor temporum celebrantur primis quatuor feriis, quæ sequuntur post Festum Sanct. Crucis in mense Septembri, post Sanct Luciam Cineres, & Pentecostem. Causę verè, ob quas hæc ieiunia instituit Ecclesia, à Doctoribus annotata recensęo. Vt ea ieiunia Deo in peccatorum satisfactionem offeramus. Vt Deus sicut totius anni, motúsque solis est moderator, & rector: sic totius vitæ nostræ actiones, & studia prospere moderetur, & regat. Vt hæc ieiunia veluti quatuor temporum primitias Deo offeramus. Ieiunamus autem in his quatuor temporibus feria quarta, sexta, & Sabbato, quia Christus Dominus feria quarta traditus est, feria sexta occisus, Sabbato sepultus: & par est, vt hisce diebus, quibus maximè afflictus est Dominus, tristitiam nostram per ieiunij afflictionem ostendamus.

QVÆSTIO INCIDENS.

Num quatuor temporum ieiunia sub lethali obligent?

338 *Non obligant.* NOn videntur obligare. Quia solummodo ex traditione Apostolica originem: at hæc traditio nec ratione sui, nec ratione consuetudinis ad mortale: ergo. Probo, quòd ratione sui non obligent. Nam constitutio Apostolica, quam affert Clemens Roman. *lib.5. cap.18.* ait, æquum esse, & lætari de Dei dono, *& ieiunare post hilaritatem.* Loquitur de ieiunio quatuor temporũ Pentecostes. Ergo solùm de æquitate, non de præcepto hoc ieiunium tenemur obseruare. Quod verò hæc ieiunia nequeant ad lethale ex consuetudine obligare, ostendo: Nam si ratione suæ institutionis ad mortale non obligant, non possunt obligare consuetudinis ratione; quando enim per consuetudinem aliquid recipitur vt institutum ab alio, tunc consuetudo non obligat, si alias non obligat institutio: nam consuetudo recipitur iuxta mẽsuram institutionis: nec adest animus se obligandi in ieiunantibus; recipitur enim cum intentione seruandi institutionem, & animus intentioni instituentis conformatur. Sic Pasqualigus *decision. 179. numer. 3.*

339 *Obligant plane.* Obligant equidem. Quia omnia quatuor temporum ieiunia, (vt *Dubio* proximo vidimus) sunt de iure Canonico præcepta: ergò hoc ex capite obligant ad lethale. Imò licèt ex traditione Apostolica solummodo essent, tamen ex consuetudine obligarent. Sub onere enim lethalis piaculi sunt ab Ecclesia vniuersali recepta. Ita Sylui. *2.2.qu.147.a.5. quæstiunc. 4.* Villalob. *tr.23. diffic 2. num.4.* Viuald. *part.3. cap.15. num.8.* Machad. *lib.2. part.4. tract.3. docum.1.n.1.* Barbos. *ad cap. Ieiunium, dist.36.* Ludouic. de San. Iuan. *artic.3. diffic.6. dub.2. & 3.* Et Doctores citati pro nostra sententia *Dubio 72.*

Exi

340 *Primam sententiam reiiciendam duxerim.*

Existimo, primam sententiam falsam, & improbabilem omninò esse, ne dicam suspectam, cum expresse sit contra communem fidelium vsum. Quod quidem non solum in ieiuniis S. Crucis, D. Luciæ, ac Cinerum certum esse affirmo, sed & in tribus Pentecostes ieiunio triplici: cum in *cap. Statuimus, dist. 76.* præcipitur, vt ieiunium hoc obseruetur: & quemadmodum tria alia temporum ieiunia obligant ad mortale ita, & hoc. Scio, D. Thomam 2. 2. *qu. 147. art. 5. ad 3.* contrarium prima specie innuisse, dum docet, toto Paschali tempore nullum esse ieiuniũ ab Ecclesia præscriptum; quod Sacri Canones indicunt, eo quòd sit tempus lætitiæ. At Paschale tempus quod attinet ad ieiuniorum vacationem computandum est à Paschate vsque ad Pentecostem, in quod tempus ieiunia iure communi non cadunt. Addo, D. Thomam solùm locutum fuisse de iure, non de consuetudine, propter quam hoc ieiunium iam ad mortale obligat. Imò licèt hoc tempus etiam quoad ieiunium tempus esset Paschale, & Canones id eo tempore prohibeant: potest tamen ieiunium legitima consuetudine induci, vti notat Azor. *libr. 7. cap. 15. quæstion. 4.*

DVBIVM LXVIII.

An Pentecostes Vigiliæ ieiunium obliget, sub lethali ex consuetudine?

341 *Quæstionis status.*

SVppono, ex iure non obligare. Quia verius est, nullum de ieiunio hoc in iure præceptum reperiri, cum potius ex illo constet, nullum à Pascha ad Pentecostem ab Ecclesia induci, vt habetur *cap. Consilium.* Quæsierim autem, nùm ex consuetudine ad mortale obliget?

342 *Nõ obligat.*

Non obligat. Quia ieiunium exultationis est, quod quidem non debet sub præcepto cadere, sed ex instinctu Spiritus Sancti, deuotione instante obseruari: propterea Ecclesia toto tempore Paschali ieiunium non instituit: ergo ex necessitate fieri non debet, iuxta *ca. Ieiuniũ: §. Non autem 76.* Sic Gratian. *ad cap. Scire, §. Necessario dist. 76.* & *cap. Nosse, §. obseruantia.* D. Thom. 2. 2. *q. 147. art. 5. ad 3.* Palud. *in 4. dist. 15 q. 4.* Et esse probabile indicant apertè Angel. *v. Ieiunium, n. 7.* Sylvest. *nu. 5.* Pasqual. *decis. 171. n. 3.* licet in fine asserat, se definire nolle, num in praxi hæc sit amplectenda sententia. Amicus meus perdoctus Graña *l. 2. Decret. de feriis tit. 9. n. 13.*

343 *Obligat quidem.*

Obligat quidem. Quia Ecclesiæ generalis consuetudo id habet in cunctis Regnis Galliæ, Castellæ, Nauarræ, Lusitanię, Romę, &c. vt fert communis Doctorum sententia. Ita Sylvest. *citat.* Gabriel. *in 4. dist. 16. q. 3. a. 1. nota b. 2.* Armil. *v. Ieiunium, n. 2.* Caiet. 2. 2. *q. 147. artic. 5.* Laym. *l. 4. tr. 8. c. 2. n. 6.* Barbos. *ad cap. Scire, dist. 76.* Trull. *l. 3. Decal. c. 2. d. 5. nu. 16.* & 17. Valent. *tom. 3. d. 9. punct. 4.* Tolet. *l. 6. c. 3. n. 1.* Sà *v. Ieiunium, nu. 2.* Tambur. *de iure Abbat. tom. 2. d. 12. quæst. 1. num. 1.* Sanchez *lib. 5. consil. cap. 1. dub. 18. num. 1.* Lessius *libr. 4. cap. 2. dub. 9. numer. 66.* & alij.

344 *Idẽ affirmo.*

Idem affirmo, existimans D. Thomam de communi iure fuisse locutum, non verò de consuetudine, quæ in præceptum transiuit. Et quidem non bene circa id sensit Gratianus, cum consuetudo Ecclesiæ eius menti præiudicare videamus.

DVBIVM LXIX.

An obligent sub lethali, ieiunia in D. Ioannis Baptistæ, Omnium Sanctorum, & D. Laurentij Vigiliis?

345 *Non obligant sub lethali.*

NOn obligant. Quia non ex iure, vt omnes fatentur: neque ex consuetudine, licet enim inducta sint, non constat, an fuerit cum animo se obligandi, an vero tantum ex deuotione: ergo incerta consuetudinis obligatio non potest contra certam possessionem libertatis præualere. Addo, huiusmodi ieiunia valde esse antiqua, vnde si ex consuetudine obligassent in corpus iuris Canonici reducta iam fuissent, cum consuetudo vim obtinuisset legis. Sic Pasqual. *decis. 172. num. 2.*

346 *Sub lethali obligant.*

Obligant sub lethali. Quia certum moraliter est, hanc consuetudinem fuisse cum animo se obligandi inductam, cum ex immemoriali traditione habeatur. Ita Fagund. *prac. 4. l. 1. c. 5. n. 10.* Angel. *v. Ieiunium, n. 7.* Villalob. *tr. 23. diff. 2. n. 4.* Azor. *l. 7. c. 13. q. 1.* asserens ita esse decretum in Concilio Oxoniensi in Anglia ab Stephano Archiepiscopo coacto. Bonac. *d. vltim. de præc. Eccl. q. 1 pun. 5. num. 5.* Machad. Sylvest. Armil. Innocent. Hostiens, Gabriel, Sanchez, Llamas, Sylui. & alij, quos citat, ac sequitur Leand. *tract. 5. d. 7. q. 12.* Diana *part. 10 tract. 16. resol. 17.*

347 *Auctoris placitum.*

Profectò de tribus hisce ieiuniis nihil est in iure communi expresè institutum, generali tamen consuetudine Ecclesiæ Latinæ, quæ vim legis habet, sub culpa est lethali ieiunium seruandum. Certe in Rubrica de ieiuniorum obseruatione, hi etiam dies inter alios ieiuniorum annumerantur. Vnde Pasqualigus nequaquam exaudiendus.

CAPVT XVII.

Circa eos qui tenentur, vel non tenentur ad Ieiunij Præceptum.

QVÆSTIO INCIDENS.

Nùm qui ante annum vigesimum primum sunt valde robusti, ieiunium seruare teneantur?

348 *Quæstionis status.*

VIdimus *sectione* 1. nullum teneri ad ieiunij præceptum ante vigesimum primum annum. Quia vsque ad huius anni finem ex sen

tentia Philosophi est tempus augmenti, vnde corpus continuò nutrimento indiget, æquúmque est. Matrem Ecclesiam pie cum his agere haud eos ad ieiunij legem obligantem. Quæsierim verò, an qui valde robusti sunt ante annum vigesimum primum ad ieiunij præceptum teneantur?

349 *Tenetur eadem.* Teneri videntur. Quia cum res naturales non eodem modo sese in omnibus habeant, & ideò liberentur à lege ieiunij adolescentes vt tempus augmenti, ac robori impleant, qui ante vigesimum primum annum tempus augmenti præuenére, præceptum implere tenebuntur. Sic Durand. *in 4. dist. 15. qu. 10. num. 4.* Ioann. Pineda *part. 2. Agricult. Christ. dialog. 29. §. 20.*

350 *Non tenetur.* Minimè tenentur. Quia Ecclesia suis legibus solùm ad id attendit, quod regulariter contingere assolet, non quod in vno, vel altero accidentaliter experimur. Ita Valent. *tom. 3. d. 9. punct. 5.* citans Medinam. Sanchez *l. 5 consil. c. 1. d. 2. num. 4.* Pasqual. *decision. 249.* & omnes communiter.

351 *Hic certum mihi.* Hoc omninò certum. Quia regulariter vsque ad vigesimum primum annum protrahitur augmentum, vnde regulariter adolescentes haud valent sine damno notabili tota speciatim Quadragesima ieiunare.

QVÆSTIO INCIDENS.

Num adolescentes teneantur ante vigesimum primum annum aliquibus saltem diebus in Quadragesima, & in vigiliis per annum ieiunare?

352 *Tenetur plani.* Eneri apparet. Quia vnum vel alterum ieiunium non impedit corporis augmentum & æquum est, adolescentes ieiuniis ante vigesimum primum annum assuescere, ne repente eis difficillimum sit tot ieiunia obseruare. Sic Angel. *verb. Ieiunium*, Sylvest. *ibid. quæst. 6.* Maior. *in 4. dist. 15. quæst. 3.* Duran. *quæst. 10. num. 4.* Corduba *summ. quæst. 6.* Manu. *part. 1 summ. cap. 23. numer. 1.* Ludouic. Granat. *Duce peccator. lib. 2. cap. 11. § 2.* Ioan. de Pineda *dialog. 29.* Angles *de ieiun. quæst. 9. diffic. 3. quæst. 2.* D. Thom. *in 4. dist. 15. articul. 2. in corp.* id indicat haud obscurè, dum docet, non arctari pueros vsque ad septennij tertij finem ad seruandia omnia Ecclesiæ ieiunia, sed debere eis commensurari ieiunia secundùm quod magis ad dictum terminum appropinquant.

353 *Tenentur.* Non tenentur. Quia Ecclesia sine exceptione aliqua eximit à præcepto ieiunij pueros vsque ad vigesimum primum annum expletum. Ita D. Thom. *2. 2. quæst. 147. art. 4.* Nauarr. *sum. cap. 21. num. 16.* Paludan. *dub. 4. art. 2. conclus. 2.* Medina *summ. cap. 14. §. 10.* Azor. *lib. 7. cap. 17. quæst. 2.* Fagundez *præcept. 4. libr. 1. cap. 8. num. 4.* Didac. de Narbon. *anno 21. quæst. 2. num. 4.* Sanchez *lib. 5. consil. cap. 1. dub. 2. num. 4.* Sancius *in select. d. 54. nu. 7.* Pasqual. *decis. 250.* & alij communiter.

Oportet profectò pueros, adolescentésque ad ieiunia allicere, ne ætate illa completa difficilius ad omnia seruanda ieiunia adstringantur, attamen minimè ad id tenentur. Vnde primam sententiam practicè hodie parum, vel nihil probabilitatis habere reor. 354 *Idè assero.*

DVBIVM LXX.

An Religiosi professi vigesimo primo anno minores teneantur ieiunia, quæ Regula præscribit obseruare?

Svppono, Religiosos, professos non teneri ad ieiunia Ecclesiæ seruanda ante annum vigesimum primum completum. Quia eadem est in hac re Religiosorum, ac sæcularium ratio, nempe naturæ subleuandæ vsque ad augmenti terminum necessitas. Quæstio autem est, nùm ante id tempus ad ieiunia, quæ præscribit Regula, teneantur? 355 *Status quæstionis.*

Non tenentur, nisi legislator apertè ostendat, se obligandi etiam adolescentes intentionem habere. Quia si huiusmodi speciatim intentio non aperitur, supponendum est, Regulam pietatem Ecclesiæ imitari voluisse. Sic Graff. *part. 1. decis. lib. 2. cap. 37. num. 42.* Medina *lib. 1. sum. cap. 4. §. 10. in 1. edit.* Tambu[illegible] *de iure Abbat. d. 12. quæstion. 4. numer. 4.* Pasqual. *decision. 254.* 356 *Non tenentur absolutè.*

Tenentur absolutè. Quia Regula obligat ad hæc ieiunia: ergo qui huiusmodi Regulam profitentur licet vigesimum primum annum non expleuerint, eam sicut in aliis, sic in ieiuniorum præcepto obseruare. Ita Sylvest. *verb. Ieiunium, quæstion. 6.* Rosel. *numer. 14.* Tabien. *quæstion. 16. numer. 17.* Sà *numer. 3.* Lezana *numer. 6.* Azor. *libr. 7. capit. 17. quæstion. 3.* Sanchez *summ. libr. quart. cap. 11. numer. 56.* Filliuc. *tract. 27. tract. 2. numer. 111.* Fagundez *præcept. 4. libr. 1. cap. 8. numer. 6.* Reginald. *libr. 4. capit. 17. numer. 207.* Sancius *in select. dub. 54. numer. tert.* Trullench. *libr. tert. Decalog. capit. 2. dub. 2. numer. prim.* 357 *Absolutè tenentur.*

Quamuis Religiosi professi vigesimo primo anno minores ad Ecclesiæ ieiunia seruanda non teneantur, tenentur tamen ex vi voti ad ieiunia Regulæ. Quia præceptum Regulæ omnes professos obligat: & quemadmodum adolescens potest spontè Deo votum emittere de ieiunio seruando, ita etiam potest se Religioni obligare, ita vt illius legibus sit adstrictus. Vnde hanc sententiam longe admodum probabiliorem, imò mihi omninò certam esse crediderim, primámque infirmo niti fundamento. 358 *Hoc longe probabilius esse reor.*

QVÆSTIO

QVÆSTIO INCIDENS.

An qui compleuit post Quadrageſimam incœptam annum vigeſimum primum, teneatur diebus ſequentibus vſque ad eius terminum ieiunare?

359 *Nō tenetur.* NOn teneri videberis. Quia ieiunij præceptum eſt pro tota Quadrageſima impoſitum: Igitur qui pro aliqua eius parte à ieiunio eximitur, etiam pro tota excuſabitur: nam qui totum non poteſt ſeruare præceptum, non tenetur ad partem. Sic nonnulli, quos preſſo nomine memorat Sanchez *libr. 5. conſil. capit. prim. dub. ſecundo numero octauo.*

360 *Tenetur planè.* Tenetur planè. Quia præceptum Quadrageſimalis ieiunij non eſt vnum indiuiſibile, ſed integrale ex pluribus præceptis affixis ſingulis diebus conſtans: Ergo per partes poteſt obſeruari. Igitur ad id tenetur etiam ille, qui ad totum non tenetur. Ita Trullench. *libr. 3. Decalog. cap. 2. dub. 6. num. 1.* Lezana *verb. Ieiunium, num. 6.* Sanchez *libr. 4. ſumm. cap. 11. num. 56.* Caietan. *verb. Ieiunium, cap. 4.* Filliuc. *tract. 27. part. 2. num 111.* Ludouic. de la Cruz *in Bul. diſp. 1. cap. 5. dub. 19. num. 3.* Paſqualigus *deciſion. 251.*

361 *Hoc certiſſimū mihi.* Exiſtimo hanc ſententiam eſſe certiſſimam etiam caſu, quo vnus tantummodo dies Quadrageſimæ ſupereſſet, quando quis vigeſimum primum annum completum attingit. Vnde primam ſententiam falſam omninò eſſe crediderim.

DVBIVM LXXI.

Incœpta iam ieiunij die complet quis vigeſimum primum ætatis annum, cum adhuc nihil cibi aſſumpſit: teneturne ea die ieiunare?

362 *Tenetur quidem.* TEnetur quidem. Quia tunc iam ille præcepto ieiunij obligatur, quod ſeruare poteſt, ſiquidem nondum ea die comedit. Sic Sanchez *lib. 2. de matrimon. d. 24. numer. 23.* Bonacin. *de præcept. Eccleſ. dub. vltim. quæſt. 1. pun. vltim. num. 7.* Lezana *verb. Ætas, num. 8.* Ghilinus *verb. Ieiunium, numer. 24. litter. A.* Portel. *qq. Regular. verb. Ieiunium, in addit. numer. prim.*

363 *Nō tenetur.* Non tenetur. Quia ieiunij præceptum totum integrum diem reſpicit, vt indiuiduum obiectum non autem partem: Igitur ſi per aliquam diei partem quis fuit à ieiunij obligatione exemptus, totaliter eo die à ieiunij lege liberatur. Ita Narbona *anno 21. quæſtion. 2. num. 14.* Filliuc. *tract. 27. par. 2. num. 111.* Naldus *verb. Ætas, n. 3.* Diana *p. 1. tr. 9. reſol. 49.* Paſqu. *deciſion. 252. num. 2.* Sancius *in ſelect. d. 54. nu. 4.* & alij.

Sententiam hanc probabiliorem eſſe crediderim; magis enim recepto vbique ferè vſui conformatur. Accidentale namque eſt, ſeu cauſuale ea die vti, poterat licite non comediſſe priuſquam hora, in qua vigeſimum primum annum expleuit, aduentaret. 364 *Probabilius hoc.*

DVBIVM LXXII.

An vir ſexagenarius liber ſit abſolutè, à lege ieiunij?

NOn eſt abſolutè liber ſexagenarius. Quia ſicut aliqui citius ad finem augmenti perueniunt, alij tardius; haud aliter alij ſenes citius, alij tardius deficere incipiunt: vnde ſi validi adhuc ſexagenarij ſint, à ieiunij præcepto minime excuſantur. Igitur cum non detur certus ætatis terminus, in quo ſenes ſint debiles, cum ſæpiùs videamus dari ſexagenarios quadragenarijs multis robuſtiores, haud determinari debet ſexagenaria ætas, vt quis legi ieiunij nō ſit obnoxius. Sic apud Paſqualigum, Viguerius, Medina, Pedraza, Philtarchus, Manuel, Hugolinus, Ledeſma, & alij. Valent. 2. 2. *d. 9. q. 2. pun. 5.* Tanner. *d. 3. q. 3. dub. 5. num. 91.* Layn. *l. 4. tr. 8. c. 3. n. 1. & 2.* Leſſi. *l. 4. c. 2. dub. 6. num. 112.* Reginald. *l. 6. 4. num. 209.* Azor. *l. 7. ca. 17. q. 4.* Tolet. *l. 6. c. 4. num. 1.* Fagundez *præc. 4. l. 1. cap. 8. num. 9.* 365 *Non eſt abſolutè liber*

Eſt abſolutè liber. Quia ætas ſexagenaria eſt ex ſe ſenilis: ſed ætas ſenilis à lege ieiunij, iuxta omnes, excuſat: ergo ætas ſexagenaria abſolutè liberat à ieiunij onere. Maior probatur; quia natura hominis quantumuis robuſti incipit tunc langueſcere, eo quo calor debilitari incipiat, & ſpiritus imminui, Authore Galeno *lib. 5. de ſanit. tuenda.* Ita Sà *verb. Ieiunium, num. 9.* Sanchez *libr. 7. de matrimon. d. 32. num. 17.* Angles *in floribus, quæſtion. 9. de ieiun. difficult. 6. concluſ. vnic.* Llamas *part. 3. Method. cap. 5. §. 20.* Armil. *verb. Ieiunium, numer. 3.* Caietan. *v. Ieiunium.* Molfeſ. *part. 1. ſumm tract. 10. cap. 4. numer 37.* Granad. *1. 2. controuerſ. 7. tract. 3. part. 1. d. 6. ſection. 5. numer. 39.* Sancius *in ſelect. dub. 54. numer. 8.* & alij. 366 *Abſolutè liber eſt.*

Hoc probabilius eſſe iudico. Imò & Pius V. anno 1570. (Authore Llamas citato) id viua voce confirmauit. Et quidem ſatis iuſtè, nam cum infirmitas à ieiunio liberet, & ſenectus infirmitas magna ſit, imò infirmitatum congeries, morbúſque incurabilis, ſatis commode annus ſexagenarius taxatur, ad quem hiſce temporibus vix peruenitur, ne dicam robuſtè ad ieiunandum viuitur. Itaque ſicut datur ætas iuuenilis viginti ſuprà vnum annorum, quæ eximit adoleſcentes ab Eccleſiæ ieiunio: datur etiam ſexagenaria ætas, quæ ſenes à ieiunij obligatione liberet. Ex Sancio accepi. 367 *Hanc ſententiam probabiliorem eſſe exiſtimo.*

DVBIVM

DVBIVM LXXIII.

An Quinquagesimus quintus ætatis annus iuc et absolute viros à lege ieiunij?

368 *Liberat quidem.* Liberat quidē. Quia ea ætatis instantia iam senectus incipit membra languore afficere. Sic quidam quos presso nomine Angelus affert *v. Ieiunium vii.* 5 Memorant Azor *l.7. c. 7. q.4.* & Victorellus *in notis ad c.4. l.6.* Toletum hanc sententiam nec improbant.

369 *Non liberat.* Minimè liberat. Quia nulla ætas minor sexagenaria ex se & per se reddit hominem senem, vt cō muniter testātur DD. Ergo nulla ætas minor sexagenaria per se, seu absolutè liberat virum à ieiunij obligatione. Ita Lessi. *l. 1. c.2. dub.6. n.* 1 2. Leand *tr.5. d.8. q.* 18. Pasqualig. *d. cis.* 159. *n* 8. Narbo. *anno* 60. *q* 2. *n.6.*

370 *Cum hoc opinor.* Existimo vniuersaliter, & per se loquendo, nullam ætatem anno sexagesimo minorem, viros à ieiunij legibus excusare. Dixi, *vniuersaliter ac per se loquendo*, Possunt enim multi à ieiunio excusari ante annum sexagesimum, imo quinquagesimum, in quibus senectus ex languore celerius incipiat. Vt autem dignoscas, si ante sexagesimum annum, in quo per se & communiter senectus inchoatur, in te accidentaliter inceperit, nota, num in te robur decrescere incipiat, quod facile colliges, videns naturam ea non iam posse præstare, queis anteà facilem operam adhibebat.

DVBIVM LXXIV.

An quinquagenariæ fœminæ absolute liberentur à ieiunij præcepto, practice loquendo?

371 *Non liberantur.* NOn liberantur. Quia fœmina viuax animans, quæ laborem sæpe facilius quam viri assolent sustinere, vt docet experimentum dum eas videmus tot noctibus vigilare ægrotorum obsequio addictas. Ergo non citius quam viri senectute grauantur, vt eo ex capite à ieiunij lege citius liberentur. Sic Sanchez *l.7. de matr. d.* 32. *nu.* 17. fatus. *Sed re vera mecum bene considerata, & rationibus expensis, existimo nihil a ratione deuium dicturu, nec alienum à probabilitate, qui fœminas quinquagenarias à ieiunio ex usauerit, sicut viri exagenarias excusantur. At dum aliud non apparuerit clarius conuincens, tanquam probabiliorem eligo opinionem, quæ sine, indiscriminatim de viri & fœminæ statu loquentium esse ad excusandum à ieiunio.* Pasqualig. *decis.* 257. Laym *l.4. tr.8. c.* 1. *n.* 2. dicēs oppositum esse improbabile. Sanci. *in select. d.* 54. *n.* 1. Fagund. *præc. 4. l.* 1. *c.8. n.* 11.

372 *Liberantur tandem.* Liberantur equidem, non solum speculatiue, vt ait Sanchez sed practice loquēdo. Quia fœminæ sua ex natura debilioris sūt complexionis, quā viri: Ergo citius in eis senectus. & declinatio ægnæ virtutis apparet, teste Quintiliano *declam.* 206. *Inter pares quoque annos citius fœmina senescit.* Quod verò quinquagenariæ fœminæ inter senes annumerentur, patet; nam fœminæ (vt fert communis sententia) post annum quinquagesimum non generant ob naturalis virtutis defectum: Igitur in hac ætate vere reputandæ sunt senes, & consequenter ab Ecclesiastico ieiunio liberæ. Ita Sanchez re adhuc melius considerata *l.5. consil. c.1. dub.4. n.6.* ibi: *Et ideo fœminæ quinquagenariæ deobligantur à ieiunio* Didac. Narbo. *anno* 50. *q.2. n.16. & anno* 60. *n.15.* Leād. *tr.5. d.8. q.*19. Machad *l.2. p.4. tr.3. docum 9. n.* 4. Zacchius *ad l.3. decret. l.tit.46. n.* 10. Pellizar. *tr. de Monial c.6. n.25.* Diana *p.9. tr. resol* 7. non audet hanc sententiam tanquam improbabilem damnare.

Profecto quinquagenariā fœminā æquè senē quam virū sexagenariū dixerim: nam fœminæ decennio citius quā viri perfectè senescunt. Ideo hanc sententiā veriorē esse crediderim, mei Laymani venia, qui eam improbabilem appellauit immerito, cum tot post rationem Doctoribus classicis muniatur. 373 *Hanc eligo mentem.*

DVBIVM LXXV.

An Religiosus sexagenarius vel Monialis quinquagenaria teneantur suæ Regulæ ieiunia seruare?

374 *Tenentur plane.* TEnentur plane. Quia Regulæ præscripta dum professa est, voluntarie suscepit: Ergo iuri suo, quo ex senili ætate ad non ieiunandum frui poterat, ipse cessit, & ieiunij Regulæ præscriptis astatur. Sic Bordon. *in cons. sil. & egular. resol.* 18. *n.6.* Ludou. de San. Iuan. *p.* 1. *sum tr. de ieiun a 6.*

375 *Non tenentur.* Non tenentur. Quia Regulæ præcepta instar præceptorū Ecclesiasticorum obligant: At Religiosus sexagenarius, & Monialis quinquagenaria ad ieiunia Ecclesiæ non tenētur: Ergo nec ieiuniorū Regulæ obseruationi arctantur. Ita Sanci. *in select. d.* 54. *n.8.* Pasqualig. *decis.* 259. *n.* 1. Hieron. Rodrig. *in compend. qq. Regular. resol.* 75. *n.*10. Tamburin *tom. de iure Abbat. d.* 1. *q.* 5. *n.*7. Marchant *to.* 2. *Trium. Sacram. tr.* 12. *tit.* 3 *qu.* 4 §. 1. Caramu. *in Regul. S. Bened. d.* 128. *n.* 1613. Diana *p.*9 *tr.*6. *resol.* 6.

376 *Auctoris resolutio.* Probabilius existimo, præceptum Regulæ instar præcepti Ecclesiastici obligare, nisi Religiosus, aut Monialis aduertenter intēderint senectæ cōmuni priuilegio renunciare, & se absolute Regulæ præscriptioni addicere.

DVBIVM LXXVI.

Vouit quis certis diebus pro toto vitæ cursu ieiunare: tenenturne vir sexagenarius, & fœmina quinquagenaria illud implere?

377 *Tenentur implere.* IMplere tenentur. Quia cum pro toto vitæ tempore fuerit voluntariè emissum votum pro toto vitæ tempore debet eius obligatio perdurare. Sic Laym. *l.4 tr.8. c.1. n.*2. Fauri Caiet. Angel. Syluest. & Nauar. apud Sanchez *in tandum.* Leand. de Murcia *in Reg. S. Francis. c.* 2. §. 2. *n.*19.

378 Non tenentur. Quia vota particularia, ac

Implere nõ teneętur

singularia; præcipue quæ ad bonum particulare vouentis spectant, obligant iuxta vim Ecclesiastici præcepti: At præceptum ieiunij nõ obligat viros post annum sexagesimum nec post quinquagesimum fœminas: Ergo nec ieiunij votum. Ita Sanch. *l.4. Decal.c.11.nu.54.* Tambur *to.2.de iure Abbat.d.12.q.5.n.7.* Pasqualig. *decis.260.*

379 *Quid Auctor?*

Ego autem existimo haud teneri eos post assignatam senectutis ætatẽ ieiunare, nisi alias expresse intenderint etiam in senectute obligare. Nam votum ex natura sua obligat iuxtà vouentis intentionem: Igitur si vouentis intentio se extendit expresse ad ieiunandum in senectute etiam, post hanc etiam sese voti extendet obligatio ex natura sua licet per accidens cessare possit obligatio ratione incapacitatis subiecti, debilitatis scilicet, ad eiusmodi obligationem sustinendam. Sanchez sic.

DVBIVM LXXVII.

An vt quis à lege ieiunij liberetur ratione insomnij, necessum sit vt per totam noctem nequeat obdormire?

380 *Quæstionis status.*

VIdimus *sect.1.* excusari à ieiunio eum, qui nequit incœnatus dormire. Quia substratio somnij notabile infert corpori damnũ cum decoctionem impediat. Quærierim autẽ, num sit necessum, vt tota nocte quis nequeat dormire, vt à ieiunij obligatione liberetur.

381 *Necessariũ est.*

Necessarium est. Quia si quis somnum capiat, sufficiẽter poterit decoctioni cibi operã impendere. Ergo hoc ex capite non erit à ieiunij liber obligatione. Sic Nauar. *summ.c.21. n.16.* Reginal. *l.4.n.209.* Llamas *p.3. Meth.c.5.§.21.* alios citans Sanch. *l.5.consil.c.1.dub.14. n.10.* Gabri. *in 4.dist.16.q.3.notab.4.*

382 *Non est necessarium.*

Non est necessarium, sed sufficit vt notabiliter impediatur per maiorem partem temporis, quo quis dormire consueuit. Quia ex huiusmodi temporis vigilia valde corpus patitur, nec percipit debitam virium instaurationem, Ita Ludouic. à S Ioseph *q. de ieiun.art.7. diffic.7 in append.* Pasqual. *decis.263. num.3.* Leand. *tr.5.d.8.q.28.*

383 *Auctoris resolutio.*

Certe non sufficit, vt à ieiunij obligatione quis sit immunis, quod somnium parum impediatur, nec etiam quod totaliter impediatur, requiritur; sed solum quod notabiliter impediatur. Et hanc sententiam puto esse probabiliorẽ. Ex notabilis nãque cõsueti somnij portionis defectu nimiũ corpus debilitatur, præcipuè si crebra ieiunia, vt in Quadragesima, occurrãt. Nam si vnica solummodo dies ieiunij se offerat difficulter te à ieiunandi obligatione absoluerem, eo quod maiorem noctis partem insomnis transigeres. Licet enim corpus defatigaretur, die sequenti facile posset ab illo incommodo reparari.

DVBIVM LXXVIII.

An qui duo habet cauteria Hispane Fuentes *liber sit absolute à lege ieiunij?*

384 *Liber est absolute.*

LIber quidẽ est. Quia ex humore profluente nimiũ vires debilitantur adeo, vt non mediocre nocumentũ valetudini immineat, si ieiunij vigeat obligatio. Sic Sanci. *in select.d.54.n.17.*

385 *Non est absolute liber.*

Minime est absolute liber. Quia per cauterią, sola naturæ eiectione absque violentia profluunt humores noxij ad subleuandã potius, quam ad grauandã naturã, & ad cõseruandam sanitatem, si vore nonnunquã debilitas inferatur, per accidens est, raro, & debilitas exigua: Ergo ex duplici cauterio quis nõ absolute est à ieiunij liber obligatione. Ita Pasqualig. *decis.266.* & alij docti, quos consului.

386 *Mea sententia prætero.*

Mea sententia est, non esse liberũ absolute ob expressam pro secunda sententia rationẽ: Attamen si quis ex maiori humorũ profluentia se notabiliter debilitari præsentiat, (humores enim noxij assolent & vtiles trahere) liber erit à ieiunij obligatione, etiamsi vnico sit cauterio vulneratus.

DVBIVM LXXIX.

An qui carnibus vescitur ob præseruationem ab infirmitate quia pisces seu oua & lacticinia ei afferunt nocumentum: eximatur à ieiunij obligatione?

387 *Quæstionis status.*

QVi ob præsentem infirmitatem carnibus vescitur, à ieiunio eximitur. Nam præsentis infirmitatis ratione iustam habet causã pluries vescendi, cœnandi, &c.

388 *Non eximitur.*

Exemptus nõ est. Quia ex priuilegio carnibus in die ieiunij vescitur. Igitur cũ huiusmodi priuilegium contra ius commune sit, stricte est interpretandum. Vnde carnibus semel poterit vesci, sed simul debet à secũda comestione abstinere. Sic Laym *l.4.tr.8.c.4.n.8.* Corduba *in sum.q.143.* Bonac. *de præc. Eccl.d.vlt.qu.1. pun.2.n.3.* Reginal. *l.4.nu.168.* Comitol. *in resp. moral.l.4.q.46.* Gordon. *l.6.q.18.c.6.* & alij.

389 *Eximitur plane.*

Est quidẽ exemptus. Quia de ieiunij essentie est abstinentia à carnibus *cap. Statuimus dist. 4. cap. Non oportet, dist.3.* Ergo quacũque ex causa quis ad edendas carnes dispensatur, dispensatus est simpliciter quoad ieiunium. Ita Caiet. *2.2.q.147.a.8.* Nauar. *sum.c.21.n.2.* Azor. *p.1.l.7.c.10.q.3.* Tolet. *l.6.c.3.n.4.* Henriq. *l.7.c.13.n.13.* Filliuc. *tr.27.nu.25.* Sanch. *l.1. Decal.c.19.n.6.* Sanci *in select.d.51.n.4.* Fagund. *præc.4. l.1.c.2.n.5.* Diana *p.1.tr.9.resol.25.* Trull. *libr.3. Decal.c.1.dub.2.n.7.*

390 *Probabilius hoc mihi.*

Probabilem satis reor esse primã sententiã, vt ieiunij præceptũ quoad partem seruet, qui non potest seruare quoad totum. Attamen lõge probabiliorẽ secũdã esse credo. Nã solutã & dispẽsata præcepti essentia, totũ præceptũ necessariò soluitur: & contrariũ est planè intel

intelligibile, maxime quando obiectum præcepti de se partibile non est, sicut partibile est debitum pecuniarum, & ideo qui non potest soluere totum debitũ, partem illius tenetur soluere. Ad hęc Llamas *p.3. Metho.c.5.§.26.* asserit, post declarationẽ, quã de hac re viua voce Pius V. fecit, esse luce clarius, quod dispensatus ad esum carnium, à ieiunij lege sit liber. Fagund.

DVBIVM LXXX.

Ob præseruationẽ futuræ infirmitatis carnibus quis vescitur. Teneturne ieiunare iis diebus quęis non vult carnibus vesci?

191 *Qualitatis status.* CErtum mihi ad ieiunium non teneri eũ, qui infirmitatis, aut debilitatis præsentis intuitu carnibus vescitur, iis diebus, quibus pro libito à carnibus abstinet. Quia præsens infirmitas, vel debilitas semper est sufficiens ad excusandum à ieiunio causa. Quæstio antẽ est nùm qui ex dispensatione carnes comedit ob futuræ infirmitatis præseruationem, ieiunare teneatur iis diebus, quęis non vult carnes comedere?

192 *Tenetur quidem.* Tenetur quidem. Quia à ieiunio excusatur cum carnibus vescitur eo quod ieiunium cum esu carnium stare non potest: Ergo si in die ieiunij vult à carnibus abstinere, necessario ei valenti instabit ieiunandi obligatio. Sic Sanchez *l.5.consil.c.1.dub.30.nu.3.* Diana *p.10.tr.12.resol.45.* Megal. *to.1.resol.mor.resol.153.n.5.* Trull *l.3.Decal c.2.dub.2.n.7.*

193 *Non tenetur.* Non tenetur. Quia per absolutam ad esum carnium dispensationẽ tollitur obligatio abstinendi à carnibus, & à pluribus simul refectionibus. Ergo & obligatio ieiunandi tollitur. Igitur si dispensatus aliquo die vult à carnibus abstinere, ieiunare non tenetur, cum obligatio sublata fuerit per dispensationem absolutam, & non conditionatam, *Si vtatur carnibus*, quæ non reuiuiscit ex eo quod non vtatur carnibus. Ita Pasqualig. *decis.* 268. *n.3.* Leand *tr.5.d.8.q.35.*

194 *Cum his opinor.* Cum his opinor mei Sancij venia. Nam dispensatus non habet obligationem ieiunandi, cum ei liberum sit ieiunare, & non ieiunare: Ergo liberum erit ei eligere vnum ex iis, quibus ieiunium constat scilicet abstinentiam à carnibus, & non eligere alterum, nempe vnicam refectionem. Consequentia patet; nam ea quæ voluntaria sunt possunt diuidi, & vnum fieri sine alio.

DVBIVM LXXXI.

Quis in Quadragesima non potest ieiunare nisi oua, ac lacticinia comedendo, eo quod ex aliis cibis sufficientem non habet refectionem: teneturne ouacomedere, ac ieiunare?

195 *Tenetur vere.* TEnetur plane. Quia præceptum ieiunij est principale: Ergo quando aliter seruari non potest, debet cum esu ouorum obseruari. *Escob. & Mend. Theol. Moral.* Tom. V. P. II. Sic Sanch. *l.5 consil.c.1.dub.32.*

Non tenetur. Quia in hoc casu duo concurrunt præcepta ad lethale obligantia, præceptum de abstinentia ab ouis, & lacticiniis: At hoc est vniuersalius cum etiam adolescẽtes adstringat: Ergo illi debet cedere de ieiunio præceptum. Ita Pasqualig. *decis.* 272. & Sanch. probabile esse docet. 396 *Non tenetur.*

Mea sententia est teneri in eo casu ouа ac lacticinia comedere, cum valeat si ieiunium asseruare. Profecto videmus innumeros vel ex Bullæ priuilegio vel ex dispensatione Medici, vel ex nota necessitate ouis & lacticiniis vesci, nec ideo liberos esse ab obligatione ieiunij; Igitur credendum est, Ecclesiã nolle eos liberari à ieiunio, qui habent ouа & lacticinia solum ad refectionem, maxime cum ieiunij præceptum sit principale. Mecum Fagund. *prac.4.l.1.c.2.n.3.* asserens, præceptum de non edendis ouis & lacticiniis solũ ad veniale obligare, quod alio ex capite supra reieci. Et Diana *p.10.tr.12.resol.45.* citans Leandrum. 397 *Auctoris resolutio.*

DVBIVM LXXXII.

In die ieiunij quis non habet nisi carnes ad refectionem: teneturne eis vesci, ac ieiunare?

TEnetur carnes edere. Quia hoc in casu non adhibẽtur carnes, tanquã carnes, sed tanquam sustentationis materia necessaria ad prandium. Sic Abul. *ad cap.6. Mat. qu.171.* Henriq. *l.7.c.13.n.17.* 398 *Tenetur quidem.*

Non tenetur. Quia edendo carnes minime ille poterit substantiam Ecclesiastici ieiunij tueri, quæ in abstinentia à carnibus, & à pluribus refectionibus consistit. Igitur non tenetur carnes edere ad ieiunandum. Ita Fagund. *prac.4.l.1.c.8.n.12.* citans D. Thomam, Richardum, Durandum, Nauarrum, Caietanum, Syluestrum, Rosellam, & Angelum. Azor. *l.7.c.17. qu.7.* Pasqualig. *decis.274.* Trull. *l.3. Decal.c.2. dub.2. n.7.* Sanch. *l.5.consil.c.1.dub.28.n.7.* 399 *Non tenetur.*

Hanc sententiam probabiliorem esse crediderim, Nam si edendo carnes soluitur essentia ieiunij, quonammodo tenebitur ad carnes edendas vt ieiuner, qui eo ipso quod carnibus vescatur, ieiunare non potest? 400 *Hoc probabilius.*

DVBIVM LXXXIII.

An qui solummodo ad refectionem habet panem & olera, vel fructus: teneatur ieiunium seruare, absolute loquendo?

SCio, eum qui solummodo panem habet ad refectionem ieiunare non teneri; quia ad congruam sustentationem panis solus non sufficit? 401 *Quastionis status.*

Tenetur quidẽ regulariter loquendo. Quia in quampluribus regionibus tota refectio fit ex pane fructibus, vel oleribus: qui quidem cibi sufficientes vires corpori adiiciunt: Ergo habens panem, olera, vel fructus in sufficiente ad vnicam refectionem quantitate, 402 *Tenetur absolute.*

ieiunare tenebitur. Sic Ludou. de S. Iuan. *q. de ieiun. a. 7. diffic. 7. dub. 3. append. 3.* Leand. *tr. 5. d. 8. q. 42.* Lege Dianam *p. 10. tr. 12. resol. 45.*

403 *Non tenetur.* Absolute loquendo non tenetur. Quia eiusmodi cibi ad congruam sustentationem sunt insufficientes, & in quantitate ad vnicam refectionem necessaria valetudini officiunt. Ita Angles *q. 6. de ieiun. diffic. 9. append. 3.* Sanch. *l. 5. consil. c. 1. dub. 15. n. 3.* Leand. de Murcia *c. 2. §. 2. num. 48 pag. mihi 170.* Pasqualig. *decis. 275. num. 3.*

404 *Cum his opinor.* Crediderim, nihil de hoc casu posse generatim, & absolute definiri. Nam si Magnates, aut ei, qui delicate & splendide vesci assuescit, non dubito, quin à ieiunij obligatione eximeretur, ei quidem nimis onerosi. Si autem id contingat mediocribus statu haud diuersitati ciborum assuetis, non difficile admodum forte eis habentibus panem & olera, vel fructus ieiunare iudico; vnde adstringi hosce lege ieiunij non dubitarim.

DVBIVM LXXXIV.

Tenenturne Domini die ieiunij famulis augere portionem, (quæ alias sufficiens non est) vt ieiunare valeant?

405 *Non nulla suppono.* SVppono, famulos nō adstringi lege ieiunij si ita tenuis sit portio eis à domino assignata, vt cum ea sustinere ieiunij molestiam nequeant, nec habeant aliunde vnde congruè prandere valeant. Hoc enim in casu eos pauperibus comparo, quibus non est refectio sufficiens ad ieiunandum. Quæstio vero est, num in hoc casu teneantur Domini si possint, famulis augere portionem, vt ieiunare queant?

406 *Tenentur plane.* Tenentur quidem. Quia ad eos attinet spiritualis famulorum cura, vt legem impleant ieiunij, sicut pertinet ad eos solicitudo, vt Sacramentis suscipiendis dent operam, quando Ecclesiæ instat præceptum. Sic Angl. *de ieiun. qu. 6. diffic. 9.* Ludou. de San. Iuan. *art. 7. diffic. 7. dub. 2. append. 2.*

407 *Nō tenētur.* Non tenentur. Quia ex iustitia non, ex hac enim non tenentur nisi ad id, in quo conuenerunt: nec ex charitate, cum non sint in aliqua necessitate constituti: nec ex alio capite: Ergo. Ita Pasqualig *decis. 277. n. 3.* Leand. *tr. 5. d. 8. q. 47.* Vega *p. 1. sum. c. 14. casu 26.*

408 *Auctoris sententia.* Ego autem sic quæstioni respondeo. Si domini cum famulis conuenerē, vt quotidianus eis victus reddendus esset sicut filiofamilias: tenebitur dominus famulo ieiunanti prouidere sufficientem ad ieiunia sustinenda refectionem. Si verò certa portio eis fuit assignata pro diebus singulis, & vt vulgariter explicem, *Si son criados de racion taſada para cada dia*: portionem non tenetur die ieiunij augere. Non enim famulo prouidere dominus de cibo simpliciter, sed iuxta pactum & conuentionem cum eo factam debet.

QVÆSTIO INCIDENS.

Num si coniugibus ieiunium impediat, ne sibi inuicem reddant debitum, teneantur à ieiunio abstinere?

CErtvm existimo, non teneri hosce ieiunare, rogito autem, num teneantur à ieiunio abstinere, si ieiunium impedit, ne inuicem debitum reddere queāt? 409 *Non tenetur abstinere à ieiunio.* Non tenētur abstinere à ieiunio. Quia *ieiunio.* diebus ieiuniorū nō debent dilitiarum actibus dare operam. Sic Paludan. *in 4. dist. 15 q. 4.*

Teneri non ieiunare videntur. Quia præceptum reddendi debitū est iustitiæ ac naturale diuinū: Ergo præferendū præcepto ieiunij humano, ad temperantiam pertinenti. Ita Caiet. *sum. v. ieiunium c. 3.* Armil. *n. 4.* Nauar. *sum. c. 21. n. 16.* Sà *n. 9.* Sanch. *l. 9. de matr. d. 3. nu. 10.* Fagund. *præc. 4. lib. 1. c. 8. n. 18.* citans Philiarcum, Medinam, Ledesmā. Lessi *l. 4 c. 2. n. 44.* Bonac. *d. vlt. de præc. Eccl q. 1. pun. vlt. nu. 3.* Pasqualig. *decis. 280* plures referens. 410 *Tenentur, nō ieiunare.*

Hanc sententiam veram vnice esse crediderim, nec enim prima solido nititur fundamento. Abstinere enim à deliciarum licitarū vsu in die ieiunij consilium salubre quidem est: at reddere debitum coniugi postulanti est iustitiæ præceptum? 411 *Hoc vnice verum esse puto.*

DVBIVM LXXXV.

An vxor teneatur ad ieiunandum, ob rixas cum marito præcipiente ex rationabili causa, vt non ieiunet vitandas?

EXcusatur proculdubio vxor à ieiunio ob viri præceptum, si excitandæ essent alias discordiæ vel rixæ. Quia præcepta positiua cum tanto dispendio non obligant. 412 *Status quæstionis.*

Non tenetur. Quia vxor sciens, si sine incommodo à marito excogitato ieiunare potest, implens quod Ecclesia præcipit, non videtur scandali, siue rixarum actiuam occasionem exhibere: vnde scandalum marito erit imputādum. Sic Palud. *in 4. dist. 15. q. 1. a. 1.* Sanci. *in select. d. 54. n. 26.* 413 *Non tenetur.*

Tenetur à ieiunio abstinere. Quia maritus rationabiliter imperat, & vxor irrationabiliter sese à præcepto eximit. Ita Leand. *tr. 5. d. 8. q. 51.* Pasqualig. *decis. 283. n. 3.* 414 *Tenetur plane.*

Mea sententia est, vxorem non teneri à ieiunio abstinere ob mariti scandalum quando ille absque causa id rationabili præcipit. Tunc enim scandalum ex mariti malitia ducit ortum. At si rationabili ex causa id imperet, (scilicet, ob aliquā illarum, quæ communiter à Doctoribus afferuntur, vt quis sit ab Ecclesiæ præcepto liber) tenebitur vxor obedire. Et non aliud posse existimo ab Authoribus pro prima sententia adductis sustineri. 415 *Auctoris resolutio.*

DVBIVM

DVBIVM LXXXVI.

An fœmina nubere è proximo intendens, si ex ieiunio formam timeat notabiliter obscurandam, possit absolute à ieiunio abstinere?

416 *Absolute potest.* Absolute potest. Quia formæ deturpatio in ordine ad nubendum, vt damnum notabile reputatur, quo affici si fœmina timeat, lex ieiunij non obligat. Sanch. *l. 9. de matr. d. 3. n. 12.* Fagund. *præc. 4. l. 1. c. 8. n. 18.* Molfes. *p. 1. sum. tr. 10. c. 4. nu. 46.* Sanci. *in select. d. 54. nu. 25.* Trull. *l. 3. Decal. c. 2. dub. 7. n. 25.* Lopez *p. 2. Instruct. c. 111.*

417 *Non potest absolute.* Non potest absolute à ieiunio excusari, sed sed solum quando id, experimento duce, formam notabiliter deturpaturum esse videatur: vnum enim, vel alterum ieiunium formæ noxium non est, sed potius non semel eam reddit clariorem. Igitur non liberatur absolute mulier à lege ieiunij conseruandæ pulchritudinis ex ratione. Ita Pasqualig. *decis. 385. per totam.* Eum sequitur Leand. *tr. 5. d. 8. q. 53.*

418 *Sententia affirm.* Existimo fœminâ ab aliquibus Ecclesiæ ieiuniis, non ab omnibus excusari, nisi forte sit tam delicatæ complexionis, vt à quocumque ieiunio formæ speciositas notabiliter offendatur. Quia regulariter loquendo vnum vel alterum ieiunium non potest notabile formæ detrimentum impertire. Vnde assero debere eam in vigiliis ieiunare, in quatuor temporibus vnum saltem ieiunium inire, in Quadragesima bis aut ter in hebdomade Ecclesiæ præceptum obseruare.

DVBIVM LXXXVII.

An si prægnantes, vel lactentes adeo sint robustæ, vt vnica refectione meridiana, & refectiuncula vespertina valeant se, & infantulos sustentare, teneantur, ieiunium inire?

419 *Quæstionis status.* Vidimus *sect. 1.* prægnantes & lactentes communiter non astringi ieiunij lege. Quia nequeunt vnica refectione sibi & infantulo sufficienter de alimento prouidere.

420 *Ieiunare tenentur.* Tenentur quidem ad ieiunium. Quia cessat ratio excusationis, & quasi non prægnantes ac lactentes reputantur. Sic Abul. *ad cap. 6. Mat. q. 146.* Caiet. *sum. v. Ieiunium, c. 3. & 2. 2. q. 147. a. 4.* Sylvest. *v. Ieiunium, q. 9.* Graff. *p. 1. l. 2. c. 17. n. 44.* Fagund. *præc. 4. l. 1. c. 8. n. 14.* Philiarc. *de offic. Sacerd. to. 1. p. 2. l. 3. c. 23.*

421 *Non tenentur.* Non tenentur. Quia lex ad ea, quæ accidere frequenter assolent, adaptatur, *leg. ex his, & leg. Nam ad ea ff. de legib.* Igitur cum prægnantes, & lactantes communiter ieiunare non valeant absque infantuli incommodo, vt vsus Ecclesiæ approbat: omnes possunt eiusmodi fauore vti. Ita Molfes. *to. 1. sum. tr. 10. c. 4. nu. 40.* citans Paludanum, Gabrielem, Nauarrum, Reginaldum, Angles, Dianam, Trullĕc, & Pasqualig. quos refert. & sequitur Leand. *tr. 5. d. 8. q. 55.* Richar. de Mediauil. *in 4. dist. 15. art. 3. quæs. 4.*

Profecto si aperte constaret, aliquam ita esse robustam, vt semel capiendo cibum, & sibi ac puero valeat sufficienter prouidere; tunc eam à ieiunio gerendo ego non excusarem. Attamen quia id rarò aut nunquam potest euidenter constare, existimo nunquam non excusandas. 422 *Auctoris resolutio.*

DVBIVM LXXXVII.

An prægnanti, ac lactenti sit licitus absolute in die ieiunij carnium vsus?

423 *Non est absolute licitus.* Non est licitus absolutè. Quia si robustæ sint satis, & cibis non prohibitis vescentes, quoties libuerit, sufficienter sibi ac infantulis prouident, non appatet sufficiēs ratio, vnde lieētia huiusmodi honestetur. Sic Bonac. *de præc. Eccl. d. vlt. q. 1. pun. vlt. nu. 3.* Tolet. *l. 6. c. 4. n. 1.* Angl *q. 6. de ieiun. diffic. 7.* Bassæ. *v. Ieiunium 2. n. 6.* Ludou de San. Iuan. *a. 7. diffic. 6. append. 3.* Geti. *v. Ieiunium, n. 6. & v. Infirmi.*

424 *Et licitus absolute.* Absolute est licitus. Quia cōmuniter ciborum quadragesimalium qualitas & debilitatem fœminæ prægnanti, seu lactenti ingerit, & infantulis solet esse noxia. Ita Funes *in spec. p. 3. c. 2. nu. 6.* & alij, quos presso nomine Bonacina refert.

425 *Quid Auctor?* Ego autem existimo, prægnantes posse, imo debere carnibus vesci, quando eas vehementer appetunt; quia ex abstinentia posset infans periclitari, At si prægnātes, vel lactentes sint valde robustę, nō video vndenā eis liceat carcibus vti. Secus dixerim, si sint nimis delicatæ cōplexionis. Vel si licet robore polleant, duos simul lactēt infātulos, Quia tunc ob magnam cibi indigentiam solidiori poterunt vti alimento. Imo etiamsi vnicum lactarēt infantulum, si præter consuetudinem debilis appareret.

DVBIVM LXXXIX.

An Artifex adeo robustus, vt simul possit artes laboriosas exercere, & ieiunare: teneatur ad id?

426 *Status quælignarios &c.* Certum est eos, qui artes laboriosas exercent, v. gr. agricolas, fabros ferrarios seu ieiunij cum tanto incommodo non obligat. Quæsierim autem, an qui adeo est robore pollens, vt simul valeat artes laboriosas exercere, ac ieiunare, ad id teneatur?

448 *Ad id tenetur.* Ad id tenetur. Quia solū defatigatio, qua ex labore afficiūtur artifices, eos à lege ieiunij liberat: Ergo si robustis defatigatio non adest, sed facile labori accingūtur: nō est, vnde excusari valeāt. Sic *ad cap. 6. Mat. q. 143.* Reginald. *l. 4. n. 216.* Medina *C. de ieiun. q. 9.* docens habentes causam ad non ieiunandum, non debere recedere à præcepto de abstinētia in die ieiunij, vltra quod recedere eis permittitur.

428 *Nō tenetur.* Ad id non tenetur. Quia lex absolute exi-mit à ieiunandi obligatione eos, qui artes laboriosas exercent: Ergo neminem huius generis obligat. Nam quod aliquis adeo robustus inueniatur, vt simul possit artes illas exercere, ac ieiunare, per accidens est, & de raro contingenti, quod lex non respicit. Ita Pasqualig. *decis.* 290. *n.* 4. Leand. *tr.* 5. *d.* 8. *qu.* 61. & alij communiter.

429 *Hoc mihi probabilius* Probabiliorem hanc sententiam esse crediderim. Nec enim verum pudo robustiores facilius posse labori incumbere, ac simul ieiunare. Nam robustiores abundantiori alimento assolent indigere: & si pro aliquo tempore valeant laboris, ac ieiunij sustinere molestiam: tandem fortasse magis quam debiliores deficient.

DVBIVM XC.

An Eugenij IV. declaratio, aut indultum excusans Artifices artem suam exercentes à ieiunij obligatione, comprehendat eos, qui artes laboriosas non exercent?

430 *Solum comprehendit.* NOn comprehendit nisi eos, qui laboriosas exercēt artes. Quia expresse id declarat indultum, quod in *Compendio priuilegiorum Fratrum Minorum, v. Ieiunium, nu.* 2. his verbis refertur: *Idem Eugenius declarauit, quod Artifices laboriosas artes exercentes, & rustici, siue diuites sint, siue pauperes, non tenentur ieiunare sub præcepto peccati mortalis. Et quod absolui possint, & induci ad eleemosynas, & alia bona facienda.* Ergo solum hoc priuilegio, siue declaratione excusantur Artifices, qui laboriosas artes exercent. Sic Doctores, qui Sartores, Barbitonsores, Pictores, & alios haud laboriosam exercentes artem, legi ieiunij subiici docuere, quos suis exponam locis. Interim accipe Abulensem *ad cap.* 6. *Mat. q.* 143. Angles *q.* 6. *de ieiun. diffic.* 10. *apend.* 1. Azorium *p.* 1. *l.* 7. *c.* 17 *q.* 8. Reginaldum *l.* 4. *n.* 216. Filliucium *tr.* 27. *nu.* 17. Laymanum *l.* 4. *tr.* 8. *c.* 3. *nu.* 3. Tannerum 2. 2. *d.* 3. *q.* 3. *dub.* 5. *n.* 102.

431 *Omnes Artifices absolute comprehendit.* Comprehendit omnes Artifices, licet artes laboriosas multū non exerceant. Quia grauissimi Doctores Pontificis indultū, seu declarationem referentes, nullam de laboriosis artibus gessere mentionē, sed absolute dicunt, Eugenium declarasse solutos esse à ieiunio *Artifices, seu opifices suas artes exercentes.* Ita Nauar. *sum. c.* 21 *nu.* 16. Leander *tr.* 5. *d.* 8. *q.* 69. Fagund. *præc.* 4. *l.* 1. *c.* 8. *n.* 15. & 16. *præcipue in* 2. *edit.* vbi hæc adiicit verba: *Et quamuis Ioan. Sanchez. P. Ledesma, Graffis, Vega, Toletus, Lessius, Villalobos, & Filliucius, Sartores, & Barbitonsores non excusent ob exiguum laborem, quem habent: tamē non video rationem, ob quam non excusentur, cum Artifices, & opifices excuset Eugenius IV. & cū Papa eos excuset, contra rationem videtur, velle eos ad ieiunium obligare* Ledesma *p.* 4. *q.* 17. *a.* 3. *dub.* 9. Sà *v. Ieiunium, n.* 9. Machad. *to.* 2. *l.* 6. *p.* 8. *tr.* 7. *docum.* 5. *n.* 5. & *tr.* 8. *docum.* 8. *n.* 2. Censent, hanc sententiam esse probabilem Pasqualig. *decis.* 307. *n.* 3. Diana *p.* 8. *tr.* 8 *resol.* 55. & *p.* 10 *tr.* 15. *resol.* 37. Henriq. *in sum. sect.* 16. *q.* 27.

Æque probabilem hanc crediderim esse sententiam. Imo vt probabiliorem eā esse affirmarem efficaci me allici ratioce profiteor. Nam siue indultū sit, siue declaratio, ille textus Eugenij. Quia de iis, qui artes nempè de fabriferrariis, aut lignariis, agricolis, fossoribus, ac similibus non poterat esse dubium, num ad ieiunium obligarentur, cum de se cōstet, ad id minime teneri. Aliis ergo Artificibus subleuandis debuit indultum impertiri, aut declaratio Pontificis adaptari. 432 *Æque probabilem.*

DVBIVM XCI.

An sutores excusentur à ieiunij obligatione?

433 *Non excusantur.* NOn excusantur. Quia sedentes artem laboriosam minime exercent. Sic Angl. *qu.* 6. *de ieiun. diffic.* 10. *apend.* 1. Llamas *p.* 3. *c.* 5. §. 21. Luis. Turrian. *summ. part.* 1. *cap.* 256. *dub.* 16. *concl.* 1. Caietanus citatur à Fagundez *vbi infra.*

434 *Excusantur quidem.* Excusentur planè. Quia quamuis sedentes suo ministerio incumnant, magnum tamen conatum adhibent manibus, brachiis, cruribus, ac pedibus. Ita Azor. *lib.* 7. *c.* 17. *qu.* 8. Lessi. *l.* 4. *c.* 2. *dub.* 6. *n.* 43. Trull. *l.* 3. *Decal. cap.* 2. *dub.* 7. *n.* 7. Pasqualig. *decis.* 296. *nu.* 2. Quintanad. *de Iubil. c.* 8. *nu.* 17. Diana *p.* 1. *tr.* 9. *resol.* 7. Fagundez *præc.* 4. *libr.* 1. *cap.* 8. *numer.* 15. Sanchez *lib.* 5. *consil. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 5. & alij.

435 *Hoc probabilius.* Hoc plane probabilius. Licet enim Eugenij declaratio non extaret, ars conficiendi calceos, si pro maiori, vti assolet, diei parte exeratur, admodum laboriosa est.

DVBIVM XCII.

An adstringantur Sartores legi ieiunij?

436 *Adstringuntur quidem.* ADstringūtur quidem. Quia hoc exercitiū nō exhaurit vires cum à sedente fiat labore persacili. Sic Abul. *ad cap.* 6. *Mat. q.* 143. Azor. *p.* 1. *l.* 7. *c.* 17. *q.* 8. Filliuc. *tr.* 27. *n.* 17. Molfes. *to.* 1. *sum. tr.* 10. *c.* 4. *n.* 43. Raguti. *in Vase Eccl. disc. præc.* 7. *q.* 30. *n.* 9. Lessi. *l.* 4. *c.* 2. *dub.* 6. *n.* 43. Tolet. *l.* 6. *c.* 5. *n.* 4. Sanch. *l.* 5. *consil. c.* 1. *dub.* 7. *n.* 7. Trull. *l.* 3. *Decal. c.* 2. *d.* 7. *n.* 9.

437 *Non adstringuntur.* Non adstringuntur. Quia integrum diem insummunt, imo & partem non modicam noctis in vestibus suendis cum magna celeritate. Ita Fagund. *præc.* 4. *l.* 1. *c.* 8. *n.* 15. & 16. Sà *v. Ieiunium, num.* 9. Machad. *to.* 2. *summ. l.* 6. *p.* 8. *tract.* 7 *docum.* 5. *numer.* 5. Henriquez *summ. sect.* 16. *quæstion.* 27. Et probabilem esse docent Diana *part.* 10. *tract.* 15. *resol.* 37. Azor. Sanchez, Trullench, & Pasqualig. *decis.* 296.

438 *Verius hoc crediderim esse.* Profecto licet Sartores tota die suo ministerio operā non impenderēt, licet nimium non vigilarēt, non mediocrem ego reputarē laborem, tot horis addici sedili. Igitur totius diei, imo alicuius partis noctis in consuendis vestibus suffi ciens plane erit, vt à legi ieiunij exi

eximantur. Attamen non ideò magistros incidentes vestes (idem dixerim de futoribus incidentes calceos,) & non consuentes liberos dixerim à ieiunio, nec per Eugenij declarationem. Quia existimo Pontificem supponere, maiorem diei partem esse in ministerio consumendam, quod regulariter in vestium, aut calceorum incisione non accidit. Si autem accideret aliquando, eos asserterem, à ieiunij obligatione esse etiam immunes. Didici à Facundio.

DVBIVM XCIII.

An Pictores, & Barbitonsores teneantur ieiunare?

49 *Tenentur quidem.* TEnentur quidem. Quia adeò facilè exercent ministerium, vt facilè valeant ei ieiunantes incumbere. Sic Filliuc. *tract. 27. num. 17.* Lessius *lib. 4. cap. 2. dub. 6. num. 43.* Layman. *lib. 4. tract. 8. cap. 3. numer. 3.* Tolet. *libr. 6. cap. 4. num. 5.* de Barbitonsoribus. De Pictoribus verò Sic Azor. Angles, Molfes. Tolet. Layman. Bonacin. Tanner. Sanchez, Filliuc. Reginald. & alij citati à Pasqualigo *decision. 306.* Sanctius *in select. d. 54. num. 16.* Sylui. *2. 2. q. 147. art. 4.* Lessi. *vbi supr.*

50 *Non tenentur.* Non tenentur. Quia intuitu priuilegij, aut declarationis Eugenij omnes Artifices suam artem exercentes eximuntur. Sic de Barbitonsoribus. Ledesm. *2. part. quart. quæstion. 17. articul. tert. dub. 9.* Fagundez *præcept. quart. libr. prim. capit. octau. numer. 15. & 16.* Sà *verb. Ieiunium 9.* & alij. De Pictoribus verò Fagundez *numer. 16.* Pasqualig. *decision. 296. numer. tert. & quart.* Ledesm. *2. part. quart. quæstion. 17. articul. tert. dub. 9.* Sà, Sylvest. Tabien. Maior. apud Machad. *libr. secund. part. quart. tractat. 4. docum. 1. num. 2.* Diana *part. 10. tractat. 15. resolut. 37.* citans Leandrum.

51 *Resolutio Auctoris.* Ego autem existimo, non teneri vnum, & alterum ieiunare, dum per integrum diem, vel maiorem ipsius partem suam artem exerceant. At Barbitonsor, aut Pictor, qui solùm per aliquam diei partem vacant ministeriis, non eximuntur ex indulto, vel declaratione Eugenij, supponentis, Artifices à ieiunio eximendos debere tota, vel maiori diei parte suis ministeriis incumbere, ex quo non mediocris molestia ieiunanti accrescit. Alias enim posset verificari indultum, vel declaratio de opificibus, qui per vnam solummodo horam suo muneri incumbunt, quod nemo dictitabit. Porrò qui in Barbitonsore totius diei, vel maioris eius partis laborem requiro, non tanti temporis instantiam in Pictore præscriberem. Quia ars hæc intensam requirit mentis attentionem, quæ spiritus atterens, corpus ipsorum subsidio adeò priuat, vt egeat à ieiunio liberum reparari.

DVBIVM XCIV.

An Lanarij, Pistores, Fullones, Sculptores, Argentarij, Textores vittæ Sericæ, lanæ, vel lineæ, qui panes coquunt Aurifices, Figuli, & alij huiusmodi Opifices excusentur à ieiunij obligatione?

442 *Non excusantur.* NOn excusantur. Quia horum omnium ars, licet ei tota die inseruiant, haud grauem corpori molestiam ingerit, vnde necessaria sit multiplex refectio. Sic Pasqualig. *decision. 106.* Luis. Turrian. *part. 1. summ. cap. 56. dub. 16. a conclus. 1.*

443 *Excusantur quidem.* Excusantur quidem. Quia Argentarij, Aurificésque ex vsu mallei, & simæ, & ex diuturnitate laboris, & attentione mentis necessaria, magnum corpori laborem ingerunt. Ita Pasqualig. *decision. 302.* Azor. Reginald. Trull. Molfes. Bonacin. Fagundez, quos refert, & sequitur Leander *tractat. 5. dub. 8. quæstion. 73.* Sculptorum autem labor tota die misterio incumbentium vires quidem haud leuiter atterit. Ita Eagundez *præcept. 4. lib. 1. cap. 1. num. 16.* Trullench. *lib. 3. Decalog. cap. 2. dub. 7. numer. 9.* & alij communiter. Textores vittæ sericæ, lanæ, aut lineæ si per totum diem, & partem noctis de more laborent per Eugenium eximuntur, sunt enim Opifices. Ita Azor. Reginaldus, Molfesius, Trullench, & Bonacina apud Leandrum *tract. 5 dub 8. quæstion. 75.* absolutè, & sine distinctione omnes textores à ieiunio eximentes. Demum Fullones, Lanarij, Pistores, & qui furnariam artem exercent, aut panes coquunt, à ieiunio excusantur. Quia omnes hi generali nomine Artificum in Eugenij declaratione comprehenduntur. Ita Pasqualigus *decision. 298.* Azor. *lib. 7. cap. 17. quæstion. 8.* Reginald. Bonacin. & alij à Pasqualigo citati.

444 *Idē assero.* Cum his opinor, asserens hosce omnes Opifices si tota die labori dent operam proculdubio Eugenij aut gaudere indulto, aut declarione comprehendi.

DVBIVM XCV.

An mulieres linteam suppellectilem diluentes, aut post ablutionem complicantes, eximantur à lege ieiunij, si solummodò partem notabilem diei in hoc exercitamento insumant, non diem totum?

445 *Eximuntur.* EXimuntur quidem. Quia actus lauandi magnum virium conatū requirit: si autem huic exercitio accedat præparatio earum rerum, quæ necessariæ sunt ad ablutionem, & post illam expansio, ac collectio pannorum: maximus, præcipuè in fœmina, labor æstimatur auferens ieiunandi obligationem. Certè quando linea suppellex iam mundata com-

plicatur ad huc labor notabilis est. Quia in ea extendenda, ac premenda, vt est opus, non leuis conatus requiritur. Vnde hoc quoque exercitium etiam post ablutionis diem, tollit ieiunij obligationem. Sic Pasqual. *decision.* 304. *n.* 1. 2. & 4.

446 *Non eximuntur.* Non eximuntur. Quia si partem solummodo notabilem, non totam diem, aut maiorem illius partem huic ministerio impendant, non reputatur eorum labor adeò magnus, vt à lege ieiunij eximi debeant, maximè cum mulieribus hisce vulgaribus agnitum sit hoc ministerium, quod magna dexteritate, ac facilitate exerunt. Ita Diana *p.* 10. *tr.* 16. *resol.* 76. Leander *tr.* 5 *d.* 8. *q.* 82.

447 *Resolutio Auctoris.* Ego quidem sic quæstioni respondeo. Si in hyeme hoc ministerium exercetur, eximuntur à lege ieiunij, etiamsi tota die non incumbant labori, sed partem solùm notabilem insumant. Quia ex frigoris cruditate modico labori accedente, non modica molestia resultat. Si verò non in hyeme, sed alio tempore ministerio huic dent operam, vt à ieiunio eximantur, debere maiorem diei partem in ministerio insumere affirmo. Demùm haud dubium mihi, quin ieiunare teneantur, quæ solùm plicandis pannis dedere operam. Quia huius exercitij labor leuis est, & in illo breuis diei pars insumi a solet. Certè si huiusmodi exercitium sufficeret ad liberandas fœminas à lege ieiunij, à fortiori esset sufficiens quodcúmque aliud domesticum ministerium, quale est, nere, in quo multoties totam diem fœminæ insumunt. At hoc, vel aliud simile non excusat à ieiunio Auctore Sanchez *libr.* 5. *consil. capit prim. dub.* 7. *numer.* 7. Ergò minus illud excusabit.

DVBIVM XCVI.

An sint à lege ieiunij exempti characterum Compositores, in Typographica Officina?

448 *Status quæstionis.* Certum mihi Typographos prælum torquentes, aut attramentum ministrantes immunes à ieiunio esse. Quia ex ductione ac reductione pręli robustæ admodũ vires laxantur Quęrierim autem, nùm characterum compositores à lege ieiunij sint etiam exempti?

449 *Exempti non sunt.* Exempti non sunt. Quia in hoc exercitio nullus ferè interuenit ingenij, & corporeus labor nimis est moderatus, cum absque vlla corporis fiat agitatione, Sic Gordon. *lib.* 6. *q.* 18. *cap.* 6. §. *Secunda excusans.* Pasqual. *decis.* 309. *n.* 1. Trull. *l.* 3. *Decal. cap.* 2. *dub.* 7. Diana *p.* 4. *tr.* 4. *resol.* 134.

450 *Sunt exempti.* Sunt à ieiunio exempti, si tota die laborent. Quia licet labor ingenij sit modicus, labor corporalis ex continuatione per totum diem, ac partem noctis notabilis procul dubio est. Ita Machad. *t.* 2. *l.* 6. *p.* 8. *docum.* 4. *n.* 2. Quem sequitur iam Diana, prudenter mutato consilio, *part.* 8. *tract.* 7. *resol.* 56. Leander *tractat.* 5. *d.* 8. *quæst.* 88.

451 *Hoc mihi certum.* Certum mihi oculato testi characterum compositores sufficienti plane labore affici, vt à ieiunij lege liberentur. Accedit namque compositioni plumbeæ characterum formarum huc illuc deportatio, earum in torculari appositio, quod quidem non mediocrem addit diuexationem. Quid plura? Certè si probabile admodum est, (vt videbimus) eos, qui tota die scribendi ministerio leui calamo operam expediunt, à ieiunio excusari: probabilius plane erit eximi à lege ieiunij, qui plumbeo, (vt sic explicem) tota diei instantia transcribunt. Licet autem hi ex tanto labore non excusarentur cum Artifices procul dubio sint, ex indulto, seu declaratione Eugenij liberantur.

DVBIVM XCVII.

An qui artes laboriosas exercet non ex officio, vel indigentia, sed diuerticuli causa, excusetur à ieiunij obligatione?

452 *Non excusatur.* NOn excusatur. Quia cùm indigentia, vel officium ad laborem non obligat, sed solummodo labor, vel exercitamentum illud causa diuerticuli assumitur in die ieiunij: debet quis à diuerticulo abstinere, vt præcepto satisfaciat. Sic D Thom. *in* 4. *dist.* 15. *quæs.* 3. *art.* 2. *quæstiunc.* 4. *ad* 3. D. Antonin *p.* 2. *tit.* 6. *cap.* 2. §. 6. Gabriel. *in* 4. *dist.* 16. *quæs.* 3. *artic.* 1. *nota* b. 4. Angel. *verb. Ieiunium, numer.* 15. Armil. *numer.* 4. Durand. *in* 4. *distinct.* 15. *quæst.* 10. *numer.* 6.

453 *Excusatur.* Excusatur equidem. Quia non excusantur qui artem exercent titulo indigentiæ, (hoc enim titulo minimè excusarentur diuites, qui non ex indigentia, aut officio ad victum comparandum, sed diuerticuli causa laborant,) sed ex labore corpus affligente, indigens quidem virium reparatione. Si ergò diues ei ministerio incumbat, quod ieiunij non subeat legi, æquè à ieiunij lege erit immunis ac ille, qui ex indigentia laborat. Ita Nauarr. *Summ. capit.* 21. *numer.* 16. Sylvest. *verb. Ieiunium, quæstion.* 9. *numer.* 24. Toletus *libr.* 6. *capit. quart. numer. tert.* Lessius *libr. quart. capit. secund. numer.* 22. Azor. *part. prim. libr. septim. capit.* 17. *quæstion. octau.* Reginald. *libr. quart. numer.* 213. Sanchez *libr. quint. Consil. dub. septim. numer. quart.* Sancius *in select. dubio* 54. *numer.* 14. Filliucius *tractat.* 27. *numer.* 120. Fagundez *præcept. quart. libr. prim. capit.* 8. *numer.* 15.

454 *Probabilius hoc mihi.* Probabiliorem hanc sententiam esse existimo. Nam in dispensatione, seu declaratione Eugenij expresè dicitur legem ieiunij non comprehendere eos, qui artes exercent, *Siue diuites sint, siue pauperes.* Verbum autem illud *diuites* idem est, ac ij, qui non ad inopiam subleuandam, sed ad animi diuerticulum, corporisque exercitamentum artes exerunt.

DVBIVM

DVBIVM XCVIII.

An qui excusantur à ieiunij lege ex causa laboris, teneantur ieiunare illis diebus, in quibus vel ob festi religionem, vel ob pigritiam cessant laborare?

455 *Tenentur pleri.* TEnentur quidem, nisi ex labore præterito debilitate afficiantur, aut præsentiant probabiliter ieiunium fore causam, vt die sequenti laborare non valeant. Quia huiusmodi debilitas communiter ex vno aut altero ieiunij die timeri non potest. Sic Angles *quæst. 6. de ieiun. difficult. 10. dub. 1.* Medin. *libr. 1. summ. capit. 14. §. 10.* Reginald. *libr. 4. numer. 114.* Filliucius *tractat. 27. numer. 121.* Manuel. *part. 1. summ. capit. 24. numer. 1. & 2.* Sancius *in select. dub. 54. numer. 15.*

456 *Nituntur.* Minime tenentur, licet præfata debilitas ex labore præterito, vel ineptitudo ad futurum non timeatur. Quia durum plane videtur, huiusmodi Artifices, qui nunquam soliti sunt ieiunare, vno, vel altero die, quo operam intermittunt, ad ieiunium obligari. Ita Fagundez *præcept. 4. lib. 1. cap. 8. num. 16.* Azor. *lib. 7. cap. 17. quæs. 8.* Diana *part. 1. tractat. 9. resolut. 9.* Sanch. *lib. 5. Consil. cap. 1 dub. 7. num. 10.* Bassæus *verb. Iiunium. 2. numer. 7.* Trullench. *libr. 3. Decalog. cap. 2. dub. 7. numer. 8* Pasqualigus *decision. 295. numer. 1.* Ioann. Henriquez *summ. section. 16. quæstion. 28.*

457 *Ideaffero.* Licet huiusmodi Artifices vna vel altera die non laborent, eos absolutè à ieiunij lege liberos esse credo, sufficientem excusationis causam reddente labore præterito, ex quo debilitas, & futuro ex quo ineptitudo semper proculdubio timetur. Moneo tamen, veram esse nostram sententiam, si operarij vna, vel altera die à ministerio cessent ob festum occurrens, vel ob aliam causam: non autem si cessatio longior esset; tunc enim diebus intermediis, excepto primo, & vltimo tenentur ieiunare. Adnoto præterea, Artifices operis non laboriosi excusari quidem à ieiunio eis diebus in quibus laborant, ex indulto, aut declaratione Eugenij: non vero diebus, in quibus labori non dant operam; nam cum ex modico labore prælapso defatigati non sint, nec ad modicum seu leuem futurum opus debilitas non timeatur: non video vndenam eos si die ieiunij non laborent, eos ab eius obseruatione valeam excusare.

DVBIVM XCIX.

An pedestre iter leucarum trium sufficiat, ad tollendam ieiunij obligationem?

458 *Quæstionis forma.* SVppono ex *section.* 1. iter pedestre continuum à lege ieiunij excusare, miniméque ei adstringi, qui tota die pedestri operam dat itineri. Quia nimium corpus defatigatur, & debet iterata refectione reparari. Quæsierim vero, an sufficiat trium leucarum expeditio ad tollendam ieiunij obligationem?

459 *Sufficit quidem.* Sufficit quidem. Quia præscindendo à queiscúmque circumstantiis septem aut octo milliaria sufficiunt, vt corpus ineptum ad ieiunium reddatur, nimirum enim commouentur, & debilitantur membra: ergò efficaciùs à ieiunij lege soluat trium leucarum, seu nouem milliarium expeditio. Sic Pasqual. *decision. 314. num. 4.* Sanchez *lib. 5. Consil. dub. 10. numer. tert.* docens non excusari à ieiunio illum, qui iter ageret pedestre per vnam leucam cum dimidia. Ergo clare innuit excusari, si iter non ita breue pedes conficeret, nempe si trium leucarum tereret spatium. Leander *tractat. 5. d. 8. quæstion. 95.*

460 *Nõ sufficit.* Non sufficit, sed requiritur iter esse quindecim saltem milliarium, seu leucarum quinque. Quia minoris distantiæ iter non afficit corpus vt viatori liceat legem ieiunij non implere ad illius subleuationem. Ita Fagundez *præcept. 4. lib. 1. cap. 8. num. 17.* Azor *part 1. lib. 7. cap. 17. q. 9.* Bonac. *de præc. Eccl. d. vltim. q. 1. punct. vltim. numer. 11.*

461 *Auctoris placitum.* Ego autem primam eligens sententiam, assero non sufficere iter pedestre septem aut octo milliarium, vt Pasqualigus docet: nec necessariam esse quinque leucarum distantiam: sed sufficere, & esse omninò necessarium, præcisis aliis circumstantiis, iter trium leucarum, ad tollendam ieiunij obligationem. Nam huiusmodi distantia requiritur, ac sufficit, ad ingerendam corpori eam lassitudinem, quæ requirat multiplici refectione auferri.

DVBIVM C.

An iter pedestre voluntarium tollat ieiunandi obligationem?

462 *Non tollit.* NOn tollit, si iter necessitate non suscipitur, aut saltem commodè differri non potest. Quia qui merè voluntarium suscipit itineris laborem, quem poterat differre in alium diem, videtur etiam suscepisse illius diei ieiunandi obligationem. Sic Gabriel *in 4. dist. 15. quæstion. 3.* Paludan. *quæstion. 4. num. 10.* Duran. *quæstion. 10.* Azor *part. 1. lib. 7. cap 17. quæstion. 9.* Lessius *lib. 4. cap. 2. numer. 43.* Reginald. *libr. 4. num. 217.* Filliucius *tractat. 27. part. 2. num. 125.* Trullench. *libr. 3. Decalog. cap. 2. dub. 7.* Toletus *lib. 6. cap. 4. num. 2.* Villalobos *tractat. 23. diffic. 4. numer. 10.* Layman. *libr. 4. tractat. 8. capit. 3. numer. 4.*

463 *Tollit quidem.* Tollit quidem. Quia ieiunij præceptum non prohibet iter pedestre: ergo voluntariè potest suscipi à quocumque, & ieiunium non obligabit, si labor itineris sit cum eo incompatibilis. Ita Sanchez *Consil. capit. prim. dub. septim. num. 16. & 17.* Manuel *summ. part. prim. capit. 23. numer. prim.* Ortiz. *summ. capit. 19. numer. 12.* Bonacin. *præcept. Eccles. dub. vltim. quæst. 1. punct. vltim.*

*vltim.num.*11. Lublin. *verb. Ieiunium, cap.* 5. Baſſæus *verb. Ieiunium* 2. *num.* 7. Ledeſma 2. *libr.* 4, *quæſt.* 17. *art.* 3 *propoſ.* 2. Viguer. *Inſtit. Theol. cap.* 7. §. 3. Sà *verb. Ieiunium, num.* 9. Medin. *lib. prim. ſumm. capit.* 14. *Paragraph.* 10. Sancius *in ſelect. dub.* 51. *num.* 21. Paſqualig. *deciſ.* 314. *numer. tert.*

464 *Auctoris reſolutio.* Profectò perpendens primæ ſententię fundamentum, Doctorumque eam ſi mantium grauitatem, eis hærere decreueram. Aſt legens meum Thomam Sanchez maturiori conſilio mutaſſe ſententiam, quam *l.* 5. *Conſ. c.* 1. *d.* 10. *n.* 1. docuerat ſecutus primæ ſententiæ Auctores: ſecundam ſaltem æque probabilem mihi eligendam duxi.

DVBVM CI.

An iter nouem, vel decem leucarum vna die equo percurrens, liber ſit à lege ieiunij?

465 *Non eſt liber.* LIber non eſt. Quia leuis eſt moleſtia eorum, qui equo proficiſcuntur: imo hoc genus itinerandi facilius geritur cum ieiunio, quam expleto ventre. Sic Bonacin. *di p. vltim. de legibus, quæſ.* 1. *punct. vltim. num.* 11. Filliucius *tract.* 27. *part.* 2. *num.* 122. Toletus *lib.* 6. *capit.* 4. *num.* 5. Sanchez *lib.* 5. *Conſil. cap.* 1. *dub.* 10. *num.* 4. Fagundez *præcept.* 4. *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 17. Trul. *lib.* 3. *Decal. cap.* 2. *dub.* 7. *num.* 12. Azor. *l.* 7. *c.* 17. *quæſtion.* 9.

466 *Liber eſt.* Liber quidem eſt. Quia equitans nunquam non ſi nouem vel decem leucæ vna die ſint percurrendæ, valdè defatigatur, & laſſatur equi agitatione. Ita Ortiz. *ſumm. cap.* 19. *numer.* 7. & 10. Diana *part. prim. tractat.* 9. *reſolut.* 46. huius Auctoris ſententiam non improbat: & tam expreſſè approbat *part.* 8. *tractat.* 7. *reſolut.* 40. Machad. *ſumm. tom.* 2. *lib.* 6. *p.* 6. *tr.* 6. *docum.* 3. *numer.* 1. Leander *tract.* 5. *d.* 8. *quæſ.* 101. & alij.

467 *Sententia Auctoris.* Mea ſententia eſt, Paſqualigum ſecutus *deciſion.* 316. teneri equitantes ieiunare, ſi iter ſit breue, & equus placidus, & obtemperans, greſſu facilis, & ſine agitatione incedens: ſi autem equus haud placidus ſit, & incedat cum agitatione, paucarum leucarum iter intolerabilis oſtentatur. Scio, communiter Doctores ſolos pedeſtres à ieiunij lege exemptos eſſe dicere. Attamen ſi iter aliquorum dierum ſit, nempe octo, vel decem, excuſari viatores aſſero à ieiunandi lege, licet ſit equus placidus & ſolummodo octo leucæ ſint quotidie percurrendæ. Si verò iter vnius diei ſit, exiſtimo, placido equo incedentem à ieiunij lege non liberari. Demus ſi quis adhuc magnam ſentiat difficultatem, quia debilior eſt, non tenebitur ieiunare. Quia lex Eccleſiaſtica cum magna difficultate non obligat.

DVBIVM CII.

An teneantur curſores, qui vnico tantum curſui vnius horæ plus minúſve in die dant operam?

468 *Quæſtionis ſtatus.* TOtius diei, vel maioris partis illius curſores vulgariter, *Los que coren la poſta* exempti ſunt proculdubio à lege ieiunij. Quia eorũ labor grauiſſimus proculdubio eſt. Quæſierim verò, nùm teneantur ieiunare, qui vnico tantum curſui in die dant operam, nempe *Los Poſtillones?*

469 *Tenentur quidem.* Qui tantummodo vnicum curſum perficit, vulgò, *Vna poſta*, tenentur ieiunare. Quia aſſueti ei miniſterio breui temporis interſtitio, nempe vna plus minúſve hora perficiendo, parum defatigantur. Sic Paſqualig. *deciſion.* 315. *numer.* 6.

470 *Non tenentur.* Non tenentur. Quia eorum labor eſt ingens, notabilem ex ſe generans laſſitudinem: quamuis enim vnius horæ ſpatium non excedat, intenſione ſuperat temporis breuitatem. Ita Leander *tractat.* 5. *dub.* 8. *quæſt.* 100.

471 *Secundam ſententiam eligo.* Ego quidem probabilem reor eſſe primam ſententiam, præcipuè cum ſine veniali huiuſmodi homines poſſint, quando currendi inſtat occaſio in die ieiunij, vna, vel altera panis vncia aũt alterius cibi, ac meri poculo, ſufficienter aduerſus breuis curſus moleſtiam muniri, vt ſimul valeant ieiunare. Attamen alio ex capite probabiliorem ſe mihi ſecunda ſententia obiicit. Nam hi poſt confectum vnius horæ curſum, ad hoſpitium reuertuntur, vbi expectant, parati quidem nouum curſum peragere, ſi occaſio ſe dedat: ad quod robuſti, indigent viribus: ergo non tenentur eas ieiunio relaxare.

DVBIVM CIII.

An qui curru, quadriga, vel lectica gerit iter, eximatur à ieiunij obligatione?

472 *Non eximitur.* NOn eximitur. Quia facilis admodum iter agendi modus, qui vires non atterit, quæ indigeant multiplici refectione. Sic Paſqualigus *deciſion.* 317. *numer. prim. & ſecund.* Toletus *libr.* 6. *capit. quart. numer. quint.* Trullench. *libr.* 3. *Decalog. cap.* 2. *dub.* 7. *numer.* 12. Sanchez *libr.* 5. *Conſil. capit. prim. dub.* 10. *numer. quart.*

473 *Eximitur.* Eximitur quidem, ſi per plures dies iter agat, ſicut equitans excuſatur. Quia ex continuatione vires valde laxantur. Ita Bonacin. *de præcept. Eccleſ. dub. vltim. quæſtion.* 1. *punct. vltim. numer.* 11. Leander *tractat. quint. dub. octau. quæſtion.* 10. Filliuc. *tract.* 27. *part.* 2. *num.* 122. Diana *part.* 10. *tract.* 14. *reſolut.* 39.

Aſſero

474 *Asserio regulato.* Assero, eum, qui curru duarum scilicet rotarum totius diei gerit iter excusari, sicut ille, qui equo nouem, aut decem percurrit leucas. Quia magis currus quam equi commotione vires atteruntur, præcipuè si via sit inæqualis. Qui vero quadriga (vulgò *Coche*) vehitur vnius, vel duorum dierum perfecturus iter, non eximitur, (nisi capite valde sit debilis.) Quia facilior est pergendi modus. Demum qui lectica deportatur, etiamsi pluribus diebus tendat: non eximitur à ieiunij lege. Quia placida admodum deambulandi ratio. Quod si aut quadrigæ, aut lecticæ vsum plurium dierum perdurare contingat instantia, & probabiliter dubitari possit de superuentura debilitate, ob magnam longi itineris defatigationem, cessat ieiunandi obligatio.

DVBIVM CIV.

An liceat, operarium conducere cum pacto, quod ieiunaturus non sit, ne seruans ieiunium, minus solito laborare valeat?

475 *Licet.* Minime licet. Quia nefas est impedire præcepti obseruationem eis, qui parati sunt ad ieiunium, & satagunt abstinentiæ laborem cum ministerij sui molestia componere. Sic D. Thom. *in 4. distinct. 15 quæst. 3. artic. 2. quæstiuncul. 4. ad 1.* Paludan. *quæstion. 4. n. m. 18.* Durand. *in 10 numer. 6.* Richard. *qu. 4. articul. 3.* Caietan. *2. 2. qu. 147. art. 4.* Sylvest. *v. Ieiunium, q. 9. n. 14.* Trull. *l. 3. Decal. cap. 3. dub. 7. numer. 8.* & alij.

476 *Licet quidem.* Licet omninò. Quia non inducit eos ad violandum ieiunium, cum huiusmodi operarij præcepto hoc non adstringantur laboraturi: ergo licitum est eiusmodi pactum: cum conductor operariorum non curet eos ab opere meritorio abstrahere, sed propriæ vtilitati prouidere ne ex ieiunio in labore tabescant. Ita Fagundez *præcep. 4. l. 1. c. 8. num. 6.* Sanchez *l. 5. Consil. dub. 8. num. 2.* Pasqualigus *decis. 323.*

477 *His adhæreo Doctoribus.* His adhæreo Doctoribus addens, secus dicendum esse, si quis operarios conduceret ad laborem non excusantem à ieiunio; tunc enim lethaliter delinqueret, eam apponens conditionem, nisi operis necessitas festinationem exigat, & non posset plures inuenire operarios, qui tempore necessario perficerent. Didici ex Sancio *citato.*

DVBIVM CV.

An possit dominus in die ieiunij famulu iniungere opera cum ieiunio incompatibilia, si in diem alteram valeant differri?

478 *Non potest sine graui piaculo.* Non potest sine graui piaculo. Quia dominus tenetur familiam suam à præceptis implendis non impedire: differre ergo debet in diem alteram incompatibilem laborem sicut cum instat obseruandi festi præceptum in alteram diem opera seruilia differuntur. Sic Paludan. *in 4. distinct. 5.* Gabriel. *quæstion. 2.* Angles *quæst. 7. de ieiun. difficult. 2. append. vnic.* Sa *verb. Ieiunium, num. 16.* Sylui. *2. 2. q. 147. quæst. 1.* Nauarr. *summ. capit. 21. numer. 2* Azor. *libr. 7. capit. 21. quæstion. 12.* Toletus *libr. 6. cap. 5. numer. 1.* Fagundez *præcept. quart. libr. prim. capit. 10 numer. 11.* Lublin. *verb. Ieiunium, numer. 22.* Reginald. *libr. quart. numer. 213.*

479 *Potest sine vllo piaculo.* Potest sine vllo piaculo. Quia famuli licitè possunt in die ieiunij opera cum ieiunio incompatibilia exercere, non enim præceptum ieiunij obligat ab iis abstinere: ergo & dominus licite potest eis illa iniungere. Ita Trullen. *libr. tert. Decalog. cap. 5. dub. 8. septim. numer. octau.* Pasqualigus *decision. 324.* Sanchez *libr. quint. Consil. cap. 9. rim. dub. 9. num. 5. 8. 9.* citans presso nomine doctos Iumores Moure *in Exam. Theolog. part. secund. capit. octau. Paragraph 5. 8. und. numer. 15.* Bonacin. *de præcept. Eccles. dub. vltim. quæstion. prim. punct. vltim. numero nono.* Ortiz. *summ. capit. 19. numero 14.* Leander *tractat. quint. dub. octau. quæstion. 108.*

480 *Hoc mihi probabilius.* Probabiliorem hanc reor esse sententiam. Video enim viros Religiosos, & sæculares timoratos neque operarios die ieiunij dimittere, neque famulos de labore subtrahere. Et hoc profiteri cogantur qui docent, (satis probabiliter) laborem omninò spontaneum à lege ieiunij excusare.

DVBIVM CVI.

Qui ob mercedem vel ex mercede concionantur, eximuntur ne à lege ieiunij?

481 *Nonnulla suppono.* SVppono ex *sectione 1.* ingenij laborem si magnus sit, ab obligatione ieiunij eximere. Quia labor ingenij magnus nimium afflet corpus affligere. Hinc colligo Concionatores, qui ex officio, bedientia, aut voto gerunt sermonem, vel quotidie, vel quater, aut ter singulis Quadragesimæ hebdomadis à ieiunio eximi, & ratione laboris actualis concionandi, & quia debent conseruare vires ad commode prædicandum, quod ieiunio attriti difficilè præstare possent. Ratio verò cur Concionandi officium à lege ieiunij liberet, est. Quia charitatis officia ieiunij præcepto sunt præferenda. Quæsierim autem, num etiam qui eæ mercede concionantur liberi sint à lege ieiunij?

482 *Liberi non sunt.* Liberi non sunt. Quia si Concionatoris officium à ieiunio excusat eo quod sit charitatis opus, qui ob mercedem sugg-stum ascendit, *sunt*, non liberabitur à ieiunij lege, siquidem non ex charitate, sed ex mercedis lucro recipiendo mouetur. Sic Fagundez *præcept. 2. lib. 1. capit. 8. num. 19.* Sylvest. *verb. Ieiunium, num 26.* Ledesma *2. in 4. dis. 17. art. 2. dub 9.* Azor *l. 7. cap. 28. q. 1.* Philiarch. *de offic. Sacerd. tom. 1. p. 2. l. 3. c. 25.* & alij.

Sunt

483 *Sunt liberi.* Sunt quidem liberi, si commodè non valeant ieiunare. Quia mercenarij non tenentur ad ieiunium, quando labor cum eo est incompatibilis: ergo nec concionatores etiamsi ex mercede concionentur. Ita Gabriel. *in 4. dist. 16. quæst. 5. art. 1. notab. 4.* Palac. *dist. 15. d. 8.* Sà *verb. Ieiunium, num. 9.* Lublin. *num. 5.* Tabie. *num. 16.* Bonacin. *de præcept. Eccles. dub. vltim. quæst. 1. punct. vltim. num. 13.* Sanchez *lib. 5. Consil. cap. 1. dub. 13* Llamas *part. 3. Method. cap. 5. §. 21.* Trullench. *lib. 3. Decal. cap. 2. dub. 7. n. 15.* Diana *part. 1. tract. 9. resolut. 11.* Pasqualig. *decis. 326. num. 2.*

484 *Auctoris resolutio.* Scio Nauarrum *summ. cap. 21. num. 16.* cum limitatione hoc in casu loqui. Docet enim, primam sententiam esse veram, si quis principaliter ob mercedem concionaretur, vt mercenarij assolent: non verò si concionarentur principaliter ob pietatem, vel ob inopiam sublevandam ad sustentationem, & minus principaliter ob mercedem. Hæret Reginald. *libr. 4. num. 219.* Ego autem probabilem satis primam sententiam ducens secundam longè probabiliorem esse reor. Nec enim negandum concionatori laboranti, mercenarij instar, quod vulgari mercenario conceditur, dùm vtriusque labor compati cum ieiunio non valeat.

DVBIVM CVII.

An eximatur à ieiunio eo die Concionis, qui semel tantùm in hebdomada, in mense, vel anno concionatur?

485 *Non eximitur.* NOn eximitur. Quia labor est exiguus, qui quidem valet cum ieiunij obseruatione compati. Sic Villalobos *part. 1. summ. tract. 23. difficult. 4.*

486 *Eximitur.* Eximitur planè. Quia adest sufficiens labor tam spiritualis, quam corporalis ad huiusmodi obligationem soluendam. Ita Sanchez *libr. 5. Consil. cap. 1. dub. 13. num. 6.* Ioann. Henriquez *summ. section. 16. quæstion. 30.* Pasqualigus *decis. 326. num. 7.*

487 *Sententia Auctoris.* Qui semel aut bis in hebdomada Quadragesimæ concionatur, haud excusari à ieiunio totius Quadragesimæ affirmo, nisi debilis sit complexionis adeò, vt ieiunium munus concionandi impediat, aut efficiat, vt nimium molestè geratur. Attamen eo die, quo quis quouis anni tempore concionatur existimo liberum esse à ieiunio, imo posse die antecedenti non ieiunare. Quia hoc requiri videtur ad robur necessarium, vt oratio non languescat. Lege Trullenchum *libr. tert. Decalog. capit. secund. dub. septim. numer. 15.* & Dianam *part. 10. tractat. 11. resolut. 34.* idem asserentes.

DVBIVM CVIII.

Confessarij qui non ex officio, vel obedientia, sed voluntariè tota die confessionibus audiendis intersunt, eximunturne à lege ieiunij?

488 *Nonnulla suppono.* SCio, Pasqualigum *decision. 321. num. 3. & 4.* excusare Confessarios, si tota die, scilicet à mane in meridiem, & aliquibus vesperè horis audiendis confessionibus laboriosis intersint lethalium nempe criminum: non tamen si audiant confessiones solum venialia continentes. Quia in his labor exiguus, in illis autem magna molestia in interrogandis pœnitentibus reperitur. sed absolutè credo excusari, si fere per diem totam huic ministerio incumbant. Quia verè est magnus tam spiritui, quam corpori labor, etiamsi de venialibus confessiones gerantur. Quæsierim autem, nùm eximantur à ieiunio, qui non ex officio, sed voluntariè tota die, vel maiori eius parte confessionibus audiendis intersunt?

489 *Non eximuntur.* Non eximũtur. Quia non est suscipiendum pro libito ministerium, cuius causa omittenda sit præcepti obseruatio: igitur quando officium vel obedientia non vrget, debet quis à voluntario ministerio abstinere, quod incompatibile cum obseruatione ieiunij videatur. Sic Caietan. *2. 2. quæst. 147. art. 3.* Toletus *libr. 6. cap. 4. num. 4.* Angles *quæst. 6. de ieiun. difficult. 3. append. 2.* Moure *part. 2. summ. cap. 8. §. 2. num. 12.* & alij.

490 *Eximuntur.* Eximuntur planè, si cum auditione confessionum incompatibile sit ieiunium. Quia melius, & vtilius est confessiones audire, quam ieiunare. Ergo potest quis vltroneus eligere, quod melius esse reputatur. Ita Gabriel. *in 4. dist. 16. quæst. 5. art. 1. notab. 4.* Trullench. *lib. tert. Decalog. cap. 2. dub. 7. num. 15.* Bonacin. *de præc. Eccles. dub. vltim. quæstion. prim. punct. vltim. numer. 13.* Sanchez *libr. 5. Consil. capit. prim. dub. 13.* Diana *part. prim. tractat. 9. resolut. 11.* & alij.

491 *Cum his opinor.* Cum his opinor. Non enim prohibetur quis per ieiunij præceptum opera vltroneè suscepta relinquere, etiam quando incompatibilia cum ieiunio existant, (de quo suprà.) Ergo debet à ieiunio eximi qui commodè nequit ieiunare. Profectò qui à mane vsque ad meridiem confessiones exaudit, etiamsi vespere auditurus non sit, crediderim à ieiunio ea die esse satis probabiliter exemptum.

DVBIVM CIX.

An Lectores Theologiæ, Iuris ciuilis, & Canonici, Medicinæ, ac Philosophiæ absolutè sint à ieiunij obligatione liberi?

492 *Absolutè sunt liberi.* SVnt absolutè liberi. Quia labor vnius horę in legendo, & post lectionem in respon-

denda

denda ad discipulorum interrogationes sufficiens est, vt possit licite abstinentia à ieiunio reparari. Sic Molfes. *sum p.1.tr.10.c.14.num.48.* Llamas. *p.5. Metho.c.5.§.21.* Ledesma 2.4.q.17. *a.3.post 2.propos.* Gordon. *l.6. Theol.mor.q.18. cap.6.*

493 *Non sunt liberi absolute.* Non sunt liberi absolute. Quia labor præfatus in legendo, ac respondendo leuis est. Ita Sanch. *l.5.consil.c.1.dub.13.n.8.* Villalob. *p.1. sum.tr.21.diffic.4.n 5.*

494 *Meam sententiam profert.* Ego autem existimo, tunc Lectores liberos esse à lege ieiunij quando lectioni, quam discipulis dictant, adiiciunt necessarium studiũ præcedens, vt id cum plausu ministerium gerant. Quia tunc sufficiens ad soluẽdum ieiunij obligationem labor existit. Secus dixerim quando dictant lectiones iam rursum repetitas, vel olim discursu calamoque exaratas, tunc enim leuis est labor. Nisi alias ex accidẽti cum lectione altarum rerum adderetur studium; tunc enim ex vtroque labore labor sufficiens ad absoluendum Doctorem à ieiunij lege resultaret. Ex Pasqualiguo *decis.327 n.4.& 5.* accepi. Addiderim, Præsidentes in publicis aut priuatis disputationibus à ieiunio esse immunes, si magno conatu in respondendo, & speculando, vtantur: secus verò si paruũ, seu perbreue temporis interstitium eo quod sustentans facile sine Præsidis admiriculo argumentis respondeat. Arguentes vero seu replicantes rarò aut nunquam ex hoc ministerio à lege ieiunij eximi poterunt, quia raro aut nunquam accidit, eos per horam integram argumento instare, cum pluribus Doctoribus dandus sit ad arguendum locus. Denique eximo eos, qui ostentationis lectiones proferunt vel oppositionis causa dicunt esse eo die à ieiunio immunes, & antecedenti. Quia in vno ac altero die magno assolent labore premi.

DVBIVM CX.

Liberi sunt, & non sunt qui quatuor diebus singulis Grammaticæ lectiones agunt, à totius Quadragesimæ ieiunio?

495 *Non sunt liberi absolute.* NOn sunt absolute liberi à totius Quadragesimæ ieiunio, sed solum possunt tertio quoque die non ieiunare. Quia ad laborem, qui grauis admodum non est, sustinendum, sufficit moderata reparatio. Nisi lector debilis valde sit, & ideo maiori reparatione indigeat, nempe absoluta à ieiunio exemptione. Sic Sanch. *l.5.Consil.c.1.dub.13. num.7.*

496 *Absolute sunt liberi.* Absolute liberi sunt à totius Quadragesimæ ieiuniis, dum actualiter suum munus exercent. Quia magno prorsus labore quis poterit quotidie quatuor horas in explicandis, aut recolendis Gammatices præceptis, seu Auctoribus interpretandis insumere. Ita Laym. *l.4. tr.8.§.8.n.4.* Leand. *tr.5.d.8.q.119.* Pasqualig. *decis.129.*

497 Prof-cto qui Rhectoribus in societatis

Schola pluribus annis præcepta tradidi? & Latinorum Auctorum interpretem egi, testis affirmo, improbum huius ministerij esse laborem. Et quamuis nunquam ex hac causa à ieiunij obseruatione recessi, nec vidi aliquem in societate humanarum literarum Magistrum sese vt exemptum ab hac lege præbuisse: credo, nos hoc gratis ex deuotione, non ex obligatione præstitisse. *Idem asserto.*

DVBIVM CXI.

An immunis sint à ieiunio Scholares, Aduocati, Procuratores, Iudices, Scribæ Notarij, Secretarij, Medici, Chirurgi, & Cantores, qui per totam diem fere suis ministeriis incumbunt?

498 *Non sunt immunes.* NOn sunt immunes à ieiunio Scholares, qui propria sponte adeo laborant in studiis: vt simul ieiunare non valeant: tenentur enim laborem remittere, & ieiunia seruare. Quia publica obseruantia non est omittenda. Sic Bonac. *de præc. Eccl.d.vlt.q.1. pun. vlt.n.12.* Azor. *p.1.l.7.c.18 quæs.8.* Reginal. *libr. 4.num.256.* Angl. *quæs.6. de ieiun. diffic.14. append.1.* Molfes. *summ.tract.10.cap.4.num.43.* Trull. *libr.3. Decal. capit.2. dub.7.numer.9.* Nec Aduocati, Procuratores, Iudices Scribę, Notarij, Principum Secretarij, Medici, Chirurgi, & Cantores. Quia eorum labor exiguus est. Sic Azor. Reginal. Trull. Molfes. & alij *vbi sup.*

499 *Immunes sunt.* Immunes sunt Scholastici. Quia non tenentur studium consuetum minuere vt ieiunare valeant, cum nemo ob ieiunium à proprio officio debeat abstinere: & studium continuum sufficiens causa est, vt soluat ieiunij obligationem: plus enim lassat vires, quam alia artis mechanicę exercitamẽta. Sic Sanci. *in select.d.54.n.17.* Pasqualig. *decis.333.a n.3. ad 6.* Porro Aduocati, Procuratores, Iudices, Scribæ, Notarij, Principum Secretarij, Medici, Chirurgi, ac Cantores immunes etiam sũt. Quia eorum exercitamentum per diem totam nimium membra debilitat. Ita De Aduocatis Procuratoribus, & Iudicibus Philiarc. *de offic. Sacerd.to.1.p.2.l.3.c.35.* Diana *p.1.tr.9.resol.12.* Sanch. *l.5.consil.c.1.d.13.n.10.* Sanci. *in select. d.54.num.17.* Pasqualig. *decis.334.* De Scribis, ac Notariis Ludou. de San. Iuan. *part.1.summ. tract. de ieiun. articul.7. diffic.8. append.1.* Diana *part.4. tract.4. resolut.130.* Machad. *tom.2.lib.6. part.8.tract.8.docum.5. numer.1.* Angl. *quæst.6.diffic.10. append.1.* De Regum, aut Principum Secretariis Angl. Pasqualig. & Ludou. de San. Iuan. *citati.* De Medicis, & Chirurgis Llamas *part.3. Metho. cap.5.§.21.* Leand. *tr.5.d.8.q.125.* De Cantoribus denique Pasqualig. *decis.138. numer.5. & 6.* Leand. *tract.127.*

500 *Quid de omnibus hic sententiam expono.* Ego quidem his Doctoribus fere adhærescens, affirmo, Scholares lege ieiunij non cõprehendi, si nimium studio operã expediãt. His namque officium studendi est proprium,

à quo abstinere non coguntur, sicut nec alij officiales, qui ex officio defatigantur. Iudices, Procuratores, & Aduocatos merito à ieiunio excusari reor, si tota die suo muneri incumbant. Nam studere debent, legere scripturas, ponderare, scribere pro clientibus, Iudices informare: vnde munera hæc tota die susceptа vires ieiunio ineptas exponent. De Notariis, ac scribis totius, vel maioris partis diei, idem assero. Exercitatio enim hæc ingentem præsefert laborem iuxta vulgare illud:

Scribere qui nescit, nullū putāt esse laborē.
Tres digiti scribunt, cætera membra dolent.

Quid de Principum secretariis dubitem, si per totam diem huic officio dent operam, si nō soluūt laborant in scribendo, sed etiam in cōponendis literis occupantur? Certe si de Medicis, vel Chirurgis loquar, licet absolute ac regulariter loquendo, ad ieiunia teneātur: duplici in casu ab eo eximuntur. Primus est, si ægrorū multitudo adsit, quæ huc illuc eos discurrere cogat. Alter est, si infirmorū timeant fœtore se esse nocituro afficiēdos, præcipuè cū contagiū peruolat cómune, vel contagiosum ægrū sint curaturi. Demū si Cantores per totū ferè diē canant, (quod raro contingere potest) nō tenentur ieiunia seruare; tūc enim labor notabilis esse censetur: secus vero si paucas diei horas huic muneri impendant.

DVBIVM CXII.

An qui se processionibus publicis, aut priuatim flagellat ad ieiunium euitandum, peccet lethaliter ex ieiunij omissione?

501 *Nonnulla suppono.* SVppono ex certa fere sententia; eos, qui se publicis processionibus flagellant siue confratres sint, sine non à ieiunio esse immunes. Quia flagellatio publica est opus pietatis maxime ad publicā ędificationē conducēs: Ergo in die ieiunij potest licite geri. At si geri licitè valeat, incompatibilis est cum ieiunio debilitas, quæ ex sanguinis profusione procedit. Docet Sanch. *l.5. consil. c.1. dub. 12. num.2.* Sanci. *in select. d.54. nu.2.* Diana *p.1. tr.9. resol. 46.* Filliuc. *tr.27. p.2. n.123.* Nec audiendus Palacios, qui *in 4. dist. 15. d. 8.* contrariū asseruit. Quæsierim vero, num qui flagellationis laborem ea intentione suscipit, vt valeat ieiunium soluere lethaliter deliquat?

502 *Non deliquit.* Non delinquit. Quia assumit medium licitum, vt se ab obligatione huiusmodi expediat: potest enim quis licite se subtrahere obligationi, quando alioquin vtitur medio; hoc nāque non est fraude vti, sed vti iure proprio ad ea, quæ possunt ab obligatione eximere. Quod quidem efficacius valet in casu nostro: eligitur enim opus excellentius, quod sua ex natura soluit ieiunij obligationem, vnde nihil fit contra præceptum. Sic Pasqual. *decis. 340. n 5.*

503 *liquit* Delinquit plane. Quia lethaliter peccat cōtra præceptum quodlibet, qui media alias licita sumit compatibilia cum præcepto ex intentione non impleendi; hoc enim est expresse velle frangere illud. Ita Sanch. *lib. 5. consil. c.1. dub. 12.* & alij.

Cum his opinor. 504 *Cum his opinor.* In casu enim præfato nō eligitur formaliter excellentius opus, vt asserit Pasqualigus cum omnino vitietur ex vitioso fine, nempe non ieiunandi, dum præceptum vrget. Sed vt planius fiat, & similes casus hac ex mente resoluas, sequens Dubium annotandum obiicio.

DVBIVM CXIII.

An peccet lethaliter contra ieiunij qui media licita incompatibilia cum ieiunio assumit ea intentione, vt liber sit ab obligatione ieiunij?

NOn peccat. Quia nō operatur cōtra ieiunij legē, cū impotens ratione lassitudinis ex assumpto labore iam præcepto minime adstringitur. Nec deliquit quando assumpsit media licita ex intentione nō ieiunādi; nō enim egit contra legē ieiunij, sed se obligatione legis subtraxit, adhibēdo media licita laboriosa, quæ à lege ieiunij excusant. Sic Sanci. *in select. d.54. n.14. & 20.* Ghilinus *sum v. Ieiunij, n.21. lit. M.* Pasqual. *decis. 320. n.3.* citans Dianam. Qui *p.1. tr.9. resol.52.* asserit, sibi Sancij sententiam non displicere, sed ipse contrariæ hæ rescit, vnde haud fideliterà Pasqualigo citatur. 505 *Nō peccat.*

Peccat quidem. Quia violat præceptū ieiunij, qui eo instante, id non vult adimplere: At qui ex intentione non seruandi ieiunium assumit media cum ipso incompatibilia, ieiunare non vult, instante præcepto: Ergo verè violat ieiunij præceptum. Minorē probo. Nā ex intentione non ieiunandi mediis vsus est incompatibilibus cum ieiunio cuius præceptū cum sēper adsit, sēper ligat illum, qui id valet implere. Ergo per illam non ieiunandi intentionem ad media antecedentem, vere ieiuniū violauit. Ita Azor *p.1. c.17. q.9.* Palao *to.1. tr.3. d.1. pun.21. nu.3.* Ioan. Henriq. *sum. sect.16. qu.29.* Manu *p.1. summ. cap.23. concl.6.* Diana *citatus.* Lublin *v. Ieiunium. nn.29.* Villalob. *p.1. sum. tr.23. diffic.4. n.11.* Sanch. *l.5. consil. c.1. dub.7. n.12.* Bossi. *disc. ept.4.* Salas *1.2. d.2. sect.9. n.118.* Nauar. *sum. c.21. n.17.* Bonac. *to.2. d.2. de peccat. q.8. pun.1. n.16.* Laym. *l.4. tr.8. c.3. n.5.* Trull. *l.3. de al. c.2. d.b.7. n.10. & 11.* & alij. 506 *Peccat plane.*

Profecto non peccat, ille lethaliter, quando post defatigationem laboriosam non ieiunat: sed dum assumit media illa licita ex intētione non ieiunandi. Fraude enim vsus est ad præceptum non obseruandum, quod minimè licet, vt patet *ex lege. Contra legē 29.* Igitur dū quis media incompatibilia cum ieiunio ad nō ieiunandum assumit, vere contra legem ieiunij operatur, & lethaliter plane delinquit, siue illicita media, siue licita ea intentione assumat. 507 *His adhæreo.*

DVBIVM

DVBIVM CXIII.

An liber sit ab hoc præcepto absolutè, qui magnam difficultatem in ieiunando sentit?

508 *Liber est.* LIber quidem est. Quia magna repugnantia, ac difficultas ipsa vires omnino lassat idque reddit ad laborem inutile. Sic Bonac. *de præc. Eccl. d. vlt. q. 1. pun. vlt. n. 15.*

509 *Non est liber.* Non est liber. Quia si propter huiusmodi repugnantiam liceret præceptorum Ecclesiæ obseruantiam omittere, multi ex difficultate cõfessionis, ac cõmunionis præcepti obseruationẽ præterirent. Debet ergo fidelis præfatã vincere repugnantiam, & se præcepti accingere obseruationi. Ita Ledes. *2. 4. qu. 17. art. 3.* Angl. *q. 5. de ieiun. diffic. 4. dub. 2 propos. 2.* Medina *C. de ieiun. q. 9.* docens posse facile eũ huiusmodi hominibus dispensari, eo quod ex ea repugnãria detur sufficiẽs dispensationis causa: Ortiz *sum. c. 19. n. 13.* Filliuc. *tr. 27. p. 2. n. 125.*

510 *Auctoris opinio.* Profecto si difficultas ex vitiosa aliqua gulositatis consuetudine proueniat, eum non excusari reor: repugnantia enim hæc debet ipsa virili ieiunandi resolutione superari. Attamẽ si difficultas ex naturali conditione oriatur, nempe ex nimio calore quandam agnatam voracitatẽ excitãte, cui difficile admodũ sit resistere: verè à ieiunij lege excusari crediderim; hæc enim cum tanto non obligat incommodo. Lege Pasqualigum *decis. 343. à n. 3.*

DVBIVM CXV.

Dubitat quis, num iustam habeat non ieiunandi causam: teneturne ieiunare?

511 *Non tenetur.* NOn tenetur. Quia possessio stat pro illis, qui dubitant: Ergo non tenentur hi ieiunare, cũ in dubio melior sit possidentis conditio. Sic Pasqual *decis. 344. n. 3. & 4.*

512 *Tenetur plane.* Ieiunare tenetur. Quia in hoc casu possessio stat pro ieiunij præcepto. Ita Bonac. *de præc. Eccl. d. vlt. q. 1. pu. vlt. n. 15.* Lessi. *l. 4. c. 2. dub. 5. n. 34.* Azor. *l. 7. c. 18. q. 2.* Nauar. *sum. c. 2. n. 21.* Angel. *v. Ieiuniũ, n. 20.* Abul. *ad cap. 6. Mat. qu. 150.* Trull. *l. 3. Decal. c. 2. dub. 7. nu. 20.* Bassæ. *v. Ieiunium, 2. n. 11.* Moure *p. 2. sum. c. 8. §. ... nu. 13.* Tolet. *l. 6. c. 4. n. 9.*

513 *Cum his opinor.* Existimo teneri eum ieiunare, nisi dispensationem ad nõ ieiunandum obtineat, vel dubium aliqua ex ratione deponat. Probabilius nãque est, in hoc casu possessionẽ pro ieiunij præcepto stare. Addiderim, cũ qui putat, se iustã causã nõ ieiunãdi habere, sed reuera illam nõ habet, nõ peccare leuiter, si nõ ieiunet. Quia vere secundũ rectam rationẽ dictantem quidem licitũ esse ieiunium soluere, operatur. Imo nec venialiter delinquere iudico. Nam operatio, quæ ex iusta ratione ortum ducit, nõ est peccaminosa. Mecum Tolet. *l. 6. c. 4. num. 6.* Vasq. *1. 2. d. 158. c. 4.* Suar. *l. 1. de legib. cap. 24.* Filliuc. *tr. 27. p. 2. n. 130.* & alij absolutè docentes illum non peccare.

DVBIVM CXVI.

Sumit quis manè in magna quantitate ientaculum, putans se habere iustam non ieiunandi causam, vel inaduertenter ignorans diem esse ieiunij, vel malitiosè: postmodum autem cessat causa illa quæ iusta putabatur, vel aduertit diem esse ieiunij: teneturne adhuc ieiunare?

514 *Tenetur quidem.* TEnetur quidem. Quia in primo & secũdo casu ientaculũ illud bona fide assumptum si insufficiens sit ad vnicam comestionẽ quasi sumptum non esset, debet reputari: si vero sufficiens sit, debet ille id loco comestionis ducere. & hora cõsueta refectiunculã sumere. Verũ si malitiosè ientaculũ sumpsit, tenetur adhuc à secunda refectione abstinere. Quia semper instat ieiunij præceptum. Sic Laym. *l. 4. tr. 8. c. 1. n. 13.* Bassæ. *v. Ieiunium, 1. n. 11.* Trull. *l. 3. Decal. c. 2. dub. 3. n. 5. & 15.* Gordon. *l. 6. q. 18. c. 5. n. 9.* & alij.

515 *Nõ tenetur* Minime tenetur. Quia in triplici casu iam soluit ieiunium quoad substantiã, quod semel violatũ nequit amplius reparari. Ita Palud. *in 4. dist. 15. q. 4 a. 5* Viuald. *in stipend. ad Candelabr. c. 5. n. 6.* Pasqual. *de is. 344. 345. & 346.* Leand. *tr. 5. d. 8. q. 114. 115. & 116.*

516 *Auctoris resolutio.* Certe qui iudicans se iustam causam non ieiunandi ientaculum in magna sumpsit quantitate, causa postea cessante, v. gr. itinere, quod credebat facturum, impedito: ieiunare non tenetur. Quia iam non potest esse vnica comestio. Qui verò inaduertenter sumpsit ientaculum videtur à ieiunio exemptus non esse; quia per eam comestionẽ non voluntariã ieiunium violatum non fuit. Attamen censeo ad ieiunandum non obligari. Quia non potest ea die formam ieiunij, quæ in vnica comestione cõsistit, asseruare. Idem dixerim efficacius de eo, qui malitiosè ientaculum in magna quantitate sumpsit. Quia semel ieiunio violato, nõ instat obligatio, cum substantia ieiunij obseruari non possit. Hæc quidem ex probabiliori in primo & secundo casu sententia retulerim. Mea autem sententia est, sic te gerere debere in casu inaduertentiæ, si comestio sit æquiualens prandio, eo die non sumas nisi refectiũculam. Si vero ientaculum id refectiunculę æquipolleat, ea die solum prandium assume. Si autem ob paruitatem nec pro prãdio, nec pro refectiuncula sufficere valeat, sume prandium & refectiunculam: attamen ieiunare teneris. Nam cum per inuoluntariam respectu ieiunij comestionem, ieiunium violatum non fuit, poteris equidem ieiũnare, & ideo teneris. Ex Leandro, & aliis.

DVBIVM CXVII.

An licitum sit ob hospitem Magnatem ieiunium soluere?

517 *Certa præmitto.* CErtum mihi (quidquid Gerson *Ser. in 1. Dominic. Quadr.* in contrarium adducat)

non licere,ob hospitem non Magnatem ieiuniũ omittere.Quia nulla vrget necessitas,nec suadet charitas, cum possit hæc à ieiunij obseruatore cum maiori ædificatione exerceri. vti docet Fagund.*præc.*4.*l.*1.*c.*10.*n.*12. Homobon.*p.*2. *Exam. tr.*11.*c.*7.*qu.*23.& Sylui.2.2. *q.*247.*a.*4. Quid verò si quis hospitem Magnatem excipiat ; poteritne ieiuninm soluere?

518 *Licitũ erit.* Licitum ei erit.Quia non videtur posse ilsũ sine graui incommodo seruare ieiunium: nam si non parat cœnam,hospes suspicabitur secum debita sibi magnificentia non excipi. Si vero paret cœnam, & accumbens non comedat præferens vel tacite ieiunij obligationẽ,ei imputabitur ad quandam importunam hospitis correptionem, vt querelæ excitabũtur. Sic Pasqual. *decis.*150. & Azor.*p.*1.*l.*7.*c.* 18.*q.*1.Tambur.*to.*2.*de iure Abbat.d.* 12.*q.*6.*n.* 3.ac Trull.*l.*3.*Decal.c.*2.*dub.*7.*n.*17. cum quocumque hospite concedunt posse excipientem ieiuniũ soluere,si hospes sumpsisset mane collationem,& ideo vespere cœnare deberet.

519 *Non erit licitum.* Non erit licitum.Quia licetMagnatem exceperit nulla subest causa violandi ieiuniũ cũ possit ei magnificentissimam cœnam opponere, mensæ accumbere, & hospitis gratia aliquid cibi absumere sine ieiunij violatione.Ita Reginal.*l.*4.*n.*221.Trull. *l.*3. *Decal. c.*2.*dub.*7.*n.*17.Leand.*tr.*5.*d.*8.*q.*151.& alij.

520 *Hoc verius.* Hoc verius admodum esse reor,asserẽs,nullo modo licere amici vel hospitis quantumuis Magnatis gratia ieiunium soluere, nisi quando proximi necessitas exerit. Hac enim occurrente, non solum poteris,sed debebis soluere,vt sæpe à viris Sanctis gestum esse Azorius pluribus confirmat exemplis. Ex Trullencho.

DVBIVM CXVIII.

An labor voluntarius excusans à ieiunio, possit instante ieiunio,quoties libuerit suscipi?

521 *Quæstionis status.* COnstat ex dictis,laborem voluntariè susceptum obligationem ieiunandi extinguere. Quia vnusquisque habet ius quemcũque laborem suscipiendum , quo nullatenus priuatur ob ieiunij obseruationem.Quæsierim autem,num labor huiusmodi à ieiunio excusans valeat in Quadragesima v. gr. cunctis diebus ieiunij assumi?

522 *Non potest.* Non potest assumi nisi semel aut iterum. Quia cum labor sit voluntarius , nec ex officio,aut necessarius ad victum,sæpius in die ieiunij assumi videtur esse in illius fraudem.Sic Sanch.*l.*5. *Consil.c.*1.*dub.*7.*n.*10.Trull.*l.*3.*Decal.c.*2.*dub.*7.*n.*10.*&* 14.

523 *Potest plane.* Potest , quoties libuerit , assumi. Quia id quod semel aut iterum est licitum,semper erit licitum geri, eisdem concurrentibus circumstantiis.Ita Pasqual.*decis.*318.Leand.*tr.*5. *d.* 8. *q.*155.

524 *Mihi hoc probabilius.* Probabilius hoc esse reor.Nam si hodie,& cras ius habeo ad laborem soluentem ab obligatione ieiunij , suscipiendum cur tertia, ac quarta die eo iure priuabor?Nec video vndenam id fiat die tertia , ac deinceps in ieiunij fraudem, si actum semel & iterum, in ieiunij fraudem geri dicendum non est.

DVBIVM CXIX.

Præuidet quis futuram ieiunandi impotentiam ex labore assumendo ob prauum finem(v.gr.ob venerem immoderatè exercendam)& tamen eiusmodi laborem suscipit Deliquitne incausa contra ieiunij præceptum?

CErtum est,nullatenus post illicitum laborem assumptũ ad ieiunium teneri. Quia labori illi agnatum est,haud posse ob debilitatem ex delicto sequutam cumie iunio componi.Quæstio autem est, an ille in causa contra ieiunij præceptum Deliquerit? 525 *Status quæstionis.*

Deliquit quidem.Quia præuidens, eum laborem futurum esse causam non ieiunandi, causam peccato dedit. Sic Ortiz *summ.c.* 10 *n.*17.Vega *p.*1.*sum.c.*14.*casu* 7.Trull.*l.*3. *Decal.c.*2.*dub.*7.*n.*10.Ioan.de la Cruz *p.* 1. *sum. de præc.*3.*a.*4.*dub.*9.*concl.*1.Sanch.*l.*5 *consil.c.*1. *dub.*7.*n.*15.Manu.*to.*1.*sum.c.*23.*num.*6.Homobon.*in Exam.p.*2.*tr.*8.*c.*7.*q.*23.*& tr.*9.*cap.*4. *quæst.*74. 526 *Deliquit plane.*

Non delinquit contra ieiunij præceptum, sed solummodo contra illam virtutem,cui hic prauus finis contrarius obiicitur.Quia præceptum ieiunij nõ obligat , vt quis ab operibus voluntariis inhonestis quantumuis abstineat, cum solum sistat in abstinentia præscribenda iis, qui illam seruare possunt. Ast defatigatus ex assumpto labore , malo ex fine licet , assumpto,non potest illam(vt suppono) seruare solum ergo deliquit contra præceptum,cui finis inhonestus opponitur. Ita Medi. *sum.l.*1.*c.* 14.§.10.Ledesm.*sum tr.*27 *c.*2.Filliuc.*tr.* 27.*p.*2. *n.*123.Diana *p.*1.*tr.*9.*resol.*40. Sanct. *in select. d.*54.*n.*20.Bonac.*to.*2.*d.*2.*de peccat.q.*8. *pun.*1. *n.*16.& alij. 527 *Non delinquit.*

Profecto postquam quis debilitatus est,factusque ad ieiunandum impotens etsi impotentia propria ex culpa oriatur,vt qui lassatus valde est in diruẽda ad furandũ domo, vel in proximi interẽptione,vel in actuũ multiplicatione turpium,vel in lõga via vt inuiseret cõcubinam , instituta:non tamen contra ieiunij præceptũ delinquit etiã in causa:nam lassitudo præfata membrorum visa est haud posse cum ieiunio componi licite quidem labore supposito.Deliquit igitur ex ipso labore illicite assumpto,contra illam virtutem cui finis inhonestus constet opponi. 528 *Probabilius hoc.*

CAPVT XVIII.

Circa peccata , quæ contra præceptum ieiunij assolent perpetrari.

DVBIVM

DVBIVM CXX.

An qui ieiunium violat secundo comedens, toties deinde lethaliter peccet quoties eo die cibum sumit sufficientem alias ad soluendum ieiunium?

529 *Toties peccat quoties comedit.*

TOties peccat lethaliter. Quia ieiunij præceptum est negatiuũ, vnde toties de nouo delinquit, quoties de nouo cibum in notabili quantitate sumit. Sic Molan. *Theol. pract. tr.* 13. *c.* 11. *concl.* 4. Montesin. *t.* 2. *q.* 73. *a.* 2. *quæstiunc.* 4. *n.* 47. Maior *in* 4. *dist.* 15. *q.* 6. Medina *C. de ieiun. q.* 5. Couar. *l.* 4. *variar. c.* 24. *n.* 13.

530 *Non toties peccat.*

Non peccat lethaliter quoties in illa die comedit, sed solum cum secundæ comestioni dedit operam. Quia præceptum ieiunij est primo & per se affirmatiuũ: vnde semel ieiunio violato in secunda comestione, iam vlterius non delinquitur. Ita Durand. *in* 4. *dist.* 15. *q.* 11. *n.* 9. Syuest. *v. Ieiunium, q.* 8. Angel. *n.* 22. Rosel. *n.* 4. Tabie. *q.* 9. Armil. *n.* 4. Nauar. *sum. c.* 21. *n.* 15. Azor. *p.* 1. *l.* 7. *c.* 9. *q.* 2. Fagund. *de præc.* 4. *l.* 1. *c.* 4. *n.* 5. Salas *de legib. d.* 14. *d.* 5. *n.* 67. Suar. *to.* 2. *de Relig. l.* 4. *c.* 7. *n.* 12. & alij.

531 *Hæc sententia longe est probabilior. Nam per secundam comestionem omnino ieiunij præceptũ violatur, & tollitur, cum forma præscripta ab Ecclesia auferatur: Ergo nequit vlterius violari, ac proinde nec delinqui in vlterioribus comestionibus. Et quidem cum Ecclesia præcipit, ne amplius in die quam semel comedamus, nihil aliud præcipit, quam ne bis comedamus. Perinde ac si alicui præceptũ esset, ne certũ locum vno passu trãsiliat peccabit quidem primo passu, non tamen secundo aut tertio iterum transiliens.*

DVBIVM CXXI.

An qui die ieiunij post secundam comestionem qua ieiunium violauit, vlterius comedit, toties peccet venialiter contra ieiunij præceptum quoties manducat?

532 *Peccat quidem.*

PEccat quidem. Quia inordinata illa post ieiunij fractionem comedendi multiplicatione leuiter præceptum vlterius violatur. Sic Less. *l.* 4. *c.* 2. *dub.* 3. *n.* 15. Filliuc. *tr.* 27. *p.* 2. *n.* 13. Bassæ. *v. Ieiunium, t. n.* 10.

533 *Non peccat.*

Minime delinquit venialiter contra ieiunij præceptũ. Quia per comestionem secundã tota præcepti substantia fuit destructa: ergo contra illud nihil vlterius peccari potest. Ita Trull. *l.* 3. *Decal. c.* 2. *dub.* 5. *n.* 4. Pasqualig. *decis* 338. *n.* 3. & 4. Diana *p.* 1. *tr.* 9. *resol.* 53. Villalob' *sum. tr.* 23. *diffic.* 6. *num.* 5. Sanci. *in select. d.* 54. *num.* 42.

534 *Cum his stat.*

Potest quis vlterius post secundam comestionem peccare non solum venialiter, sed & lethaliter, sed non quidem contra ieiunij præceptum, cuius iam destruxit substantiam, sed contra præceptum temperantiæ.

DVBIVM CXXII.

Violat quis ieiunium Quadragesimæ, in qua vigilia D. Matthiæ occurrit: perpetratne duplex piaculum?

535 *Perpetrat.*

PErpetrat quidem. Quia duplex violat præceptum lethale ad peccatum obligans. Sic Nauar. *sum. c.* 21. *n.* 4. Manuel Coninch, Lopez, & Reginaldus, quos affert Leand. *p.* 1. *tr.* 5. *d.* 8. §. 8. *q.* 5.

536 *Non perpetrat.*

Non perpetrat duplex piaculum. Quia ratio vtriusque præcepti ad temperantiæ virtutem vnice pertinet. Ita Trull. *lib.* 3. *Decal. c.* 2. *dub.* 5. *n.* 5. Pasqualig. *decis.* 359. Leand. *hic tr.* 5. *d.* 9. *quæs.* 4. citans Vasquez, Sanchez, Suarium, Sancium, & alios.

537 *Probabilius hoc esse reor.*

Probabilius hoc esse reor. Nec enim potest esse multiplex peccatum, cũ ratio præcepti sit ad eandem pertinens virtutem. Vnicum igitur piaculum est, grauius quidem. Addiderim hinc, eum qui ieiunium, ad quod ex Ecclesiæ præcepto, & voto, vel iuramento tenebatur, multiplex patrare delictum. Quia tunc violatur ieiunium, ad quod ille multiplici obligatione adstringitur diuersæ rationis nempè abstinentiæ & Religionis: aut Religionis & fidelitatis, vt adnotauit Pasqualig. citatus *n.* 4. & 6. Hinc etiam elicio, Regularem, qui violat ieiunium, ad quod ex præcepto Ecclesiæ ac Regulæ tenetur, non peccare dupliciter. Quia illa duo præcepta, quę violat, ad vnicam virtutem temperantiæ spectant. Vt Gordon. *in consil. Regular. resol.* 18. *numer.* 13. aduertit.

DVBIVM CXXIII.

An Dominus suos famulos teneatur compellere ad præceptum ieiunij seruandum?

538 *Nonnulla recolo.*

TEnetur dominus sub graui piaculo suos famulos monere, & suadere ad ieiunium seruandum iuxta illud Apostoli 1. Tim. 5. *si quis suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.* Igitur quando paterfamilias probabiliter censet à domestico suo sine causa violari ieiunium, si monitio non possit, debet eũ fraterna charitate corripere, vt ieiunij præcepto satisfaciat, vti docet Diana *p.* 1. *tr.* 9. *resol* 28. ex communi. Quæstioni autem do, an non solum teneatur monere, ac corripere, verum etiam compellere ad ieiunandũ, è domo scilicet minitando expulsionem, aut alimenta subtrahendo?

539 *Tenetureos compellere.*

Tenetur quidem. Quia vt paterfamilias nõ videatur D. Pauli illud transgredi monitum, debet non solũ de iis quæ ad corpus, verũ de iis, quæ ad animi salutem attinẽt famulis prouidere. Sic Medi. *C. de ieiun. qu.* 11. Maior. *in* 4. *dist.* 15. *q.* 4. Gabri. *dist.* 16. *q.* 3. *a.* 3. *dub.* 6. Molfes. *sum tr* 10. *c.* 5. *n.* 29. Ledes. *sum. tr.* 27. *c.* 2. *dub.* 6. *post* 6. *concl.* Comitol. *l.* 4. Sylui. 22. *q.* 147. *a.* 3. *concl.* 2.

540 *Non tenetur.*

Non tenetur. Quia hoc ad spirituale pertinet iurisdictionẽ Prælatis Ecclesiasticis aguatã.

Ita Trull. 3 *Decal. c. 2. dub. 6. n. 8.* Fagund. *præc. 4. l. 1. c. 10. n. 11.* Diana *p. 1. tr. 9. resol. 28.* Filliuc. *tr. 27. p. 2. n. 91.* Sanch. *l. 5. consil. c. 2. dub. 17. num. 5.* Reginal. *l. 4. nu. 199.* Azor. *l. 7. c. 20. qu. 12.* Sà *v. Ieiunium. n. 15.* Villalob. *tr. 23. diffic. 3. n. 3.*

Verius hoc mihi. Veriorem hanc sententiam esse reor. Domini enim non habent vim coactiuam, seu spiritualem in famulos iurisdictionem. Curare debent de iis, quæ ad sustentationem spectant, eosque circa spiritualia monere, corripere; sed cogere ad præceptorum obseruationem non tenentur, vnde famulorum crimini minimè cooperantur.

Auctori. resolutio. lios ieiunium nolentes obseruare: non tamen tenentur illos cogere, ob præfatam rationem. Attamen crediderim ex ratihabitione Prælatorum leui pœna posse illos, imo debere afficere ieiunare nolentes, si eam illis profuturam agnoscant. Idem dixerim dominis respectu famulorum, nempe teneri eis semel aut iterum negare cœnam, si sciant id famulis profuturũ. Nam licite possunt domini, & parentes illam leuem coactionem ex præsumpta Prælatorum voluntate in filios, ac famulos exercere: Ergo tenentur, cum ad id solum obstare videbatur moralis eorum impotentia ad vim coërcitiuam in filios seu famulos exerendam.

DVBIVM CXXIV.

Famulis ieiunare nolentibus tenenturne dominus cœnam non impertire?

541 *Tenetur, nõ impertire cœnam.* TEnetur non impertire cœnam. Quia tenentur quoad possint eos auertere à ieiunij violatione, quod abnegãdo cœnã præstabunt. Sic Nauar. *sum. c. 21. n. 26.* Tolet. *l. 6. c. 5. n. 1.* Filliuc. *tr. 27. p. 2. nu. 91.* Trull. *l. 3. Decal. cap. 2. dub. 6. num. 8.* Manu. *summ. 10. c. 23. concl. 4. n. 8.* Ortiz *sum. c. 19. num. 14.* Diana *p. 1. tr. 9. resol. 28.* Medina *c. de ieiun. q. 11.*

542 *Non tenentur.* Non tenetur. Quia domini tenentur famulis ministrare cibum, & non possunt exercere in eos aliquam vim coërcitiuam, seu punitiuam circa spiritum: Ergo possunt, imo tenentur eis nolentibus ieiunare ministrare victum. Ita Aragon *2. 2. q. 32. art. 3.* Pasqual. *decis. 361. nu. 7.* Sotus *de secreto, memb 2. qu. 3. concl. 4.* Angl. *de ieiun. fol mihi 415.* Ledes. *2. 4. q. 17. a. 3.* Sanch. *l. 5. consil. c. 1. dub. 17. n. 5.*

543 *Cum his opinor.* Existimo, non teneri dominũ famulis abnegare cœnã. Nã cũ iã ipsi decreuerint nõ ieiunare, & ipse eis victũ ministrare debeat: non video vnde eorũ peccato cooperetur. Verũ oppositũ dixerim, si famuli nollẽt in Ecclesię contẽptum ieiunia seruare, vel si id cum scãdalo gererent. Quia tunc non solum teneretur cœnã non ministrare, verum è domo pellere, debita non proficiente correptione.

DVBIVM CXXV.

An parentes teneantur filios cogere ad ieiunandum, quando nolunt, cum possunt?

544 *Tenentur quidem.* TEnentur plane. Quia licet domini non teneantur famulos cogere, specialis lex est parentum respectu filiorum arctior vtique cũ arctiori vinculo debeat parens filios ad legis obseruãtiam adducere. Sic Medi. *C. de ieiun. q. 11.* Maior. *in 4. dist. 15. q. 4.* Sanch. *l. 5. consil. c. 1. dub. 1. n. 8.* Nauar. *sum. c. 21. n. 26.* Corduba *addit. ad Sotum de secreto, memb. 2. q. 5. concl. 4.*

545 *Non tenentur.* Non tenentur. Quia supra filios non habent spiritualem iurisdictionem, vnde circa præceptorum obseruationem haud possunt in eis vim coërcitiuam exercere. Ita Sanch. *lib. 5. consil. c. 1. dub. 17. n. 5.* Reginal. *l. 4. n. 199.* Filliuc. *tr. 27. p. 2. n. 91.* Trull. *l. Decal. c. 2. d. 6. n. 8.* Ledes. *2. 4. q. 17. a. 6. dub. 4.* Azor. *l. 7. c. 20. q. 12.*

546 Tenentur parentes monere, ac corrigere fi-

DVBIVM CXXVI.

An caupones, aut alij vendentes, vel ministrantes cibos si decenter possint, teneantur interrogare hospites, an non ieiunandi causam præseferant, priusquam eis cœnam exponant?

547 *Tenentur quidem.* TEnentur quidem. Quia alias videbuntur fieri illorum peccati cooperatores. Quod si (vt supponimus) id decore ac decenter gerere valeant, cur ab huiusmodi interrogatione licite abstinebunt? Sic Lessi. *l. 4. c. 2. dub. 4. n. 24.* Filliuc. *tr. 27. p. 2. n. 93.* Maior. *in 4. dist. 15. q. 4.* Trull. *l. 3. Decal. c. 2. dub. 5. n. 9.* Bassæ. *v. Ieiunium, 1. nu. 14.*

548 *Non tenentur.* Non tenentur. Quia non attinet ad officiũ Caponum, vel eorum, qui paratas habent mẽsas ad prandium conscientias aduẽtantiũ moderari, cum ipsorum curam spiritualem nõ gerant. Ita Sanch. *l. 1. sum. c. 7. n. 34.* Homobon. *p. 1. Exam. tr. 8. c. 7. q. 21.* citans Valentiam, & Medinam. Diana *p. 1. tr. 9. resol. 39.* Moure *p. 1. sum. c. 8. §. 2. num. 22.* Molfes. *to. 1. sum. tr. 10. c. 5. n. 30.*

549 *Idẽ affirmo.* Absolute existimo Caupones ab eiusmodi cura liberari. Quia præterquam quod sui id muneris nõ est, valde onerosum existeret, eam gerere interrogationem. At si facile quirent, posse ex zelo præcepti id facere laudabiliter, sed ad id non teneri respondeo.

DVBIVM CXXVII.

An si Caupones certo cognoscant, te ad ieiunium obligari: possint tibi apponere cœnam?

550 *Nonpossũt* MInime possũt. Quia tuæ nõ ieiunãdi executioni cooperarẽtur. Sic Sylui. *2. 2. q. 147. a. 5. q. 1.* Moure *p. 2. c. 8 §. 2. n. 22.* Bassæ *v. Ieiunii, 1. n. 14.* Tolet. *l. 6. c. 5. n. 51.* & ibi Victorel. Palao *p. 1. tr. 6. d. 8. pun. 8. n. 7.* Gabri. *in 4. dist. 10. qu. 3. a. 3. dub 6.* Nauar. *sum. c. 21. n. 2.*

551 *Possunt plane.* Possunt plane. Quia Caupones te hospitẽ non inducunt ad peccatum cœnã apponentes, quam non ieiunandi intentione postulas, cùm solum suas res diuendant, vt possint cœnæ deseruire quatenus est naturæ actus, non quatenus est ieiunij violatio: in quo hi solummodo munus, quod licite exerunt, exe-

quuntur

quuntur. Ita Caiet. 2.2.q. 147.a.4. Salon. *ibi, qu. 77.a.4.contr.6.* Manu. *tom.1.summ.c.23. num.8.* Angl. *q.7.de ieiun.diff.4.append.1.* Bonac. *de pr. Eccl.d.vlt q.1.pun.3.n.9.* Diana *p.1. tr.9. resol. 49.* Pasqualig. *decis.365.num.2.& 4.* Azor. *lib.7. cap.18 q.5.*

552 *Auctoris sententia.* Probabilem puto vnam, & alterā esse sententiam. Ego autem cum Filliucio *tr.27.par.2. n.93.* Trullencho *l.3. Decal.c.2.d.5.n.9.* Valent. *2.2.d.9.q.1.punct.3.* & Sancio *l.1.sum. cap.7.n. 34.* & aliis distinguendum existimo. Possunt quidem Caupones licitè tibi ministrare cœnam, si absque notabili incommodo eam denegare nequeant. Vel si sciant te ad alterius mentam iturum, vt ieiunium soluas. At in his casibus prauæ executioni minimæ cooperantur, sed suo dant operam licito ministerio. Addiderim, Pasqualigi contrarium asserentis venia, mortaliter Caupones delinquere, si nolint hospicio excipere eos, qui die ieiunij cœnare nolunt. Quia verè concurrunt ad actionem, in quo peccatum sumit exordium: inducunt enim, & aliquo modo cogunt hospites ad ieiunij violationem, vti aptè Molfes. *sum. tr.10. cap.5.num.30.*

DVBIVM CXXVIII.

An Caupones possint in hæreticorum locis apponere carnes omnibus illas petentibus, etiamsi eas valeant sine graui incommodo denegare?

553 *Nō possunt.* SI carnes sine graui sui incommodo abnegare valeant, non possunt eas venales cunctis petentibus apponere. Quia ansam eis exhibent violandi ieiunium, & Ecclesiæ præcepta irridendi. Sic Less. *l.4.c.2 n.23.* Bonacin. *de præ. Eccl.d.vlt.q. pun.vlt.n.9.* Filliuc. *tr.27. p.2.nu. 91.* Laym. *l.2.tr.3.c.13.n.5.* Molfes. *summ.tr.10. cap.5.num.11.*

554 *Possunt plane.* Licet sine sui graui incommodo valeant carnes abnegare, possunt absolute eas petentibus cunctis apponere. Quia Caupones non cooperantur peccato illicite eas comedentiū, cum exhibeant rem indifferentem, qua & licitè vti, & illicite abuti pro libito valeant. Ita Ledesma *tr.27.c.1.diffic.4.post 6 concl.* Pasqu. *decis.368.n.7.* Vega. *p.1.c.14.casu 19.* Fausk. *l.1. Thesaur. quæst.172.* Homobon. *part.2. Exam. tract.8.cap.7.quæst.21.* Manuel. *tom.1.capit.23. numer. 8.*

555 *Hæc censeo.* Cum petentes carnes in die prohibito iam decreuerint violare præceptum, non videntur Caupones peccato comedentium cooperari: vnde probabile iudicarim posse absolutè illos carnes cunctis apponere. Attamen primam sententiam securiorem quidem mihi eligendam duxi. Cæterùm illud fere mihi certum, posse Caupones in locis hæreticorum absolute apponere simul carnes, & pisces, electionem propriæ ementium conscientiæ relinquendo. Hinc elicio eos, qui in diebus ieiunij carnes, & alios cibos prohibitos venales exponunt, non delinquere, quamuis suspicentur, emptores peccaturos. Quia vsu receptum in Quadragesima vendi carnes ægrotātium causa, etiamsi inde sani possint peccandi occasionem eis vescendo arripere. Nec enim venditor eorum crimini cooperatur, cum vendat rem indifferentem: nec teneatur piaculum impedire, cum regimen conscientiæ eorum ad eum non spectet.

DVBIVM CXXIX.

An qui in die ieiunij licitè cœnat, possit inuitare amicum ad cœnandum secùm, si certò sciat alibi cœnaturum?

556 *Non potest.* MInime potest. Quia nemini est licitum incitare alium ad id, quod sine peccato geri non valet. Sic Sylui. *2.2.qu. 47.art.4.quæstiunc.vnic.post 2 concl.* Trull. *l.3. Decalog. ap.2. dub.5.nu 10.* Fagundez *præcept 4.libr.1.cap.10. num.12.* Vasquez *de scandal.art. & 3.* Lessius *l.4.c.2.dub.3.n.20.* Bonac. *de præc. Eccl. d.vlt.q. 1.punct.3.num.9.*

557 *Potest quidem.* Potest equidem. Quia amicus non petit absolute id ab amico, sed supposito, quod cum alio sit cœnaturus: vnde eius crimini non cooperatur, nec ad peccandum inducit, quod ille iam patrare decreuerat. Ita Ang. *q.7.de ieiun.* Nauarr. *summ.cap.21.num.16.* Caietan. *2.2.qu. 147 art.4.* Azor. *l.7.cap.20.q 8.* Ledesm. *2.p.4.qu.7.art.2.* Petr. Ledesm. *tr.27.c.1.diffic.4. post 6. concl.* Saverb. *ieiunium n.15.* Diana *part.1. tr.9.resol.18.* Villalob. *tr.23.diffic.3.n.2.* Regin. *l.4.n.195.* Valent. *tom.3.d.9.q.2.punct.3.* Manu. *c.23.con l.5.*

558 *Probabilius hoc mihi.* Profectò quando amicus tuus paratus fuerit violare ieiunium, non delinques eum ad cœnam inuitans; quemadmodum liber à culpa potest quis à parato vsurario vsuram postulare. Vnde hanc sententiam probabiliorem esse iudico.

DVBIVM CXXX.

An possit quis amicum ad cœnam inuitare, ad cœnandum alibi non paratum?

559 *Non potest.* NOn potest. Quia vere id esset amicum ad peccandum inducere. Sic Azor. *l.7.c.20. quæst.12.* Lublin. *verb. ieiunium, num.11.* Bonac. *de præc. Eccles. dub. vltim quæstion. prima, puncto tertio, numero nono,* Reginald. *libr. quart. numer. 195.* Lessius *libr. quart. capit. secund. dub. tert. numer.10.* Fagundez *præcept.4. libr.prim.cap.10. numer.12.*

560 *Potest quidem.* Potest equidem. Quia inuitatio consueta, & communis, quæ sic ad exercendam vt banitatem, haud est de se efficax ad inducendum amicum, vt cum effectu cœnet, cum eiusmodi inuitationes etiam extra ieiunij instantiam acceptari non soleant. Ita Angles *q.7.de ieiun. diffic.4.concl.2.* Ortiz. *sum c.19.præc.2.numer.10.* Pasqualig. *decis.373.n.4.* Trul. *l.3. Decal. cap.2. dub.5.n.10.* Filliuc. *tr.27.p.2.n.94.* Leand. *tra.5. d.9.qu.23.*

561 *Hoc puto esse verius.* Verius hoc mihi. Nam ad cœnam inuitare etiamsi probabiliter credas, am cum acceptaturum, non est inuitare ad sumendam tantam cibi quantitatem, vt ieiunium violetur: sed ad mensæ communicationem, in qua bene poterit inuitatus solummodo absumere illam cibi quantitatem quæ portionem in refectiuncula permissam non excedat. Vnde inuitans ad cœnam ad delinquendum non inducit. Præsumendus est enim ille, curam propriæ conscientiæ habere, licet præter inuitantis intentionem fortasse delinquat.

DVBIVM CXXXI.

An medici absque causa in die ieiunij carnes alicui edendi concedentes sint duplici piaculo constricti?

562 *Duplex patrant piaculum.* SVnt constricti duplici peccato. Quia duplex violant in specie præceptum, vnum ieiunandi, alterum à carnibus abstinendi. Sic Chillin. *v. ieiunium, n.* 8. Pasqual. *decis.* 378. *n.* 2. Sanchez *l.* 4. *summ. c.* 11. 42. & 53. Sancius *in select. d.* 11. *n.* 16. Leander *tr.* 5. *d.* 9. *qu.* 26. citans Petr. Granados, Ochagauiam, Bonacinam, & Ludouicum de Sanct. Iuan. & alij, quos refert idem Leander *part.* 1. *tract.* 5. *dub.* 8. § 8. *quæstion.* 1.

563 *Non sunt.* Non sunt duplici peccato constricti, sed vnico. Quia solummodo sunt temperantiæ violatores. Ita Trull. *l.* 3. *Dec. c.* 2. *d.* 2. *n.* 14. Montes. *in* 1. 2. *q.* 73. *a.* 1. *d.* 5. *quæstiunc.* 4. Filliuc. *tract.* 7. *numer.* 90.

564 *Priorē eligo sententiam.* Æquè probabilem vtramque existimo esse sententiam. Attamen primam mihi eligendam duxi; quia solidiori fundamine innititur.

CAPVT XIX.

Circa dispensationem in ieiunij præcepto.

DVBIVM CXXXII.

An peccaret Summus Pontifex, si absque rationabili causa cum aliquo in lege ieiunij dispensaret?

565 *Nonnulla suppono.* VPPONO ex *section.* 1. Pontificem posse in lege ieiunij dispensare, vel eam tollere, etiamsi ab Apostolis, vel Concilio Generali sit præscripta. Quia suprà omnem humanam legem exerit potestatem. Hęc autem dispensatio valida omninò est, etiamsi absque iusta causa facta fuerit. Quia ad valorem dispensationis sufficit voluntas legislatoris, à quo tanquam à causa efficienti lex pendet. In humanis namque legibus exigitur rationabilis causa, vt dispensatio sit honesta, non vt simpliciter sit valida. Profectò peccaret Summus Pontifex si legem ieiunij generatim abrogaret. Quia cum ieiunium adeò sit ad salutem vtile communem, haud posset sine boni communis præiudicio abrogari, vnde ad id iusta causa dari non posset. Scio tamen posse sine piaculo aliqua abrogare ieiunia etiam Quadragesimæ. Quia ad hoc posset rationabilem causam inuenire. Quæsierim autem, num Pontifex delinqueret, si absque rationabili causa cum aliquo in lege ieiunij dispensaret?

566 *Non delinqueret.* Minimè delinqueret. Quia dispensatio priuata vnius vel alterius nullum infert præiudicium. Ergo etiam absque causa data valida erit. Antecedens patet. Non enim infert præiudicium ei, cui conceditur; licet enim bono abstinentiæ priuetur, hæc autem priuatio illi præiudicialis non est: quia solum dicit negationem maioris boni, quod à dispensatione non tollitur, cum adhuc à dispensato obtineri, ieiunando, potest. Nec infert præiudicium alteri particulari; nam quod Petrus non ieiunet, nihil Antonio præiudicat. Nec bono communi: quia est circa priuatas actiones, quæ priuatim exercentur: & quia lex ieiunij non est lata pro communi bono, sed pro particularis vnius cuiusque vtilitate. Sic Pasqualig. *decis.* 402. *nu.* 2. Gloss. *l. Relegati, ff de pœnis, Vt lex positiua non liget, est in Principe pro ratione voluntas.* Salas *de legibus, tract.* 14. *d.* 20. *sect.* 4. *num.* 37. citat pro hac parte Felinum, Decium, Nauarrum, Couarruuiam, & alios. Sanchez verò *de matr. libr. octau. dub.* 18. *num. secund.* refert Hostiensem, Angelum, Rosellam, Syluestrum, Armillam.

567 *Delinqueret quidem.* Delinqueret planè. Quia, (vt ait D. Thom. 1. 2. *qu.* 97. *art.* 4.) dispensatio sine causa, est impudens, temeraria, & infidelis potestatis vsus. Est (ait D. Bernard. *lib.* 3. *de consider.*) dissipatio quædam, & violatio iuris naturalis: siquidem facit, vt sine causa pars non consonet toti. Est offensio æqualitatis, quam iustitia erga omnes seruari postulat *cap. Iustum est, dist.* 9. Est denique actus rationi dissonus, & offensionis ansam subditis exhibens. Peccaminosus igitur est. Ita Medin. *Cod. de ieiun. q.* 3. Angl *q.* 5. *de ieiun. Diffic.* 2. *concl.* 2. Sotus *de iust. q.* 7. *ar.* 3. *dub.* 2. Salas *citatus sect.* 5. *nu.* 50. Victoria *in relect. de potest. Papæ, num.* 14. Sanchez *libr.* 5. *Consil. c.* 1. *dub.* 5. *num.* 5. & 9. Sancius *in select. d.* 54. Molfes. *tract.* 10. *cap.* 4. *num.* 15. Reginald. *l.* 4. *n.* 226. Diana *part.* 10. *tract.* 16. *resolut.* 77. citans Leandrum.

568 *Hoc probabilius esse reor.* Hanc sententiam longe veriorem esse crediderim, solidiori scilicet fundamini hærentem: quod frateor, me in prima sententia non inuenire. Nam (vt Sancius ait) dispensatio in ieiunio absque causa est in primis præiudicialis ei, cui conceditur, cum priuetur non ieiunando exercitio virtutis abstinentiæ, ieiunij merito, & pro peccatis satisfactione: & dato, quod dispensatus adhuc ieiunaret, id pro libito gereret, non præcepti exigentia, vnde tantum meritum non obtineret. Deinde præiudicium infert cæteris, qui ieiunant; nam cum videant, alios sine causa à ieiunio eximi, iure offenduntur, & ad idem gerendum ansam arripiunt, vt ait Trident. *sess.* 25. *cap.* 5. & 18. Denique est bono communi inferens præiudicium.

Quia

Qui lex ieiunij indicta est ob commune bonum, sicut & aliæ leges, *cap. Erit autem lex, dist. 4.* Ergo eius dispensatio sine causa bono communi præiudicialis erit. Omni igitur ex capite illicita. Scio equidem, pluribus placere Doctoribus, & meo Sancio aliquando placuisse, hoc peccatum solummodo suo ex genere esse veniale, si scandalū graue non sequeretur: quod probabile puto; at plus mihi placet quod post rem melius consideratam Sancius affirmat *l. 5. Consil. c. 1. d. 5. n. 6.* probabilius suo ex genere esse mortale, & tantum excusari posse ex materiæ paruitate, quando scilicet lex, in qua dispensatur, magni non esset momenti.

DVBIVM CXXXIII.

An Parochus possit præsente Episcopo iusta ex causa, in ieiunio cum aliquibus dispensare?

569 *Quidam sunt.* EXistimo certum omninò esse (quidquid Angel. *v. Ieiunium, num. 20.* Tabiena, *num. 15.* & alij in contrarium affirment) posse Parochum, absente Episcopo, iusta de causa in ieiunij lege cum aliquibus dispensare. Aliàs enim non esset fidelibus sufficienter prouisum, si absente Episcopo, aut eius Vicario, non adesset qui in ieiunio posset cum eis, vrgente necessitate, dispensare. Requiro autem, num præsente etiam Episcopo, id Parochus possit?

570 *Non potest.* Non potest. Quia solum ex consuetudine huiusmodi potestas Parocho addicitur, ipse enim iure solum iurisdictionem habet spiritualem. At ex consuetudine huiusmodi potestatem dispensandi in ieiunio non habet, nisi quando Episcopus facile adiri non potest. Ergo. Sic Fagund. *præc. 4. c. 9. n. 2.* Graff. *p. 1. decis. l. 2. c. 37. n. 7.* Ledesm. *summ. tr. 27. c. 2. d. 3.* Gabr. *in 4. dist. 16. q. 3. a. 1. notab. 5.* Angl. *q. 5. de ieiun. diff. 4.* Manu. *p. 1. summ. c. 24. n. 4.* Vega. *p. 1. sum. cap. 14. ca'u 36.* & alij.

571 *Potest quidam.* Potest quidem. Quia probabile est, hanc iurisdictionem consuetudine introductam penes Parochum esse etiam præsente, & consentiente Episcopo. Ita Pasqualig. *decis. 387. nu. 3. & 4.* Ortiz. *summ. c. 19. pr. c. 2. n. 16.* Villalob. *p. 1. summ. tr. 23. diffic. 4. n. 21.* Trul. *De al. l. 3. cap. 2. d. 7. n. 18.* Sancius *in select. d. 54. n. 36.* Molf. *p. 1. summ. tr. 10. c. 4. n. 52.* Suar. *de legibus, l. 6. c. 14. fine.* Sanch. *l. 8. de matr. d. 9. n. 27.* Valent. *tom. 3. d. 9. q. 2. punct. 2.*

572 *Ego autem existimo.* Ego autem existimo probabilius esse, hanc sententiam solum habere locum, quando Episcopus facile adiri non potest. Nam si facile potest adiri, nequit Parochus tuto hac in re dispensare. Et hoc est (inquit Azorius *tom. 1. l. 7. c. 18. q. 3.*) quod vsu receptum est, vt Parochus dispenset, quando Episcopus facile adiri non potest. Addiderim, non solum Parochos, sed & eorum vices gerentes posse, si facile non valeat Episcopus adiri, in ieiunio dispensare. Quia nisi alias à Parochis prohibeantur, Vicarij eorum Parochiales possunt actus exercere, meo Sancio monente.

DVBIVM CXXXIV.

An iusta intercedente causa, Confessarius possit in ieiunio dispensare, si Episcopus, & Parochus haud valent facile adiri?

573 *Potest quidem.* POtest quidem. Quia Confessarius Apostolica electus authoritate vices Curati exerit. Sic Rosel. *v. Ieiunium, n. 16.* Palati. *in 4. dist. 15. d. 8. nota 4. concl.*

574 *Non potest.* Minime potest. Quia dispensare in ieiunio est iurisdictionis exterioris actus, quam confessarius minime habet. Ita Fagundez *pr. 1. l. 1. c. 9. n. 3.* Bonac. *de præc. Eccl. d. vlt. q. 1. dub. vltim. num. 8.* Sanchez *l. 5. Consil. cap. 1. dub. 5. nu. 28.* & 29. Azor. *libr. 7. cap. 18. qu. 4. & 5.* Trullench. *lib. 3. De alog. cap. 2. dub. 7. nu. m. 18.* Pasqualigus *decis. 389.*

575 *Hac ageret.* Etiamsi Episcopus aut Parochus adire facile non valeant indubitatum mihi, non posse Confessarium in ieiunio dispensare. Quia quamuis sit Apostolica electus authoritate, caret externa iurisdictione, quæ ad huiusmodi dispensationis valorem est necessaria. Poterit tamen declarare, an causa sit iusta, ac sufficiens ad ieiunandum.

DVBIVM CXXXV.

An Abbatissa possit in Monialium ieiunio dispensare?

576 *Certa præmitto.* CErtum est Regularium Superiores posse in ieiunio Ecclesiastico suorum subditorum dispensare. Aliàs enim nequirent suis subditis, circa quos habent spiritualem iurisdictionem, in necessariis prouidere. Certè id concessit Eugenius IV. D. Hieronymi Fratribus: scio tamen hoc priuilegium non concedere nouam Prælatis iurisdictionem, sed esse iurisdictionis, quam habent, declarationem: Item est certum, Superiorum localium Vicarios posse in absentia illorum, eandem dispensationem gerere. Quia tunc eandem obtinent authoritatem. At iusta causa requiritur, non solùm vt licitè, sed etiam vt validè huiusmodi gerant dispensationem. Quæsierim vero, num Abbatissæ, & aliæ Monialium Superiores possint in earum ieiuniis dispensare?

577 *Possunt plane.* Possunt quidem. Quia in Moniales subditas ex Prælati commissione habent aliqualem clauium vsum, vt eas digne gubernent, corrigant, puniant: & vt vota quædam irritet: Ergo vt cum eis in ieiunio dispensent, & quibusdam Ecclesiasticis legibus, si causa vrgeat. Sic Henriquez *l 6. c. 2. n. 3.*

578 *No possunt.* Minimè possunt. Quia fœminæ sunt spiritualis iurisdictionis, quæ ad id gerendum requiritur, incapaces. Ita Sanchez *libr. 6 De al. c. 1. num. 14.* Sancius *in select. d. 54. n. 37.* Pasqu. *decis. 391.* Lezana *verb. Abbatissa, num. 14.* Portel. *qq. Regul. verb. Abbatissa. num 3.* Barbos. *de iure Eccles. cap. 45. num. 39.* Tambur. *de iure Abbat. d. 32. q. 10.*

Ego

579 *Resolutio Auctoris.* Ego quidem propter doctissimi P. mei Henriquez authoritatem definire non audeo, primam sententiam improbabilem omnino esse: attamen eius venia dixerim probabiliorem admodum esse secundam. Nam si ad dispensandum spiritualis iurisdictio requiritur, quonāmodo fœminę huius iurisdictionis incapaces poterūt dispēsare. Nec enim intelligo quonāmodo aliqualis ille Clauium vsus valeat à Prælatis incapaci communicari. Quamuis verò dispensare non possit Abbatissa, poterit tamen declarare, quandonam Moniales obligentur, vel non obligentur ad ieiunij obseruationem. Quia ad Abbatissam attinet Monialium directio, vnde debet habere sufficientem facultatem ad huiusmodi munus obeundum, qua careret, si saltem declarare nequiret, prudenti vsa consilio, quandonam subditæ ad ieiunium tenerentur, quandonam ab eius lege liberæ existerent. Et quidem ad id saltem fuit concessum priuilegium à Paulo III. Abbatissæ S. Claræ, cuius meminere Manuel. *collect. Bullar.* & Portel. *vbi suprà.*

DVBIVM CXXXVI.

An prælatus teneatur dispensare in ieiunio toties quoties ex causa iusta à subdito dispensatio petitur?

580 *Tenetur quidem.* Tenetur quidem. Quia quando id subditus petit, & dubia, & incerta causa videtur, si soluit Prælatus, nulli sese peccati periculo obiicit, cum potestate sua dispensando vtatur. Si autem subditum lege ieiunij non soluit in causa dubia, & incerta, sed rem subditi arbitrio relinquit, vel absolute dispensationem abnegat, subditum periculo peccati, & erroris exponit. Tenetur ergo toties dispensare, quoties à subdito ex rationabili causa, qualis erit, quando super dubium, dispensatio postulatur. Sic Rosel. *ver. Dispensatio, n.* 4. Sylvest. *q.* 1. Armil. *n.* 14 Sà *n.* 2. fatus, *Cum subest causa dispensandi, videtur peccare Prælatus, qui potest, si non dispenset.* Sancius *in select. d.* 43. *num.* 8. Anton. Cardin. Rebuff. & alij, quos citat Sanchez *libr.* 3. *de matrimon. dub.* 10. *num.* 3. & 26.

581 *Non tenetur.* Non tenetur. Quia ad id nec præceptum positiuum, nec naturale obligat, nec aliud aliquod vrgere videtur. Et quia in iure dispensatio *gratia* vocitatur *cap. Licet, can. de electione, in* 6. & etiam *indulgentiam*, ac *misericordiam* appellari probat *Caput* 1. *de Statu Monachor.* & *Caput Postulasti, de Cler. excomm. ministrante.* At gratia, indulgentia, & misericordia potest quidem semper petenti impendi, sed debita quidem non semper est: Ergò non tenetur Prælatus toties dispensare, quoties subditus ex rationabili causa postulat. Ita Sanchez *li.* 3. *de matrim. d.* 10. *num.* 3. & 26. citans Archidiaconum, Turrecrematam, Dominicum, Francum, Decium, Felinum, & alios. Salas *de legib. d.* 20. *sect.* 7. *n.* 70. Suar. *ibi. l.* 6. *c.* 18. *num.* 22. Castro Palao *part.* 1. *tract.* 3. *d.* 6. *punct.* 8. §. 2. *num.* 9. Pasqual. *decis.* 397. Basil. *Legion. l.* 8. *de matrim. cap.* 14. *num.* 9.

Existimo non semper teneri, cum dispensatio gratia sit. Attamen in duplici casu non potest sine graui piaculo petenti subdito dispensationem abnegare: scilicet, quando causa non ieiunandi est ita euidens, & certa, vt de se ieiunij obligationem soluat, tunc tenetur superior non quidem (si in rigore loquar) dispensare, sed declarare pro exteriori apparentia ad tollendas murmurationes, seu praua indicia, minimè obligare ieiunium; & quandò in petente ex iusta causa dispensationem, adest periculum violandi ieiunium: tunc namque Prælatus saltem ex charitate tenetur dispensationem impertire, vt Pasqualigus *num.* 5. aduertit. 582 *Non teneri semper existimo.*

DVBIVM CXXXVII.

Vtitur quis dispensatione in ieiunio, quam Superior illicitè, sed validè impertiit: delinquitne?

583 *Delinquit grauiter.* Delinquit, & grauiter. Quia Superior dispensando in lege propria sine causa lethaliter delinquit: ergo & subditus delinquet grauiter iniqua vtens dispensatione. Sic Petr. de Ledesm. *part. prim. summ. de matrimon. capit.* 27. *difficult. prim. post quart. conclusion.* & alij citati à Pasqualigno *decision.* 392. *numero primo.*

584 *Nec leuiter delinquit.* Nec leuiter delinquit. Quia per dispensationem verè est ablata ieiunij lex: ergo dispensatus nec venialiter in eius omissione delinquet. Ita Basil. *Legion. libr. octau. de matrim. capit.* 14. *numer. quint.* Palao *part prim. d.* 6. *pun. octau. Paragraph prim. numer. octau.* Sylvester *verb. Dispensatio, question. tert. numer. quint.* Angel. *numer. tert.* Vasquez 1. 2. *disp.* 178. *capit.* 4. Suar. *de legibus, libr.* 9. *cap.* 19. *numer.* 14. Salas *ibi, dub.* 20. *section.* 6. *numer.* 60. Diana *part. prim. tract.* 10. *resolut.* 35. Viuald. & alij, quos citat, & sequitur Pasqual. *vbi suprà.*

585 *Cum his opinor.* Scio plures Doctores defendere, dispensatum venialiter delinquere illi hærentes fundamini: quia Superior dispensando lethaliter peccat: ergo subditus quamuis dispensatus peccabit venialiter vtens tali dispensatione. Sic Nauarr. *prælud.* 9. *numer.* 14. Amic. *tom. quint. dub.* 6. *section.* 7. *num.* 109. & alij, quos citat, ac sequitur Leander *tractat. quint. dub.* 10. *question.* 26. Attamen si per dispensationem absolute lex ieiunij est sublata, non video, vndenam leuis illa culpa possit ortum habere, cum actio omittendi ieiunium nec leuiter legi, quæ iam respectu dispensati non viget opponitur. Porrò si dispensatio inualida esset, qui illa vteretur lethaliter peccaret, nisi bona fide, veram illam esse existimaret. Quia dispensatio inualida non tollit legis obligationem.

DVBIVM

DVBIVM CXXXVIII.

Lex ieiunij tibi specialem ad obseruationem difficultatem ingerit: habeasne sufficientem causam, vt dispensationem obtineas?

586 *Non habes.* NOn habes. Quia cum difficultates huiusmodi assiduitate molescant, & persistentia in operando vincantur: debes fortiter dimicare, & affectum ad epulum ipsa abstinentia vincere: aliàs enim multi ob difficultatis apprehensionem passim ad dispensationis gratiam accurrerent. Sic Lud. de S. Iua. *q. de ieiun. a. 6. diff. 2. d. 3. concl. 2.*

587 *Habes quidem.* Habes quidem. Quia vt dispensatio in lege locum habeat, ex causa rationabili, sufficit, quod legis obseruatio consueto onerosior euadat. Ergo si ieiunij lex tibi est onerosior valde, quam cæteris, sufficientem habes causam, vt dispensationem obtineas. Ita Pasqu. *decis.* 408. Sanchez *l. 5. Consil. c. 1. d. 6. n. 2.* Ortiz. *sum. c. 19. prac. 1. n. 13.* Medina *C. de ieiun. q. 9.* Sà *verb. Ieiunium, n. 10.* fatus: *Dispensandi causa iusta est magna in ieiunando difficultas.*

588 *Aliorum sententia.* Crediderim non adesse sufficientem ad dispensandum causam, si difficultas illa ex vitiosa consuetudine gulositatis proueniat censeatur: quæ quidem difficultas ipso est ieiunandi actu repellenda. Secus dixerim, si præfatæ ex gulositate repugnantiæ, accedat aliqua ex naturali conditione, seu nimio calore, (vnde edendi procedit affectio,) debilitas, ex qua quis ita affligitur, vt dubium subeat, nùm ieiunare teneatur: tunc iudico, te posse iustè dispensationem petere, eaque vti.

DVBIVM CXXXIX.

Potestne quis dispensare in lege ieiunij à se, vel à Superiori instituta?

589 *Non potest.* MInime potest. Quia nemo potest in seipsum iurisdictionem exercere: dispensare enim in ieiunio spiritualem pertinet ad iurisdictionem. Sic fauet. Suari, *tom. 1. de Relig. l. 6. cap. 11.* docens, id solùm Summo Pontifici, non aliis Superioribus esse concedendum. De dispensatione autem ieiunij à Superiori imposita. Sic Paludan. *in 4. dist. 38. q. 4. a. 4.* Miranda *tom. 2. summ. q. 31. a. 3.* Hieronym. Rodriguez *in comp. qq. Regul. resol. 12. num. 39.* Manuel. *tom. 1. qq. Regul. q. 45. art. vltim.* Azor. *par. 1. l. 5. c. 5. q. 6.* & alij.

590 *Potest quidem.* Potest equidem. Quia legislator habet potestatem relaxandi legem propriam vtpotè ab eius voluntate pendentem, vt suppono: ergo sicut illam potest tollere ad libitum respectu aliorum, ita in ordine ad seipsum. Si verò de dispensatione circa legem ieiunij à Superiore lata loquamur, idem dicendum. Quia alias potentes cum aliis dispensare deterioris esset conditionis, quam cæteri cum quibus dispensat. Ita in casu primo Pasqu. *citatus.* Suar. *l. 6. de legibus, cap. 12. num. 11.* id esse extra controuersiam affirmans Caietan. *2. 2. qu. 6. art. 5.* Cordu. *l. 5. q. 31.* Bonac. *de legibus, d. 1. q. 2. punct. 1. n. 9.* Filliuc. *tr. 20. n. 295.* De secundo autem ita Syluest. *v. Lex, q. 14.* Sotus *in 4. dist. 18. qu. 1. art. 3.* Sanchez *l. 8. de matr. d. 3. nu. 8.* Salas *de legibus, d. 20. sect. 12 n. 105.* Palao *p. 1. d. 5. pun. 7. §. 1. n. 2.* Villalobos *tract. 23. diffic. 4. num. 23.* Diana *p. 1. tract. 9. resol. 15.* Basil. *lib. 8. de matrimon. cap. 4. numer. 9.*

591 *Hoc teneo, & confirmo.* Idem in casu vtroque asserendum existimo. Nam licet iurisdictionem in ordine ad iustitiæ actus non valeat quis circa seipsum exercere, potest tamen in ordine ad actus legales, vt optime probat Pasq. *n. 5. & 6.* Audi Azorium *l. 7. c. 18. q. 6. Si queras, an huiusmodi Prælati, ac Præfecti possint iusta ex causa seipsos lege ieiuniorum soluere in his casibus, in quibus possunt alios sibi subiectos? Respondeo posse. Nam quamuis nemo in seipsum alioqui iurisdictione vti queat, in hoc tamen vti potest: quia sibi permittitur, ne sit deterioris conditionis, quam alij.* Sic ille sibi contrarius, nisi differentiam aliquam inuenias inter voti dispensationem, de qua loquitur loco pro priori sententia citato, & inter dispensationem ieiunij, de qua in præsenti. Addiderim, non solum posse secum dispensare eum, qui cum aliis in lege ieiunij dispensare queit: verum & posse aliis iurisdictionem committere, vt secum dispensent, vti docet Sanchez *l. 8 de matr. d. 3. n. 1. & summ lib. 4. c. 37. num. 42.* Nam si potest dispensare secum à fortiori poterit alteri subdito suam iurisdictionem committere, vt secum valeat dispensare. A Palao accepi.

DVBIVM CXL.

An ieiunia à Pontifice vel à iure communi indicta pro certis diebus possint ab Episcopis in alios dies ex rationabili causa transferri?

592 *Transferri non possunt.* TRansferri non possunt. Quia ea, quæ sunt à Superiori determinata non relinquuntur inferioris dispositioni: Vnde quæ iuris Canonici sunt Episcoporum dispositioni non sunt relinquenda. Sic Bonac. *d. vlt. de prac. Eccl. q. 1. punct. vltim. num. 18.*

593 *Possunt quidem.* Possunt quidem. Quia id ex praxi constat, & ex iure Canonico colligitur *cap. Consilium, de obseruat. ieiun.* Vbi ieiunium incidens in Dominicam refertur in Sabbatum: vnde quamuis ea, quæ sunt à Superiore determinata dispositioni inferioris absolute non relinquantur: & ideò quæ sunt Canonici iuris non relinquuntur absolute Episcoporum dispositioni: committitur tamen ipsis eorum executio, vt colligitur *ex cap. citato*, ideóque quando prudentia id exigit, instante causa, possunt quòd celebretur vna die ieiunium, quod altera fuerat celebrandum. Ita Innocent. *Rubr. de obseru. ieiun* Caiet. *sum. v. Ieiunium, c. 3.* Armil. *num. 6.* Nauar. *sum. c. 21. n. 11.* Sà *num. 5.* Trullench. *lib. 3. Decal. cap. 2. dub. 7. num. 21.* Azor. *lib. 7. cap. 18. quæst. 5* Fagundez *præcept. 4. libr. prim. c. 9. nu. 4.* Sanchez *lib. 5. Consil. cap. 1. dub. 5. num. 27.* alios afferens Pasqualig. *decision. 197.* citans Syluium, Laymanum, Angles, Gordonum, & alios.

Certum

594 *Certum hoc mihi.* Certum mihi posse Episcopos ieiunia ab Ecclesia præscripta ob iustam causam de die in diem transferre, more Ecclesiæ. Sicut enim Ecclesiæ vsu, si festum accidit feria secunda, vigilia huius festi ieiunetur in Sabbato, non in Dominica iuxta *cap. 1. de obseru. ieiun.* ita pari ratione si vigilia alicuius Diui in festo solemni accidat, propter eius venerationem potest pridie illius diei ieiunium Episcopi authoritate haberi. Exempli gratiâ, apud Gallos in locis vbi S. Quintini eriguntur Templa, quod festum tota in Gallia est celeberrimum, vigilia Omnium Sanctorum Episcopi loci authoritate ieiunatur die antecedenti, quia festum Diui in vigilia Omnium Sanctorum colitur. Addiderim, ieiunia voto susceptа, vel Confessarij iussu iniuncta posse similiter ex causa transferri à Superiore, vel ab alio legitimam authoritatem ad id exerente.

DVBIVM CXLI.

An legitima causa subsit, vt possit Episcopus ieiunium D. Matthiæ incidens in aliquem diem ex duobus vltimis Bacchanalium in alium transferre?

595 *Quæstionis status.* DIxi *Dub.* 149. posse Episcopum ieiunia à Pontifice vel à iure communi præscripta transferre in alium diem rationabili ex causa. Quæsierim itaque, num ad translationem huiusmodi adsit causa sufficiens cum vigilia D. Matthiæ incidit in vno, vel altero die ex duobus vltimis Bacchanalium nempe in secunda, aut tertia feria?

596 *Non sub ſt legitima causa.* Non subest legitima causa. Quia quæcumque causa excogitari potest pro sententia contraria à Summis Pontificibus fuêre præuisa, & tamen huius ieiunij translationem non instituerunt. quemadmodum gesserunt in aliis. Ergo non ob aliam rationem, nisi quia ad id sufficientem causam non inuenêre, sicut ad translationem Vigiliæ S. Ioannis incidentis in festum Corporis Christi inuenerant, ideoque ad feriam quartam eã transtulêre. Sic Diana *p. 10. tr. 16. resol. 7.* Leand *tract. 5. d. 10 q. 42.* asserens Eminentiss. Cardinalem de Lugo id aliquando affirmasse.

597 *Subest pla-ne.* Causa subest legitima. Quia ex Bacchanalium dierum abusu, ex nimia epulorum licentia experimento constat ab innumeris ieiunij legem violari: Legitima igitur causa erit ad ieiunij translationem, tot peccata vitare. Ita Pasqual. *decis. 180. n. 2.* fauet Laym. *l. 4. tr. 8. c. 3. n. 9.* & Diana *p. 3. tr. 6. resol. 6.* Fatur enim ille: *Fortasse aliquis respondere poterit, si Vigilia S. Matthiæ incidat in feriam secundam, vel tertiam Quinquagesimæ, iustam fore causam, vt Episcopus tale ieiunium in præcedens Sabbatum transferat.* Hic autem. *Forsan sententia Laymani alicui probabilis videtur.*

598 *Hanc sententiam verorem esse puto.* Ego quidem Pasqualigni sententiam probabiliorem esse crediderim, quam mordicus teneo. Licet enim Leander asserat, à sæculo auditum non esse, vigiliæ ieiunium translatum fuisse in alium diem ab aliquo Episcopo: ego oculatus testis vidi vigiliæ Apostolorum Petri & Pauli ieiunium incidens in die, quo tauri erant agitandi, in diem præcedentem ab Archiepiscopo Burgensi fuisse translatum, ne violationi ieiunij ansa exhiberetur. Imo ob eandam rationem non semel vidi D. Matthiæ ieiunium fuisse translatum. Instat Leander causam, quæ ad transferendum D. Matthiæ ieiunium assignatur, rationabilem non videri. Nam alias etiam posset in alium diem tranferri quodlibet ieiunium incidens in diem quemcumque festum: *cum etiam multa committantur peccata in ieiuniis in festo incidentibus.* Miror virum eruditum, & expertum differentiam aufugere inter ieiunium incidens in aliquo Bacchanalium die, & in quolibet totius anni festo. Nam in Bacchanalium diebus insolentior viget ad gulam affectus ex praua, fateor, hominum consuetudine, vnde facilius ieiunij iura violantur.

LIBER

LIBER XLVI.

PRÆCEPTVM QVINTVM.

De Decimis, ac Primitiis soluendis.

PRÆCEPTVM *quintum Ecclesiæ Decimas, Primitias, aliásque oblationes Sacris Ministris exhibendas indicit. Exponam Decimarum definitionem & diuisionem: quonam iure pendantur: quanam personæ ad Decimas obligentur: queisnam pendendæ sint, quando, & vbi? Attexam varios modos ius Decimarum acquirendi, de Primitiisque & aliis oblationibus nonnulla indicabo.*

SECTIO PRIMA.

De Præcepto pendendi Decimas, ac Primitias Receptiores sine pugna Sententiæ.

CAPVT I.

De Decimarum Definitione, ac Diuisione.

1 *Cur Decimas plurali numero nuncupemus.*

DEcima dicitur, quia pars decima est fructuum, aut bonorum, quibus penditur. *leg.2.ff.de pollicit.* Sed plerumque plurali numero *Decimas* nuncupamus eo quod agrorum, vel arborum fructibus in plurimas partes diuisis, plures partiales Decimæ in solutionem veniant, iuxta illud Leuit. *c.vlt. Omnes decimæ terræ siue de frugibus, siue de pomis arborum, Domini sunt.* Layman. *lib.4.tr.6.cap.10. numer.1*

2 *Decimarũ definitio.*

Earum hæc est definitio, *Decima pars bonorum mobilium iuste quæsitorum Ecclesiæ Ministris exoluenda.* Sumitur ex *cap. Ex transmissione, de Decimis, Fidelis homo de omnibus, quæ licite potest acquirere decimas erogare tenetur.* Eaque particulatim in *cap. Non est, eodem titul.* recensentur. *De vino, grano, fructibus arborum, pecoribus, hortis, negotiatione, de ipsa etiam militia, venatione, & de omnibus bonis decimæ sunt Ministris Ecclesiæ tribuendæ, vt qui de his eas soluere neglexerint* 3 *Ecclesiastica districtione debeant percelli.*

Decimæ prædiales, personales, & mixtæ.

Decimæ diuiduntur primo in *Prædiales, Personales, & Mixtas.* Prædiales sunt, quæ ex vineis, Syluis, hortis, piscinis molendinis, ædiũ *Escob. & Mend. Theol. Moral.* Tom. V. P. II. locatione penduntur Personales, quæ ex lucro personalis industriæ, puta negotiatione, artificio, venatione, militia, artium perfectione soluuntur. Mixtæ sunt partim prædiales, quæ ex fructibus pecorum, aut auium in propriis prædiis, concurrente personali industria videlicet ex caseo, lacte, &c. penduntur. Hostiens. *de decim.n.3.* Nauar. *sum.c.21.n.29.* Petr. Gregor. *l.2. Syntag.c.22.* Abul. *ad cap.23. Mat.* Canisi. *tr. de decim.c.2.*

4 *Decimæ maiores, & minores.*

Altera est diuisio decimarum in *Maiores*, ac *Minores*, Maiores decimæ dicuntur, quæ ex vino, frumento, & aliis similibus præstantur. Minores verò, quæ hortis, & aliis huiusmodi minutioribus offeruntur. Laym. *l.4.tr.6.c.1.n.4.* & alij.

5 *Decimæ profanæ & Ecclesiasticæ.*

Tertio diuidũtur in *Profanas, & Ecclesiasticas.* Profanæ decimæ genus quoddam tributi sunt, quod olim temporales domini prædiis subditorum solebant imponere, quæ quidem mere laicales possunt appellari. Ecclesiasticæ vero duplicis generis sunt. Aliæ, quæ primæuam suam institutionem retinentes, Ecclesiæ Ministris ob spirituales eorum functiones stipendij loco à fidelibus præstantur, ideoque proprie spirituales, & Ecclesiasticæ dicuntur. Aliæ autẽ sunt, quæ ex Ecclesiæ concessione ob iustam causam laicis personis obuenerunt ideoque laicales etiam decimæ solent dictitari. Petr. Gregor. *l.2. Syntag.c.20.*

6 *Quid in dubio, an profanæ sint an Ecclesiasticæ &c.*

Profecto si dubitetur, vtrũ decimæ profanæ sint, an Ecclesiasticæ, secundum primam originem ac ius radicale Ecclesiasticas esse inter Christicolas est præsumẽdũ, quippe quibus cõmunis lex, & consuetudo semper fuit, vt ex

prædiis suis Ecclesiæ decimas penderent. At si dubitetur, num ius decimandi ad Ecclesiasticos, an vero ad laicos pertineat, siue vtrum decimæ spirituales manserint, an verò à spirituali titulo abstractę, & laici in perpetuũ collatæ fuerint, pro Ecclesia præsumendum. Quia quod mutuatio, siue alienatio talis acciderit, est factũ & odiosum Ecclesiæ, quod non præsumi sed ostendi debet. Laym. *l. 4. tr. 6. c. 1. n. 5.*

CAPVT II.

Quonam iure Decimæ Ministris Ecclesiæ soluantur?

7 *Decimæ materialiter de iure naturali & diuino sunt.*

DEcimæ materialiter, & secundum substantiam spectatæ quatenus sunt necessarium Ministrorum Ecclesiæ stipendium, à iure naturali ac diuino descendunt. Quia lex naturalis iustitiæ dictat, & Deus iubet, vt laborantibus, & spiritualia Ecclesiæ ministrãtibus necessaria vitæ sustentatio, considerata personarũ qualitate, præbeantur. Mat. 10. *Dignus est enim* (ait Dominus) *operarius cibo suo.* D. Tho. 2. 2. *q.* 28. Nauar. *de redditib. Eccles. q. 1. n. 58.* Gutier. *l. 2. q. 94. Canon c. 21. n. 9.* & omnes.

8 *Formaliter vero sunt de iure Ecclesiastico non de iure naturali aut diuino.*

Decimæ secundum determinationem, seu aliquotam ex iure positiuo eoque diuino Mosaicæ tempore Sacerdotibus, ac Leuitis debebantur: sed ea abolita, in nouo Testamento non solum Ecclesiastica lex, verum antiquissima pariter & æquissima ad decimarum obligat præstationem. Porro in noua lege huiusmodi decimarum præstatio non est iuris diuini nec naturalis, sed solũ Ecclesiastici. Non naturalis iuris, quia lex & ratio naturalis, supposita etiam fide diuina, plus non exigit, quam vt spiritualia officia ministrantibus sufficiens ac congrua sustẽtatio præbeatur. Quare ante Mosis legem nulla extabat lex decimarum & credibile est Abrahamum *Gen. 14.* non ex obligatione, sed spontanea deuotione erga Deum, & erga Sacerdotalem dignitatem reuerentia Melchisedecho decimas obtulisse. Quod vero ex vi legis Mosaicæ dudum abolitæ Christiani non obligentur ad decimas soluendas, est certũ: sicut & illud, quod obligatio soluendi decimas, nec ex diuino legis Euangelicæ præcepto proficiscatur, siquidem Christus Dominus supra leges naturæ alias non præscripsit, nisi quæ sunt fidei; & circa substantiales ritus Sacramentorum, & Sacrificij, reliqua vero Ecclesię disponenda reliquit. Restat igitur, vt Ecclesiastica solum lege decimæ debeantur, eaque antiquissima, & Apostolica ad hæc vsque empora cum Christiani populi approbatione deriuata. D. Tho. Alens. Antonin. & alij quos citat, ac sequitur Laym. *l. 4. tr. 6. c. 2. n. 2.* Henric. *quodl. 4. qu. 28.* Abul. *ad cap. 23. Mat.* Adrian. *quodl. 5. a. 1.* Sotus *l. 9. de iust. q. 1. art. 1. concl. 3.* Lessi. *l. 2. c. 29. dub. 1.* Valent. *tom. 3. d. 6. q. 1. pun. 1.* & ex Canonistis plures, apud Laymann. *vbi supra.*

9 Postquam Ecclesiastica lex de decimis iusta ratione lata, & populi approbatione confirmata est, contra iustitiam peccat, & quodammodo contra Deum sacrilegus est, qui eas defraudat. Quia decimæ tanquam iustum stipendium Ecclesiastico præcepto Clericis deputatæ sunt ratione spiritualium officiorum, quę pro fidelium salute Deo exhibent. Quare decimarum solutio non tantum iustitiæ est actus, sed etiam ad Dei cultum pertinet; quia Deo in Ministris suis sunt consecratæ; vnde consequenter earum defraudatio non tantum iniuriam aduersus homines continet, sed quodammodo etiam aduersus Deum. Innocẽt. *cap. tua de decim.* Trident. *sess. 25. c. 12.* D. Augustin. *ser. 219.* Ioan. Molan. *orat.* quæ est de decimis deferendis? *Ex lege iustitiæ Parochis præstandæ sunt.*

10 *Competit Ecclesiæ seu Parocho.*

Aduersus quemlibet etiam alium decimarum possessorem vtilis earum vindicatio Ecclesiæ, seu Parocho quasi domino competit. *cap. Pastoralis de decimis.* ibi: *Fructus alienari non possunt, nisi cum onere decimarum,* haud dubiè reali siue ipsis fructibus inhærente, sicut apertius dicitur in *cap. Cum non sit eodem tit.* & notauit Glos. *ad cap. In aliquibus, de decim.* Abbas *hic, n. 6.* Abul. *ad c. 29. Mat. q. 158.* Sylvest *v. Decima, q. 7. dicto 4.* & 5. Suar. *l. 1. c. 36. n. 12.* post D. Thomam *q. 87. a. 2. ad 4.* Clemens I. *de decim.* consulendus?

11 *Etiam aduersus iniustũ fructuũ destructorem.*

Etiam aduersus iniustum destructorem fructuũ tum solo hærentiũ, tum separatorũ actio ab Ecclesia potest constitui. Innocent. & Abbas *ad cap. Commissum, e decim.* Si autem rogites, qua actione Ecclesia seu Parochus decimas petere possit? Respondeo, Condictione ex lege siue canone, nõ tantum si decimę extantes sint, sed etiam si consumptæ, ac destructæ, vel alienatæ sine causa, eaque iusta, *argum. leg. vnicæ, ff. de condict. ex lege si obligatio lege noua introducta sit, nec cautum eadem lege, quo genere actionis experiamur, ex lege agendum est.* Ex communi docet id Abbas *ad cap. Commissum, nu. 4. de decim.* Ibidem Henric. Canis. *in 3.*

CAPVT III.

De personis, quæ ad decimas obligantur.

12 *Est circa decimarum bitũ possessionem & retinendi.*

DVobus modis persona potest ad præstandas decimas obligari. Primo per se, vt obligatio ex condictione, seu subiectione eius in spiritualibus proficiscatur: & exinde in rem, seu fructus rei deriuetur. Secundò per accidens tantum; quia persona alioquin non obligata possidet rem fructiferam, aut eius fructus percipit, quibus decimarum onus incumbit. Prior illa obligatio onus siue debitum *personale*, posterior *reale* potest appellari. Laym. *libr. 4. tract. 6. capit. 3. numer. 1.*

13 *Qui è manu Sacerdotis eorum subditi in spiritualibus.*

Omnes & solæ illæ personæ, quæ in spiritualibus subditę è manu Sacerdotis Sacramenta suscipere debent ad decimarũ præstationẽ per se ac propriè personali debito obligantur. Quia

Quia decimæ dãtur tanquã stipẽdiũ pro spirituali cura,ac ministerio,quod fidelibus exhibetur Colligitur ex *Ex transmissa*,ex *c. Ad Apostolicæ de decimis*. D.Tho.*q.*87.*a.*1.*ad* 4. Vnde Iudæi, & aliæ non baptizatæ personæ per se ac propriè personali debito ad decimas non possunt obligari Glos.*cap. De terris, de Iudæis* ait:*Ratione prædiorum soluere debent decimas,& non ratione personarum:quia non sunt de corpore Ecclesiæ* quare nec Ecclesiasticis legibus constringuntur.Sotus *l.*9.*de iust.qu.*4.*a.* 4.Suar.*c.*16.*n.*5.

14 *Nec Summus Pontifex* Summus Pontifex per se,seu ex vi personæ suæ non potest ad decimas obligari.Quia persona per se nõ obligatur ad præstandas decimas nisi ordinario Pastori suo,cui in spiritualibus subiicitur:Papa vero talẽ in terris Pastorem habere non potest.Abul.*ad cap.*23.*Mat.* Suar.*c.*17.*n.*8.

15 *Episcopi, ac Parochi per se obligari non solent.* Licet Episcopi,ac Parochi per se,ac debito personali obligari ad decimas soluendas non solẽt.Quia neq; ex iure Ecclesiastico,neq; ex consuetudine talis obligatio potest ostẽdi.Possunt tamen à Põtifice sũmo per absolutã eius potestatem obligari.Quia in Episcopis,ac Parochis est subiectio erga superiorem Pastorem suum,propter quam lege,aut præcepto Pontificio ad decimas soluendas possunt adstringi.Ipsi tamen Episcopi Parochis, aliisque inferioribus Sacerdotibus nequeunt decimas similéve exactiones inre cõmuni non concessas imponere, vt constat ex *cap.constitutum, c. Nulli Episcoporũ*,&ex aliis iuribus in *causa* 16. *q.*1. D.Tho.Sotus, Suarez quos refert, ac sequitur Laym.*l.*4.*tr.*6.*c.*3.*n.*1.Lessi. *l.*2. *cap.*29. *num.*28.

16 *Clerici non curati obligantur personali debito.* Clerici vero non Curati communi iure spectato,ex lucris ac redditibus suis temporali titulo acquisitis,per se &personali debito obligantur ad præstandas decimas Sacerdoti Parochiali,à quo Sacramenta percipere debent. *cap.* 2. *de decim.* ibi: *Illi profectò Clerici,qui à Clericis spiritualium ministeriorũ labores accipiunt, decimas eis debent.* Quæ doctrina licet hodie nullum vsum habeat in decimis merè personalibus:quippe quas nec laici,multo minus Clerici pendere solent:locum tamen habet in terris noualibus, quas si excolat Clericus, cum ante nullum fructum aut modicum afferrent,ad decimas Parocho suo ex illis soluendas obligari incipit, non per accidens ratione rei,siue tertæ:sed per se,& propriæ personæ ratione.Canonistæ cõmuniter.D.Tho.2. 2.*q.*87.*a.*4.Rebuf.*tr.de decim.qu.* 5. Couar.*l.*1. *resol.c.*17.*n.*8.Suar.*to.*1.*de Relig.l.*1.*c.*17.*nu.*21.

17 *Ex Religiosi nisi ex priuilegio eximuntur.* Religiosi,sicuti & aliæ personæ Ecclesiasticę per se,& personali debito,ad decimarum præstationẽ tenentur Parochiali Ecclesiæ,spectato iure communi antiquo,& exclusis priuilegiis, ac consuetudine.Quia huiusmodi etiam personæ sunt Parochiis subiectæ,nisi priuilegio,aut consuetudine eximantur.*cap.ex multiplici.cap. Commissum.cap.ex parte de decim.*

18 *Ipsarũ nouarũ decimarum priuilegia, eorũdem priuilegiorum.* Profectò Regulares omnes in communi viuentes priuilegia varia exemptionis in corpore iuris contenta à summis Pontificibus accepere.Paschalis II.*c. Decimas* 16.*q.*1.dedit,vt de laboribus, seu nutrimentis suis propriis, adeoque etiã de prædiis, quæ ipsi propriis manibus,vel sumptibus pro vitæ suę sustentatione colunt,decimas soluere non cogantur.sicuti *cap. Ex parte*,1.*de decim.*explicatur.Sed priuilegium hoc tam amplè Religiosis concessum reuocatum fuit ab Adriano IV. & successore eius Alexandro III.in *cap.Ex parte*,1. atq; ad solos Cistercienses,Templarios,& Hospitalarios restrictũ. Postea verò Innocentius III. in in Concilio Lateranensi *c.penult.de decim.* etiã his ipsis Religiosis priuilegiũ limitauit,vt solũ se extenderet ad terras ante Conciliũ Lateranense acquisitas:de aliis autẽ postea acquirẽdis decimas soluere deberent Ecclesiis,quibus antea ratione prædiorũ soluebantur:manente nihilominus in pristino vigore priuilegio ab Adriano IV. Alexandro III.omnibus Religiosis in communi viuentibus concesso in *cap. Ex parte,Vt de noualibus suis,quæ propriis manibus, vel sumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium suorum, & de hortis suis decimas non persoluant.* Quod ipsum simili ratione indultũ est Leprosis in *cap.* 2. *de Eccles.ædific.* si ij in communi viuentes propriam Ecclesiam cum cœmeterio,propriumque Presbyterum habere permittantur.Ex quibus intelligitur hodierno quo vtimur, contrariam regulam statuẽdam esse,scilicet Religiosos vtriusque sexus per se ac debito personali non obligari ad decimarũ solutionẽ.Cuius priuilegij vtilitas nõ tã in eo cõsistit,quod Religiosi nõ teneãtur ad decimas personales proprij laboris ex lucris: siquidem huiusmodi decimas propter desuetudinem nec laici quidem soluere coguntur;quæ antequã, ad ipsos peruenirent,nullos, aut exiguos fructus afferebant,ideoque vel nullis,vel modicis decimis Ecclesiæ Parochiali pendendis erant obnoxiæ,si postea eas propria manu,vel sumptu excolant, à decimarum præstatione sint immunes.Glos.recepta *ad cap.Quid per noualе v.de verb.significe,& ad cap.Commissum,verb. pascuis,de decim.* Abulens.*ad cap.*23.*Mat.qu.* 194.& alij communiter.

19 *Ad decimas ex reali obligatione omnes cuiuscũque conditionis obligantur.* Ad decimas autem præstandas ex debito reali,ideſt,orto ex re decimis obligata,antequã ad alterius possessionẽ deueniret, omnes omnino cuiuscũq; ordinis,status religionis,ac dignitatis personæ, etiam ipse sũmus Pontifex, Episcopi,ac Regulares obligãtur,nisi vel præscripta cõsuetudine,vel Põtificia dispẽsatione, aut priuilegio eximantur.Quia postquã Diœceses Parochias diuisæ fuere, prædia parochianorũ intra quãlibet Parochiam sita obligationẽ acquisierunt decimæ partis fructuum ex iis Ecclesiæ parochiali inferendæ, eamq; obligationẽ secũ ad quẽlibet possessorẽ deferũt:*trãsit* enim *res cũ onere suo*.D.Tho.2.2. *q.*87.*a.*4. & DD.*ad c.De terris de decim.*& *ad c.Quanto*,vbi Abbas *n.*4.*de Iudæis*.Suar.*to.*1. *de Relig. l.*1.*c.*17.*n.*10.Laym.*l.*4.*tr.*6.*c.*3.*n.*5.

20 *Etiam pauperes qui tolerabili laborant inopia.* Qui communi ac tolerabili paupertate laborant,habentes tamen ea,quæ ad se suosque alendos absolute,etiam decimis persolutis,sũt necessaria, decimarum obligatione perinde ac alij haud dubiè tenentur. Quia licet decimæ & alij Ecclesiastici redditus, si superflui sint,ad pauperum, vel alium pium vsum debeant erogari: hæc tamen dispensatio ipsis Clericis est commissa, neque particulares pauperes speciale aliquod ius habent:sed ipsi in primis debent suæ obligationi ac debito satisfacere. D.Tho.2.2. *quæst.*87.*art.*4. *Ab-*

bas *cap. Cum omnes, nu. 4. de decim.* Rebuf. *qu. 5. num. 14.*

21 *Qui graui paupertate premuntur.*

Qui vero graui paupertate premuntur, ita vt solutis decimis, non habeant necessaria ad se, suosque alendos, à solutione, vel potius dilatione decimarum, donec ad meliorem fortunam deueniant, excusantur. Quia vniuersim solutio debiti ex titulo iusto contracti, potest ob grauẽ necessitatem seu debitoris inopiam differri. Et quia in debito decimarum credibile non est, piam Ecclesiam velle, vt tanto rigore à fidelibus exigantur: & cũ Parochi ipsi obligati sint, ad subueniendum Parochianis tanta pressis inopia, non possunt ipsi iniquo animo ferre, si parochiani ante retineant, quod eis tribuendum, aut concedendum esset. Id vero discrimen est inter inopiam grauem, & extremã, quod qui extremam patitur, obligatione omnino liberatur: qui autem graui tantũ afficitur, non simpliciter est ab obligatione hæc immunis, sed donec factus opulentior fuerit. Suar. *to. 1. de Relig. l. 1. c. 16. n. 16.* Laym. *l. 4. tr. 6. c. 3. n. 6.* & alij.

22 *Pœnæ Mẽdicantibus indictæ.*

Monuerim, in Clementina *Cupientes, §. 1. de pœn.* pœnas inferri ipso facto Religiosis Ordinis Mendicantium (quia ipsi decimas nullas percipere solent) si homines à decimarum solutione retrahant.

CAPVT IV.

De iis quibus Decimæ sunt soluendæ.

23 *Decimæ personales præstari debẽt propriæ Ecclesiæ Parochiali.*

Decimæ personales, spectato iure cõmuni, (nã consuetudine vbique fere fũt abrogatæ) præstari debent propriè Ecclesiæ parochiali, ad quam quisque fidelium pertinet, vt in ea officia diuina audire, & Sacramenta percipere teneatur. Quia id habetur *cap. Ad Apostolicæ, de decim.* iuncto *ver. personales.* & *cap. vltim. de Parochiis.* Glos. & Abbas *ibi, num. 5.*

24 *Prædiales soluendæ Ecclesiæ Parochiali, intra cuius terminos prædia sunt sita.*

Decimæ prædiales, spectato communi iure, vel saltẽ Ecclesiarũ recepta cõsuetudine, soluendæ sunt Ecclesiæ parochiali, intra cuius terminos prædia sunt sita. Quia cũ crescente fidelium multitudine, ad confusionem vitandam necesse esset, Parochias diuidere, oportuit etiam fines singulis, ac terminos suos terrarum designare, in quibus pro Parochi, & Cooperatorũ eius sustẽtatione certi decimarũ redditus prouenirent, sicut colligitur ex *cap. Licet, 16. q. 3.* & ex *cap. Super eo, de Parochiis.* & ex Tridentino *sess. 24. c. 9. & sess. 24. cap. 13.* Glos. *ad cap. vlt. v. prædiorum.* & alij communiter.

25 *Parochi ad. uersus quẽlibet.*

Vnde Parochi communi iure aduersus quẽlibet possessorem iuris decimandi intentionẽ fundatã habent, etiam contra Episcopum, vt aliter probare non teneantur ad se pertinere. Idque asserendũ est de quibusnis prouẽtibus, adeo, vt si Capella sit infra Parochiam, oblationes ibi factæ non capellæ, sed Parochiæ cedere debeant, nisi eæ ad Ministri sustentationẽ, vel capellæ fabricam Episcopi authoritate sint deputatæ, iuxta *cap. Ad audientiam 1. de Eccles. ædif.* Rebuf. *de decim. q. 7. a. 4.* Canis. *c. 8. n. 2.* argum. *ex c. In Sacris Canonibus, causa 16. q. 1.* & *cap. A nobis, de decim.* & *c. vlt. de Parochiis.* Abbas *ad c. Pastoralis, n. 2. de iis, quæ fiũt à Prælatis.* Laym. *l. 4. tr 6. c. 4. n. 2.*

26 *Tũ personas quæ prædiales soluendæ sint non baptismali Ecclesiæ.*

Quod si requiras, nũ decimæ tũ personales tum prædiales Ecclesiæ baptismali, an parochiali communi iure debeantur? respondeo, de personalibus dubiũ esse non posse, quin parochiali debeantur Ecclesiæ, in qua Sacramẽta susciperi, & officia diuina ab adultis debent audiri, etsi alia sit Ecclesia baptismalis ad quam tanquam matricẽ, aut primariam Baptizandi deferri debeant. Idem quoque sentiendum est de decimis prædialibus, nempe inferendas esse Parochiali Ecclesiæ, si ea proprios, & à matrice Ecclesia distinctos limites habeat. Colligitur ex *c. Ad Apostolicæ*, & ex *c. Cum contingat.* Abbas *ibi, n. 18.* Suar. *to. 1. de Relig. l. 1. c. 24. n. 4.* & alij.

27 *Decimæ mixtæ debentur Ecclesiæ parochiali.*

Decimæ autem mixtæ, quæ ex fructibus & fœtu pecorum penduntur, vbi eæ in vsu sunt, debentur Ecclesiæ parochiali, intra cuius terminos pecora pascuntur: ita vt si diuersis anni temporibus in diuersis Parochiis alantur, decimæ inter Parochias secundum temporis proportionẽ sint diuidendæ, nisi aliud consuetudo obtineat. Quia id iura disponunt, *cap. Ad Apostolicæ, ver. personales, de decim. c. Commissum, de decim.* D. Tho. *q. 87. a. 3. ad 2.* Alen. *p. 2. q. 51. memb. 4.* Alens. *ad c. 13. Mat. quæst. 197.* Rebuf. *q. 6. n. 25.* Suar. *to. 1. de Relig. l. 1. c. 21. n. 8.* Nauar. *consil. 1. de decimis, edit. 2.*

28 *Quarta pars decimarum soluenda Episcopo.*

Spectato communi iure, quarta pars decimarum parochialium soluenda est Episcopo ordinario. Quia ita habetur in *cap. Conquerente, de officio ordinarii*, & in *c. De quarta, de præscript.* Profecto postea quam ob fidelium multitudinem Diœceses amplificatæ, atque inter eas Parochiæ diuisæ sunt, tũc decimæ prædiorum singulis Parochis, siue Ecclesiarum curatoribus iure proprio fuere assignatæ, reseruata tamen Episcopo tanquam superiori ordinario fidelium Pastori certa portione, videlicet quarta, quæ ad ipsius decentem sustentationẽ necessaria videbatur. At cum pluribus locis Episcopi ex propriis fundationibus, aliisque titulis sufficienter sustentationem habeãt, ideo quarta decimationis pluribus Diœcesibus venit omnino in desuetudinem. Hostiens. *ad c. Dudum, de decim.* Abbas *ad cap. Cum contingat, num 7. & ad cap. Quarta, nu. 1.* Canis. *cap. 12.* Suar. *tom. 1. de Relig. libr. 1. cap. 18. num. 9.*

29 *Certi sunt casus.*

Certi tamen sunt casus, in quibus adhuc hodie integræ decimæ ad Episcopũ pertinent. Quorum primus indubitatus est, si ipsemet sit immediatus curatus suæ Cathedralis Ecclesiæ, vel alterius parochialis, quam saltem per Vicariũ administret. Deinde si prædia intra suam Diœcesim nullæ Parochiæ sint assignata, eorũ decimæ Episcopalem mensam spectant, iuxta *cap. Quoniam, de decim.* Tertio denique si adhuc hodie aliqua Diœcesis in Parochias diuisa non sit, sed omnis animarum cura ad Episcopum spectat: tunc decimæ omnes ad eundem iure pertinebunt: ex quibus Capellanis, seu Vicariis suis sufficientem debet susten

sustentationē, sicuti Parochi assolent, exhibere. Abbas ad *cap. Cum contingat*, *n.* 7. Suar. *to.* 1. *de Relig. l.* 1. *c.* 29. *n.* 1. Laym. *l.* 4. *tr* 6. *c.* 4. *n.* 6. Rebuf. *de decim. q.* 7. *n.* 7. qui quidem *n.* 12 addit, Episcopum nomine cuiuslibet Ecclesiæ Parochialis agere posse ad consequendas decimas in Parochi defectum.

CAPVT V.

De tempore, quando, & loco, vbi Decimæ sint soluendæ.

30 *Prædiales decimæ debentur statim ac fructus sunt collecti.*

PRædiales decimæ debentur statim ac fructus à solo separati, ac collecti sunt. Quia id præscribitur *cap. Cum homines, de decim.* iuncta Glos. *ver. fructibus collectis*, vbi addit, si rusticus in mora soluendi sit, periculū decimarum ad ipsum pertinere. Neque opus est, vt à Parocho petantur, siue exigantur. Quia dies ipse, siue tempus solutionis pro creditore interpellat, præsertim cum fructus reali obligatione decimarū ex iuris dispositione obligati cēseantur. Nam posita legis positiuę determinatione, ex iustitia Ministris Ecclesiæ debētur. Abbas *ad cap. Peruenit, de decim. in fine.* Couar. *l.* 1. *resolut. c.* 17. *n.* 8. Gutier. *l.* 2. *qq. Canon. c.* 21. *nu.* 44. Rebuf. *de decim. qu.* 12. *n.* 7. Suar. *to.* 1. *de Relig. l.* 1. *c.* 37. *nu.* 2. sumitur ex *cap.* 22. *Exod.* ibi: *Decimas tuas, & primitias non tardabis reddere.*

31 *Dominus prædij non obligatur decimas ad horreū Ecclesiæ deportare.*

Spectato cōmuni iure, dominus prædij nō obligatur, decimas ad horreum Ecclesiæ, vel Parochi deferre: sed satisfacit obligationi suę, si moneat Parochū vt decimas à solo separatas aut collectas auferat: quod si facere intermittat, & decimę fructuū in agro damnū aliquod patiātur Parochi culpæ imputabitur. Quia habet se Ecclesia decimarū cōparatione tanquā vsufructuaria, vel pēsionaria, cui satisfit si pēsio fructuū soluatur in loco, vbi res frugifera sita est, nisi aliter conuentum, vel consuetudine sit receptū. Couar. *l.* 1. *resol c.* 17. *n.* 8. Suar. *to.* 1. *de relig. l.* 1. *c.* 37. *n.* 6. Henric. Canis. *de decim. c.* 7. *n.* 2. Abbas autē *ad cap. Peruenit, n.* 3. *de decim.* ait, Villicū debere propriis expensis fructuū decimas ad horreū Parochi deferre. Quod verū quidē est, si loci consuetudo ita obtinuerit: cōmuni autem iure nihil tale statutum reperio. Abul. *ad cap.* 23. *Mat. q.* 206. Lessi. *l.* 2. *c.* 15. *dub.* 8. *n.* 57.

32 *Personales sunt quæ soluuntur singulis, elapsis annis.*

Decimæ personales ex lucris vbi eę in vsu sunt cōmodissime soluuntur elapsis annis singulis, sicuti alij census, ac tributa pendi assolent. Glos. *ad cap. reuertimini, v. annus*, 16. *qu.* 1. Alens. *q.* 51. *memb.* 3. Abbas *ad cap. Peruenit, n.* 3. Rebuf. *de decim. q.* 12. *n.* 4. Suar. *to.* 1. *de relig. l.* 2. *c.* 27. *n.* 6.

33 *Quid de fructibus mixtis?*

Inter decimas mixtas quædā rectius, soluuntur, cum primum fructus recepti sunt, vt ouiū lana. Quędā non statim, sed postquā sine lacte matris viuere possint, vt animalium fœtus. De quibusdā vero certa regula tradi nō potest, sed ex loci consuetudine, priuatis transactionibus, &c, petendum est. Rebuf. *de decim. qu.* 6. Suar. *to.* 1. *de relig. l.* 1. *c.* 37. *n.* 6.

Parochus non potest à domino, vel colono decimas iniuste detinente, aut soluere recusante per vim extorquere, aut ob eā causā Ecclesiæ aditu, vel Sacramentis, sine Episcopi authoritate, prohibere. Quia vniuersim concessū non est creditori propria authoritate bona debitoris inuadere, eumq; possessione ad debiti sui recuperationem spoliare. Quare cum Parochus forensem iurisdictionem in parochianos non habeat, necesse est, vt ad Episcopum causa ista deferatur, qui illos in soluendis decimis culpate morantes ad solutionem cogere debet, & post trinam canonicam monitionem etiam excommunicare, iuxta *cap. Omnes* 16. *q.* 1. & Trident. *sess.* 25. *c.* 12. Interdum tamen si absque scandalo, vel simili incōmodo decimæ acquiri non possint, prudentia opus erit, num magis expediat eas vna vice, seu ad tempus remittere, an cum Ecclesiasticæ censuræ seueritate exigere. Caiet. 2. 2. *q* 43. *art.* 8. Suar. *to.* 1. *de relig. l.* 1. *c.* 38. *n.* 5. Molan. *orat.* 3. *c.* 11. & 12. post D. Tho. 2. 2. *q.* 78 *a.* 1. *ad* 5. Verūtamen si in aliquo casu crimen decimas iniuste detinentis notorium fuerit, & in excusabile, haud dubiè potest, imo debet Parochus tali notorio peccatori Sacramentum Eucharistiæ negare. Laym. *libr.* 5. *tract.* 4. *capit.* 6. *quæst.* 3.

34 *Parochus nō potest decimas per vim extorquere sine Episcopi authoritate.*

CAPVT VI.

De variis modis, quibus ius Decimarum acquiritur.

35 *Potest ius decimarum acquiri per transactionem.*

PEr transactionem seu amicabilem compositionem Ecclesiasticis personis potest ius decimarum acquiri, (præter titulum communissimum, videlicet parochialis Beneficij collationem.) v. gr. si plura prędia sint, de quorum decimandi iure litigatur, componi, seu transigi potest, vt vni parti hæc, alteri alia prædia assignentur; vel si vnicum prædium litigiosum sit, vt decimę inter partes diuidantur: dummodo in tali transactione nullum extrinsecum pretium interueniat, pro quo ius decimarum, quod spirituale est simoniacē ematur. Habetur expresse in *cap.* 2. & in *cap. Veniens, de transact.* & in *cap. Ex multiplici, de decim.* & notauit Glos. *ad cap.* 2. *v. Vt si super.*

36 *Et per compromissum*

Super iure decimarum compromitti potest in arbitrum vnum, vel plures, quorum sententia, siue arbitrio à partibus sit standum. Debent tamen arbitri esse Clerici, non laici. Quia sicut laicus de spiritualibus iudicare non debet, ita neque arbitrari. Ex commissione autem Iudicis Ecclesiastici potest laicus vnus vel plures cum Clerico compromissarij fieri. Sumuntur hæc ex *cap. cum Apostolicæ, de iis, quæ à Prælatis.* iuncto *cap.* 1. *de arbitris.* Et ex *cap. contingit, de arbitris*, Iuncta Glossa, *v. Spiritualibus.* Et ex *c. Per tuas*, Abbate annotante *num.* 8.

37 *Et per mutationem.*

Decimarum ius vnius Ecclesiæ cū iure de-

cimatum alterius potest permutari, ducto argumento à sensu contrario ex *cap. Ad quæstiones*, & ex *cap. vlt. de rerum permut.* Porro in eiusmodi permutatione necesse est. Episcopi authoritatem interuenire, cum permutatio sit alienationis species, *cap. Nulli, de reb. Eccles. non alienand.* Lege Glossam *ad cap. vlt. citatum v. temporalia.*

38 *Decimarũ ius propriè sumptum non potest sine simonia vẽdi.*

Decimarum ius si proprie formaliter, ac secundũ primã institutionẽ sumatur, quatenus fundatum est in spirituali officio, sed ministrandi spiritualia obligatione, sine vitio simoniæ vendi, aut permutari cum re temporali nõ potest. Ita *c. vlt. de rerum permutat.* specialiter autẽ laicis ius decimarũ ita formaliter sumptũ ne gratuita quidem cõcessione prohibetur. Quia laici spiritualia fidelibus nequeunt ministrare, vnde cõsequẽter sũt iuris decimarũ incapaces, quod in spirituali officio tanquã debitũ sibi stipendium fundatur, ideoque & ipsum spirituale censetur. Glossa *ad cap. vlt. citatum, v. temporalia*, Rebuf. *de decim. q. 10. num. 17.* D. Tho. 2. 2. *q.* 87. *a. 3. in corp.*

39 *Potest vero, si materialiter sumatur.*

Si vero decimarum ius materialiter spectetur pro solã vtilitate fructuum percipiendorũ præcisa ab spirituali iure, ac titulo: vendi, locari, vel personæ laicæ concedi potest ex rei natura nisi à Sacris canonibus prohibeatur. Quia ius percipiẽdi redditus temporales hac præcisa cõsideratione tẽporale est: ergo in laicos quoq; cadit, æstimationeque tẽporalem potest accipere. Quapropter in primis sũmus Pontifex tanquã supremus bonorũ Ecclesiasticorum administrator, ex iusta causa ad bonum Ecclesiæ pertinẽte, redditus decimarũ vel integros, vel partiales laicis v. gr. Principibus viris in perpetuũ concedere potest, seu in remunerationẽ beneficiorũ, seu cũ annexo onere fundandi, dotãdiue Ecclesias. Qua cõditione Reges Hispaniæ Ferdinandũ & Elisabethã decimas Regni Granatensis à summo Præsule accepisse, testis est Couar. *in practic. qq. c. 35. n. 2.* legendus Abbas *ad cap. Causam, quæ de præscript. n. 5.* Canisi. *de decim. c. 13. n. 3.* Necesse tamẽ est, vt si decimæ Põtificia authoritate Ecclesiæ alicui auferantur, Ministri eius aliunde sufficiẽtes redditus ad sustentationẽ habeant. D. Th. 2. 2. *d.* 87. *a. 3. in corp.* Glos. *ad cap. Quãuis, v. concesserit.* Suar. *to. 1. de Relig. l. 1. c. 35. n. 6.*

40 *Non possũt iã Episcopi concedere laicis decimas in feudum perpetuum.*

Episcopi, & inferiores Prælati poterãt antiquo iure, adhibitis solẽnitatibus prouentus decimarũ Ecclesiæ suæ ob iustam causã laicis concedere in feudũ perpetuũ: hæc autẽ potestas ipsis adẽpta est in Concilio Lateranensi sub Alexãdro III. anno Domini CLXXX. vti colligitur ex *c. 2. §. sane de decim. in 6.* Scio, aliquos existimare prius sublatã fuisse ab Vrbano II. in Concilio Turonensi. Hostien. *in cap. cum Apostolicæ.* Rebuf. *de decim q. 10. n. 23.* Suar. *to. 1. de Relig. l. 1. c. 26. n. 4.*

41 *Ius decimarum cont ra Parochum præscribi potest a Clericis, aut cõuentu Religioso.*

Ius decimarũ à quibuscumque Clericis, aut conuentu Religioso contra proprium Parochum, cui spectato communi iure debentur, præscribi potest cum titulo quadraginta annorum spatio, sine titulo autem tempore tam longo, vt eius initij nulla extet hominũ memoria, Prior pars assertionis sumitur ex *cap. Ad aures, de præscript.* Posterior autem habetur expresse in *cap. 1. de præscription. in 6.* iuncto *cap. 1. de restit. spoliator. in 6.* Balbus *de præscr. l. 3. p. 2. qu. 6.* Couar. *l. 1. resolut. c. 17. nu. 7.* Suar. *to. 1. de Relig. l. 1. c. 22.* Vasq. *tr. de Benef. c. 1. n. 36.*

42 *Quomodo à laicis possit etiam præscribi.*

Laici non possunt præscriptione acquirere decimas etiam immemorialis temporis possessione, nisi ea fundata sit in prætũptione alicuius legitimæ concessionis, aut priuilegij, saltẽ per famã, aut cõmunem opinionem. Quia id habetur in *cap. Causam.* vbi respondetur, Vtũ aliquẽ nobilẽ ad decimarũ restitutionẽ condemnandũ esse, non *obstante* præscriptione tẽporis, si eam opponere voluerit: *quia cum laici decimas detinere non possint eas nulla valent præscribere ratione.* Glos. hic *v. detinente.* Felin. *ibi, n. 3.* Abbas *n. 2. de præscript.* Syluest. *v. Decima, q. 10. dicto 2.* Abul. *ad c. 23. Mat. q. 178.* Couar. *l. 1. resolut. c. 17. n. 5.* Rufin. *q. 10. n. 24. & q. 13. n. 64.* Canis. *c. 13. nu. 9. & 10.* Suar. *to. 1. de Relig. l. 1. c. 27.* & alij, quos citat, & sequitur Laym. *l. 1. tr. 4. c. 24. n. 9.*

43 *Immunitas a decimis*

Immunitas à decimis soluendis etiam prædialibus tã à laicis quam à Clericis cum bona fide vsucapi potest cum titulo annis quadraginta, sine titulo tẽpore immemoriali: idque *vt vsucapi* non tantũ ex parte, videlicet vt duodecima, *possit a laico* aut vigesima soluatur, sed etiam in totũ: modo *cis ac ad Cle-* interim Ecclesiæ Ministris sufficiens sustẽ- *rici cui bo-* tatio ex aliis titulis, v. gr. ampla Ecclesię fun- *na fide* dationẽ, fidelium oblationibus, piisve legatis suppetat. Quia ex *cap. 1. de præscript.* Doctores cõmuniter hanc regulam tradunt: si præscriptio tendat contra ius Ecclesiæ, assistente ipsi iure communi, opus est tempore immemoriali; nisi titulus præscriptũs adsit: tunc enim sufficiunt anni quadraginta. Talis autem est præscriptio immunitatis à præstandis decimis Ecclesiæ, quæ cõmuni eoque antiquissimo iure Ecclesiastico præcipiuntur. Ergo &c. Rufin. *q. 13. n. 81.* Couar. *l. 1. resol. c. 17. n. 8.* Sylues. *v. Decima, q. 4.* Fernand. Vasquius *l. 2. illustr. qq. c. 89. a. 10.* Nauar. *sum. c. 21. n. 10. & l. 3. cons. cons. 1. de decim.* Gutier. *c. 21. n. 67.* Molina *to. 1. tr. 2. d. 75.* Canisi. *de decimis, c. 17. n. 16.* Suar. *to. 1. de Relig. l. 1. c. 12. & 13.* Valent. *to. 3. d. 6. q. 5. pun. 2.* Lessi. *l. 2. c. 39. dub. 5. n. 26.*

44 *Si in regione, vbi decima per desuetudinem sunt abrogata, omnia, Ministri debito stipendio destituantur, decimæ non de nouo oriuntur.*

Si contingat, in aliqua Christicolarum regione, decimas omnes etiam prædiales per desuetudinem omnino esse abrogatas: quia Ecclesiæ Ministri ex aliis fidelium oblationibus sustentationem sufficientem habent; sed postea facta rerum mutatione debito stipendio destituantur: hoc casu obligatio decimas præstandi saltem quatenus ad Ministrorũ sustentationẽ sũt necessarię ipso naturali iure de nouo est oritura. Præterquã quod sũmus Pontifex decimas, si in aliqua regione Christianorũ nunquã solui consueuissent, vel per desuetudinẽ abolitæ essent, ex plenitudine potestatis suæ de nouo possit imperare: non tantũ si Ministri eius loci ad sustentationem suã simpliciter indigeant, sed etiam ob aliam vniuersaliorẽ causam, videlicet, vt vniformis lex decimarũ in tota obseruetur Ecclesia. Sic intelligo D. Thomã, quãdo 2. 2. *q.* 87. *a.* 1. *ad* 5. ait nõ esse *in statu damnationis, qui non soluunt decimas in locis illis, in quibus Ecclesia non petit; nisi forte propter obstinationẽ animi habentes voluntatẽ nõ soluendi, etiãsi ab eis peterentur*, seu exigente iusta necessitate seu accedente summi Pontificis authoritate, atque imperio. Lege Suariũ *to. 1. de Relig. l. 1. c. 12. n. ii. & seq.* Laymanum *l. 4. tr. 6. c. 6. n. 10.*

CAPVT

CAPVT VII.

De Primitiis, & Oblationibus.

45 *Quid Primitiæ.*

PRIMITIÆ dicuntur primi agrorum fructus, vinearum scilicet, hortorum, arborum, vti colligo ex *cap.* 18. *Numer.* vbi eiusmodi primitiæ Aaroni, ac filiis eius assignantur. *Omnem medullam olei, & vini, & frumenti quicquid obtulerint primitiarum Domino, tibi dedi: vniuersa frugum initia, quæ gignit humus, & Domino deportantur, cedent in vsus tuos.* Et *cap.* 22. *Exod. Solemnitatem messis primitiarum operis tui, quæcumque seminaueris in agro, & custodies.*

46 *Quid Oblationes.*

Porrò Oblationum nomen tribus modis accipitur. Primò latè, vt etiam primitias, ac decimas comprehendat. Secundò accipitur, vt à decimis quidem, ac primitiis distinguatur, sed alia omnia dona, seu munera comprehendat, quæ Ecclesiæ, vel piis locis in vita, aut mortis causa præstantur. Tertiò accipitur strictius pro dono, quod fideles ad Altare siue per se, siue per manus Diaconi assolent deferre. Cuiusmodi tamen oblationes etiam variæ sunt: nam antiquitus diebus præsertim Dominicis fideles panem, & vinum soliti erant offerre tanquam Sacrificij materiam, Sacræque Communionis, sicuti colligitur ex decreto Fabiani Papæ *to.* 1. *Concil.* S. Cypriano *l. de operib. & eleemos.* Augustin. *serm.* 215. *de temp.* & Concil. Matiscon. II. *cap.* 4. Verùm præter panem, & vinum hunc offerri etiam ac benedici solebat panis fermentatus, vt populo præsenti, si Sacram Eucharistiam non acciperet, distribueretur, atque ad absentes etiam Parochias Catholicæ vnionis mitteretur in signum. Colligitur ex canon. Pij I. *de obligat. populor. to.* 1. *Concil.* Concil. Laodic. *can.* 14. vbi interdicitur, ne diebus Paschalibus Eulogiæ ad alias Parochias mittantur, quia illa festiuitate populus ad Sacram Eucharistiam sumendam obligatur pluráque à fidelibus offerebantur non bene dicendi causa, sed vt in gazophylacio siue secretario conseruarentur, donec ab Episcopo in Clericos pro cuiuscumque distribuerentur necessitate. Clemens *l.* 4. *const. c.* 6. & 7. Baron. *anno* 58. *num.* 88. Senerin. Binnius *in notis super can.* 4. Apost. *to.* 1. *fol.* 14. *col.* 1. Iacob. Pamel. *in locum D. Cypria. supra allegatum.*

47 *De oblatio non obligatione.*

Profectò nunc nullum extat præceptum Ecclesiasticum de oblationibus in Ecclesia faciendis: potest tamen longa consuetudine oblatio introduci. Siue id accidat, quia populus longo tempore, videlicet annis decem oblationes in certis solemnitatibus frequétet quasi ex obligatione, siue intentione obligationis contrahendæ fauentibus Prælatis: siue ipsi Ecclesiarum Rectores longo tempore à Parochianis oblationes quasi debitas bona fide exigant, ideóque per modum præscriptionis ius sibi acquirãt. Suar. *to.* 1. *de Reli. l.* 1. *c.* 5. & in simili Abbas *ad cap. Suam, n.* 5. *de simon.*

De Primitiarum verò obligatione dixerim' nouæ legis Ecclesiam decentissimum illum Ecclesiæ antiquæ modum offerendi fructuum primitias Deo, saltem mediatè, atque in Ministris suis, olim fuisse imitatam fidelibúsque præcepisse. Colligitur ex *cap. Prater, dist.* 32. ex *cap. Reuertimini*, 16. *quæst.* 1. & notauit Gloss. ad *cap.* 1. *de decim. v. In primitiis.* D. Thom. 2. 2. *qu.* 86. *a.* 4. Ambros. *de fide resur.* Origen. *hom.* 11. *in Numer.* fatus: *Si quis non offerat primitias Sacerdotibus, non videtur huiusmodi habere memoriam Dei, nec cogitare, nec credere, quòd Deus dedit fructus, quos cepit.* Attamen hodie primitiarũ oblatio plerisque in locis per desuetudinem est abolita. Quia cum iure solùm Ecclesiastico principaliter propter conuenientem Ministrorum sustentationem fuerit constituta: ideo si ipsis aliunde, videlicet, ex decimis, aliisve fidelium oblationibus necessaria non desint, nihil obstat primitiarum præstationem abrogari. 48 *De obligatione primitiarum.*

Quod si roges quarum personarum, & ex quibus rebus oblationes in Ecclesia sint accipiendæ? Ad primum respondeo, offerentes oportere esse Christianos, & ab Ecclesia non præcisos, siue excommunicatos. Quia offerre munera in Ecclesia, vel ad Altare, eademque accipere, est quædam Ecclesiastica, & spiritualis communicatio, cuius soli fideles, seu Christicolæ, iique ab Ecclesia non separati debent esse participes. Armil. *v. Oblatio.* Suar. *tom.* 1. *de Relig. l.* 1. *c.* 6. Et sumitur ex Clemente Roma. *l.* 3. *constitut. c.* 8 & ex Concil. Eliberitano *c.* 28. *tom.* 1. *Concil.* Porrò fœminæ ac Altare sub Missæ Sacrificio admitti possunt ad offerendum. Sed non intra Cancellos, vbi Clerici adstant. *Cap.* 1. *de cohabit. Cleric. & mulierum.* 49 *Ex quibus personis oblationes admittẽdæ.*

Respondeo ad secundum, oblationes nec faciendas, nec accipiendas ex iis, quæ iniustè acquisita, & restitutioni sunt obnoxia. Idque similiter de iis bonis intelligo, quæ iustè quidem acquisita: sed ex lege iustitiæ, pietatis, vel charitatis potiore iure aliis sunt debita, puta creditoribus parentibus, filiisve graui necessitate pressis, vel pauperibus graui inopia laborantibus. D. Thom. 2. 2. *q.* 86. *a.* 3. D. Gregor. *l.* 7. *Epist.* 112. *ad Synagrium* allegans illud *Eccl.* 34. *Qui offert Sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui.* Quare Canonico iure specialiter prohibitum reperitur, ne raptorum oblationes recipiantur. *Cap. Super eo, de raptorib.* Item ne vsurariorum, *Cap. Quia in omnibus, de vsur.* Et in *cap. Oblationes, dist.* 90. *Dona eorum, qui pauperes opprimunt, à Sacerdotibus refutanda.* Monet denique D. Thomas *art.* 3. *ad* 1. Quare Innocentius *ad cap. Ex transmissa, de decim.* ait, si ratio scandali cesset; quia illarum pœnitentia, & emendatio publicè est nota, nihil obstare, quo minus Ecclesia dona, ac decimas personales accipiat ex iis, quæ inhonestè, sed non iniustè acquisita, fuere, cum id nullo iure positiuo prohibitum reperiatur. 50 *Ex quibus rebus offerendæ oblationes.*

SECTIO SECVNDA.

De Præcepto pendendi Decimas, ac Primitias, Dubia.

CAPVT VIII.

Circa soluendi Decimas obligationem.

DVBIVM I.

An decimæ debeantur Ecclesiæ Ministris iure diuino?

51 *Quæstionis status.*

CERTVM mihi, iure naturali non non deberi. Quia nulla ratio naturalis dictat, necessarium esse impendi Ecclesiæ Ministris ad sustentationem decimam fructuum, aut prouentuum partem. Addiderim, ante legem scriptam nullum extitisse præceptum soluendi Decimas strictè sumptas, vnde colligitur apertè, præceptum soluendi eas de iure naturali non esse. Quærierim vero, an sit de iure diuino?

52 *Est de iure diuino.*

Est quidem. Quia in Sacra Scriptura expresse imperatur, vt decima pars fructuum Sacerdotibus, ac Leuitis soluatur *Exod. 20. Leuit. 27. Num. 18.* Et in Canonico iure expresse dicitur Decimas non esse ab homine, sed à Deo institutas, & diuino præcepto esse soluendas. *Cap. Parochianos, Cap. Tua nobis. Cap. Decimas. cap. Reuertimini 16. qu. 1.* Sic Abbas, Conarruu. Alex. & multi alij Canonistæ apud Leandrum *prac. 5. d. 2. q 6.*

53 *Non est.*

Non est. Quia in lege Gratiæ nullum extat præceptum datum à Christo Domino de decima fructuum parte Ecclesię Ministris persoluenda. Ita D. Thom. *quodlib. 2. artic. 8. & 2. 2. quæstion. 87. articul. prim.* Vbi Caietan. Alens. D. Antonin. Richard. Henric. Abul. Sotus, & alij, quos citat, & sequitur Suar. *tom. prim. de Relig. libr. prim. capit. 10. numer. tert.* Vasquez *in Opuscul. tract. at. de Benefic. capit. prim. dub. prim. numer. quint.* Azor. *tom. prim. libr. sextim. cap. 35. quæstion. quart.* Lessius *libr. secund. cap. 39. dub. prim. numer. 6.* Fagundez *precept. quint. lib. prim. capit. prim. numer. secund.* Palao *tom. 3. tract. 10. dub. vnic. punct. prim. numer. 4.* Filliuc. *tract. 27. num. 147.*

54 *Hoc mihi certum.*

Longe hoc probabilius. Quia si Decima provt est pars decima fructuum esset præcepti iuris diuini, nullatenus posset consuetudine contraria tolli, vel minui. At in multis Regionibus, ac locis vel ex parte tale præceptum est consuetudine abrogatum: Ergò non longe probabilius solùm, sed certum (mihi quidem) est, præceptum hoc de iure diuino non esse. Porrò siue præceptum id olim fuerit iudiciale, siue cæremoniale, iam omninò cum veteri lege cessauit.

DVBIVM II.

An præcepti soluendi decimas vi, Ecclesia seu eius Ministri habeant verum Decimarum dominium, antequam à fructuum cumulo separentur?

55 *Non habet.*

NOn habent. Quia rei dominium absque traditione, aut apprehensione illius minimè comparatur. Sic Gloss. Federicus Senens. Rebuf. Moneta, quos refert, ac sequitur Bonac. *de præcept. Eccles. dub. vltim. quæstion. 5. punct. 1. numer. 5.* Layman. *libr. quart. tract. at. 6. capit. secund. numer. quint.* citans Trullench. Suar. *tom. prim. de Relig. libr. prim. capit. 36. numer. 6.* Filliucium *tract. 27. nu. 239.* Luis. Turrian. *summ. p. 1. c. 140. dub. 3.*

56 *Habent quidem.*

Habent equidem. Quia Ecclesia habet priuilegium, vt sine traditione consequatur dominium rei sibi legatæ, aut donatæ. *cap secund. de consuetud. leg. Vt inter ius. Cod. de Sacrosanct. Eccles.* Igitur etiam ex volùtate Dei, & Ecclesiæ transfertur dominium in Ecclesiæ Ministros ante decimarum traditionem: efficacior enim est voluntas Ecclesiæ, quam priuati donatoris: at hæc sufficit; ergo à fortiori illa; idque Canones citati significant. Ita Abbas *ad Cap. Commissum, & Cap. Tua nobis, de decim.* asserens esse sententiam Innocentij, Andreæ, & Hostiensis. Azor. *part. prim. libr. septim. cap. 34. quæstion. 9.* Lessius *libr. secund. cap. 39. dub. 3. capit. 14. & 15.* Fagundez *precept. 5. libr. prim. cap. 6. num. 3. & 4.* Trullench. *libr. tert. Decalog. cap. tert. dub. secund. numer. tert.* Raphaël. de la Torre *2. 2. quæstion 87. articul. prim. dub. septim.* & alij.

57 *Probabilius hoc.*

Probabiliorem sententiam hanc esse crediderim. Nam *cap. Tua nobis*, Deus dicit, decimas, ac primitias esse suas: at verbum *suum* indicat dominium. Et eodem *cap.* dicitur alienum retinere, domino inuito, qui decimas retinet antequam à reliquis fructibus separentur. Et quidem quod verbum *suum* dominium indicet constat ex iure ciuili *leg. Quintus Mutius, ff. de argent. legato. Paragraph. Argento. & leg. Cum suæ ancillæ. & leg. Scribit Quintus Augustus*; nec propter solum ius ad rem, vel actionem ad rem, potest quis dicere, rem esse suam.

Et

Et *cap. Omnes 16. qu. 7.* dicitur : *Omnes decimæ terræ sive de frugibus, sive de pomis arborum Domini sunt.* Sunt igitur sub speciali dominio, quod ipse suæ Ecclesiæ concessit, ante separationem.

DVBIVM III.

Quis in bello iniusto, aut alias iniustè, segetes, vel vineas combusſit, aut arbores iam fructibus onustas succidit: teneturne Decimas peremptas Ecclesiæ restituere?

58 *Non tenetur.* NOn tenetur. Quia solùm debentur Ecclesiæ Decimæ de fructibus collectis, non de colligendis. Sic Molina *tra. 2. d. 4. §. Addit Couarruuias.* Lessius *lib. 2. cap. 39. dub. 3. nu. 15.* Castro Palao *part. 2. tract. 10. dub. unic. pun. 2. num. 9.*

Tenetur. Tenetur planè. Quia qui alteri iniustè damnum infert, damnum tenetur resarcire. Ita Couarruuias *in Regul. peccator. part. 2. §. 8. num. 12.* Raphaël de la Torre *2. 2. q. 87. art. 2. d. 11. num. 6.* Fagundez *præcept. 5. cap. 6. num. 8.* Azor. *part prim. lib. septim. cap. 34. quæstion. 9.* Suar. *tom. prim. de Relig. libr. prim. cap. 36. numer. 17.* & alij.

59 *Hæc mihi verum.* Existimo mentem hanc probabiliorem esse. Quia omnes D. D. profitentur iniustè damnum illarum necessariò esse resarciendum. Vnde Ecclesia potest ab illatore eas decimas exigere. Non enim minus damnificat Ecclesiam, qui comburit segetes, vel fructus destruit, quam qui ab illa eos rapit, aut detinet: At in hunc habet Ecclesia actionem ratione rei acceptæ: ergo etiam poterit exerere actionem in illum ratione damni illati. Secus dixerim de iis, qui in bello iusto hostium campos incendunt. Quia per accidens est, quod decimæ pereant ratione commixtionis cum reliquis fructibus; non enim debet impediri victoria pro tantilla decimarum portione, maxime quia hostes non intendunt Ecclesiæ in decimis damnum inferre, sed suo iure vtuntur ad hostem subuertendum, ac victoriam comparandam.

DVBIVM IV.

Quis iracundia (verbi gratiâ,) affectus, suas segetes, vineásve, vel oliueta combusſit: teneturne pro decimis reddendis Ecclesiæ satisfacere?

60 *Non tenetur.* NOn tenetur. Quia dominus agri non tenetur decimas soluere ex fructibus agri, quos sua culpa non collegit: ergo nec tenebitur, si segetes antequam fructus colligeret, igni tradidit. Sic Bonac. *de præc. Eccl. d. vltim. qu. 5. pun. 3. n. 9.* Moli. *d. 49.* Lessius *lib. 2. c. 5. d. 7. n. 38.* in casu simili; sed non tam ex propria, quam ex aliorum mente loquitur.

61 *Tenetur quidem.* Tenetur quidem. Quia si extraneus comburens segetes tenetur pro decimis satisfacere, cur dominus segetum excusabitur: cum vterque æqualiter damnum Ecclesiæ inferat? Ita Suarius *tom. prim. de Relig. libr. prim. cap. 36. numer. 17.* Filliucius *tractat. 27. numer. 246.* Trullench. *libr. tert. Decalog. capit. tert. dub. secund. numer. octau.* Couarruuias *part. secund. §. octau. numer. 18.* Leander *præcept. 5. dub. 2. quæstion. 16.*

62 *Hanc eligo mentem.* Profectò cum Ecclesia, siue eius Ministri verum habeant dominium Decimarum, antequam à fructuum cumulo separentur, vt *Dub. 2.* vidimus: qui fructus destruit, ius lædit eorum, & ideo eis debet satisfacere.

DVBIVM V.

Quis collectis iam fructibus, & in eo addictis statu, vt teneatur statim Decimas Ecclesiæ rependere, id non agit, interimque fructus pereunt: teneturne Decimas, siue pretium æquale persoluere?

63 *Non tenetur.* NOn tenetur. Quia non obligamur ad soluendum decimam fructus, quem non collegimus. Sic Bonac. *de præc. Eccl. a. vlt. qu. 5. punct. 3. num. 9.*

64 *Tenetur plane.* Tenetur omninò. Quia si fructus, vt supponitur, illius culpa periere, ius Ecclesiæ violauit, & contra iustitiam proculdubio deliquit, vnde tenetur ad restitutionem decimæ pereuntis. Ita D. Thom. *2. 2. quæstion. 87. articul. secund. ad quart.* Sotus *libr. 9. de iust. quæstion. quart. articul. secund. ad quart.* Suar. *tom. prim. de Relig. libr. prim. cap. 36. numer. 19.* citans *numer. 20.* Glossam, Alensem, & Rebuffum, Fagundez *præcept. quint. capit. 6. numero nono.* Filliucius *tractat. 27. numer. 247.* Trullench. *libr. tert. Decalog. capit. 3. dub. 2. numero octauo.*

65 *His hæreo Doctoribus.* Horum sententiæ adhæreo. Itaque si granum agricolæ ante decimationem sublatum est, perpendendum, nùm sua culpa periit, vel non: si graui sua culpa diù illud reliquit in area, haud est à restitutione decimæ immunis. Secus dixerim, si esset à culpa liber; nam quanto tempore fructus subdio est, Sacerdotibus etiam periclitatur. Postquam verò in horrea est translatus, iam inde dominus est decimarum debitor, quacumque strage, aut calamitate dispereat. Fagundez.

DVBIVM VI.

Quis in colligendis fructibus valde negligens fuit, aut eos colligere noluit, ideoque periere: teneturne decimarum valorem restituere?

66 *Non tenetur.* NOn tenetur. Quia solummodo obligat Ecclesiæ præceptum ad soluendum decimas ex fructibus collectis, vt habetur expresse in *cap. Cum homines, de decim.* Sic Suarius *to. 1.*

de

de Relig. l. 1. c. 36. n. 20. Filliuc. *tr. 27. n. 249.* Palao *p. 2. tr. 10. pun. 2. n. 9.* Trull. *l. 3. Decal. cap. 3. d. 2. n. 8.* Bonac. *de præc. Eccl. d. vlt. q. 5. pun. 3. n. 9.* & alij.

67 *Tenetur quidem.* Tenetur quidem. Quia decimæ fructuum ex iustitia debentur Ecclesiæ. Igitur mora illa aut negligentia in colligendis fructibus contra iustitiam fuit: vnde nocumentum, quod ratione negligentiæ illius, omissionisque prouenit, debittori imputanda, ideóque restituere tenetur. Ita D. Thom. *2. 2. quæst. 87. art. 4. ad 4.* Sotus *lib. 9. de iust. quæst. 4. art. 2. ad 4.* Et Trullench. asserit esse probabile. Leand. *præc. 5. d. 2. quæstion. 18.*

68 *Probabilius hoc.* Hoc probabilius. Nam falsum est, quod decimarum præceptum non extendatur ad fructus colligendos, sed solum ad collectos, vt iam vidimus.

DVBIVM VII.

Agricola fructus non collegit quia seminare, aut arbores excolere hoc anno noluit: teneturne adhuc, pro decimis satisfacere?

69 *Tenetur quidem.* TEnetur quidem. Quia non seminando, aut colendo arbores, in causa fuit, vt Ecclesia suis decimis priuaretur. Sic nonnulli, quos, pressis, nominibus, refert Filliuc. *tract. 27. n. 248.* Et P. Suarius *to. 1. de Relig. l. 1. c. 36. n. 19.* docet idem teneri affirmare. Auctores pro nostra sententia *Dub. 6.* relati, nempe D. Tho. *2. 2. qu. 87. art. 4. ad 4.* & Sotus *lib. 9. de inst. q. 4. art. 2. ad 4.*

70 *Non tenetur.* Non tenetur. Quia Decimarum præceptum non obligat colonos, vt semina spargant, aut vt arbores excolant: sed solùm ad decimas impertiendum è fructibus, quos de facto percipiunt, vel percepturi fuerant, si eorum culpa non periissent. Ita Palao *p. 2. d. vni. punct. 2. n. 9.* Suar: *citatus, n. 1. & 9.* Filliuc. *tr. 27. n. 248.* Bonac. *de prec. Eccl. d. vlt. q. 5. punct. 3. n. 9* Trul. *l. 3. Decal. c. 3. dub. 2. num. 8.* Fagundez *præcep. 5. lib. 1. cap. 6. num, 10.*

71 *Idem affero.* Certè Ecclesia dominium gerit quoad decimarum perceptionem in fructibus productis, non autem in prædiis, vel arbotibus. Cum ergo dominium prædiorum, ac arborum apud colonos maneat, possunt hi pro libito vti re sua, semina spargere, arbores excolere. Nec enim eadem militat ratio de eo qui non vult excolendæ terræ operam dare, ac de illo, qui fructus iam productos, in quos Ecclesia iam habet dominium, destruit, aut causa moralis damni eiusmodi exsistit. Scio tamen amicissimum meum Castro Palao addidisse opportunè, posse in hoc casu Ecclesiam parochianum compelleree, vt agrum per se, aut colonos administret, vt valeat integre decimas persoluere: etsi noluerit ille, posse de facto Ecclesiam colonum constituere. Consonant Abbas, & Suarius.

CAPVT IX.

Circa Tribunal, ad quod deferendum sit ius Decimas exigendi, & non soluentis excommunicationem.

DVBIVM VIII.

An iudices sæculares possint, de causa Decimarum cognoscere, quando decimæ datæ sunt laicis, etiam Principibus, Summis Præsulis concessione?

72 *Nonnulla recolo.* SVPPONO, ius decimas exigendi, spirituale esse. Quia competit Ecclesiæ Ministris ob spirituale ministerium, nempe verbi diuini & Sacramentorum. Ideóque ad decimarum perceptionem requiritur tonsura, vel Clericatus, tanquam quid reddens aptitudinem ad illas percipiendas. Vnde petendæ sunt coram Ecclesiastico Iudice, *cap. Parochianos, de decim.* Nam spiritualis causa ad solummodo Ecclesiasticum Iudicem spectat. *Clement. Dispendiosa, de iud ciis. & cap. Decernimus, eodem titul.* Quod adeo est verum, vt nec etiam Iudex Ecclesiasticus simul cum sæculari de causa iuris decimarum iudicare valeat etiam ratione compromissi. *cap. Contingit, de arbitr.* Quæstioni autem de, num possint Iudices sæculares cognoscere de causa decimarum, quando hæ datæ sunt in feudum laicis etiam Principibus, Romani Præsulis concessione?

73 *Possunt sæpe.* Possunt planè. Quia si decimæ laico in feudum datæ Summi Pontificis priuilegio causa coram Iudicibus Ecclesiasticis agi deberet, forsan laicorum iuri detraheretur: Iudices enim Ecclesiastici facilè laicos eluderent, & queis possent viribus eorum priuilegium obscurare contenderent, & vel ex toto, vel ex parte abrogare niterentur. Sic Couarruuias *in Pract. qq. ca 35. num. 2.* Rupelli. Guillielm. Chananeus citati ab Azorio *libr. 7. cap. 37. numero tertio.* Alfons. Narbona *in tert. part. nouæ recopil. lib. quart. titul. 21. leg. 26. numer. 11.* citans Gomez de Leon. Castro Palao *tom. 2. tractat. 10. dub. vnic. punct. 15. numer. 6.* si decimæ datæ sint in feudum perpetuum, & non pro tempore limitato, in quo contestatur Trullench. *libro tertio, Decalogi capite tertio, dubio octauo, numero 11.*

74 *Non possunt.* Minimè possunt, nisi id expresso priuilegio laicis hisce Romanus Pontifex concesserit. Quia licet feudum datum sæcularibus in sessunt. sæculare sit, quia tamen à iure spirituali dependet, & oritur nempe à Decimarum iure, censeri omninò debet res spiritualis, non profana, aut ciuilis. Ita Federic. *consil. 254* Rebuff. *de decim.*

*eim.q.*10.*n.*35.& 39. Azor *libr.*7.*c.*37.*q.*3. Fagund.*præc.*5.*l.*3.*cap.*5.*numer.*5. Diana *p.*2.*tr.*2. *resolut.*91.

75 Longe probabilius. Longe veriorem hanc sententiam esse existimo. Nam quando Summus Præsul decimas sæcularibus concedit in feudum, non ideò censendus de facto transferre lites causarum circa decimas ad sæculare forum, nisi id exprimat in concessione feudi. Licet enim dominium hùiusmodi decimarum, nempe fructus illarum, omninò spectet ad laicos, & feudum sæculare censeatur: tamen quia oritur, ac dependet ab Ecclesiastico spirituali iure, non potest Iudex laicus de huiusmodi causis cognoscere. Azorius.

DVBIVM IX.

Quando lis super Decimas non est iuris, sed facti: verbi gratiâ, si quæratur, Solueritne Antonius decimam debitam, sibi ne soluere Paulus, an Petrus? *Potestne coram Iudice sæculari discuti?*

76 Certum primum. CErtum mihi ad Iudices Ecclesiasticos pertinere litem quando iuris est, non facti: Quia ius decimarum spirituale est, ideóque ad Tribunal Ecclesiasticum debet attinere, decisio, cuiusnam sit decimarum ius. Quæritur autem, nùm quando lis non est iuris, sed facti, verbi gratiâ, si ad iudicium vocetur, *Solverit ne Antonius decimam debitam?* vel *an debeat soluere Paulus, an Petrus?* Possit coram Iudice sæculari discuti?

77 Potest quidem. Potest quidem, imo debet coram Iudice ciuili agi. Quia quæstio ad decimas attinens de facto est, amittit illam connexionem, quam cum rebus spiritualibus habet, vnde solùm ad forum sæculare spectat. Sic Frederic. *cons.*245. Zerola *in praxi Episcop.part.*1.*v.Decimæ.* alios citantes.

78 Non potest. Non potest. Quia re vera decimarum causa licet sit facti est spiritualis, vel rebus spiritualibus annexa, vel ex spirituali iure decimarum descendens: ergo solummodo ad Ecclesiasticum Iudicem spectare potest. Ita Homobon. *Exam.Eccl.p.*2.*tr.*8.*c.*8.*q.*24. Azor.*p.*1.*l.*7. *c.*36.*q.*5. Raph. de la Torre 2.2.*tom.*2.*q.*87.*d.*8. *n.*5. & alij apud ipsos.

79 Idem asseritur. Crediderim huiusmodi causas nempe de facto mixti fori esse, vel coram Ecclesiastico, vel coram sæculari Iudice possunt discuti. An non quotidie vides Episcopos censuris, & pœnis cogere laicos ad restituendas decimas furto ablatas, & ad soluendas illas, quæ non sunt solutæ? Igitur si lis apud Iudicem Ecclesiasticum sumpsit exordium, haud est ad sæcularem ferenda, geri enim coram vtroque potest, ita vt valeat vnus alterum præuenire. Mecum Suar.*tom.*1.*de Relig.l.*1.*c.*38.*n.*16. Palao *tom.*2. *tr.*10.*punct.*15.*num.*5. Fagundez *præcept.*5.*l.*3. *cap.*5.*num.*2.& 12. Diana *part.prim.tract.*2.*resolut.*90.

DVBIVM X.

Clerici petunt decimas à laico, qui præscriptione, vel consuetudine immemorabili nunquam eas persoluit: potestne hic, eam causam coram sæculari Iudice discutere, eiúsque authoritate contrà Clericos se defendere?

80 Potest quidem. POtest quidem Quia non est quæstio de iure, sed de facto. Et in Hispania, & Francia talis decimarum causa coram Iudice sæculari agitur, & Episcoporum iusta, si ad eos defertur causa inhibetur. Sic Couarruuias *qq. pract.c.* 35.*num* 2.& *l.*1. *Variarum.capit.*17.*numer.*18. & apud Gratianum *part.*2.*discept forens.cap.*238. *num.*4. Roland. Menoch. Guido, Peregrin. Misinger. & alij. Palao autem *part.* 2. *tract.at.*19. *punct.*15.*n.*7. asserit, hanc sententiam esse veram, quando Ecclesia petit decimas existimans, laicos priuilegium non habere, aut non præscripsisse: non verò quando petit iudicans præscriptionem non esse legitimam, vel priuilegium esse inualidum; tunc enim ad iuris, non ad facti quæstionem lis pertinet. *Potest quidem.*

81 Non potest. Non potest. Quia talis lis est iuris, non facti; imò dato quod esset facti, & non iuris, adhuc ad Ecclesiastici Iudicis tribunal attineret, causa enim de decimis spiritualis est; de causis verò spiritualibus laici nequeunt iudicare. Ita Azor. *libr.septim.capit.*26. *quæstion.*4. & 7. Rebuff. *tract.de decim.quæstion.*10. Tanner. 2.2. *dub.quint.quæstion.tert. dub. secund. numer.* 40. Gratian. *part secund. disceptat forens. capit.*238. *numer. quart.* Putæus. *libr. prim. decision.*161. Diana *parte prima, tract.at. secund. resolut.*92. Fagundez *præcept. quint. libr. tert. capit. quint. numer.*10.

82 His hæreo. Existimo consuetudinem illam corruptelam esse, ac proinde locum non habere, nam cum iure Canonico pugnat. Quare nisi Romani Præsulis priuilegio, vel expresso eius cõsensu approbetur, non valet, nec sufficit si dicant primæ sententiæ Auctores, eam permitti; permittitur namque quia commode impediri non potest: aut inscio Pontifice, & reclamante impeditur. Vnde cum Fagundez hanc sententiam planè veram esse crediderim.

DVBIVM XI.

An conductor laicus decimarum debeat, coram Ecclesiastico Iudice conueniri, quando conductæ, vel locatæ decimæ pretium soluere renuit?

83 Non debet. NOn debet coram Ecclesiastico Iudice conueniri, sed coram sæculari. Quia causa hæc, scilicet implendi contractum initum, & promissis standi de persoluendo pretio conductę, aut locatæ decimæ est mere profana, ac ciuilis, quæ ad solum ciuilem Iudicem pertine-

re

re videtur. Sic Castro Palao *tom. 2. tract. 10. d. vnic. punct. 15. num. 9.* Trullench. *lib. 3. Decaleg. cap. 3. dub. 8. num. 11.* Couarruuias *qq. practic. cap. 35. num. 2.* Gutierrez *ibid. lib. 3. quæstion. 26. numer. 10.*

84 *Debet quidem.* Debet non coram sæculari, sed coram Iudice conueniri Ecclesiastico. Quia omnes causæ decimarum siue iuris, siue facti sint, debent coram Iudice Ecclesiastico tractari: nam vel spirituales sunt, vel ab illis habent ortum. Itaque licet in casu nostro non sit lis de decima, sed de pretio locatæ, vel conductæ soluendo, tamen ad Iudicem Ecclesiasticum spectat de illa iudicare; effluit enim à causa decimarum, quæ per se ad illum spectat. Ita Tanner. 2. 2. d. 5. *quæs. 3. dub. 2. num. 40.* Diana *part. 1. tract. 2. resol. 94. & part. 3. tract. 2. resolut. 50.* Azor. *libro septimo, capite 36. quæstion. 6.* Leander *præc. 5. dub. 2. q. 33.*

85 *Probabilius hoc.* Cum probabilius sit mihi, omnes causas decimarum siue iuris, siue facti sint, debere coram Iudice Ecclesiastico pertractari, sententiam hanc probabiliorem esse affirmo, addens tamē probabilem satis etiam esse mei Fagundez sententia asserentis *præcept. 5. libr. 3. cap. 5. num. 11.* posse conductorem hoc in casu iudicium vocari tam apud Iudicem Ecclesiasticum, quam ciuilem, eo quod putet eam mixti fori esse causam.

DVBIVM XII.

An qui decimas non soluit, sit iure ipso excommunicatus?

86 *Est planè.* Est planè. Quia retinens decimas Sacrilegium perpetrat *cap. Decimas* ibi: *Sciant, se sacrilegij crimen committere, & æternæ damnationis periculum incurrere.* Ideóque est ipso iure excommunicatus, *cap. Canonica, 11. quæstion. 3. cap. Cum causa,* asserente Glossa *de sentent. excommunic.* Sic Rebuff. *de decim. q. vltim. num. 15.* addens debere singulis diebus Dominicis eum, qui decimas non soluit, è Curatis excommunicatus publicari. Andre Hispan. Episc. *in reg. decim. qu. 2.*

87 *Non est.* Non est. Quia id apertè colligitur ex *cap. Statuimus, 16. quæs. 1.* & ex Concilio Matiscoensi II. vbi statutum est, quod *omnes, cuiuscumque gradus, vel conditionis sint, decimas integras soluant iis, quibus iure debentur, alioqui excommunicationi subiiciantur.* Audi Tridentinum *sess. 25. cap. 12. Qui Decimas aut subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur. Nec crimine, nisi plena restitutione secuta, absoluantur.* Ita Barbosa *in collect. Concil. ad cap. 12. sessionis 25. & de iure vniuers. cap. 16. §. 4.* citans multos. Nauarr. *sum. cap. 21. n. 32.* Azor. *lib. 7. cap. 37. quæstion. 9.* Fagundez *præc. 5. libr. 3. capit. 6. numer. 3.* & alij communiter.

88 *Hoc mihi certum.* Certum mihi, & omnibus, vno dempto Rebuffo, hanc excommunicationem non esse latæ sententiæ, sed ferendæ, vt patet ex illis verbis: *Excommunicationi subiiciantur, & Excommunicentur.* Porrò addit ibi Concilium Tridentin. *Nec ab hoc crimine nisi plena restitutione secuta absoluantur.* Vnde dubitas, an, non obstantibus hisce verbis, sufficiat remissio decimæ facta ab eo, cui debetur, vt quis ab excommunicatione valeat liberari, & absolui? Respondeo, sufficere. Quid enim quæso magis refert, vt soluas debitum creditori tuo, quam vt ille id tibi remittat? Ac proinde idem est plena remissio, ac plena restitutio. Præterea in *Clement. 1. de decim.* etiam excommunicantur omnes, ac quicumque Religiosi, qui decimas Ecclesiis debitas, & ad ipsos iure aliquo, vel causa legitima non pertinentes vsurpant, aut vsurpare audent dolis, ac malis artibus: & qui prohibent Ecclesiis decimas solui ex animalibus suorum familiarium, vel pastorum: vel ex aliis animalibus, quæ suis permiscentur: vel ex illis, quæ in Ecclesiarum fraudem emunt; & si admoniti ex his intra mensem non desistunt, aut si id, quod temerario ausu vsurparunt, intra duos menses post admonitionem non restituerint iis, quibus iure debetur, excommunicationi subiiciuntur: quæ excommunicatio in iure nulli reseruatur. Item in *Clement. Cupientes, de pœnis,* excommunicatione afficiuntur omnes Religiosi, qui suis concionibus, vel alias aliquid proferunt, vt auditores suos detrahant à decimarum solutione iis Ecclesiis præstanda, quibus debentur. Item omnes Religiosi, qui in Confessionibus audiendis nullos scrupulos iniiciunt pœnitentibus circa solutionem decimarum. Qui quidem tandiù facto ipso suspenduntur, donec eos, quorum confessiones audierunt, admoneant, si commodè possint, vt decimas soluant: alioqui id non facientes ipso facto excommunicantur, si concionari audeant, prædicta admonitione non facta. Demùm adnoto, eum, qui non soluit, aut restituat decimas, post admonitionem, quæ debet præmitti *ex cap. peruenit, de decim.* & excommunicationis incursionem, etiam Ecclesiastica sepultura priuari. Sic enim habetur *in cap. Prohibemus, de decim.* Sic omnes. Lege Fagundium.

CAPVT X.

Circa Decimas Personales.

DVBIVM XIII.

An vi iuris Canonici debeantur decimæ de bonis immobilibus, quæ per donationem, vel testamentum, vel hæreditariam successionem acquiruntur?

89 *Nonnulla recolo.* Certum est, attento Canonico iure, soluendam esse Ecclesiæ omnem decimam, nempe Personalem, Prædialem, & Mixtam. Quia sic habetur in *cap. Non est. cap Ex transmissa.* & *Cap. Pastoralis, de decim.* Igitur ex Ecclesiæ præcepto de omnibus rebus, quæ nobis diuino munere prouenīunt, est decima Ecclesiæ soluenda. Meritò autem hoc præceptum tam generale impositum ab Ecclesia

sia fuit; non enim est maior ratio de vno, quã de alio, cũ de omnibus Deus sit honorandus, & in omnibus recognoscendus largitor. Notanter verò dixi, *Attento iure Canonico*, nam consuetudine introducta multis in locis decimę personales non soluũtur, sed solũmodo prędiales, ac mixtæ. Lege Suarium *to. 1. de Relig. l. 1. c. 11* Laymanum *l. 4. tr. 6. c. 4. nu. 1.* Fagundez *prec. 5. l. 1. c. 2. n. 1.* Castrum Pal. *to. 2. tr. 10. pun. 6.* Quæstio igitur est, (cum de decimis personalibus tractatio procedat) num iuris Canonici vi debeantur decimæ de bonis immobilibus, quæ per donationem, vel testamentum, vel hæreditariam successionem acquiruntur?

90 *Debentur quidem.* Debentur quidem. Quia ex vi iuris de omni lucro acquisito decimæ debentur *cap. Ex transmissa*: sed ea, quæ per legationem, donationem, testamentum, vel successionem hæreditariam acquiruntur, licitè titulo lucrativo comparantur: Ergo ex vi iuris de his decimæ debentur. Sic Syluest. *v. Decima q. 6.* citans Hugonem. Almain. Ioan. Vincenti. citati ab Abulen. *ad cap 23. Mat q. 159.*

91 *Non debẽtur.* Non debẽtur. Quia nullo iure id præcipitur: non diuino veteris legis, ibi enim iubet Deus decimas dari solum de fructibus, nõ de possessionibus, non humano, nullum enim inuenitur ius, quod id præscribat; non denique consuetudine approbata: nullo enim loco de his rebus immobilibus decimæ redduntur. Ita Abul. *ad 3. Mat. q. 159.* citans Glossam, Henric. Innocent. Bernard. Hostiens. Ioan. Andr. Suar. *to. 1. de Relig. l. 1. cap. 31. num. 6. & 7.* Filliuc. *tract. 27. p. 1. num. 217.* citans Valentiam, Fagund. *prec. 5. libr. 1. cap. 2, numer. 7. & 8.* Palao *tom. 2. tract. 10. d. unic. pun. 6. nu. 2.* Azor. *lib. 7. c. 35. quæstion. 8. & 11.* Trull. *libr. 3. Decal. cap. 3. dub. 2. numer. 2.* Bonac. *de præc. Eccl. d. vltim. quæs. 5 punct. 3. num. 2.*

92 *Hæc sentẽtia probabilior.* Hæc sententia probabiliorem hanc putarim esse sententiam. Nam textus *cap. Ex transmissa*, quo primę sententiæ Auctores nituntur sic est intelligendum: Fideli homo tenetur decimas soluere, de omnibus, quæ acquiruntur manibus aliquo labore, vel negotio: non de rebus, quæ titulo alio gratuito acquiruntur. Profecto ex horum immobilium bonorum fructibus debẽtur decimæ. Quia tales fructus subiecti sunt decimationi. Audi Azorium *quæs. 11.* Non debetur decima (vt ait Glossa *ad cap. Pastoralis, de decim.*) *de bonis immobilibus, quamuis sint lucra; sed ex fructibus huiusmodi bonorum, vel ex annuis pensionibus, quibus locantur: vel ex fructibus, qui ex ipsis quolibet anno colliguntur.*

DVBIVM XIV.

An ex vi iuris communis debeatur Decima de bonis mobilibus, scilicet vasibus aureis vel argenteis, vestibus &c. per donationem, legationem, aut successionem comparatis?

93 *Debentur quidem.* DEbetur quidem. Quia ex vi iuris cõmunis de omni lucro ab homine acquisito decimæ debentur. *cap. Decimæ 16. q. 1. De militia, de negotiatione, de artificio, redde decimam & cap. Ex transmissa, De omnibus quæ licite po-*

test homo acquirere, decimas erogare tenetur. At mobilia bona, quæ per donationem, legatum, testamentum, & successionem acquiruntur, licitè acquiruntur: Ergo de iis decimæ reddendæ sunt. Sic Glossa *ad cap. Pastoralis de decim.* Fagund. *prec. 5. l. 1. c. 2. n 9.* Sylvest. *v. Decima, q. 6.* Rebuf. *tract. de decim. q. 8.* Azor. *to. 1. lib. 7. c. 35. q. 8. & 11.*

Non debetur. Quia non decet augeri onera sine iure cogente: At nullo ex iure id satis colligi potest. Ita Alberic. apud Sylvestr. *citatum.* Panormit. *ad cap. Pastoralis.* Innocent. *ad cap. Non est, de decim.* Suar. *tom. 1. de Relig. l. 1. c. 31. num. 6.* Valent. *to 3. d. 6. qu. 5. punct. 3.* Abul. *ad c. 23. Mat. q. 159.* Filliuc. *tr. 27. p. 2. num. 217.* Leander *prec. 5. d. 3. qu. 6.* citans Bonacinam, Barbosam, Bassæum, & Trullench. 94 *Non debetur.*

Ex his satis probabilibus opinionibus secũdam mihi eligo probabiliorem vtique. Quia ea bona mobilia non acquiruntur per actionem propriam personalem: & quia non propriè acquiruntur, sed incipiunt possideri ab iis qui ea ex donatione, legatione, aut successione acquirunt. 95 *Secundam eligo sentẽtiam.*

DVBIVM XV.

An ex vi iuris debeantur decimæ de rebus immobilibus in bello captis pro mercede militiæ, &c

NOn debentur. Quia *cap. Pastoralis de decim.* & aliis textibus constat de queisque rebus immobilibus decimas non deberi. Sic Suar. *to. 1. de Relig. l. 1. c. 32. nu. 3. & 4.* Abul. *ad cap. 23. Mat q. 159.* Fagund. *prec. 5. l. 1. c. 2. nu. 12.* Filliuc. *tr. 27 tr. 2. n. 219.* & alij. 96 *Non debentur.*

Ex vi iuris debentur. Quia licet non debeãtur ex rigore iuris ex rebus immobilibus per donationem, legationem, aut successionem acquisitis eo quod ibi sine manibus aut labore comparentur: debentur tamen ex immobilibus in bello partis, manibus enim, labore, & industria acquiruntur. Ita Rebuf. *tr. de decim. q. 8. n. 2.* Andr. Hisp. *q. 12.* Azor. *p. 1. l. 7. c. 35 q. 9.* Leand *prec. 5. d. 3. q. 7. & 8.* 97 *Debentur quidem.*

Cum his opinor. Assero itaque, si quis aliquid immobile in bello iusto capiat, aut pro mercede recipiat militiæ, aduocationis, vel pro alio opere suo ex pacto, aut sine illo aliquod castrum, vineam, fundum, vel aliam possessionem immobilem, debere decimam impertire. At in casu non debet necessario in eadem specie decima reddi, idest, in parte rei immobilis, sed sufficit dari in æstimatione. Hinc constat à fortiori, deberi decimam ex rebus, quæ ludo licito comparantur. Quia est verum, & iustum lucrum ex actione, ac industria humana proueniens. Non autem debetur ex bonis per eleemosynam acquisitis. Quia in iure nec verbum vllum inuenitur; in quo oppositum valeat statui. Nam licet acquisita per eleemosynam sint bona licitè comparata, non sunt tamen acquisita à nobis personali actione: quod necessarium erat, vt ex vi iuris ex eis decima deberetur, sicut debetur ex mercede, ac salario famulorum, de piscatione, & aucupio, de venatione, 98 *Cum his opinor.*

& similibus, vbi adest lucrum ex labore & industria proueniens omnes fic.

DVBIVM XVI.

An, ex vi iurù debeantur decimæ ex rebus ex meretricum lucro, ex histrionatu, ex occisione, & ex similibus turpiter acquisitis, quæ tamen obnoxiæ non sunt restitutioni?

99 *Certa præmitto.* CErtum planè est, ex viri non deberi decimas personales ex rebus illicitè & iniustè acquisitis, cum sunt obnoxiæ restitutioni. Vnde ex rebus mobilibus furto, vel rapina, aut ex vsura, vel ex spoliis iniuste partis, & demum ex omnibus illis rebus, ex quibus lucrans dominium non acquirit, decimæ non debentur, nec Ecclesia illas accipere valet. Lege Palaum *tom.2.tr.10. pun.6.n.5.* Suarium *to.1.de Relig.l.1.c.31.nu.7.* Azorium *l.7.c.34.qu.13.* Lessium *l.2.c.29.dub. 3.n.13.* Quæsierim vero, an saltem debeantur ex iure decimæ ex meretricum lucro, ex histrionatu, occisione &c. & ex similibus illicitè acquisitis, quæ tamen non sunt restitutioni obnoxiæ?

100 *Non debentur ex iure.* Non debentur ex iure. Quia ipsa Ecclesia præscribens decimarum reddendarum obligationem, minimè recipit eas ex bonis, quę turpi, aut illicito quæstu sunt acquisita. Sic Azorium, Reginaldum, & alios communiter tenere asserit Bonacina *de præc. Eccl. d. vltim. q.5. pun.3.n.2.*

101 *Debentur plane.* Debentur plane præcipue ex bonis quęstu meretricio acquisitis. Quia bona hæc sunt vere accipientis cum nõ sint restitutioni obnoxia: Ergo ex illis decimæ debentur, & ideo Ecclesia eas potest accipere, nisi alioqui detur scandalũ eo quod illas accipiẽdo peccatũ videtur approbare. Ita Sylvest. *v. Decima q.6.* Lublin. *v. Decimæ n.18.* Palao *to.2.tr.10. pun.6. n.5.* citans D. Thomam, Valent. *to.3.d.6 q.5.pun.3.* Rebuf. *de decim. q.5.n.17.* Barbosa *ad cap. Ex transmissa, n.5.* Azor. *l.7.c.34 q.13.* & alij.

102 *Auctoris resolutio.* Existimo, decimam personalem non deberi ex iis, quæ sunt domino restituenda, vt præmissi: ex cæteris autem si fuerint lucra ex peccato notorio parta, vt ex meretrico quæstu, Ecclesiam decimas recipere, sed non ideo eas qui acquirunt immunes esse à reddendæ decimæ obligatione; vnde ab eis per pœnitentiam veram conuersis potest Ecclesia accipere decimas prætermissas, & nouas exigere. Si demum lucra fuerint ex peccato occulto, quamuis noto Parocho, siue Prælato, possit Ecclesiã recipere decimas asseruerim.

DVBIVM XVII.

An ex vsu, & consuetudine modo debeantur decimæ personales ex salario famulorum?

103 *Status quæstionis.* VIdimus ex iure communi deberi decimas personales Ecclesiæ: attamen certum est modo ex consuetudine recepta minime deberi, ipsa Eccl sia eas tacite condonante. Sic omnes communiter. Quæsierim verò, nũ speciatim ex recepta consuetudine alicubi decimæ ex famulorum salario debeantur?

104 *Debentur.* Debentur in aliquibus Hispaniæ Regionibus. Quia si ex iure debentur, & in aliqua Regione obligatio hæc non est contraria cõsuetudine recepta ablegata: proculdubio inibi debebuntur. Porro id receptũ non esse in aliquibus Hispaniæ Regionibus circa famulorũ salarium asserit Nauar. *sum.c.21.n.31.* Rodrig. *p.1.sum.c.87.nn.1.* Gutier. *l.2.canonic.qq.cap.21. num.34.*

105 *Non debentur.* Nullibi debentur. Quia ferente consuetudine, & Ecclesia annuente, absolute Doctores affirmant nullibi ex quæstu personali decimas solui. Azor. *l.7.c.34.q.13.* Palao *to.2.tr.10.pun.6. n.10.* Fagund. *præc.5.l.3.c.2.n.3.* & alij communiter.

106 *Placitum Auctoris.* Mihi autem & Vasquio meo in *Opusc.tr. de Benef.c.1.dub.7.* Salarij famulorum præfata exceptio non multum placet. Rigidum enim proculdubio videtur, mercatores, seu negotiatores nimium diuites nihil ex sua industria soluere, & inopes famulos obligari. Attamẽ quia in aliquibus Hispaniæ populis famuli agricolarum decimas soluunt non tantum de frugibus, sed etiam de mercede, quam suo labore obtinent: semper standum consuetudini affirmo, nec rationis pondus trutinandum.

DVBIVM XVIII.

An ane personalium decimarum solutionem absolute deducendæ sint expensæ factæ in victu, ac vestitu negotiatoris, militis, lectoris, aduocati, venatoris seruorumque eorumdem?

107 *Sunt deducendæ absolute.* SVnt absolutè deducendæ. Quia sic habetur *cap. Pastoralis, de decim.* ibi. *In negotiatione concessum est, vt possint expensæ deduci, priusquam decimæ soluantur ex lucro.* Et quamuis hic textus solum de negotiatione loquatur, tamen Doctores communiter id extendũt ad alias decimas personales: & ratio est, quia decimæ personales præcipiuntur solui solum de lucro acquisito, sed lucrum est solummodo id, quod supereſt, deductis expensis, vt constat ex ipsa lucri appellatione. Sic Palao *to.2.tr.10. d.vni.pun.6.n.8.* & alij.

108 *Non sunt absolute deducendæ.* Non sunt absolute deducendæ. Quia si huiusmodi expensæ non habeant ortum ex ipso ministerio officio, aut arte, sed alias sunt per se necessariæ ad sustẽtationem eorum, qui eiusmodi exerunt ministeria, deducendæ non sũt. Nã re vera nõ sunt expensæ, quæ propter lucrũ gerendũ fiant: Ergo absolute deducẽdę nõ sunt. Ita Filliuc. *tr.27.n.25.* Fagund. *præc.5.l. 1.cap.2.num.20.* Suar. *tom.1. de Relig.l.1.c.33. num.6.*

109 *Idem affero.* Aut sumptus seu expensæ, quæ fiunt in alenda persona, ac familia ortum habent ex ipso ministerio, nempe ex negotiatione, militia, lectura, aduocatione, venatione, vel non. Si sint adeo necessariæ expensæ, vt sine illis tale ministerium commode exerceri non valet: deducendæ sunt proculdubio

bio expensæ in victu ac vestitu personæ & famulorũ eius factæ. At si ortũ ex ipso ministerio non habent, haud sunt deducendæ.

CAPVT XI.

Circa Decimas Prædiales.

DVBIVM XIX.

An debeatur Decima de pallea comminuta post triturationem, ex vi iuris ?

110 *Suum quæsitum.* VPPONO de omni grano tritico scilicet hordeo, & aliis deberi decimã. Quia sic habetur expresse in *cap. Non est de decim.* vbi sic Cœlestinus III. *Re vera sicut Sancti Patres in suis tradiderint scripturis, de vino, grano, fructibus arborum, pecoribus, hortis, negotiatione, de ipsa etiam militia, de venatione, & de omnibus bonis decimæ sunt Ministris Ecclesiæ tribuendæ.* Quæstioni autem do, num de messium palleis decimæ sint ex vi iuris reddendæ ?

111 *Non sunt reddendæ post triturationem.* Reddendæ non sunt post triturationẽ. Quia tunc palleæ in fructu non sunt, sicuti cum soluitur frumentum in glebis. Igitur post separationem à granis non debent palleæ inter fructus annumerari. Sic Speculat. *tit. de decim. v. Quæ lex.*

112 *Reddendæ sunt.* Post triturationem etiam sunt reddendæ. Quia de omni fructu decima debetur, *c. Nuncios :* sed pallea siue integra, siue contrita est fructus ; *leg. fin. §. si vsufructuarius messem, ff. quemadmodum vsusfructus. leg. si in fine, C. de seruit. & aqua.* Et quia pallea nascitur in agro per humanum laborem ad humanam vtilitatem : ergo ex ea, iuris vi, decima debetur. Ita Suar. *tom. 1. de Relig. libr. 1. cap. 34. num. 2.* Azor. *l. 7. c. 35. q. 9.* Palao *to. 2. tr. 10. d. vni. pun. 7. n. 1.* Fagund. *præc. 5. l. 1. c. 4. n. 2.* Rebuf. *tr. de decim. q. 8. n. 3.* Abul. *ad cap. 23. Mat. q. 154.* & alij.

113 *Auctoris placitum.* Certè de facto nulla est obligatio decimãdi de palleis in multis regionibus, eo quod apud illas præscriptum sit legitimè, ne obnoxię decimationi sint : de iure tamen debetur decima de pallea integra, aut triturationè cõminuta. Nam decima debetur ex manipulis segetum, sicut ex terra metuntur, & in rigore sic deberent fructus decimari, cũ tota illa materia sit terræ fructus, & ideo iura sæpe sub nomine segetum, vel messium loquuntur, *cap. Ad Apostolic. de decim.* Ergo quamuis post triturationem decimæ de grano reddantur, idem ius manet in pallea.

DVBIVM XX.

An ex mororum foliis sint ex iure Decimæ reddendæ ?

114 *Nonnulla recolo.* DE arborum fructibus decima reddenda est nẽpe de vino, oleo, nucibus amygdalis, castaneis, &c. *c. Decimæ 16. qu. 1. c. Cũ homines, c. non est, de decim.* in quibus præscribitur, vt de omnibus arborũ fructibus decima soluatur. Quæsierim verò, num ex vi textuum horum-ce ex foliis mororũ decima sit ex iure reddẽda?

115 *Ex iure reddenda non est.* Non reddenda ex iure, sed solum ex consuetudine. Quia textus de fructibus arborum loquuntur, non de foliis, quæ fructuum nomine intelliguntur Sic Seraphin. *decis. 827.* Rot. apud Farinac. *decis. 528. n. 3.* Barbo. *l. 3. de iure Ecclesiast. c. 26. §. 1. nu. 8. & ad cap. Nuncios, de decim.*

116 *Ex iure est reddẽda.* Ex iure quidem, & non solum ex consuetudine reddenda est. Quia ex iure soluendæ sunt decimæ ex omnibus arborum fructibus: sed folia mororum est principalis earum fructus arborum bombicum nutritioni deseruiẽs. Ergo ex foliis hisce decima debetur. Ita Barbo. *ad cap. Non est, de decim.* Decis. Rotæ Rom. 416. quam refert Postius *to. 2. de manuten. pag. 378.*

117 *Idẽ affirmo.* Profecto ideo debetur ex iure reddi de pallea decima, quia inter fructus computatur animalium deseruiens nutrioni in hominum vtilitatem: Ergo ob eandem rationem debentur mororum folia inter fructus computari. Deseruiunt enim mori folia ad bombicis cibos & in hominũ lucrum: Vnde de illis cõsequenter decima Ecclesiæ erit reddenda.

DVBIVM XXI.

An debeatur Decima ex vi iuris de croco, mentha, cymino, anetho aliisque minutis oleribus, quæ vel in cibum, vel in condimentum ciborum in hortis nascuntur ?

CErtum est deberi de blado, fabis, pisis, & aliis leguminibus *cap. Ex multiplici, de decim.* Item de caulibus, lactucis, rapis, pastinacis, & aliis oleribus. *cap. Non est* expresse præcipitur, vt etiam *ex hortis*, id est, ex rebus quæ ex hortis proueniunt, decimæ soluantur. Difficultas est circa minuta illa olera, num de illis decimæ debeantur ?

118 *Nonnulla recolo.*

119 *Non debetur.* Non debetur. Quia minuta illa olera non tam ad lucrum, quam ad vsum proprium & ad possidentium voluptatem ex hortis colliguntur. Sic D. Tho. *2. 2. q 87. a. 2. ad 3.* Sotus *l. 9. de iust. q. 4. a. 2. ad 3.* Palao *to. 2. tr. 10. d. vnic. pun. 7. n. 1.* Filliuc. *tr. 27 p. 2. n. 228.*

120 *Debetur plane.* Debetur omnino. Quia sic habetur *cap. Ex multiplici*, præcipiente quidem, præter legumina, de minutis aliis, quæ in hortis nascuntur, soluendã esse decimã. Porrò de hisce minutis oleribus in veteri Testamẽto decimæ soluebãtur; ergo & ex Ecclesiastico iure soluẽdę sũt: circa hoc enim Testamẽtum nostrũ veteris præscripta imitatur. Ita Mantica *decis. 341.* Abul. *ad cap. 23. Mat. q. 152.* Azor. *l. 7. c. 35. q. 9.* Moneta *c. 4. n. 4.* Barbo. *ad cap. Non est, de decim numer. 4. & 5.* Leand. *prac. 5. d. 4. quæstion. 10.*

121 *Hoc probabilius esse eor.* Probabilius hoc esse affirmo. Nam licet singula de his parua, nulliúsque æsti-

mationis esse videantur : tamen omnium cumulus magni æstimari debet,& necessarius ad commodã sustentationem Ministrorũ Ecclesiæ. Nec refert,quod ad lucrum colligi ex hortis non soleant,sed ad propriam domini commoditatem, si ipsa commoditas pretio sit æstimabilis. Si autem rogites,num decima,quæ de oleribus hisce reddenda est,soluenda sit in specie propria,an in pecunia : respondeo, in ecunia reddendam. Nam sic fert consuetuo, & sic fuit in Rota decisum Iulij 5. *ann.* 1593. vt refert Barbosa *citatus*. Secus dixerim de fabarum,ciceri, & huiusmodi leguminum decima:consuetudo enim obtinuit, vt in speciebus leguminum soluatur.

DVBIVM XXII.

An ex consuetudine introducta, & præscripta quis debeat adhuc de fœno, oleribus, & leguminibus, decimas soluere absolute?

122 *Aliqua suppono.* SCio de iuris rigore,decimã esse soluendam de fœno,de oleribus, de leguminibus, de pascuis,seu pratis,etiamsi ad culturam fuerint redacta:de lignis nemorũ,de lino,canape, de aurifodinis, argentifodinis, lapicidinis, & aliorum metallorum venis &c.de molendinis aqua vel vento tracti, vel quæ hominum,bestiarũve tractu mouentur : item ex domorum pensionibus, ex prouentibus,qui ex clibanis, seu furnis proueniunt,e x Saccharo,&c.Quia ex iure de omni terræ fructu sunt decimæ reddendæ. Quæ quidé decimæ vbique soluũtur,nec video consuetudinẽ contrariam circa præcipuos, quos assignani, fructus prædiales. Solũmodo dubitarim nũ quis debeat ex consuetudine introducta,& prescripta decimas adhuc soluere de fœno,oleribus,& leguminibus absolute ?

123 *Iam non debet soluere.* Absolutè iã non debet.Quia in toto orbe Christiano iã viget consuetudo,de his minime decimas reddendi. Sic Couarr.*l.1.variar.c.* 17.*numer.*8. citans Paulum Castrensem *libr.2. consil.*17.

124 *Adhuc debet alicubi soluere.* Adhuc debet alicubi soluere.Quia non est in toto Christiano orbe huiusmodi cõsuetudo non soluẽdi introducta.Ita Azor.*l.7.c.35.q.9.* factus *Prædialis quoque decima ex multis fructibus præsertim minutis alicubi non soluitur,vt ex herbis,oleribus,leguminibus. Alicubi* ait,non *vbique*.Ergo absolutè quis non liberatur iam ab huiusmodi decima reddenda.

125 *Auctoris resolutio.* Certum omnino est, vbi iã consuetudo de his non decimandi præscripsit,nullatenus quẽ debere decimas soluere;contra ius enim prævalet consuetudo. Vbi vero non præscripsit debet ptofecto, cum ex rigore iuris teneatur. Vnde nec absolutè quis adhuc soluere debet, nec absolutè iã liber euadit ; alicubi namque, non vbique consuetudinem vigere à testibus oculatis didici.

DVBIVM XXIII.

An possit consuetudine introduci, vt antè fructuum decimationem,semen mandatum terræ, & aliæ expensæ deducantur?

126 *Nonnulla præmitto.* SCio,ex fructibus prædiorum,iure præscribente, soluendas esse decimas absque aliqua impensarum deductione.*cap.Non est,cap. Pastoralis. cap.Tua nobis cap.cum nobis, de decim* Scio, nullatenus detrahendum prius esse semen quod terræ mandatum fuit ex tritico, hordeo,& similium.*cap. Tua nobis,&* §.*Igitur.* Scio non posse licite detrahi semen etiam casu, quo non plures fructus nascantur, quam seminis quantitas fuerit,omnibus Doctoribus asserentibus.Scio,decimas esse soluendas,prius quam ex fructibus tributa, census, aut quæuis alia debita deducantur.*cap.Cum homines, cap. Non est.cap.Tua nobis*,& expressius *cap. Cum non sit,de decim.*Scio, colonum partiarium, siue mediarium debere decimas soluere ante expensarum deductionem *cap. Tua nobis de decim.* Dubito verò, num possit consuetudine introduci, vt fructuum decimationem semen mandatum terræ,& aliæ expensæ deducantur?

127 *Minime potest.* Minimè potest.Quia in tanti ponderis rebus mutandis tanta quidem Sacrorum Ministrorũ iniuria,non potest consuetudo subsistere,nisi subsit summi Præsulis priuilegium,aut compositio facta superioris auctoritate.Sic Sotus *l.9.de iust q.4.a.*2.Bertrand.*volum.6.consil.* 188.*n.*6.7.8.15.17.*&* 18.*& vol.*7. *consil.*84.*n.* 1. *&* 3. citans Hostiensem, Innocentium, & alios,

128 *Potest omnino.* Potest omnino.Quia modus decimam reddendi sine seminis,& aliarũ expensarũ deductione est iure Ecclesiastico introductus:Ergo contra illud potest consuetudo prævalere. Ità Aragon.*2.2.q.*87.*a.*2.Suar. *to.1.de Relig.lib.1. c.*35.*nu.*6.Manu.*sum.c.*87.*n.*4. Ortiz *sum.c.*20. § 11.& alij.

129 *Hoc verum esse vere.* Hoc verum omnino esse existimo. Nam si ex consuetudine introducta sufficit, vt quis alicubi non teneatur nisi partem vigesimam soluere : cur non sufficiet, vt agricola valeat semina terræ tradita, aliásque expensas deducere? An non est licita consuetudo in toto ferè orbe Christiano introducta, qua agricolæ eleemosynam è cumulo triticeo ante decimationem elargiuntur? Adeo licita est, vt delinquat (teste Trullencho *libr.3.Decal.capit.3. dub.3.numer.2.*) cum obligatione restituendi qui impedierint,huiusmodi eleemosynam Religiosis impertiri Igitur poterit introduci consuetudo qua agricultores possint ante decimationem semen, & expensas deducere.Ex Suario.

DVBIVM XXIV.

An sufficiat decimam soluere fructuum statim ac sunt percepti, etiamsi perfectè collecti non sint?

130 *Non sufficit.* NOn sufficit. Quia *cap. Cum homines* expresse statuitur, fructuum iam collectorum soluendam esse decimam. Sic Abbas *ad cap. Peruenit.* Graffi. *l. 2. c. 27. n. 12.*

131 *Sufficit quidem.* Sufficit quidem. Quia sic in *leg. si eius, ff. de rei vendic.* declaratur: *Perceptionem fructus accipere debemus, non si perfectè collecti, sed etiam capti, ita percipi, vt terra continere fructus desierit: veluti si oliuæ, vel quæ sectæ fuerint: & nondù ab aliquo vinum, vel oleum factum sit, statim ipse fructum accepisse existimandus sit.* Ita Palao *tom. 2. tract. 10. dub. vnic. punct. 8. nu. 4.* Azor. *l. 7. c. 35. q. 16.* Rebuff. *q. 12. nu. 2.* Moneta *de decim c. 6. q. 2. n. 2.*

132 *Probabiliorem hanc sententiam esse puto.* Sufficere probabiliori ex mente reor fructus esse perceptos licet granũ adhuc è pallea non sit excussum. Porrò postquam fuerint collecti, soluenda est statim decima, *cap. Cum homines*, præcipiente. Prænalere autem potest consuetudo, vt decimæ prædiales non statim soluantur, sed certo tempore, vt Moneta *citatus, n. 15.* aduertit. Peccat autem lethaliter, qui decimas tardius, quam par est, persoluit, *cap. Cum homines.* Et qui ex tritico, vino, & aliis fructibus, instar Caini, deteriorem reddit portionem, si id in notabili quantitate faciat. Lege Fagundium *præc. 5. lib. 1. c. 4. n. 7.* & Lessium *tom. 1. l. 2. c. 39. d. 3. n. 16.*

DVBIVM XXV.

An teneatur quis soluere decimas etiamsi à Parocho non petantur, collectionis tempore?

133 *Non tenetur.* NOn tenetur. Quia si tempore collectionis fructuum non petuntur, videntur, à Parocho tacitè esse remissas: vnde postea peti non possunt. Sic Archidiac. ad *cap. 1. de decim. in 6.* Felin. ad *cap. Si autem, de rescript.* Bald. *de præscript. p. 5. q. 7. n. 12.* Adrian. *quodl. 5. ar. 2.* Didac. Perez ad *leg. 1. tit. 5. l. 1. ordinat.* Guido *dec. 283.* & Paris. *consil. 15. num 26.* Faber *libr. prim. titul. 2. def. 66.*

134 *Tenetur quidem.* Tenetur soluere, etiamsi à Parocho non petantur. Quia quisque tenetur reddere alteri quod suum est, etiam illo non petente. Sed decimæ sunt Ecclesiæ, seu Parochi; nam dies ipse, seu tempus solutionis pro creditore interpellat. Ita Suar. *tom. 1. de Relig. lib. 1. c. 37. n. 1. & 2.* citans Rotam. Gutierrez *l. 2. qq. canon. c. 20. nu. 43.* Rebuff. *tr. de decim. q. 12. n. 7.* Layman. *lib. 4. tr. 6. n. 1.* Barbos. *l. 3. de iure Eccles. c. 26. §. 2. n. 23.* Trull. *l. 3. Decal. c. 3. d. 4. n. 4.* Palao *tom. 2. tr. 10. d. vnic. punct 8. n. 4.*

135 *Incertum reor.* Resolutionem hanc certam esse crediderim, licet innuat P. Castro Palao contrariam esse probabilem. Scio Graffium *p. 2. l. 2. c. 27. n. 15.* (citans D. Thomam, Turrecrematam, Henricum, & alios) docuisse, hoc præceptum, cum affirmatiuum sit, non obligare ad semper, sed pro loco, & tempore, id est, cũ necessitas adest, & decimæ à Ministris petuntur. Si verò necessitas non est, nec petantur aliqua ex causa rationabili, tunc non soluentes minime delinquere. Attamen existimo D. Thomam, & alios loquutos fuisse de locis, vbi per consuetudinem, vel per Ecclesiæ remissionem sunt decimæ abrogatæ: & ibi ait Angelicus Doctor, non peccare, qui non soluunt, quamuis velit esse paratos ad soluendum, si petantur.

DVBIVM XXVI.

An ex vi communis iuris teneantur parochiani decimas tritici, hordei, & aliorum fructuum in Clericorum horrea deferre, si publica sint?

136 *Tenentur quidem.* TEnentur quidem, si horrea sint publicè deputata, ad quæ decimæ deferantur: vel si non sint publica, leui sumptu, & labore ad horrea Clericorum, vel eorum domos valeant deferri. Quia videntur ad id publice exponi. Et quia id gerendum innuitur *cap. Reuertimini, verb. In horrea.* & *Cap. Decimas, verb. In horreum.* Sic ibi Gloss. Archidiac. & Turrecrem. Lancellot. *ad leg. Cuius, de ann. legat.* Riccius *in collect. an. decision. part. 6. decision. 239.* & *2392.* Couarruuias *lib. 1. variarum, cap. 17. num. 8.* Hic quidem, si horrea sint publicè deputata, alij verò absolute tenent deferendas esse decimas in horrea, etiamsi publice non fuerint exposita, idque communi vsu confirmant.

137 *Minime tenentur.* Minime tenentur ex vi iuris suis sumptibus etiam leuibus in Clericorum horrea etiam publice exposita decimas deferre. Quia ad id parochiani nec vllo expresso iure, nec pacto obligantur. Si autem alicubi vt in Nauarræ Regno decimæ in Clericorum horrea vel domos decimæ parochianorum sumptibus deferuntur, id consuetudo, non ius operatur. Ita Layman. *lib 4. tract. 6. cap. 5. num. 2.* Suar. *tom. 1. de Relig. lib. 1. c. 4. num. 12.* Rebuff. *de decim. quæstion. 6. num. 1.* asserens, decimas soluendas esse in locis, in quibus sita sunt prædia iuxta *cap fin. de Parochiis*, nisi consuetudo in contrarium percrebuerit. Palao *tom. 2. tract. 10. dub. vnic. punct. 8. numer. 5.* Reginald. *l. b. 19. numer. 99.* Trullench. *lib. 3. Decal. cap. 3. dub. 4. numer. 2.*

138 *Auctoris sententia.* Profectò cum de his nil determinatum iura statuere, singularum Ecclesiarum consuetudini parendum. Consuetudo etenim in his lex est reputanda, cum lex scripta non habetur. Vnde siue in agro fructus collecti relinqui, siue ad horrea, vel domum Clericorum portari debeant, totum locorum consuetudini relinquendum. Sufficere autem huic consuetudini ad legem stabiliendam existimo, quod decem annis viguerit, eo quod sit de re, quæ non est iure prohibita. Adnotat Lessius *l. 2. c. 6. d. 14. n. 16.*

CAPVT XII.

Circa Decimas mixtas.

DVBIVM XXVII.

An de pellibus ouium, boum, pecudúmque aliarum danda sit ex iure decima?

139 *Certa suppono.*

CErtum mihi, de fœtibus ouium, caprarum, imò, & boum (quidquid in contrarium Didacus de Narbona *ad 3. part. nouæ recopil. libr. 6. titul. 10. leg. 9.* asserat) decimam esse reddendam iuxta *cap. 27. Leuit.* ibi: *Boues, & oues, & capræ, quæ sub pastoris virga transeunt, quidquid decimum venerit, sanctificabitur Domino.* At *cap. In aliquibus, de decim.* dicitur, de illis rebus necessariò decimas reddi debere, quæ diuina legere deberi dicuntur. Idem dixerim de pullis camelorum, equorum, & asinorum; quia eadem est de omnibus ratio, ac proinde idem ius. Et quamuis in scriptura non fiat expressa mentio nisi de ouibus, bobus, & capris, quæ sub pastoris virga transeunt: intelligenda tamen de omnibus aliis animalibus mansuetis: vnde *cap. Non est, de decim.* præcipitur, de pecoribus decimas solui. Nec id de porcorum fœtibus abnegandum; id enim ex *cap. Non est*, colligitur. Et si in lege veteri non soluebatur de hisce animantibus decima, ideò fuit, quia Iudæis non licebat de eorum carnibus manducare. Dubitarim verò, nùm de pellibus horumce pecudum pecorúmque decimæ iure decimam esse reddendam?

140 *Reddenda est.*

Reddenda quidem est. Quia de fructibus animalium huiusmodi decimæ sunt reddendæ: At pelles ouium, boum, & caprarum sunt eorum fructus sicut caseum est fructus ouium: ergo ex pellibus sunt decimæ soluendæ. Sic Azor. *tom. 1. l. 7. c. 35. qu. 9.* Raphaël de la Torre *2. 2. q. 87. a. 2. n. 3.*

141 *Non est reddenda.*

Non est reddenda ex iure. Quia pelles non sunt animalium fructus, sed pars illorum. Ita Rebuff. *de decim. c. 6. n. 28.* Leand. *prac. 5. dub. 5. quæstion. 10.*

142 *Probabilius hoc.*

Hæc sententia probabilior, imò & certa fatèr mihi. Nam quando oues, boues, aut capræ decimantur, cum pellibus traduntur: ergo de pellibus extractis decimæ non debentur; aliàs enim bis deberes de pellibus decimam impertire. Portò cum meus Azorius dixit ex horum animalium fructibus, *quales sunt pelles, &c.* decimam solpendam esse, crediderim de lana intellexisse.

* *
*

DVBIVM XXVIII.

An de apum examinibus sit reddenda decima?

143 *Quæstionis status.*

CErtum est, ex melle, & cera iure decimam deberi, *cap. Nuncios, de decim* ibi: *De apibus, & de omni fructu decimas soluere statuo. Ecclesiastica districtione compellas.* Sic textum communiter Auctores exponunt. Quæsierim verò nùm de ipsis apum examinibus, decima sit reddenda?

144 *Reddenda est.*

Reddenda est planè. Quia lex aperte præscribit: *De apibus, & de omni fructu.* Ergo non solùm de fructu apum, nempe de melle, & cera, sed & de ipsis apibus decima reddi debet. Et *lex 2. part. 1. titul. 20.* Sic habet: *Que aun deben dar diezmos delas colmenas: è esto se entiende tan bien de los enxambres, e de los otros esquilmos, que lleuan de ellas, como de la miel, y de la cera.* Sic Barbosa *libr. 3. de iure Eccles. capit. 26. §. 1. num. 12.* citans Monetam *cap. 4. n. 18.* Filliuc. *tract. 27. part. 2. num. 227.* Trullench. *lib. 3. Dec. cap. 3. dub. 2. num. 4.*

145 *Non est reddenda.*

Reddenda non est. Quia decima de ipsis apibus difficile reddi potest, cum sint fera animalcula; vnde licet sint mea in arbore, mea non sunt, quousque in alueario recludantur. *Instit. de rerum diuis. §. Apum.* Ita Azor. *libr. 7. cap. 35. qu. 9.* Rebuff. *de decim. q. 8. nu. 15. & 25.* Abul. *ad cap. 13. Mat. q. 164.* citans Innocentiũ, & Ioannem Andr. Suar. *to. 1. de Relig. l. 1. c. 14. num. 4.* Luis. Turrian. *summ. part. 1. capit. 138. conclus. 2.* Palao *tom. 2. tractat. 10. punct. septim. num. prim.*

146 *Auctoris resolutio.*

Ego quidem existimo (mei Azorij dicentis, *De hac re nihil esse in iure expressum, consuetudine autem talis decima non soluitur*) venia, id in iure expressum esse, vt ex textibus pro prima sententia adductis aperte constat: vnde si præscripta legis sint attendenda, de ipsis examinibus non quidem auolantibus vagè priusquam in aluearijs includantur, sed de aluearijs decem totidem continentibus examina, vnum debetur Ecclesiæ. Attamen lex illa iam est contraria consuetudine abrogata. At si alicubi viget adhuc obseruandam omninò esse affirmo.

DVBIVM XXIX.

An sufficiat tibi de fœtibus animalium tuorum decimas redditurò, si nouem dies post partum expectes?

147 *Sufficit quidem.*

SVfficit decimare animalium fœtus post nouem dies ab eorum natalitio. Quia *ca. Cum homines, de decim.* dicitur, agnos, & alios animalium partus ali debere saltem nouem diebus. Innuitur ergo posse post nouem dies Ecclesiæ reddi. Sic Rebuff. *de decim. quæstion. 12. num. 3.* citans alios. Gosf. & Doctor. *ad l. Stipulatio ista, §. inter certum. Digestis, de verborum obligat.*

obligat. & ad cap. Reuertimini, quæstion. 16. part. 13.

148 *Non sufficit.* Minimè sufficit. Quia alias decima hæc inutiliter præstaretur: ita enim reddi debet Ecclesiæ, vt ad vium esse, & deinceps viuere sine matre possit. Ita Suar. *to. 1. de Relig. lib. 1. c. 37.* Reginal. *l. 19. n. 98.* Trull. *l. 3. Decal. c. 3. dub. 4.* Fagund. *præc. 5. l. 1. c. 5. n. 14.* citans Hostiensem & Ioan. Andr. Palao *to. 2. tr. 10. d. vni pun. 8. nu. 4.* Lessi. *l. 2. c. 39 dub. 3.* Nec non Tuscus *to. 2. v. Decimæ, concl. 70. n. 1.* & ex Iurisprudentibus multi alij.

149 *Auctoris sententia.* Profectò decimæ ex animalium fœtibus soluendæ sunt tempore illo, in quo animalia sine matre viuere possint: & in quo iuxta immemorabilem consuetudinem solui assolet. Prævalet enim maximè consuetudo decennalis soluendi decimas tam quoad locum, quam quoad tempus. Quod si nulla viguerit consuetudo, standum est prudentum arbitrio, dummodo à iure non non exorbitet, simulque Ecclesiæ vtilitati consulatur.

DVBIVM XXX.

An diuidendæ sint decimæ Mixtæ inter duas Parochias, si oues, v. gr. in vno earum pascantur, & noctu in altera quiescant?

150 *Certa recolla.* CErtum est, Decimas mixtas, seu animaliũ illi Parochiæ deberi, in cuius terminis habitant, pascuntur, & fœtus enituntur greges seu armenta, etiamsi eorum domini in alia Parochia viuant. Dictat enim ratio, vt ibi soluantur decimæ, vbi pascuntur, & fœtus producunt. Si vero in vna Parochia hyeme victitent, & æstate in alia: decimæ sunt æqualiter inter vtramque Parochiam diuidendæ. Glos. *ad cap. Ad Apostolicæ, verb. Personales. Sed decima*, inquit, *animalium an inter personales, an inter prædiales sint, quæritur? & potest dici, quod inter prædiales. Vbi ergo pascuntur continuo, ibi decima solui debent. Sed quid si per medietatem anni in territorio vnius Ecclesiæ, & per aliam medietatem in territorio alterius Ecclesiæ pascuntur? Æquum est, vt diuidantur.* Quæsierim vero, num diuidendę etiam sint decimę inter duas Parochias, si in vna earum greges seu armenta pascantur, & in alia noctu quiescant.

151 *Diuidendæ sunt.* Diuidendæ sunt. Quia decimæ mixtæ magis accedunt ad naturam prædialium, quam personalium: Ergo sicut decimæ prædiales debentur illi Parochiæ, vbi sunt prædia, ita hæ decimæ debentur, vbi sunt animalia: dicuntur autem animalia esse non minus vbi dormiũt, quam vbi pascunt: Ergo æqualiter inter vnã, & alteram Parochiam sunt diuidendę. Sic Glos. *ad cap. Ad Apostolicæ, verb. Personalis.* Rebuf. *q. 6. de decim. n. 26.* Suar. *to. 1. de Relig. l. 1. c. 21. nu. 10.* Barbo. *l. 3. de iure Eccles. c. 26. §. 1. n. 39. Et cap. Ad Apostolicæ*, citans Monetam *c. 4. n. 16.* Basil. *de matr. l. 5. c. 13. §. 3. n. 23. & 24.* Palao *tom. 2. tr. 10. d. vni. pun. 8. n. 8.*

152 *Non sunt diuidendæ.* Nõ sunt diuidẽdę decimę (sed debẽtur Ecclesiæ vbi ager est, in quo pascuntur. Quia fructus, & fœtus gregis ex agro proueniunt: Ergo illi Ecclesiæ vnicè soluenda est decima, vbi ager, quem depasti sunt greges, situs fuerit. Ita D. Tho. *2. 2. q. 87. a. 3. ad 2.* Alens. *3. p. q. 51. memb. 4. art. 4.* Sotus *l. 9. de iust. q. 4. art. 3. ad 2.* Trull. *libr. 3. Decal. capit. 3. dub. 5. numer. 4.* & alij.

153 *Probabilius hoc mihi.* Hanc sentẽtiam longe probabiliorem esse reor. Nam esto decimas mixtas magis accedant ad prædiales, quam ad personales: abnego tamen decimas animalium deberi illi Parochiæ, vbi animalia fixas causas obtinent, nisi ibi pascantur; licet enim sunt animalia non minus vbi cubant, quã vbi pascunt: si de pura existentia loquamur, & si loquamur de existẽtia in ordine ad pastum, ac vitæ sustentationẽ, nullatenus sunt vbi dormiũt, sed vbi pascunt: quæ quidem existentia hic debet attendi: decima enim animalium illi datur Ecclesiæ in decimæ herbæ damni compensationem.

DVBIVM XXXI.

An Grex, & armentum toto anno in vnius Parochiæ agris pascuntur, & illorum Dominus Domicilium habet in alia: fœtuum decima sit inter vtramque Parochiam diuidenda?

154 *Diuidenda est.* ESt diuidenda. Quia hæ decimæ sunt partim personales, & partim prædiales, mixtæ vtique: vnde quatenus personales sunt, debent sequi personam, ac Parochiam, vbi dominus habitat: & quatenus sunt prædiales, prædia ac Parochiam illam, in qua pascuntur: In vnam ergo & alteram Parochiam decima est diuidenda non quidem æqualiter, sed aliquam portionem obtinente Ecclesia, apud quam dominus gerit domicilium. Sic Nauar. *conf. 1. de decim.* Palao *tom. 2. tract. 10. d. vnic. punct. 8. nu. 9.* Sà *verb. Decimæ numer. 4.*

155 *Non est diuidenda.* Diuidenda non est, sed tota debetur Ecclesię, apud quam toto anno grex, aut armentum pascitur. Quia probabilius est has decimas simpliciter prædiales censeri, vnde debẽt omnino naturam earum inducere, & consequenter Ecclesiæ prædiali solui. Ita Sotus *l. 9. de iust. qu. 4. a. 3. ad 2.* Basil. Legion. *de matr. l. 5. c. 13. §. 3. num. 25.* Barbo. *libr. 3. de iure Eccles. c. 26. §. 2. n. 40.* Trull. *l. 3. Decal. c. 3. dub. 5.* Rebuf. *de decim. qu. 6. n. 25.* Suar. *to. 1. de Relig. tr. 2. l. 1. c. 21. n. 8.* Fagund. *præc. 5. lib. 1. c. 5. n. 9.* Angel. *v. Decimæ, n. 4, & 8.*

156 *Probabilius hoc esse credo.* Hoc probabilius esse crediderim. Nam hæ animalium decimæ non ideo mixtæ vocitantur, quod partim sint personales, partim prædiales; sed quia vt fructus, ac fœtus ex animalibus hisce producuntur, magnam dominorum diligentiam requirunt. Adiicio tamen cum Manuele *sum. c. 87. concl. 2.* Prouinciarum standum consuetudini.

DVBIVM XXXII.

An decima ex apum fructibus sit Ecclesiæ Parochiali, non prædiali soluenda?

157 *Soluenda est Ecclesiæ Parochiali, non prædiali.*

SOluenda est Ecclesię Parochiali, non prædiali. Quia hęc decima personalis est, ideoque debetur Parochiali Ecclesiæ, in qua dominus apum collocat domicilium. Sic Abul. *ad cap. 23. Mat. q. 145. & 166.*

158 *Soluenda est prædiali non Parochiali.*

Soluenda est Ecclesiæ prædiali, idest, ei in cuius territorio sunt apum aluearia, non Parochiali. Quia talis decima simpliciter prædialis est, cum apum fructus, scilicet mel ac cera de floribus ac graminibus terræ illius, in qua pascuntur, & in suis victitant aluearibus plane prouenianr. Ita Angel. *v. Decima. num. 8.* Fagund. *prec. 5. l. 1. c. 5. n. 13.* Trull. *l. 3. Decal. c. 3. dub. 5. n. 5.* Rebuf. *q. 8. de decim. n. 25.* Anchar. *ad cap. Peruenit.*

159 *Hoc affirmo.*

Profecto decimæ de aluearibus impertiendæ Parochiis illis, vbi aluearia existunt. Nam domicilia sua inibi fixa habent, & ordinariè pascuntur. Hancque sententiam probabiliorem esse reor; quia probabilius iudico, tales decimas simpliciter esse prædiales. Moneo tamen consuetudinem loci esse seruandam.

CAPVT XIII.

Circa personas, quæ ad decimarum solutionem obligantur.

DVBIVM XXXIII.

An infideles non Baptizati teneantur soluere Ecclesiæ decimas personales, ex vi necessariæ compensationis?

160 *Nonnulla recolo.*

RECOLO ex *sect. 1.* omnes homines Babptizatos ex vi iuris communis ad decimarum solutionem teneri *cap. Ex trãsmissa, de decim.* ibi: *Quia fidelis homo de omnibus, quæ licite potest acquirere, decimas erogare, tenetur.* Vnde colligo Iudæos, Sarracenos, Turcas, & alios infideles, non debere decimas Ecclesię soluere si nunquam fuere Sacra diluti vndæ Nam decimæ personales Ecclesiæ redduntur ob Sacramẽtorum administrationem, aliarũque rerum spiritualium ministerium *c. Nouum, de decim. & cap. significauit, de Parochis.* Quæsierim autem, num hi teneantur soluere Ecclesiæ decimas personales, licet non ex vi præcepti decimarum saltem ex vi necessariæ compensationis?

161 *Tenẽtur ex vi compensationis.*

Soluere tenẽtur non ex vi præcepti decimarum formaliter loquendo, sed per modum satisfactionis. Quia Ecclesia Parochialis percepturа erat interesse ab aliis Christicolis, qui illorum loco poterat in ipsa habitare. Sic Bernard. apud Abul. *ad cap. 23. Mat. q. 195.* Abbas *ad cap. De terris, de decim. n. 6.* Glos. *v. Pratextu vero.* Ex parte sequitur hos Abul. *vbi sup.* & Barbo. *libr. 3. de iure Eccl. cap. 26. Paraph. 3. num. 3.*

162 *Non tenentur.*

Minimè ad id tenentur. Quia nullum ius habet Ecclesia in eos, qui extra suum gremiũ commorantur, iuxta illud Pauli *Cor. 5.* De iis, qui *foris sunt, mihi ad nos.* Ita Sotus *lib. 9. de iust. q. 4. articul. 4.* Suar. *tom. 1. de Relig. lib. 1. c. 16. num. 5.* Fagundez *prec. 5. l. 1. c. 5. n. 14.* Azor. *l. 7. c. 15. q. 3.* & alij.

163 *Hoc vnice verum.*

Existimo sententiam primam nulla probabilitate niti. Nam siue textus consulas, siue diuinum ius, siue naturalem rationem, non inuenies, vnde valeat Ecclesia eos, qui foris sunt compellere nec satisfactionis titulo ad decimarum solutionem; accidentale enim, & casuale est, quod si infideles ibi non habitasset, Christiani eorum lares occuparent decimas redditurі.

DVBIVM XXXIV.

An infideles non Baptizati teneantur Ecclesiæ soluere decimas prædiales de possessionibus, quibus suis in Prouinciis fruuntur?

164 *Certum suppono.*

SCio infideles Sacra vnda non dilutos soluere teneri decimas prædiales illarum possessionum, quas in terris Christicolarum titulo emptionis, vel alio compararunt. Quia sic *cap. De terris, de decim.* deciditur: *De terris, quas Iudæi colunt tuæ prudentiæ respondemus, vt eos ad decimas persoluendas, vel possessiones penitus renunciandas cum omni districtione compellas, ne forte occasione illa, Ecclesiæ valeant suo iure fraudari.* Quæ verba omnibus infidelibus non Baptizatis etiam sunt accõmodanda. Quæstio autem est: an illi teneantur persoluere decimas prædiales de possessionibus, quibus suis in Prouinciis fruuntur?

165 *Tenentur quidem.*

Tenentur quidem. Quia hoc onus est impositum agris, & terris, non personis, & res cum suo onere transit: vnde per accidens est, quod huiusmodi prædia possideantur à fidelibus: aut infidelibus, aut quod anteà fuerint Christianorum, vel non. Sic Abbas *ad cap. De terris n. 5.* Sylnest. *verb. Decima, qu. 7.* Rebuf. *q. 5. de decim. numer. 12.* Lessi. *lib. 2. cap. 39. dub. 5. num. 22.* Orland. *cons. 91.* Mantuan. *cons. 188.*

166 *Non tenentur.*

Minimè tenentur. Quia Ecclesia nunquam habuit acquisitum ius exigendi decimas prædiales ex prædiis, quæ non fuerunt Ecclesiæ, aut Christianorum. Ita Suar. *tom. 1. de Relig. libr. 1. c. 16. num. 5.* Sotus *lib. 9. de iust. q. 4. articul. 4.* Fagundez *prec. 5. l. 2. c. 1. n. 6. 7. 8. 9. &*

& 10. Barbo. *l. 3. de iure Eccles. c. 26. §. 3. num. 5.* Abul. *ad cap. 23. Mat. q. 195.* Vasq. *opusc. tr. de Benef. cap. 1. dub. 9.* Filliuc. *tract. 27. p. 2. n. 264.* Trul. *l. 1. Eccal. cap. 3. dub. 10. num. 1.*

167 *Adultorum infidelium.* Distinguo inter terras quæ nunquam fuerunt Ecclesiæ, nec in Parochias diuisæ, & inter illas, quæ iam Ecclesiæ fuere & christianorum diuisæ in Parochias. De his debent infideles non baptizati decimas soluere, de illis autem minime. Nam illa prædia nunquam tale reale onus habuere, neque cum illo ad infideles, à quibus possidentur, peruenerunt: Ergò ad talium decimarum solutionem nec ratione personarum, nec ipsorum prædiorum ratione tenentur. Vnde crediderim, primam sententiam parum probabilitatis habere.

DVBIVM XXXV.

An possit Ecclesia, à Iudæis, aliisque infidelibus non dilutis aliquod tributum exigere ad Prædicatorum, qui eos edoceant sustentationem.

168 *Non potest.* NOn potest. Quià infideles compelli nequeunt ad Fidei susceptionem, imo neque vt illius mysteria ac dogmata exaudiant: Igitur non potest Ecclesia eis tributum imponere ad Euangelici Ministri, qui eos instruat sustentationem. Sic Rapha. de la Torre *2. 2. q. 87. art. 4. d. 2. num. 2.*

169 *Potest quidem.* Potest quidem non per modum solutionis decimarum, cum hoc præceptum sit merè Ecclesiasticum, ad quod non tenentur qui extrà Ecclesiam sunt; sed per modum præcepti naturalis, eos obligando Prædicatoribus alimenta præstare. Ita Suar. *tom. 1. de Relig. l. 1. c. 16. num. 12.* Fagund. *præc. 5. l. 2. cap. 1. num. 10. & 19.* Trull. *l. 3. Decal. cap. 3. dub. 10 num. 1.* Palao *tom. 2. tr. 10. d. vni. pun. 11. num. 1.*

170 *Longè hoc probabilius.* Probabilius existimo, posse Ecclesiam, eiusque Pastores aliquod tributum ab infidelibus exigere ad vitum Prædicatorum, qui de facto mittuntur ad eos conuertendos: ac teneri huiusmodi infideles iure naturali illud præstare tùm ad itineris expensas, tum ad eos alendos quandiu inter ipsos habitant. Nunquam tamen Ecclesia vsa est huiusmodi potestate propter infidelium scandalum, & ne id sit eorum conuersionis fortassè impedimentum. Nam quamvis omnes homines ratione pollentes iuri naturali obedire teneantur, ac de iure naturali sit, vt qui actu in spiritualibus ministrat, necessariis ad vitam temporariis subsidiis fulciatur: tamen cum hi infideles lumen naturale rationis adeò habeant obtusum, vt vix hæc percipiant: haud erit exiguum ad salutem impedimentum eos cogere, & huiusmodi tributis diuexare. Palao mecum.

DVBIVM XXXVI.

An summus Pontifex teneatur, prædiales Decimas soluere.

CErtum mihi, (quidquid Rebuffus, & Andreas Hispanus in contrarium dictitent) summum Præsulem non teneri decimas personales soluere. Quia nullum habet superiorem, cui submittere sese possit adhuc ob sacramentorum receptionem, cum ipse omnibus potestatem, ac iurisdictionem impendat. Suar. *tom. 1. De Relig. l. 1. cap. 17. num. 11.* cum communi edocet. Difficultas est, num ad soluendum decimas prædiales teneatur?

171 *Nō tenetur.* Non tenetur. Quià cum nunc decimæ sint non de iure diuino, sed de Canonico, & Pontifex sit canonis conditor, nec possit ligari lege sua nec prædecessorum suorum: neque enim par in parem habet imperium: De rigore iuris non tenebitur has decimas soluere; sed de æquitate solùm, in quantum lex est iusta, & debet quis pati legem, quam tulit. *cap. Extra, de præbend. cap. Pro illorum*, fante Imperatore: *Licet legibus subiecti non sumus, legibus tamen viuimus.* Sic Abul. ad cap. 23. *Mat. q. 193.*

172 *Tenetur quidem.* Tenetur quidem Pontifex soluere decimas prædiales ex illis solummodo prædiis, quæ titulo patrimonij temporalis, aut emptionis, permutationis, donationis, hæreditatis, aut successionis sanguinis possidet. Quia post Parochiarum diuisionem, prædia vnicuique Ecclesiæ assignata habent annexum tanquam onus reale debitum decimarum respectu talis, & talis Ecclesiæ: Ergo si Pontifex temporali titulo acquirat vel possideat terras illas vt proprias, acquirere, ac possidere illas cum suo onere debet. Tenetur igitur ex earum fructibus decimas soluere. Ità Suar. *tom. 1. de Relig. l. 1. cap. 17. num. 10.* Rebuff. *tract. de decim. qu. 5. num. 26.* Sylueſt. *ver. Decimæ, num. 13.* Fagundez *præcep. 5. lib. 1. cap. 2. num. 11.* Filliuc. *tract. 27. p. 2. num. 172.* Trullench. *libr. 3. Decal. cap. 3. dub. 10. numer. 5.*

173 *Hoc mihi vnicè verū.* Hoc vnicè verum, Abulensis doctissimi venia esse existimo. Vnde si Cardinalis quisquam priusquam in Summum Præsulem eligeretur, prædia patrimonialia, vel alio modo propria possideret, quorum ratione alicui Ecclesiæ decimas deberet impertire: etiam electus Pontifex debebit: idemque asseruerim, licet iam factus Papa huiusmodi possessiones acquirat. Quamuis enim sit supremus Legislator, ac dispensator decimarum: non tamen est dominus, & ideo nequit suo arbitrio illas retinere. Contrarium verò dixerim, si loquar de prædiis, ac possessionibus ad Papam pertinentibus, quatenus Papa est. Nam ex iis, cum sint de Petri, ac Ecclesiæ patrimonio, decimæ solui non debent.

DVBIVM XXXVII.

An Episcopi teneantur soluere decimas prædiales de prædiis seu possessionibus sæculari, seu patrimoniali titulo acquisitis?

CErtum mihi, Episcopos non teneri decimas personales impertire. Quia non tenentur eas soluere Parochis, cum inferiores existant: nec aliis Episcopis, vel Archiepiscopis, cum in iure talis non extet obligatio, nec Summo Præsuli, nam licet attento iure naturali

174 *Certa suppono.*

rali,& diuino possit Pontifex ad sui, suæque familiæ sustentationem exigere ab Episcopis decimas personales,aliquamque suorum Ecclesiasticorum quotam reddituum:de facto tamen iure communi Ecclesiastico huiusmodi potestate vsus non est.Quæsierim tamen num solvere teneantur decimas prædiales de bonis sæculari, vel patrimoniali titulo possessis?

175 *Non tenentur.* Non tenentur.Quia si eis talis esset obligatio,actio quidem confunderetur, idest, idem esset dans,& accipiens,*leg.Stichum, ff.de solutionib.* Nec potest quis sibi ipsi obligari.*leg.Tutor,ff.ad Velleian.*Sic nonnulli,quos tacitis nominibus memorat Abulens.*ad cap.23. Mat. quæs.*193.addens:*Et hanc opinionem amplectuntur multi Episcopi nostri temporis nullas decimas de prædiis profanis suis soluentes.*

176 *Tenentur omninò.* Tenentur omninò. Quia si Pontifex tenetur, vndenam potest Episcopus excusari. Proximum Dubiũ recognosce.Ita Abul.*citat.*Suar. *tom.1. de Relig.tract.2.lib.1.cap.17.num.13.* citans Rebuffum,Cardinalem,Innocentium, & alios Canonistas,Fagundez *præcept. 5. libr. 2. cap.2.num.16.*Filliuc.*tract.27.part.2.num.*174. Trull.*l.3.Decal.c.3.dub.10.num.6.* & alij communiter.

177 *Hoc dicendum.* Hoc planè dicendum.Nam eadem est ratio de Episcopis,atque de Summo præsule:prædia enim sæcularia vbi primùm in Parochias fuere diuisa statim fuerunt affecta hoc onere reali decimas soluendi : res autem cum suo onere transit. Quæ ratio eo efficacius procedit in Episcopis,& omnibus infra Pontificem Prælatis,quo minorem illo obtinent potestatem in decimarum dispensationem. Secùs dixerim de prædiis Ecclesiasticis, quæ ad Episcopalem pertinent dignitatem, de his enim non sunt decimæ soluendæ.

DVBIVM XXXVIII.

An Parochi teneantur ex vi iuris, de fructibus suorum Beneficiorum decimas Episcopis soluere?

178 *Quæstionis status.* SCio,non teneri personales decimas alicui persoluere.Quia cum hæ in receptione Sacramentorum fundentur, Parochi non recipiunt Sacramenta ab aliis tanquam eis subditi, sed tanquam à cooperatoribus. Dubito autem,an teneantur vi iuris soluere Episcopis suorum Beneficiorum ex fructibus decimas?

179 *Tenentur quidem.* Tenentur quidem. Quia in veteri Testamento Leuitæ decimam de decimis,aut de fructibus earum Summo Sacerdoti soluebant. *Num.*18.At Episcopus est velut Summus Clericorum Sacerdos.Sic Hostiens.*summ. titul. de decim.§. A quibus.*& alij,quos pressis nominibus memorat Abulens.*ad cap. 23. Mat. quæstion.*192.

180 *Non tenentur.* Minimè tenentur.Quia nullatenus est expressum id in iure,imò contrarium decerni videtur *cap. Nouum genus.* Eadem enim ratione teneretur Episcopus decimas de omnibus sui Episcopatus fructibus Papæ,ac Archiepiscopo persoluere:quod falsum omninò est. Ita Abul *vbi supr.*Leander *præcept.5.dub.6. quæst.*17. & omnes.

Certum est mihi,ex vi iuris huiusmodi decimas à Parochis non deberi. Addo nec ex vi consuetudinis, cum potius Ecclesiæ consuetudo teneat oppositum, vt Hostiensis concedit. Quæ quidem consuetudo sufficeret ad derogandum ius positiuum, si quod daretur præscribens soluendas esse à Parochis eiusmodi decimas.Porrò licet decimæ nostræ sint ad decimarum Testamenti veteris similitudinem, tamen ex eo non pendent,sed ex Ecclesiæ statuto,quæ talem decimarum solutionem minimè imperat. 181 *Hoc mihi certum.*

DVBIVM XXXIX.

An Clerici alicui Ecclesiæ inseruientes, (verbi gratiâ, Canonici inseruientes maiori Templo, aut Beneficiati) teneantur ex iure solvere decimas ex bonis, quæ titulo sæculari, aut patrimonij titulo possident, si ea bona sint intra Ecclesiæ, cui inseruiunt, territorium?

NOn tenentur.Quia *cap. Nouum genus, de decim.*dicitur,*Nouum genus exactionis est, vt Clerici à Clericis exigant.* Vbi *Tò Nouum* idem est quod iure insolitum, & inusitatum vt cum Glossa multi Doctores exponunt. Sic Sà *verb.Decimæ,numer.secund.*Syluester *numer.* 13. *quæstion.*7. Alens. *tertia parte,quæstion.*51. *membr. septim. articul. secund.* Angel. *verb. Decimæ.* 181 *Non tenentur.*

Tenentur quidem.Quia huiusmodi Clerici possident ea bona sæculari titulo, ea autem prædia,quæ titulo sæculari possidentur, per se affecta sunt onere decimarum: vnde ad Clericos Ecclesiæ inseruientes,cùm suo decimarum onere transeunt. Alias autem grauiter læderetur Ecclesia:possent enim Canonici,& alij Sacerdotes alicui Ecclesiæ inseruientes multa prædia acquirere,emeréque intra ipsius Ecclesiæ territorium,ac sic eam decimis defraudare. Ita Fagund.*præc.5.l.2.cap.2.n.16.*Suar.*tom.1.de Relig.l.1.c.17.n.12.*Lessius *l.2.c.39. dub.51.n.* 23.Rebuff.*tr.de decim q.5.*D.Thom.*2.2.qu.87. art.4.*Sotus *l.9.de iust.q.4.a.4.* Couarruuias *l.1. variarum,c.17.n.*8.Gutierrez *l.1.qq.Canonæcap.* 21.*n.*52.Abbas *ad cap.Nouum genus,de decim. numer. quart.* 183 *Tenentur.*

Veriorem longè hanc sententiam esse reor. Claret enim ex iure,teneri huiusmodi Clericos ad decimas hasce soluendas. Nam *cap. Si quis laicus,vel Clericus,*16.*quæst.*1. dicitur,non posse Clericum rem propriam legare, vendere, ac dare, priuando Ecclesiam priorem suo decimarum prouentu. Supponit ergo textus, Ecclesiam habere ex bonis Clericorum decimarum prouentum.Porrò ingenuè fateor, nouum genus exactionis esse,Clericos,seu Pastores,ad quos pertinet decimas ipsas exigere,decimas de ipsis decimis soluere, aut de mansis, seu passalibus Ecclesiæ,quæ titulo spirituali,& Beneficij possidentur:& hunc esse affirmo huius textus germanum proculdubio sensum ex communi Doctorum.Fagund. sic. 184 *Longè verius hoc mihi.*

DVBIVM

DVBIVM XL.

Clericus teneturne decimas soluere de fructibus sui patrimonij, ad cuius titulum fuit Ordinibus initiatus, si deseruiat Ecclesiæ, cui tales decimæ deberentur si adesset obligatio?

185 *Non tenetur.* NOn tenetur. Quia huiusmodi bona dicuntur quædam spirituales mercedes (ac præmia pro obsequijs Ecclesiæ exhibendis. Sic Glos. *ad cap. Tuis, de prabend.* Ricci *part.* 7. *collect. collect.* 2628. Sayr. *decis.* 12. *de censib.* Guido *decis.* 283. Antonin. *var. resolut. l.* 1. *casu* 88. addens sic fuisse in Regno Neapolitano decisum.

186 *Tenetur iure.* Tenetur quidem. Quia tale patrimonium titulo sæculari possidetur, quod quidem obnoxium erat ante Ordinum susceptionem decimandi obligatione, à qua non fuit ex Ordinum susceptione exemptum; non enim Ecclesia debet defraudari re sibi debita ante Ordinum receptionem. Ita Barbos. *l.* 3. *de iure Eccl. c.* 16. §. 3. *n.* 10. Fagund. *prec. 5. d.* 2. *c.* 2. *n.* 4. Trull. *l.* 3. *Decal. c.* 3. *dub.* 10. *n.* 2. Suar. *tom.* 1. *de Relig. tr.* 2. *l.* 1. *c.* 17. *n.* 22. Bonac. *d. vlt. de prec. Eccl. q. vltim. punct.* 7. citans Molfesium, Cœpolam, ac Monetam.

187 *Auctoris resolutio.* Ego quidem existimo, liberum esse Clericum à solutione decimæ soluendæ, si ad congruam sustentationem nulla bona Ecclesiastica possideat, sed necessarium ei sit victum de iis sæcularibus possessionibus sibi parare. Quia in hoc casu bona illa quasi Ecclesiasticam induunt Beneficij naturam, quod decimam non debet. Postquam autem Clericus bona Ecclesiæ, seu Beneficium, Capellámve acquirit, ad sustentationem sufficiens subsidium, bona illa sæcularia ad quorum titulum Ordines suscepit, pristinam resumunt decimam reddendi obligationem. Si verò de Clericis simplicibus loquamur, tenentur quidem ex vi iuris communis decimas soluere personales de actione lucratiua corporali, non verò de spirituali, hoc est, de iis bonis, quæ titulo sæculari, artificióque corporali lucrantur: non autem de illis bonis, quæ titulo, & actione spirituali, pro Missarum cantu, pro defunctis humandis, acquiruntur.

DVBIVM XLI.

An qui ob extremam, vel quasi extremam necessitatem decimas Ecclesiæ non præstitere, ad pinguiorem fortunam remeantes, teneantur, illas restituere?

188 *Nonulla non suppetunt.* TEnentur decimas soluere communi, ac tolerabili inopia laborantes: scilicet, si solutis his, ad congruam personæ ac familiæ sustentationem habeant. Quia decima solvitur quasi debitum, *cap. Parochianos, de decim.* At in ratione debiti non habetur ratio paupertatis, nisi post bonorum cessionem, *cap. Ostenditur, de cens.* Et quidem si pauperes huiusmodi à soluendis tributis Regijs non eximuntur, nec debent à decimarũ solutione eximi. Portò qui extrema necessitate premuntur, à solutione eximuntur decimarum. Nam cum in hac necessitate communia sint omnia, non tenentur huiusmodi inopes decimas impertire. Certa hæc, dubitas verò, nùm qui ob extremam, vel quasi extremam necessitatem decimas Ecclesiæ non præstitere, teneantur si ad pinguiorem fortunam redierint; illas restituere?

189 *Tenentur quidem.* Tenentur planè. Quia accepta, & consumpta in necessitate extrema redeunte meliori fortuna sunt restituenda: ergo pauperes ad meliorem fortunam redeuntes debent restituere decimas, quas extrema necessitate pressi consumpserunt. Sic Fagundez *præcept. quint. libr. secund. capit. tert. numer. secund.* Rebuff. *tractat. de decim quæstion. quint. numer* 13. Trullench. *lib.* 3. *Decalog. cap.* 3. *dub.* 10. *numer.* 9. Vasquez *Opusc. de eleemosyn. cap.* 1. *dub.* 6. Malder. *tract.* 4. *cap.* 7. *dub.* 1. Tolet. *l.* 5. *c.* 24. *n.* 10. Lessius *l.* 2. *c.* 16. *dub.* 1. *numer.* 8.

190 *Non tenentur.* Non tenentur. Quia ille, qui in casu necessitatis extremæ accepit alienum, & consumpsit, ad meliorem remeans fortunam, non tenetur aliquid restituere. Ergo idem in casu nostro dicendum. Ita Suarius *tom.* 1. *de Relig. tract.* 2. *libr.* 1. *capit.* 16. *numer.* 17. Filliuc. *tractat.* 27. *part.* 2. *num.* 166. Layman. *libr.* 4. *tract.* 6. *cap.* 3. *num.* 6. Palao *tom.* 2. *tractat.* 10. *dub. vnic. punct.* 11. *num.* 2.

191 *Hoc mihi probabilius.* Profectò quia probabilius planè est, eum, qui necessitate extrema, vel quasi extrema affectus aliena accipit, & consumit, ad meliorem fortunam remeantem non teneri aliquid restituere: Nam qui in huiusmodi necessitate accipit aliquid & consumit non tenetur restituere ratione acceptionis, quæ iusta fuit: nec ratione rei acceptæ, quæ consumpta iam est, & non vt res aliena, sed vt propria, cum in necessitate extrema omnia communia sint: probabilius consequenter esse reor non obligari ad restitutionem eum, qui in extrema, vel quasi extrema inopia constitutus decimas retinuit, & consumpsit, etiamsi postmodum ad pinguiorem fortunam recurrat. Docuit Palao.

DVBIVM XLII.

An pauperes laici in graui necessitate constituti, itavt congruam sustentationem sibi, ac familiæ non habeant, debeant decimas personales, ac prædiales soluere?

192 *Debent quidem.* DEbent quidem. Quia propter paupertatem non debet quis aliena surripere: cum autem Ecclesia dominium decimarum habeat, raperet aliena pauper ille, qui ei decimas denegaret, omnesque se inopes fingerent, vt decimas non soluerent. Profectò Episcopi, ac Parochi de superfluis tenentur pauperibus prouidere, ideóque non possunt pauperes sibi succurrere in necessitate solùm graui, decimas subtrahendo. Sic D. Thom. 2. 2. *quæstion.* 87. *articul.* 4. Caietan. *ibi.* Alens. 3. *part. quæst.* 51. *art.* 1. Sylvest.

Sylueſt. *verb. Decima, num.* 10 Reuff *tract. de decim. quæſtion.* 5. *numer.* 14. Panormit. *ad cap. Cum homines, numer.* 4. & 5. Fagundez *præcept.* 5. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 1. aſſerens eſſe communem ſententiam.

192 *Minimè debent.* Minimè debent. Quia credibile non eſt piam matrem Eccleſiam velle cum tanto rigore pauperes ad ſoluendas decimas obligare, vt etiam e rebus ſibi moraliter neceſſariis illas ſoluere teneantur, vnde neceſſarium eis ſit mendicando victitare. Ita Suarius *tom.* 1. *de Relig. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 16. & 18. Filliucius *tract.* 27. *num.* 166. Layman. *lib.* 4. *tract.* 6. *cap.* 3. *numer.* 6. Innocent. III. *ad cap. Licet, de cenſib.* Palao *tom.* 2. *tract.* 10. *punct.* 1. *numer.* 2. Trullench. *libr. tert. Decalog. cap.* 3. *dub.* 10. *numer.* 9. & alij.

193 *Hanc eligo ſententiam.* Hanc eligo ſententiam ſi non probabiliorem, ſaltem æque probabilem. Nam ſolutio debiti ex iuſto titulo contracti differri poteſt ob grauem neceſſitatem, ſeu inopiam debitoris: imò ille, qui rem alienam poſſidet, & non poteſt reddere ſtatim ſine magna ſtatus iactura poteſt illius differre reddítionem: ergo idem dicendum in decimarum debito. Et ſi (vti Auctores primæ ſententiæ dictitant) Epiſcopi, ac Parochi ſunt obligati ad ſubueniendum ſubditis pauperibus ea neceſſitate graui preſſis: non poſſent rationabiliter iniquo animo ferre, quod ſubditi grauati inopia ante reineant, quod ipſis eſſet poſtmodum tribuendum. Moneo tamen, hanc opinionem maxima circumſpectione eſſe practicandam ob abuſus periculum. Enim vero pauperes hi ad meliorem fortunam adducti tenentur ad decimarum, quę non ſoluere, reſtitutionem. Nam licet in extrema neceſſitate omnia ſint communia, ac veluti propria, & ideo quæ in ipſa ſint accepta, & conſumpta obnoxia reſtitutioni non ſunt, adhuc bona redeunte fortuna: haud ſic in neceſſitate graui, quia in illa non fiunt omnia communia, ac propria, vnde cum tunc accipiuntur, & abſumuntur vt res alienæ, ſemper manent reſtitutioni obligata. Ex Palao adhuc.

DVBIVM XLIII.

An Religioſi virtute ſuorum priuilegiorum ſint nunc omninò exempti à ſolutione decimarum prædij, terræ, horti, &c. etiamſi alias eſſent debitæ Summo Præſuli?

194 *Aliquare-cola.* CErtum mihi, Religioſos, ac Clericos in communi viuentes ex iure antiquiſſimo exemptos fuiſſe à decimis illorum, quæ ipſimet ad ſui ſuſtentationem excolebant. *cap. Decimas 16. quæſtion.* 1. & *cap. Ex multiplici, de decim.* At ex iure moderniori teneri ſoluere de omnibus prædiis, ac terris alienis, quas propriis colunt expenſis, imò de propriis poſt Concilium Lateranenſe acquiſitis. *cap. Nuper, de decim.* Certum mihi, per priuilegium *capitis Ex parte* 1. *de decim.* nunc eximi Regulares à decimarum ſolutione de animalibus, quæ ipſi nutriunt. ibi: *Et de nutrimentis animalium ſut. rum, & de hortis ſuis decimas non perſoluant* Item ſuorum vi priuilegiorum nunc exemptos eſſe à ſolutione decimæ prædiorum ſuorum, quæ propriis manibus, aut ſumptibus excolunt: imò omnium prædiorum, etiam ab aliis conductorum. Dubito autem, an nunc ſint omninò exempti à ſolutione decimarum prædij, terræ, hortus, &c. etiamſi alias eſſent Papæ debitæ?

195 *Non ſunt omnino exempti.* Non ſunt. Quia priuilegium de non ſoluendis decimis, intelligitur de extraordinariis, non verò de ordinariis, cum hæ ſint de iure diuino. Sic Riccius 3. *part. collect.* 1136. Put. *deciſ.* 65. *lib.* 3.

196 *Sunt exempti omnino.* Exempti ſunt. Quia cum decimæ de iure diuino non debeantur, ſed de Eccleſiaſtico, benè poſſunt Pontifices de illis non ſoluendis priuilegium impertire: ſicut de facto impertiere noſtræ Societati IESV Paulus III. Pius IV. & Gregorius XIII. derogando expreſsè *capit. Nuper, de decim.* Nos ergo & qui noſtris priuilegiis fruuntur, ſumus exempti, non tenemur ſoluere decimas de domibus, prædiis, terris, poſſeſſionibus, hortis, & aliis bonis à nobis poſſeſſis, ac poſſidendis, quamuis decimæ eorum Summo Præſuli debeantur. Ita Henriquez *libr. ſeptim. capit.* 27. Fagundez *præcept. quint. libr. ſecund. caput quart. numer. prim. & ſecund.* Ioann. de la Cruz *in Epit. priuileg. libr. ſecund. capite nono, dubio quarto, concluſion. tert.* Trullench. *libr. tert. Decalog. capit. tert. dub.* 11. *numer. tert.* Manuel. *tom.* 2. *qq. Regul. qu.* 44. *articul.* 4. & 5. & *tom.* 3. *quæſtion.* 74. *art.* 16. Leander *præcept. quint. dub.* 6. *quæſt.* 36. Miranda *Man. Prælat. tom. ſecund. quæſt.* 49. *articul.* 12. Villalobos *tom.* 2. *tract.* 33. *difficult.* 4. *numer.* 5.

197 *Fuſius ex primo Societatis priuilegium.* Fuſius dixerim, quæ circa noſtram quæſtionem Doctores tradidere. Summus Pontifex eximere poteſt à decimarum tam perſonalium, quam prædialium ſoluendarum onere, quos voluerit, & de facto multos ſuis priuilegiis particularibus exemit. Innocentius III. *cap. A nobis, de decim. Soluant*, inquit, *decimas, niſi à præſtatione illarum ſpecialiter ſint exempti.* Hæc autem immunitas niſi per Summum Præſulem impertiri non poteſt. Gloſſa ad *cap. Eccleſiæ* 16. *quæſtion.* 1. *verb. Nouis.* ibi: *Priuilegium eſt ſolius Papæ, vni auferre Eccleſiæ, & alteri dare decimas.* Porrò hoc priuilegium conceſſum eſt multis Religionibus, vt ſcilicet, de omnibus omninò prædiis, & bonis ab ipſis poſſeſſis nullas decimas, etiam Papæ ſoluere teneantur: non ſolùm de iis terris, quas propriis manibus ac ſumptibus excolunt, ſed etiam per ſimplices colonos. Quod intelligendum, quando hoc priuilegium conceſſum eſt terris Religionum, & non perſonis: nam tunc ad quoſcumque colonos eæ terræ fuerint tranſmiſſæ, ſemper cum ſuæ exemptionis priuilegio tranſmittuntur. Gloſſa ad *Clement. Religioſi, de decim. verb. Excolendas*, ait: *Puto ſi eximuntur terræ priuilegiatorum, quod ipſorum coloni ab hoc onere colentes illas priuilegio participant.* At ſi eximuntur perſonæ, & non terræ, tunc licet ipſę perſonæ exemptæ de ſua parte decimas non ſoluant: coloni tamen non exempti ſoluent. Hoc priuilegium conceſſum olim fuit noſtræ Societati, præfatis Pontificibus adeo amplum, vt

vt eximant à decimarum onere omnes terras nostras, possessiones, hortos &c. quamuis decimæ illæ summo Præsuli debeantur. *Aliquam decimam* (in priuilegio dicitur *etiam Papalem soluere non teneantur, & neque ad id per literas eiusdem sedis, aut legatorum, aut Nunciorum seu Diœcesanorum prædictorum cuiuscumque tenoris fuerint vllo vnquam tempore compelli possint, nisi ipsæ literæ Apostolicæ plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto, ac concessione huiusmodi, ac de eorum ordinatione mentionem fecerint.* Et Gregorius XIII. in priuilegiis concessis terris nostræ Societatis derogauit clarissimè, & cessauit decisionem *capitis Nuper, de decim.* Et hæc priuilegia olim ab his summis Pontificibus nobis concessa fuere ex proprio motu, *de plenitudine potestatis*, vt in illis videre est; quibus non potest aliquis attribui defectus iuxta Glossam magnam *in cap. Ad hæc, de rescript.* & Mendosium cum multis *in regul. Cancellar. 16. qu. 7. nu. 2.* Nonnulla discutiam.

DVBIVM LXIV.

An Religiosi teneantur decimas soluere de prædiis, terris, agris &c. quos aliis tradunt excolendos?

198 *Tenentur quidem.* TEnentur quidem. Quia priuilegia exemptionis à solutione decimarũ sunt personalia, non realia, ideoque ad colonos non trãseunt, arrendatarios, vel emptores prædiorum aut fructuum. Sic Trull. *l. 3. Decal. c. 3. dub. 11. num. 3.* Barbo. *de iure Eccles. libr. 3. cap. 26. §. 3. num. 40.* male citans Suarium, Azorium, & alios.

199 *Non tenentur.* Minime tenentur. Quia prædia seu terræ ad colonos cum eodem priuilegio transeunt; non enim est concessum personis Religiosorũ, sed Religionum terris, vt ex priuilegij tenore constat. Ita Glos. *ad Clement. Religiosi, de decim.* Mendos. *tr. de priuileg.* quem citat ac sequitur Fagund. *præc. 5. l. 2. c. 4. nu. 1.* Ioan. de la Cruz *in Epit. priuileg. libr. 2. c. 9. dub. 4. concl. 4.* Manu. *tom. 2. qq. Regul. quæstion. 44. aartic. 4.* Rapha. de la Torre *2. 2. quæstion. 87. d. 6.* Diana *part. 10. tract. 12. resol. 51.* citans Leandrum, & alios.

200 *Hæc mihi certum.* Mihi hoc certum, quidquid Barbosa reclamet pro sua sententia citans Suarium *tom. 1. de Relig. tr. 2. l. 1. c. 19 n. 13.* Azorium *p. 1. l. 7. c. 27. q. 7.* ac plures Rotæ decisiones. Illi enim loquuntur de solis priuilegiis iuri communi insertis, de quibus certum est, colonos non eximi à decimarum onere, cum illa priuilegia expresse concedantur Religiosis sub illa conditione, vt propriis laboribus, hoc est manibus & expensis prædia colant. Vnde si per colonos id exerant, tenentur ipsi Religiosi decimas soluere de fructibus, quos ipsi percipiunt, *cap. Licet de decim.* & etiam ipsi coloni de illa parte fructuum, qua fruuntur. *cap. Nobis* & *cap. Tua. de decim.* Secus dixerim, si alia specialia priuilegia postea Religionibus concessa perpendantur, in quibus, vti vidimus, eximuntur à solutione decimarum de suis prædiis, ac terris, etiamsi eas per colonos excolant. Et suspicor id etiam solum intendisse Barbosam afferens Rotæ decisiones, quæ hoc, non aliud apertè confirmant.

DVBIVM XLV.

An quando Pontifex summus communicat vnius Religionis priuilegium alteri Religioni: censeatur etiam communicare exemptionem à Decimis soluendis, quæ in priuilegio, quod communicat, erat expressa?

POntifex communicans priuilegia alicuius Religionis in quibus adest expressa exemptio à decimarum solutione, alteri Religioni non censetur etiam communicasse exemptionem à solutione decimarum, nisi de hac exemptione fiat specialis mentio. Quia exemptio hæc difficulter assolet à Papa concedi. Imo etiamsi Pontifex indicta priuilegiorum communicatione fecerit de decimis mentionem: non est censendus huiusmodi exemptionem impertire. Quia si non apparet mens concedentis expressa, verbum *Decimæ* referri potest ad decimas extraordinarias quæ imponuntur ab homine; non autem ad ordinarias, ac prædiales, quæ sunt debitæ iure diuino. Sic Barbo. *libr. 3. de iure Eccles. capit. 26. Paragraph. 3. numer. 41.* multos citans difficultatem huius concessionis exponentes. Trull. *lib. 3. Decal. cap. 3. dub. 11 num. 5.* Diana *p. 10. tr. 12. resol. 49.* citans Merollam. 201 *Non censetur etiã communicare exemptionem à decimarum solutione.*

Censetur quidem communicare exemptionem à Decimis, cum Pontifex alicui Religioni communicat alterius priuilegia, in quibus continetur huiusmodi exemptio. Quia sicut sufficit illa communicatio, vt Religio, cui communicantur priuilegia alterius Religionis, gaudeat aliis exemptionibus in priuilegiis illis expressis: etiam debet sufficere, vt gaudeat gratia exemptionis à solutione decimarum, vtpote cum aliis contenta. Ita Cruz *in Epit. priuileg. libr. 2. capit. 9. dub. 4.* Rapha. de la Torre *2. 2. quæstion. 87. d. 1. num. 5.* Lezana, Hieron. Garcia à Diana citati *vbi suprà.* 202 *Censetur etiã cõmunicare exceptionem à decimarum solutione.*

Profecto si vnius Religionis priuilegia alteri Religioni simpliciter, seu per clausulas generales concedantur non censetur Pontifex communicasse exemptionem à solutione decimarum, nisi de hac exemptione specialis mentio fiat. Quia cum id sit difficilis concessionis, in concessione generali non venit: & in hoc Auctoribus primæ sententiæ adhæreo. At si concedantur specificè seu per clausulas specificas, & particulares priuilegia vnius Religionis, in quibus exemptio à soluendis decimis includitur, Religioni alteri: censetur Pontifex communicare etiam exemptionem à decimarum onere, quamuis ex hac exemptione specialis mentio 203 *Quid Auctor sentiat.*

non fiat. Quo in sensu cum Auctoribus secundæ sententiæ opinor. Diana.

DVBIVM XLVI.

An Priuilegium concessum Religionibus de non soluendis decimis, ex propriis prædiis, extendatur ad noualia, quæ post concessum priuilegium orta, ac culta fuerint?

204 *Non extenditur.* NOn extenditur. Quia cum post priuilegium orta fuerint, nō videntur in priuilegio, exemptionis comprehendi. Sic Rebuff. *tr. de decim q.* 14. *n.* 3. 29. & 30. citans Ancharranum, Garsiam, & alios. Gutier. *l.* 3. *qq. Can. c.* 21. *n.* 130. Moneta *de decim. c.* 4. *n.* 67. Trull. *l.* 3. *Decal. c.* 3. *d.* 11. *n.* 4. Hieron. Rodrig. *in Compen. qq. Regul. resol.* 50. *n.* 6. Couar. *l.* 1. *var. c.* 17. *n.* 13. Barbos. *l.* 3. *de iure Eccles. c.* 26. §. 3. *num.* 14.

205 *Extenditur quidem.* Extenditur quidem. Quia priuilegium datum de non soluendis decimis ex propriis prædiis, est absolutum, & non limitatum: ergo cōprehendit omnes terras, ac prædia propria. At noualia, etiam post priuilegium datum, sunt propria prædia: ergo in priuilegio comprehenduntur. Ita Suarius *tom.* 1. *de Relig. tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 19. *numer.* 5. & 6. Leander *præcept.* 5. *dub.* 6. *quæstion.* 47. Filliucius *tractat.* 27. *part. secund. num.* 183.

206 *Idem affirmo.* Idem affirmo. Quia præterquam quòd id ex *cap. Ad audientiam, de decim.* colligitur, priuilegium datum de non soluendis decimis de propriis laboribus extenditur ad noualia, quæ propriis manibus, ac laboribus fiunt, vt concedunt ex contrariis Rebuff. *num.* 28. Gutier. *n.* 131. Moneta *n.* 68. & Barbos. *num.* 14. Ergo etiam priuilegium datum de non soluendis decimis de prædiis propriis extendi debet ad noualia. Nec existimo posse alicuius ponderis differentiam assignari.

DVBIVM XLVII.

An Priuilegium Regularium de non soluendis decimis ex prædiis propriis, extendatur ad prædia, quæ de nouo acquirunt, de quibus ante acquisitionem, decimæ Ecclesiis soluebantur?

207 *Non extenditur.* NOn extenditur. Quia in dubio priuilegiū debet intelligi sine tertij præiudicio. *Cap. Quamuis, de rescript.* An quando quis donat alicui domum censui perpetuo addictam, non possidet eam cum census illius onere? Ergo idem de prędiis de nouo acquisitis asserendum. Nec enim debet Ecclesia iure, quo antea fruebatur, priuari. Sic Orland. *consil.* 268. Rebuff. *de decim. quæstion.* 13. *numer.* 114. Barbos. ad *Cap. Quamuis, numer. prim.* citans Abbatem, Innocentium, Collectarium, Imolam, Zabarellam, & alios.

208 *Extenditur plane.* Extenditur equidem. Quia priuilegium hoc est illimitate concessum, sine vlla exceptione: Igitur est intelligendum tam de prædiis illius temporis, quam de futuris, ex *Cap. Quia circa, de priu.* vbi interrogatus Pontifex, an priuilegium Monachis concessum de retinendis decimis extenderetur ad possessiones acquirendas? Respondit affirmatiuè. *Quia* (inquit) *indefinite concedendo, intellexisse videtur non solum de decimis illius temporis, sed de futuris.* Ita Suarius *tom.* 1. *de Relig. tractat.* 2. *libr.* 1. *cap.* 19. *numer.* 7. Filliucius *tract.* 27. *num* 184. Palao *tom.* 2. *tract.* 10. *dub. vni. punct.* 12. *numer.* 6. citans Azorium. Ioann. de la Cruz *in Epito. l.* 2. *c.* 9. *dub.* 4. *concl.* 2. & alij.

209 *Idē asseru.* Verius hoc esse crediderim, nec dari dubium de priuilegio video, (vti Rebuff. voluit) vnde si tertio præiudicium inferatur, debeat priuilegium coarctari: sed fauorem, & gratiam Religiosis meritò impensam recognosco. Et quidem priuilegia proprio motu Principum concessa non sunt strictè, sed largè interpretanda: & sic obseruanda omnino vti sonant, vt notarunt Ioann. Andreas, & Abbas *ad Cap.* 2. *de priuil.* At priuilegium de non soluendis decimis Regularibus concessum fuit datum à Pontificibus proprio motu, vt constat in priuilegio concesso Fratribus Minoribus à Sixto IV. Ergo non strictè, sed largè interpretandum. Quid autem de prædiis conductis, quæ Religiosi suis manibus, vel sumptibus excolunt? Certè si loquamur de priuilegio iuri communi inserto, nullatenus extenditur ad prædia conducta quamuis Religiosi propriis laboribus, ac sumptibus ea excolant: sed tenentur soluere decimas. Quia sic declarauit Alexander III. *Cap. Dilecto, de decim.* At si loquamur de priuilegiis, quæ extra corpus Iuris Religiosi obtinent, asſero extendi ad prædia etiam conducta, & ad bona Emphyteutica, vnde de his non debent decimas impertire. Ita concessit Fratribus de Guadalupe Gregorius XI. Martinus V. & Paulus III. Mecum Fagund. *præc.* 5. *l.* 2. *c.* 4. *n.* 1. Azor. *tom.* 1. *l.* 7. *c.* 3. *q.* 6. & alij.

DVBIVM XLVIII.

An Priuilegium hoc Religiosis concessum extendatur ad hortos, quos ipsi colunt, vt olera vendant?

210 *Non extenditur.* NOn extenditur. Quia priuilegium debet intelligi de hortis, quos ad vsum propriū efformant, & excolunt: secus si ad venditionem; non enim Religiosi negotiari, vel huiusmodi sæcularia debent exercere. *Cap.* 2. *Ne Clerici, vel Monachi. Cap. Dilecti, de decim.*

211 *Extenditur plane.* Extenditur planè. Quia in *Cap. Ex parte,* absolutè, & absque vlla distinctione Religiosis conceditur decimarum exemptio *de hortis suis.* Ergo siue olera eorum proprio vsui Monasterij deseruiat, siue ad eorum sustentationem diuendantur, non tenebuntur decimas soluere. Nec enim desinunt horti esse sui, ex eo quod eorum olera venundentur. Ita Dicastil. *tom.* 2. *de iust. l.* 2. *tr.* 9. *disp.* 1. *dub.* 4. & 5. Cardin. de Lugo. *tom.* 1. *de iust. d.* 26. *sect. ... numer.* 27. edocens non esse prohibitum Religiosis fructus suorum agrorum vendere. Bayn. *de Sacramen.*

ment. tract. 1. q. 15. Leander *præcept. 5. dub. 6. quæst. 50.*

212 *Dubio in plurimum.*

Cum non loquamur de priuilegio concesso Religiosis in corpore iuris inserto, sed de aliis priuilegiis indultis Regularibus, quæ post priuilegium illud insertum, expedita fuerunt: asserendum proculdubio est, nō teneri illos decimas soluere de hortis, quamuis olera vendant. Nam eodem tenore eximuntur Religiosi à solutione decimarum de hortis suis, ac eximuntur de terris, prædiis, ac aliis possessionibus. At in omnium sententia Religiosi eximūtur à solutione decimarum de fructibus prædiorum, &c. etiamsi ex iis aliqui, vel omnes fructus vendantur: ergo idem asserendum de fructibus hortorum. Et quidem licet negotiatio stricte, ac proprie sumpta sit Clericis, ac Religiosis prohibita: non tamen negotiatio, qua quis vendit superflua, & necessaria emit, quia hæc est naturalis. D. Th. 2. 2. q. 77. *art.* 4. & cum eo omnes Theologi.

CAPVT XIV.

Circa vim, quam Consuetudo, Præscriptio, Compositio, & Transactio in decimas habet.

DVBIVM XLIX.

An consuetudo possit efficere, vt aliqui à solutione omnium decimarum prædialium eximantur?

213 *Nonnull. a recte.*

MIhi certum, consuetudinem posse efficere, vt loco decimę soluatur duodecima, vigesima, vel trigesima pars. Quia quota decimarum est de iure solum positiuo, contra quā optime præscribi potest. Imo posse consuetudinem efficere, vt ex certis fructibus nulla decima persoluatur, si alias ex aliis redditibus congrua Ministrorum sustentatio supersit, affirmo. Quia in hoc casu solum est de iure humano decimare ex iis fructibus: Ergo contra illud poterit consuetudo prævalere. Dubito verò, an cōsuetudo possit aliquos eximere ab omnium decimarum prædialium solutione?

214 *Non potest.*

Minime potest. Quia decimæ prædiales iure diuino debentur, contra quod consuetudo prævalere nequit. Sic Hostiens. *ad cap. In aliquibus, de decim.* Rochus Curti. *ad cap. vlt. de consuet.* Turrecre. *ad cap. Reuertimini 26. q. 1. a. 7. n. 11.* Parisi. *l. 2. consil. 25.* Felin. *ad cap. Causam quæ, de præscript.* & alij plures Canonistæ, quos citat Couar. *l. 1. var. c. 17. n. 8.*

215 *Dixi quinto.*

Potest omnino, dummodo ex aliis redditibus, ac pensionibus Parocho, & aliis Ministris sustentatio congrua remaneat. Quia hac congrua sustentatione illis manente, solum remanet obligatio iuris humani ad soluendas decimas etiam prædiales: certè contra hoc ius potest consuetudo prævalere *cap. vltim. de consuetud.* Ita Suar. *to. 1. de Relig. tr. 2. l. 1. c. 12. à n. 7. & c. 30. n. 6.* Nauar. *sum. c. 21. n. 30.* Azor. *l. 7. c. 37. q. 2.* Bonac. *d. vlt. de præc. Eccl. q. 5. pun. 5. n. 6. & 7.* Fagund. *præc. 5. l. 3. c. 1. n. 24. & 25.* Vasq. *tr de Benef. c. 1. §. vnic. dub. 2.* Palao *to. 2. tr. 10. d. vni. pun. 4. à n. 1* Lessi. *l. 2. c. 39. dub. 5. nu. 25.* Trull. *l. 3. Decal. c. 3. dub. 11. n. 7.* Laym. *l. 4. tr. 6. c. 6. n. 9.* Et Canonistæ citati à Barbosa *lib. 3. de iure Eccles. c. 26. §. 3. n. 64. & ad cap. In aliquibus, de decim.*

Hanc sententiam vnicè veram esse putarim. Nam quidquid lex, aut legislator efficere potest, valet gerere consuetudo, cum hæc vim legis habeat. *leg. 2. C. Quæ sit longa consuetudo.* At Pontifex proculdubio potest per legem particularē à solutione omnium prædialium eximere: Ergo idem consuetudo poterit.

216 *Hanc sententiā vnicè esse puto.*

DVBIVM L.

An vt consuetudo valeat aliquos ab omniū decimarum prædialium solutione eximere, sufficit quod sit præscripta per quadraginta annorum spatium?

NOn sufficit. Quia non sufficit consuetudinem percipiendi decimas esse probatam quadraginta annorum spatio, sed requiritur, vt septuaginta annorum termino approbetur: Ergo idem requiret spatium consuetudo, vt quem à decimarum eximat solutione: cum contrariorum eadem sit disciplina. Sic Fulgosi. *consil. 166.* Balb. *de præscrip. p. 5. q. 7.* Rebuf. *de decim. q. 13. n. 53.* Socin. *libr. 2. consil. 297.* Ricci. *in collect. decis. 2392.* citans Verallum.

217 *Nō sufficit.*

Sufficit profecto. Quia frequens & diuturnus vsus communitatis habet vim introducēdi legem, & consequenter aliam abrogare, si legitimo, & diuturno tempore duret: sed quadraginta annorum tempus est satis diuturnū: Ergo sufficit ad legem abrogandam. Ita Paris. *cons. 25. n. 6. & 27.* Couar. *lib. 1. var. cap. 17. nu. 7. 8. &* 10 Gutier. *lib. 2. qq. can. cap. 20. num. 65. & 66.* Suar *tom. 1. de Relig. tract. 1. libr. 2. capit. 13. numer. 1. & 7.* Vasquez *tract. de Benef. cap. 1. dub. 3.* Trul. *libr. 3. Decal. capit. 3. dub. 11. num. 7.* Filliuc. *tr. 27. numer. 154.* & alij.

218 *Sufficit equidem.*

Existimo longe probabilius requiri, & sufficere quadraginta annorum tempus, vt præfata consuetudo præscripta, legitimè censeatur, vt habeat vim eximendi à decimarum solutione populum, qui Parocho huiusce temporis spatio non soluit. Sumitur ex *cap. vltim. de consuet.* iuncta Glossa, *v. Legitime præscripta.* Quis enim non fateatur quadraginta annorum spatium satis esse diuturnum?

219 *Hoc assero.*

DVBIVM LI.

An vt vna Parochia contra aliam in perceptione decimarum præscribat necessaria, sit quadraginta annorum consuetudo?

220 *Nnihil suppono.* SCio, consuetudine introduci posse, vt decimæ, quæ vni Parochiæ olim soluebantur, modo adscribantur, & soluantur alteri. Quia Papa per legem, aut priuilegium aliquod potest efficere, vt ex prædiis existentibus in vna Parochia alteri Parochiæ decimæ soluantur: ergo idem poterit consuetudo, cum legis vim habeat. *Cap. Cum sint homines, & Cap. Ad Apostolic. de decim.* Quæsierim verò, an vt vna Parochia contra aliam in huiusmodi decimarum perceptione præscribat, necessaria sit quadraginta annorum consuetudo?

221 *Non est necessaria.* Non est necessaria, sed sufficit consuetudo decennalis. Quia quando consuetudo contra ius aliquod non est, sed præter illud, legitimè, ac sufficienter decennio inducitur, vt docet Glossa *ad cap. vlt. de consuetud. v. Consuetudo, in 6.* At nullum est ius, quod expressè prohibeat decimas prædiales solui alteri Parochiæ in cuius territorio prædia non sunt. *Cap. Ad Apostolicæ*, ibi: *Tu eligas in hoc, quod per consuetudinem diù obtentam ibidem, noueris obseruatum:* Ergo consuetudo decennio introducta sufficiens est, vt omissa vna Parochia, in qua sunt prædia, alteri, in qua non sunt decimæ soluantur. Sic Abbas *ad Cap. Cum sint homines.* Syluest. *v. Consuetudo, n. 6. dicto 1.* Couar. *l. 1. var. c. 17. n. 8.* Barbo. *l. 3. de iure Eccles. c. 26. §. 3. n. 68.* citans Rebuffum, Achil. & Pute. Et probabile esse docent Trull. *l. 3. Decal. c. 3. d. 11. n. 7.* & Palao *tom. 2 tr. 10. d. vni. punct. 4. num 6.*

222 *Necessaria est.* Necessaria quidem est. Quia consuetudo, qua præscribitur contra illam Parochiam intra cuius territorium prædia sunt sita, non est præter ius, sed expressè contra ius introducta, vt patet ex Glossa *in Ca. fin. de consuetud.* Glossa *in Cap. Cum sint homines, de decim. v. Ad consuetudinem*, ibi: *Per quam iuri communi præiudicatur.* Et *in Cap. Ad Apostolicæ, v. Consuetudo*, ibi: *Ius commune in promptu est, quod illi Ecclesiæ debent dari decimæ, in cuius territorio sunt prædia.* At vt consuetudo, quæ contra ius est legitimè sit introducta requiritur quadraginta annorum tempus, nec decennium sufficit: ergo Ita Suar. *tom. 1. de Relig. tr. 1. l. 1. c. 22. num. 7.* asserens, Couarruuiam paulo superiùs *num. 7.* huius esse opinionis. Fagund. *præc. 5. l. 3. c. 1. nu. 10. & 11.* Trull. *l. 3. Decal. c. 3. d. 11. num. 7.* Palao *tom. 2. tract. 10. d. vni punct. 4. num. 6.* citans Antonium, & alios. Lessius *libr. 2. cap. 39. dub. 5. numer. 26.*

223 *Eiusdem sũ mentis.* Eiusdem mentis sum, nec video, quonammodo Abbatis sententia defensari possit nisi eo in casu, in quo dubium esset de ipsomet prædio ad quamnam illarum Ecclesiarum pertineret: tunc enim ipsummet ius commune dubium esset pro vtraque Ecclesia, ibique posset decennalis præscriptio deseruire.

DVBIVM LII.

An possit consuetudo efficere, vt nulla personalis decima soluatur?

MInime potest. Quia decimæ personales sunt de iure diuino, ac naturali, contra quod ius consuetudo nequit prænalere. Sic Rebuff. *de decim. q. 13. n. 43.* Henric. *ad Cap. Pernenit, de decim.* & alij Canonistæ, addentes tamen, posse, hoc non obstante, consuetudinem efficere, vt integra decima personalis non soluatur, sed aliqua pars, nempe vigesima, vel trigesima, nam quoad quantitatem consuetudo non soluendi, est positiui iuris. 224 *Non potest.*

Potest omninò efficere, vt nullæ decimæ personales soluantur. Quia Pontifex potest quoscumque voluerit eximere priuilegio, vel lege speciali ab omni decimarum personalium onere, sicut potest à prædialium obligatione liberare: ergo idem potest consuetudo præstare, cum vim legis obtineat. Ita Turrecr. *ad Cap. Reuertimini 16 q. 1. a 7. n. 11.* Couarr. *l. 1. cap. 17. n. 8.* Moneta *de de. im. cap. 5. n. 92.* Suar. *tom. 1. de Reli. tr. 2. l. 1. c. 12. n. 6.* Fagund. *pr. 5. l. 3. c. 1. n. 29.* Zerola *in praxi Episc. p. 1. v. Decimæ, §. Ad septimum*, & alij ex Canonistis, ac Theologis. 225 *Potest omnin.*

Hoc dicendum. Nam de facto in omnibus Christiani Orbis Prouinciis nullæ soluuntur decimæ personales, eo quod ex aliis redditibus subsit Ministris Sacris sufficiens ad substentationem subsidium: ergo potest consuetudo præuare huiusmodi à decimarum personalium solutione exemptionem. 226 *Idem defendo.*

DVBIVM LIII.

An præscriptio possit efficere, vt ex toto, aut ex parte saltem quis à decimarum prædialium onere eximatur?

REcolo, præscriptionem à consuetudine differre, quod per consuetudinem ius, ac dominium communitati acquiritur: per præscriptionem verò ius, & dominium acquiritur priuatis, non communitati. Porrò ad præscriptionem, (quæ quidem est *dominij acquisitio, vel alieni iuris siue realis siue personalis peremptio per continuationem temporis definiti,*) quatuor necessariæ conditiones à Doctoribus nempe possessio, titulus probabiliter præsumptus, bona fides, & continuatio possessionis cum bona fide per tempus lege præscriptum. Iam requiro, nùm præscriptio efficere possit, vt ex toto, aut ex parte saltem quis ab onere decimarum, prædialium præsertim eximatur? 227 *Nonnulla de præscriptione vsu.*

Minime potest. Quia nec consuetudo præstare potest, vt communitas, vel populus ab onere decimæ soluendæ præsertim ex toto liberetur. Sic Riccius *parte quarta, collect. decision. 993.* Rebuff. *de decim. quæstion. 13. numer. 55.* asserens nullum Clericum, vel laicum posse præscribere 228 *Minime potest.*

li

libertatem nullas soluendi decimas, etiamsi per centum, imò per mille annos solutæ non fuerint. Btalb. *decis.* 29.

229 *Potest eadem.* Potest equidem. Quia id potest efficere consuetudo, (vti vidimus) respectu communitatis cuiusuis: igitur idem poterit præscriptio respectu cuiuscumque priuati. Ita Theologi communiter. Suar. *tom.* 1. *de Relig. tr.* 2. *l.* 1. *c.* 12. *n.* 7. & *c.* 30. *n.* 6. Nauar. *sum. c.* 21. *num.* 30. Azor. *tom.* 1. *l.* 7. *c.* 37. *q.* 2. & Canonistæ plures.

230 *Hoc verum mihi.* Hoc verum mihi. Nam si id potest respectu communitatis consuetudo præstare, poterit planè idem præscriptio respectu priuati cuiusuis efficere. Quia consuetudo, ac præscriptio pares sunt in potestate.

DVBIVM LIV.

An sufficiat quem per quadraginta annorum tempus exemptum fuisse ab onere soluendi decimas, vt ex præscriptione possit ab eo liberari?

231 *Non sufficit.* NOn sufficit. Quia vt id valeat præscriptio operari, necessarium est temporis immemorabilis spatium, nempè centum annorum. Sic Molfes. *tract.* 6. *c.* 4. *n.* 46. Ricci, *collect.* 993. Guido Pap. *decis.* 284. Mohed. *decis.* 205. Franc. Marc. *decis.* 17. & aliis.

232 *Sufficit quidem.* Sufficit quidem. Quia vt consuetudo possit communitatem aliquam ab onere decimarum eximere, sufficit, esse per quadraginta annorum spatium præscriptam, (vti supra ex communi ostendi.) Ergo eadem ratione asserendum, idem temporis spatium sufficere, vt præscriptio legitimè sit introducta, & consequenter vt sufficiens sit ad eximendum priuatum quemlibet ab onere soluendi decimas. Ita Doctores nonnulli apud Couarruuiam *lib.* 1. *variarum cap.* 17. *nu.* 10. & Suarium *citandum.*

233 *Auctoris resolutio.* Profectò si præscriptor habet possessionem non soluendi decimas sine vero titulo, non sufficiet consuetudo per spatium quadraginta annorum, sed requiritur, vt illius initij nulla adsit memoria. At si præscriptor habeat consuetudinem non reddendi decimas cum vero titulo, habere illam sufficiet per quadraginta annorum spatium. Colligo ex *cap.* 1. *de præscri. n.* 6. & tenent Couarr. *citat. n.* 8. Vasq. *tr. de Benef. c.* 1. §. *vni. dub.* 2. Suar. *tom.* 1. *de Relig. tr.* 2. *l.* 1. *cap.* 13. *num.* 13. & 8. Bonacin. *dub.* 5. *de præcept. Eccles. q.* 5. *punct.* 5. *num.* 6. Lessius *l.* 3. *c.* 39. *d.* 5. *n.* 25.

DVBIVM LV.

Quis decimam vini itavt pro quota solueret vigesimam, vel duodecimam, & postmodum terra fit arabilis vineæ extinctæ: teneturne soluere de decem vnum, non de viginti, vel duodecim?

234 *Tenetur quidem.* TEnetur quidem. Quia scripsit in fructu vineæ, non fructu terræ arabilis vario semini expositæ triticeo, hordeaceo, &c. Sic Rebuff. *de decim. q.* 13. *n.* 61. Anton. ad *cap. Escob. & Mend. Theol. Moral.* Tom. V. Pars II. *Commissum.* Fagund. *præc.* 5. *l.* 3. *c.* 1. *nu.* 27. Butri. *ad cap. Commissum.* Abbas *ibi, n.* 2. Et alij Doctores ad *cap. Audistis, de præscript.*

Non tenetur, sed eodem modo debet soluere decimas de fructu terræ arabilis, ac de fructu vineæ soluebat. Quia præscriptio per se primo est fundi, secundario autem fructuum, quos reportat. Ergo per accidens ad præscriptionem erit, quod fructus varientur. Ita Suar. *tom.* 1. *de Reli. tr.* 2. *l.* 1. *c.* 22. *n.* 9. & 10. Postius *de manuten. ob'er.* 73. *n.* 56. Giouag. *consil.* 28. *n.* 7. *l.* 2. citans Rotæ decisiones. Leand *præc.* 5. *d.* 7. *q.* 19. 235 *Non tenetur.*

Hoc probabilius esse reor, existimans varietatem in fructibus non obstare. Nam præscriptio per se primò est realis circa terram ipsam seu fundum: & ideo quidquid fructificet præscribenti fructificat quoad decimam reddendam, vel accipiendam. A paritate rationis probatur apertè ex *Cap. Commissum, de decim.* ibi: *Et sicut de pascuis olim decimæ persoluebantur, ita nunc de iisdem ad frugum fertilitatem translatis decimas volumus absque diminutione persolui*, vt ibi notat Glossa, *v. Pascuis.* 236 *Hoc mihi probabilius.*

DVBIVM LVI.

An Clerici, vel Religiosi possint decimas præscribere absque Parochia, vel eius præscriptione?

SCio, Clericos, vel Religiosos posse præscribere decimas, si præscribant Parochiam. Quia principali acquisito, accessorium acquiritur: vnde acquisita per præscriptionem Parochia, debent præscribi decimæ illius, quæ sunt quid accessorium. Suar. *tom.* 1. *de Relig. tr.* 2. *l.* 1. *q.* 30. *n.* 1. 2. 7. Fagund. *pr.* 5. *l.* 3. *q.* 1. *n.* 34. Dubito autem, an Clerici, vel Religiosi absque Parochia possint decimas præscribere? 237 *Certum supponо.*

Non possunt. Quia *Cap. peruenit, de decimis*, dicitur, absque Parochia non posse decimas obtineri. Et quia per actionem iniustam haud potest præscribi. At iniustum est, vt commodum decimarum acquiratur sine onere ministrandi Sacramenta, quod Parochi, vel curam Parochiæ habentes subeant: Igitur decimarum præscriptio non potest acquiri à Clericis, vel Religiosis, quin Parochia, illiusque onus acquiratur; nisi priuilegium, aut donatio facta à Summo Præsule accedat. Sic Fagundez *citat. n.* 35. Suar. *vbi s. n.* 8. Abbas *ad Cap. suggestum. de præscript. notab.* 1. Gloss. *ad Cap. de quarta, & Cap. penult.* Antonin. *p.* 2. *tit.* 4. *q.* 3. §. 5. 238 *Non possunt.*

Possunt planè. Quia nulla datur prohibitio particularis, qua decimæ præscribi sine Parochia non possint, (accedentibus aliis necessariis ad præscriptionem conditionibus) à Clericis, vel Religiosis: cum in se capacitatem habeant ad illas præscribendas. Ita Rebuff. *tr. de decim. q.* 13. *n.* 61. malè à meo Fagundio pro contraria sententia citatus. Turrect. *ad c. fin.* 1. *q.* 16. Barbo. quem affert, & sequitur Leand. *pr.* 5. *d.* 7. *qu.* 25. Couar. *l.* 1. *var. c.* 17. *n.* 8. Gutier. *l.* 2. *Can. q.* 9. *c.* 21. *n.* 60. Moneta *tr. de decim. q.* 5. *num.* 107. Rota *in Florenti. Paroch.* 22. *May*, 1630. 239 *Possunt planè.*

Probabilior mihi hęc sententia est. Nam præscriptio, & priuilegium eandem obtinent efficaciam. *Cap. Super quibusdam, v. Præsentia.* 240 *Auctoris*

terea, de verb. signif. Ergo si id potest priuilegium habent, æquè poterit, qui præscripsit. Portò in *cap. Peruenit, de decim.* solùm prohibet Monachis iura Parochialia vsurpare: non tamen negat, quòd possidentes illa tempore ad præscriptionem habili, valeant ea iura acquirere. Fateor, nullum per iniustam actionem, præscribere posse: abnego verò esse iniustam actionem, acquirere quem decimarum commodum sine onere Sacramenta ministrandi, dummodo id fiat mediante præscriptione, & manente alia congrua sustentatione Parochi: sicut iniustitia non esset acquirere, aut habere decimas cuiusuis Parochiæ, mediante priuilegij specialis concessione, vt contrarij fatentur.

DVBIVM LVII.

An vt valida sit Compositio inter personas Ecclesiasticas facta requiratur consensus Papæ?

241 *Nonnulla recolo.* REcolo, Compositionem esse, *Gratuitam quandam conuentionem.* Transactionem verò, *Pactionem quandam de re dubia, ac lite incerta, aliquo dato, vel retento. Leg. 1. Digest. de Transact.* Portò Compositio super decimis valida est, queisdam conditionibus concurrentibus. *Cap. Ex multiplici, de decim. & cap. 2. de Transact.* Valet quidem compositio facta inter personas Ecclesiasticas suarum Ecclesiarum nomine: scilicet, vt decimæ vni curato debitæ alteri in posterum soluantur, dummodo causæ cognitio, & Superioris consensus interueniat. Hæc certa. Quæsierim vero nùm vt validæ sint compositiones factæ inter personas Ecclesiasticas requiratur Summi Præsulis consensus: verbi gratiâ, vt de rebus minutis nulla decima soluatur; vel vt non soluatur decima integra de frumento, vino, oleo: sed loco decimæ vigesima, aut trigesima reddatur?

242 *Requiritur Papæ consensus.* Requiritur Papæ consensus, & approbatio. Quia *caput Veniens, de transact.* exigit consensum, & Authoritatem Apostolicam. Sic Bertrand. *consil. 14. volum. 1. & consil. 116.* fauet Bonacin. *dub. vltim. de præcept. Eccles. quæstion. 5 punct. 5. numer. 3.* sine distinctione docens, ad hoc vt per compositionem auferatur obligatio soluendi decimas in futurum, requiri necessario Papæ consensum, & Episcopi non sufficere.

243 *Non requiritur.* Minime requiritur, sed Episcopi sufficit approbatio. Quia expressè habetur *in cap. Statuimus, de transact.* vbi Alexander III. profatur: *Statuimus, vt si super decimis inter vos, & aliquam personam Ecclesiasticam, de assensu Episcopi, vel Archiepiscopi sui compositio facta fuerit, rata, & inconcussa persistat.* Ita Gloss. *ibi, ver. Personam Ecclesiasticam.* Abbas *ad cap. Dilecti, de decim.* Rebuff. *de decim. quæstion. 13. numer. 26.* Fagundez *præcept. 5. libr. 3. capit. 2. num. 9.* Suarius *tom. 1. de Relig. tract. 2. libr. 1. cap. 12. n. 15.* Barbo. *de iure Eccl. l. 3. c. 26. §. 4. n. 24.* Trul. *l. 3. Decal. c. 3. d. 11. n. 12. & 14.* Palao *to. 2. tr. 10. d. vnic punct. 5. num. 4.*

Certum hoc mihi, fundamentum primæ sententiæ debile omnino esse credenti. Nam ad illud *capitis Veniens* respondeo, inibi agi de compositione cum laicis facta, (non cum Clericis,) ad quam necessarius proculdubio est Summi Præsulis approbatio. 244 *Certum hoc mihi.*

DVBIVM LVIII.

An Compositio facta inter Curatum, & laicum de nulla decima, vel aliqua non soluenda, valida sit etiamsi Pontificis consensus accedat?

CErtum mihi, compositionem factam inter personas Ecclesiasticas ex consensu Episcopi, vel eius Vicarij validam esse. Dixi *Vicary*, nam hi solent habere generalem Episcoporum potestatem. Certum etiam, compositionem initam inter solos Parochos etiam sine consensu Episcopi, aut Vicarij valere, si non in perpetuum, sed ad vitam componentium fiat. Quia huiusmodi compositio non est realis, sed personalis, nec Parochiæ, aut successoribus præiudicat. Certum præterea, posse Curatum non solùm validè, sed & licitè gerere compositionem tam cum Ecclesiasticis, quàm cum laicis absque consensu Episcopi, vel Vicarij, super decimis præteritis. Quia sunt fructus iam facti, & ad Curam facientem compositionem pertinentes. Dubium autem est, nùm valida sit compositio facta inter Curatum, & laicos de non soluenda aliqua, vel vlla decima, si consensus Pontificis accedat? 245 *Certa supponо.*

Valida non est. Quia cum decima iuris diuini sit, Papa non potest vtilem ad eiusmodi compositionem assensum præstare. Sic Rebuff. *de decim. q. 13. n. 27. & 29.* 246 *Valida non est.*

Est quidem valida. Quia decima est non iuris diuini, sed Canonici: ergo potest Papæ consensus efficere, vt huiusmodi compositio valida existat. Ita Azor. *tom. 1. l. 7. c. 37. q. 5.* Trul. *l. 3. Decal. c. 3. d. 11. nu. 12.* Palao *tom. 2. tr. 10. d. vnic. punct. 5. num. 4. & 5.* 247 *Est valida.*

Communis omnium ferè Doctorum opinio est, decimæ negotium ad ius Canonicum pertinere. Vnde certum est planè, posse Pontificem hoc ius abrogare, & tollere. A fortiori igitur poterit agere, vt præfata compositio rata, ac valida existat. 248 *Hoc mihi vnicè verè.*

DVBIVM LIX.

An sufficiat Archiepiscopi, vel Episcopi consensus, vt compositio facta inter curatum & laicos de non soluenda integra decima, valida existat?

SVfficit quidem. Quia quando agitur non de exemptione omnimoda à decimarum debito, sed de earum diminutione, hoc est, *vt non soluatur ex his rebus, in hac mensura, & in hoc loco*, quæ quidem non est tanti ponderis compositio, videtur sufficiens esse Archiepiscopi, vel Episcopi consensus. Sic Decius apud Rebuffum *tract. de decim. q. 13.* 249 *Sufficit plane.*

q. 12. *n.* 29. Trull. *l.* 3. *Decal. c.* 3. *dub.* 11. *nu.* 12. citans meum sapientissimum amicum Ferdinādum de Castro Palao *to.* 2. *tr.* 10. *d. vni pun.* 5. *n.* 4. & 5. Glos. cum Hostiensi *ad cap. statuimus* 2. *de transact.* Suar. citatus à Trullencho *to.* 1. *de Relig. tr.* 2. *l.* 1. *c.* 12. *n.* 15.

250 *Nō sufficit.* Non sufficit, sed requiritur Papæ consensus. Quia nullus extra summum Præsulem laicum à decimis eximere potest, nec decimæ imminere quantitatem. *cap. Venerabilis, de cōfirmat. vtili.* & *cap. A nobis, eodem tit.* Bertrand. *ibi*, & Abbas. At compositio præfata est quædam exceptio: Ergò sine Papæ approbatione facta non valet. Ita Azor. *p.* 1. *l.* 7. *c.* 37. *q.* 5. Palao malè pro contraria sententia citatus. Leand. *præc.* 5. *d.* 7. *quæstion.* 35. Rebuf. *vbi sup.*

251 *Auctoris sententiam.* Valet equidem compositio, vt laicus non soluat decimam integram, sed minorem, vt posse vigesimam, trigesimam, &c. At non sufficit ad hoc sola Episcopi authoritas, nisi Romani Pontificis consensus accedat. Nam cum decima ex toto, vel ex parte remittitur, ius commune relaxatur, quod præcipit integram decimam impertiri. Valet item compositio, vt laicus non soluat decimam ex certis queisdā fructibus, aut bonis, modo fiat Romani Præsulis authoritate; siquidem hac etiam in parte ius commune remittitur. Scio tamen valere compositionem factam cum laicis authoritate Episcopi super tempus, locum, & personas, quibus soluendæ sunt decimæ. Quia per huiusmodi compositionem ius commune non remittitur.

DVBIVM LX.

An possit valide fieri Transactio super Decimis?

252 *Status quæstionis.* VIdimus *Dub.* 56. Transactionem esse *pactionem quandam de re dubia, aut lite incerta, aliquo dato vel retento.* Quæsierim itaque an Transactio huiusmodi validè fiat?

253 *Non fit valide.* Valide non fit. Quia decimæ *spirituales* dicuntur, *cap. In summa* 1. *q.* 1. *c. Literas, de restitut. spoliat.* vbi Glos. & Abbas, referente Rebuffo *de decim. q.* 13. *n.* 38. At non potest fieri transactio super rebus spiritualibus, Sacris, aut Religiosis: Ergo nequit super decimis fieri. Minorem probo *ex cap. super eo.* 7. *de transact.* vbi dicitur: *Tale damus responsum, quod transigi super re Sacra & Religiosa non potest. Etenim res Sacræ vt possideantur, aliquo dato, vel retento, siue promisso speciem credimus habere simoniæ. Alias si gratis & amicabiliter se litigantes componant, Sacris Canonibus nequaquam dicimus obuiare.* Sic Glossa ad textum præfatum adiiciens: *Ex illo textu euidenter constat, quod de re Sacra, siue spirituali transactio interuenire non possit.* Absolute ergo ducendum non posse valide transactionem de decimis fieri.

254 *Valide fit.* Valide certè fit. Quia perceptio fructuum decimarum res temporalis est, cum in rebus tēporalibus consistat. Ita Rebuf. *citat.* Fagund. *præc.* 5. *l.* 3. *c.* 2. *n.* 10. Panormit. & Barbosa, quos refert, ac sequitur Leand. *præc.* 5. *d.* 7. *q.* 39.

Crediderim opus esse distinctione vti. Nam decimę possūt dupliciter sumi, scilicet pro ipso iure accipiendi decimarum fructus, vel pro ipsa fructuū perceptione, qui decimarū nomine capiūtur. Si priori modo sumātur, haud potest super eis fieri trāsactio; ius enim est quid spirituale. Si vero secūdo modo sumātur, rectè potest fieri trāsactio huiusmodi; perceptio nāque fructuum Decimarum res est temporaria cum in rebus temporariis consistat. 255 *Distinctio respōdeo.*

CAPVT XV.

Circà Ecclesias, vel personas, queis decimæ sunt soluendæ.

QVÆSTIO INCIDENS.

Num Decimæ debeant solui Parochis, qui opibus abundant?

256 *Certa reco.* CErtum est, ius percipiendi decimas ad solos Clericos pertinere. Quia ius hoc est spirituale, cuius laicus capax nō est. Vnde ad earū perceptionē ex iure omnino Clericatus, seu tōsura requiritur. Certe nūc de iure cōmuni solis Parochis soluendæ sunt decimæ. Quia cōpetit ex officio, ad populi decimas soluētis salutē spiritualem attendere. Porro etiā Episcopis solui debent ex iure saltē in aliquibus casibus. Primus est, quādo sūt Ecclesię Cathedrali debitę; quia huius Ecclesię est Episcopus ac immediatè Parochus. *c. Cū contingat, de decim.* Secūdus, quādo prædia, ex quibus soluendæ sunt decimę sunt decimę sita non sunt in alicuius determinata Parochia; tūc enim cēsenda sunt ea prædia ad Episcopū tanquā ad propriū Parochū attinere circa decimarum solutionē. *c. Quoniam, de decim.* Tertius quando Parochiæ in Diœcesi distinctę non sunt; tunc etenim Diœcesis tota est Parochia Episcopi, vnde ipsi tanquam proprio Parocho decimę debentur. *c. Omnes Basilicæ* 16 *q.* 7. *n.* 9. Quartus, quādo consuetudo ferret, vt decimæ ad Episcopum spectarent. *c. Dudū de decim.* Quintus denique, quādo decimæ sunt Cathedrali Ecclesiæ donatæ aut alio modo debitæ; tunc Episcopus de iure cōmuni est in illis fundatus ex *c. Dudum.* licet *inter fratres*, hoc est Canonicos Ecclesiæ Cathedralis diuidi debeant. Certa hæc. Dubito verò, num Episcopo, aut Parocho, qui opibus abundat solui decimæ debeant?

257 *Solui non debet.* Non debent. Quia olim leuitis, ac Sacerdotibus Deus decimas cōcessit: ideo quod eis non reliquerit in terra aliquā possessionis portionē. *Nū.* 18. *Deuter.* 18. Ergo Episcopis, & Parochis, qui nunc diuitiis aliūde possessis abūdant, non licebit decimas recipere, ac proinde nullus tenebitur ea illis soluere. Sic nonnulli, quos pressis nominibus memorat Abul. *ad c.* 23. *Mat. q.* 174. Horum sententiam Rebuf. *de decim. q.* 13. *n.* 6. innuit esse probabilem, dū contrarium verius esse dicitur.

258 *Solui debēt.* Solui videtur deberi. Quia decimæ nō soluuntur Ecclesiæ personarum respectu, sed Dei intuitu, ac diuini ministerij causa, quod Parochi præstant. *c. Decimæ 16. q. 1.* At propter affluentes diuitias nullus potest suo iure spoliari, alioqui Regi prædiuiti, aut principi opulēto non teneretur quis tributa impendere, nec debitor creditori copioso debita: quod plane est absurdum. Ita Rebuf. & Abulens. *vbi sup. n. 14.* Suar. *to. 1. de Relig. tr. 2. l. 1. c. 29. n. 5.* Castro *v. Decimæ* Turrecrem. *l. 4. sum. 2. p. c. 37.* Filliuc. *tr. 27. p. 2. cap. 9. nu. 20.* Trull. *l. 3. Decal. cap. 3. dub. 8. n. 6.* Fagund. *præc. 5. l. 3. c. 4. n. 1.*

259 *Auctoris iudicium.* Existimo primam sententiam, Rebuffi venia defendi non posse, sciens damnatum fuisse errorem Pseudo-Apostolorum negantium decimas dandas esse Clericis, qui paupertatē Euangelicam nō profiterentur. Abnego etenim paupertatem Leuitarum, aut Sacerdotum, fuisse præcipuam causam, propter quā eis decimæ à Deo adiicerētur; sed aliqualem solū. Præcipua enim causa fuit ministeriū diuinum: vnde siue in Veteri Testamento Ministri Sacri diuitiis affluerent, siue affluant in nouo, illis debebantur, & his decimæ proculdubio debentur.

DVBIVM LXI.

An valida sit Decimarum locatio si fiat ad sexennium, vel nouēnium cum hac clausula: Vt triennio finito, noua, ac distincta locatio censeatur?

260 *Certa præmitto.* CErta præmittā. Clericis simplicibus nullumque Ecclesiasticum Beneficium habentibus decimę non debentur. Quia licet ex vi ordinum sint capaces, non tamen de facto proprium ius ad illas obtinent percipiendas, quoūsque aliquo Beneficio donentur. Palao *to. 2. tr. 10. d. vni. pun. 10. n. 2.* Religiosis non debent dari decimæ de iure communi. Quia de iure hoc solum Ecclesiis sæcularibus debentur *cap. Cum in tua, de decim. cap. significauit, de Paroch.* Religiosi enim obligati non sunt sui status ratione ad seruiendum in spiritualibus populo. Filliuc. *tr. 27. p. 2. n. 211.* Debentur autem Religiosis decimæ, si debeant aliquod Parochiale Beneficium. Quia munus eis tunc adhæret ministrandi spiritualia. Vel si priuilegio donentur recipiendi ex aliquibus locis decimas. *cap. Cum in tua, de decim.* Filliuc. *ibid.* Laici nō possunt ius ad decimas habere. Quia sūt iuris spiritualis incapaces. *c. Ad hæc de decim.* Suar. *to. 1. de Relig. l. 1. c. 29.* Possunt tamē laici decimarum fructus percipere. Quia habens proprium ius decimarū, potest laico si nō primarium ius, secundarium tamen tribuere hoc est, ius ad fructus percipiendos videlicet ex locatione, venditione, aut donatione. Fagund. *prec. 5. l. 3. c. 2. n. 11.* Possunt laici per locationem ad breue tempus ius hoc secundariū acquirere fructus decimarum percipiendi. Quia quicumque Ecclesiasticum Beneficium possidens pro libito potest eius fructus ad breue tempus sæculari locare, eique facultatē ad illas exigendas impertire. *cap. Vestra 2. de locato, & conducto.* Filliuc. *vbi sup.* Valida demum locatio non erit, si ad quinquennium, vel quadriennium fiat. Quia licet hoc breue tempus habeatur attento iure communi, quod est infra decennium, *cap. vltim. Ne prælati.* tamen attento nouiori iure, non est reputandū breue tempus quinquennium, aut quadriennium. Nam ad triennium illud contraxit Paulus II. in *Extrau. Ambitioſe, de reb. Eccl. non alienand.* & omnem locationem, aut venditionem longioris temporis irritauit. Suar. *citat.* Certa hęc apud omnes. Dubito autem, an saltem valida sit locatio decimarum, si fiat ad sexennium, cum hac clausula: Vt finito triennio, censeatur noua, vel distincta locatio?

261 *Valida est.* Valida est. Quia etsi locatio ab initio fiat ad plures annos, cum tamen verè distinctæ sint locationes per tēpora à iure permissa, nulla locatio ex his est iuri contraria. Sic Bald. *c. 1. §. si libellario, quib. mod. feud. amittat. & leg. 1. voluntas, C. de fidei commis.*

262 *Non est valida.* Non est valida. Quia sic expresè colligitur ex textu in *Authent. de non alienand. §. Quod autem dictum est. v. Nec illud, collat. 2.* vbi habetur, quod si res alienari prohibita, vel concedi ad longum tempus, ad nouem annos cōcedatur, cū pacto de renouando ad alios nouē annos, aut cū expressa renouatione ad alios annos iure permissos: finita prima locatione tale machinamentum non teneat, nec ea locatio valeat vltra tempus à iure permissum. Ita Couar. *l. 2. var. c. 16. n. 4.* Vallasc. *de iure emphyteut. q. 29. n. 25.* Fagund. *præc. 5. l. 3. c. 2. n. 11.* Cinus, Alberic. Ancharran. Iason. Alexand. & alij apud Couar.

263 *Hoc mihi certum.* Hoc certum omnino. Ideo nullatenus admittendæ sunt conuentiones aliæ, quæ manifeste in legis fraudem geruntur. Locatio itaque valida erit in triennio à iure permisso, ad reliquum autem tempus omnino retractabitur, & infirma censebitur. Sic Fagundez.

CAPVT XVI.

Circa Primitiarum solutionem.

DVBIVM LXII.

An præceptum soluendi Primitias possit consuetudine abrogari?

264 *Status quæstionis.* CErtum est, in lege noua latum fuisse præceptum de soluēdi Deo, primitiis, quidquid sine fundamento repugnarint nonnulli quos pressis nominibus refert Abbas *ad cap. Decimarum, de decim.* Quia expresè habetur in *cap. Decimas 16. q. 7.* ibi: *Oportet congruentius nos Decimas, & primitias, quas iure Sacerdotū esse sancimus, ab omni populo accipere, quas fideles, præcipiente Domino, offerunt.* Quæritur autem num præceptum hoc possit consuetudine abrogari?

Non

265 *Non potest.* Non potest. Quia est de iure diuino sicut de Decimis, queis Doctores Primitias æquiparant. Non ergo potest consuetudine aboleri. Sic Andre. Hispan. *in Regul. decim. q.* 8. Rebuff. *tr. 8 de decim. q.* 1. *n.* 21. & alij.

266 *Potest plures.* Potest equidem. Quia lex soluendi primitias est humana: At consuetudo potest contra legem humanam prævalere: ergo Primitiarum soluendarum præceptum potest consuetudine abrogari. Ita Suar. *tom.* 1. *de Relig. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 16. Palao *tom.* 2. *tr.* 10. *d. vnic. punct.* 16. *n.* 2. & omnes.

267 *Auctoris refutatio.* Certè præceptum soluendi primitias non solùm potest omninò aboleri, non solum potest minui, & augeri, vt primæ sententiæ Auctores concedunt: imò de facto præceptum hoc propriè, & in rigore sumptum ex consuetudine iam est abrogatum in toto ferè orbis Christiani orbe; Primitiæ namque lato modo sumptæ intelliguntur non solum primi fructus terræ præcipui, selectiores, ac præstantiores: stricto vero propriè, & in rigore, intelliguntur duntaxat primi fructus agrorum, & arborum, qui Deo offeruntur. Has itaque, non illas soluendi præceptum iam ferè abrogatum esse affirmo cum Lessio *l.* 2. *c.* 39. *d.* 6. *n.* 31. & Suario *citato.*

DVBIVM LXIII.

An vbi præceptum primitiarum adhuc extat, debeant solui non petitæ à Parocho?

268 *Non debent solui.* NOn debent solui nisi à Parocho petantur. Quia cum in lege Gratiæ non sit quantitas seu quota primitiarum determinata à iure, sicut in veteri fuerat; sed relicta est offerentium arbitrio iuxta deuotionem, dùm Parochi primitias sibi dari non petunt, videntur illas velut quid exigui momenti, aut contemnere, aut condonare. Sic Azo. *p.* 1. *l.* 7. *c.* 27. *q.* 3. Cuius sententiam Palao *tom.* 2. *tract.* 10. *d. vnic. punct.* 16. *num.* 2. refert, nec improbat.

269 *Certùm hoc.* Certam hanc sententiam, mei Azorij venia, esse crediderim Et testibus oculatis accepi in iis Ecclesiis vbi loco primitiarum aliqua quota fructuum traditur, eam antequam petatur à parochianis solui eo modo, quo solui assolet decima.

DVBIVM LXIV.

An in lege Gratiæ ex iure humano debeantur, Primitiæ de omni frumento, vino, oleo, ac de aliis rebus omnibus, de quibus in lege veteri iure diuino soluebantur?

270 *Non debentur.* NOn debentur. Quia non præsumitur, Ecclesiam velle, vt de primis fructibus arbotum, neque de oleribus, ac leguminibus primitiæ reddantur, quod difficile quidem præstari posset, sed de frugibus. Sic Raphaël de la Torre 2. 2. *q.* 86. *art.* 4.

Debetur planè ex vi iuris humani primitiæ ex omnibus rebus, de quibus olim soluebantur. Quia nunc solui debentur decimæ de omnibus rebus, de quibus olim reddebantur: ergo & primitiæ, cum vnum sit decimarum, & primitiarum præceptum. Ita Leand. *pr.* 5. *d.* 9. *q.* 15. plures citans *d.* 4. *quæst.* 1. asserentes ex vi iuris nunc deberi decimas de omnibus rebus, è quibus olim in lege veteri fideles tenebantur. 271 *Debentur plane.*

Mihi hoc certum. Nam præceptum primitiarum latum est ab Ecclesia ad instar præcepti diuini: sed ex vi præcepti diuini soluebantur olim primitiæ de vino, frumento, oleo, fructibus, &c. Ergò de eisdem rebus debent nunc ex vi iuris humani persolui. Secùs dixerim attenta consuetudine, quia in multis Prouinciis primitiæ non redduntur, in aliis solùm de quibusdam rebus solitæ reddi. 272 *Certum hoc mihi.*

CAPVT XVII.

Circa Oblationes.

DVBIVM LXV.

An in lege Gratiæ extet de gerendis Oblationibus præceptum?

SVppono, Oblationem de qua iura loquuntur, esse quandam donationem bonorum temporalium siue mobilium, siue immobilium, Deo, vel Ecclesiæ factam. *Cap. Qui oblationes. Cap. Cleri i, 13. qu.* 2. Triplex autem est oblationum species. Prima est donatio inter viuos Deo facta, vel Ecclesiæ. Secunda donatio causa mortis, quæ instar legatorum redacta est, & assolet *Mortuarium* appellari. Tertia est vsualis, quam gerunt fideles, dùm ad altare, vel ad Sacerdotis manum offerunt. Certum est, in lege Veteri præceptum de oblationibus faciendis extitisse. *Exod.* 23. *Non apparebis in conspectu meo vacuus.* Dubitarim, an in lege Gratiæ præceptum de gerendis oblationibus extet? 273 *Nonnullæ suppono.*

Extat quidem. Quia in *Cap. Prater, dist.* 32. eodem tenore verborum præceptum de primitiis, decimis, ac oblationibus apponitur: At de primitiis, ac decimis soluendis præceptum datur: ergo, & de oblationibus gerendis. Sic nonnulli, quos suppressis nominibus refert Azor. *p.* 1. *l.* 7. *c.* 27. *q.* 11. Gloss. *ad Cap. Statuimus*, 16. *q.* 1. & ad *Cap. Omnis Christianus, de consecr. distinct.* 1. Hostiens. *in Rub. de Parochiis. & sum. tit. Parochi*, §. *In quibus.* Lapus *allegat.* 58. *n.* 1. & 7. 274 *Præceptum extat.*

Minimè extat. Quia de oblationib. provt à decimis, ac primitiis distinguntur, nullū inueniri tur in iure decretū absolute imperās eas geri: potius eiusmodi oblationes spōtaneas esse decreuit Concil. Cabilonēse sub Carolo Magno *c.* 6. Ita D. Th. 2. 2. *q.* 86. *a.* 1. & ibi Caiet. Arag. & alij. Suar. *tom.* 1. *de Relig. tr.* 2. *l.* 1. *c.* 5. *num.* 2. 275 *Non extat præceptum.*

Azor.

Azor.*citat.* Palao *tom.2.tr.10.punct.17.n.2.* Fagund.*pr.5.l.4.c.1.n.6.&14.* Trul. *l.3.Dec.c.13. n.2.&* alij communiter.

277 *Hanc mentem certam esse reor.*

Certam existimo hanc esse sententiam, nempe omnes huiusmodi oblationes naturâ suâ,& per se de consilio esse,licet per accidẽs cadere sub præcepto possint,scilicet, si Ecclesia ad cultum diuinum , sacrumque ministerium eis indigeat:aut si Parochus non habeat, vnde victitet:aut quando oblationes sunt vel promissione,vel legato,vel ratione consuetudinis , aut præscriptionis debitæ. Portò textus pro contraria sententia adducti sunt intelligendi de oblationibus , quæ debitæ aliqua ex his,quas attigi,rationibus fuerint.

DVBIVM LXIV.

An si Parochus oblationibus ad commodam sustentationem egeat , absolutè teneantur parochiani ex præcepto diuino eas illi impertire?

278 *Tenentur absolutè.*

Absolutè , & sine vlla limitatione tenentur. Quia non debet Parochus ex alieno ministerio victum acquirere:iustum enim est, vt qui altari deseruit de altario viuat : ergo,si Parochus indigeat, tenentur parochiani præcepto naturali,& diuino eis oblationum subsidio succurrere.Sic absolutè Rebuff.*de decim. qu.1.num.24.* Gloss. *ad cap.Omnis , de consecrd. dist.1.* Felin. *ad cap. Veniens 1. colum. 2. de testibus.*

279 *Non tenentur absolutè sed cum limitatione.*

Non tenentur absolutè,& sine limitatione, sed tunc solummodo ex præcepto naturali, ac diuino obligantur, quando nullæ impertiuntur Ecclesiæ illi decimæ , & ipsi parochiani sufficienti pollent substantia,vt valeant Parocho egenti subuenire.Ita Suarius *tom.1.de Relig.tract.2.lib.1.cap.5.num.7.* Palao *tom.2.tract. 10.punct.17.num.2.* Couarruu.*lib.1.var.cap.17. num.3.* Trullench.*lib.3.Decalog.cap.3. dub.13. num.3.* Barbos.*de iure Eccles.lib.3.cap.23.num. 10.& 11.* Sotus *l.9.de iust.quæstion.3. articul.1.* Gutierrez *lib.2.qq.Canon.cap.21.num.139.*

280 *Hoc teneo, & expono.*

Hoc teneo , & expono.Tenentur quidem parochiani oblationum subsidio succurrere Parocho,non absolutè,& sine limitatione;sed nisi aliàs ipsi ita pauperes sint,vt non valeant sufficienter Parocho prouidere : hoc enim in casu Parochus aliunde sibi debet prouidere, ne parochianis onerosus existat:aut Episcopum consulere,vt hic mediis traditis à Tridentino *sess.24.cap.3.* vtatur.Imò licet parochiani sufficienti substantia polleant , non tenentur Parocho subuenire,si ipsi soluunt decimas, ac primitias sufficientes ad Parochi sustentationem : hoc enim in casu etiamsi Parochus indigeat , vel quia decimæ ad alios vsus sunt applicatæ , vel in plura Beneficia diuisæ,&c.non tenentur parochianis oblationes exhibere.

DVBIVM LXVII.

An vbi viget consuetudo offerendi aliquid in die Dominica,aliisque festis debeat necessariò à parochianis obseruari , si inibi decimæ soluantur?

281 *Obseruari necessariò non debet.*

Obseruari necessariò non debet. Quia dùm decimæ sufficiunt ad Parochorum sustentationem , consuetudo offerendi alia quæque in Ecclesia debuit in suo principio esse spontanea,libera , & absque vlla obligatione ex Concil.Cabilonensi sub Carolo Magno *cap.6.* At consuetudo circa ea, quæ fiunt spontaneè legis obligationem non inducunt, cum semper in offerentibus , seu donantibus animus se obligandi absit. Ergo consuetudo circa oblationes vim legis non inducit , & consequenter in conscientia non obligat.Sic Angel.*verb.Oblatio,num.1.* Rosel.*vers.1.* Sotus *lib.9.de iust.quæst.6.art.1.&* Innocent.*in ca. Ad Apostolicam,de simonia.* ac Butrius *ibi* asserentes,non posse Episcopum fideles cogere, vt consuetas oblationes impertiant.Azor.*p.1. l.7.c.7.q.11.* hanc sententiam ait esse probabilem,quod Palao *tom.2.tr.10.punct.17.n.3.&4.* contestatur.

282 *Debet necessario obseruari.*

Debet necessariò obseruari hæc consuetudo,si per tempus,ad præscribendum, necessarium fuerit continuata.Quia in *Cap. Ad Apostolicam de simon.* laudata consuetudine aliquid in Ecclesia offerendi , pia ex deuotione fidelium introducta, præcipitur eas consuetudines obseruari *Non est permittendum,*(ait textus)*fidelibus,vt has consuetudines laudabiles infringant,aut immutent;sed compescendi sunt,qui hoc tentauerint.* At non posset Episcopus fideles compescere, cogereque ad oblationes gerendas,consuetudinis titulo,nisi consuetudo obligationem induceret. Ita D.Thom. *2.2.quæst. 86.articul.1.&* omnes Thomistæ.Abbas , Hostiens.*ad cap.Suam,&* ad *cap. Ad Apostolorum, de simon.* Sylvest *v.Decimæ,q.2* Couarruuias *l.1. var.c.17.n.4.* Palao *citat.n.4.* Fagund.*præcept.5. l.4.c.1.n.7.* Trull.*l.3.Decal.c.3.dub.13.n.4.* adiiciens , sufficere consuetudinem esse præscriptam per decem annorum spatium , vt vi eius populus ad oblationes offerendas teneatur. Gutierrez *qq.Canon.libr.1.cap.21.n.140.* Lessius *lib.2.cap.39.dub.6.num.34.* Azorius *vbi s.&c. 38 qu.12.*

283 *Auctoris resolutio.*

Ego quidem propter tot Doctorum authoritatem affero probabiliorem esse secundam sententiam ; nam si rationem perpendo , primæ planè hærendum putarem. Vt tamen mentem exponam , duplicem propositionem accipe. Optimè potest introduci , vt oblationes , quæ à principio spontaneæ fuêre vim fideles obligandi habeant, vt eas ex necessitate persoluant. Quia optimè potest quis se ex necessitate obligare ad soluendum id , quod à principio libere obtulit : ergo , & qui ab initio quædam certis diebus obtulit sponte , potest se obligare ad offerendum ex necessitate. Igitur in hoc casu cõsuetudo vim legis habebit,& consequenter in conscientia ad offerendũ illis dieb. obligabit.Si certo,aut verisimiliter constiterit oblationes

tiones fieri solitas esse ex libertate inductas, & ex eadem continuatas, ac rerentas tunc probabilius existimo; non teneri fideles eas persolucre, etiamsi per multos annos ea fuerit consuetudo seruata. Et quamuis Pontifex *in c. Ad Apostolicam* clarè videatur præcipere eiusmodi consuetudines obseruari, dum ait: *Easpias consuetudines præcipimus obseruari*: intelligendus tamen est, præcipere obseruari consuetudines has eo modo quo sunt introductæ, ita vt non immutentur, nec varientur. Ex Lessio, & Azorio.

DVBIVM LXVIII.

An possit consuetudine introduci, vt in aliquo festo v. gr. Purificationis immaculatæ Virginis, Clerici tribuant laicis cereos albos, vel quid simile?

284 *Introduci non potest.* INtroduci non potest. Quia per huiusmodi consuetudinem Ecclesia laicis subiici videretur: quod est plusquam irrationale. Sic Sylvest. *verb. Decima, quæstion.* 7. Gutier. *libr.* 22. *qq. Can. cap.* 21. *nu.* 156. citans Menochium.

285 *Potest introduci.* Potest introduci. Quia non est ex se, ac intrinsecè irrationabilis: Potest igitur prevalere. Antecedens probatur. Quia candele albæ illæ non impenduntur ab Ecclesia laicis per modum oblationis, aut tributi, sed per modum cuiusdam liberalis donationis, vt illos ad deuotionem excitet: vnde per hoc Ecclesia laicis non subiicitur, sed munus piæ matris, spiritualisque Magistræ gerit. Ita Suar. *to* 1. *de Relig. c.* 7. *n* 5. citans Federicum Senens. *consil.* 155. Rosel. *v. Decima* Palao *to.* 2. *tr.* 10. *punct.* 17. *n.* 6. Troll. *l.* 4. *Decal. c.* 3. *dub.* 13. *n.* 10 Barbo. *lib.* 3. *de iure Eccl. c.* 23. *n.* 7. & alij.

286 *Hanc sententiã probabiliorem esse reor.* Hanc sententiam probabiliorem esse reor. Et quidem, auctore Barbosa, de facto huiusmodi consuetudo in tota Italia est introducta; & in Hispania videmus, in festo Purificationis laicos oblationem cereorum ab Ecclesiasticis in Templo recipere. Caueant autem Clerici huiusmodi cereos benedictos ad sæcularium domos transmittere; sed iuxta laudabilem Ecclesiæ vsum in Templo populus eas recipere teneatur, vt censuit Sacra Congregatio negotiis Episcop. ac Regular. præposita *in vna Foglinen.* de anno 1581. Denique nullam esse pœnam de iure impositam, sed imponendam, certum est. Nam qui negant oblationes ex testamento, aut donatione debitas, aut difficulter reddunt, excommunicari debent, & ab Ecclesia, quovsque impertiant, excludi. *c. Qui oblationes* 13. *q.* ii. & *cap. sequen.* Lege Azorium *to.* 1. *l.* 7. *c.* 27. *q.* 17.

AD DEIPARAM DOMINAM MEAM EPILOGVS.

DE tua mirabili obedientia ô Dei-parens, ad cuncta Dei Præcepta exequenda piè ac deuotè differit Richardus Laurentinus *lib. 4. de tuis laudib.* cuius sententiam carptim expendam, vt Ecclesiæ Præcepta exemplo tuo obseruare edoceamur. *De obedientia*, (inquit,) *Maria dicit ipsa Cant. 5. Anima mea liquefacta est (per incendium charitatis) parata videlicet, instar metalli liquefacti, decurrere in omnes diuinæ voluntatis modulos. Item ratione obedientiæ comparatur auro Maria, dicitur Ara, Thronus, Solium, & omnibus ferè vasibus Templi, & Tabernaculi, quæ fuerunt aurea, comparatur. Aurum enim tractabilius est omnibus metallis, & quanto tractabilius, tanto subtilibus operibus faciendis competentius. Vnde potest ipsa cum Filio dicere illud Isai 50. Erigit mane, mane erigit mihi aurem, vt audiam. Mane dicit Maria erectam aurem, quæ ab initio ætatis* (à primo dixerim Conceptionis instanti) *ad præcepta cœlestia paratum habuit auditum, & docuit nos habere.* Hactenus ille, & nostro instituto admodum appositè.

Laus Deo, Deiparæ, Iosepho, Ignatio, Antonio.

INDEX

INDEX

RERVM ET VERBORVM Notabilium, quæ in hoc quinto Tomo Part. II. continentur.

Prior Numerus Paginam, Posterior Numerum Marginalem designat.

A

Abbatissa.

ABBATISSA potestne in Monialium ieiunio dispensare. p. 129. n. 577. & 578
Et inde Authoris resolutio affertur. p. 130. n. 579

Absolutio.

Absolutio, vide verb. *Confessio.*

Abstinentia.

Abstinentia à carnibus Rogationum triduo, quæ ex consuetudine est introducta, obligatne ad lethale. pag. 90. n. 190
Abstinentia, vide verb. *Ieiunium.*

Attentio.

Sine Attentione interna Missam audiens satisfacitne Ecclesiæ præcepto. p. 21. n. 171
Attentio, vide verb. *Missa.*

C

Caro.

CArnium nomine quid veniat intelligendum. p. 70. n. 5. & 6
Habens licentiam edendi Carnes, potest ouis vesci, & sic de reliquis. ibid. num. 9. 10 11. 12. 13. 14
Nùm Carnis nomine oua, ac lacticinia prohibeantur. p. 83. n. 132

Chocolate.

Chocolate quænam potio dicatur. p. 93 numero 212
Chocolate an Ieiunium soluat. ibid.

Clericus.

Clerici non curati obligantur personali debito ad præstandas decimas Sacerdoti Parochiali, p. 135. n. 16
Clerici petunt decimas à laico, qui præscriptione, vel consuetudine immemoriali nũquam eas persoluit, potestne hic eam causam corã Iudice sæculari discutere, eiusque authorite contra Clericos defendere. p. 143. n. 82
An Clerici alicui Ecclesiæ inseruientes teneãtur ex iure soluere decimas ex bonis, quæ titulo sæculari, aut patrimonii titulo possident, si ea bona sint intra Ecclesiæ, cui inseruiunt territorium. p. 154. n. 184
Clericus teneturne decimas soluere de fructibus sui patrimonij ad cuius titulum fuit ordinibus initiatus, si deseruiat Ecclesiæ, cui tales decimæ deberentur, si adesset obligatio. p. 155. n. 187

Collatio.

Collatio, vide verb. *Refectiuncula.*

Communio.

Communio Sacra non est necessaria necessitate medii. p. 54. num. 1
Necessaria est necessitate præcepti diuini. ibid. num. 2
Non omnes qui tenentur confiteri, tenentur Communicare ex rationis vsu. pag. 55 numero 8
Non potest per annorum numerum definiri tempus huius obligationis. ibidem numero 9
Quid de eo qui Paschalem Communionem prætermisit. ibid. n. 11
Communicare in propria Parochia est necessum ibid. n. 12
Peregrini, viatores, & vagi possunt tempore Paschali in Ecclesiis Regularium Communicare. p. 56. n. 14
Serui Religiosorum, qui in monasteriis non degunt debent in Parochia Communicare. ibid. num. 15
Aliter de seruis in monasterio habitantibus ibidem.
Non satisfacit præcepto, qui in Ecclesia Cathedrali Communicat sine parochi proprii licentia. ibid. nu. 16
Non tenentur presbyteri Sacrificantes in parochia Communicare. ibidem numero 18
Implesne præceptum licet Communices in le-

thali. ib.n.19
Sed teneris ldigne Communicare ad præcepti diuini impletionem. p.57.n.20
Qui in peccato Communicauit non incurrit censuras,nec pœnas Ecclesiasticas. ibidem numero 21
Qui se videt impediendum in Paschate non tenetur Communionem anticipare.ibidem numero 22
Discretio ad Communionem recipiendam quandonam regulariter incipiat. ibidem numero 23
Pater,Tutor,Curator,& herus tenentur procurare,vt filij Minores pupilli, ac serui Communicent. ib. num.24
Amentes,& phrenetici qui lucida habent interualla admittendi sunt ad annuam Communionem, alij minimè nisi in mortis articulo. ibid. n.25
Semifatui ad Paschatis Communionem admittuntur,si nullum irreuerentię periculum adsit. ibid.nu.26
Surdi ac muti à natiuitate non solum in mortis articulo, sed in Paschate Communicare possunt. p.57. n.27
An pueri statim, ac discretionis annos attigerint obligentur annuæ Communionis præcepto. p.58.n.30
An Summus Pontifex teneatur præceprum Communionis annuæ obseruare sub lethali piaculo. p.60.nu.42
An præceptum hoc ita sit Paschati affixum, vt qui in Paschate non Communicauit,teneatur amplius ad communicandum illo anno. pag.61. n.52
In eo qui in Paschate non Communicauit, ita perseuerat communicandi post Pascha obligatio,vt ipsa vlterior dilatio semperne affert nouam culpam. pa.62.n.55
An qui præuidet sibi futurum impedimentum in Paschate teneatur tempus ab Ecclesia assignatum præuenire. ibid.nu.58
Qui propter futurum impedimentum in Paschate prequisum Communionem anticipauit an teneatur postea ablato, vel non secuto impedimento in Paschate rursum Communicare. p.63.n.61
An qui scienter, vel ignoranter Communicauit in Paschate in statu peccati satisfaciat Ecclesiæ præcepto. ib.n.64
An aduenæ impleant annuæ Communionis præceptum recipientes in mendicantium Ecclesiis Eucharistiam. p.66.n.75

Compositio.

An vt Compositio sit valida inter personas Ecclesiasticas requiratur consensus Papæ. p.162.n.244
An Compositio facta inter Curatam,& laicum de nulla decima, vel aliqua non soluenda, valida sit,etiamsi Pontificis consensus accedat. ibid.n.248
Sufficitne Archiepiscopi,vel Episcopi consensus,vt Compositio facta inter Curatum, & laicos,de non soluenda decima, valida sit? p.163.n.251

Compromissum.

Per Compromissum ius decimarum acquiri potest. p.137.n.36

Concionator.

Concionatores excusantur ab obligatione ieiunandi. p.79.n.93

Confessarius.

Confessarij à ieiunio eximuntur,quando commode ieiunare non possunt. pagin.79 numer.95
Confessarij qui non ex officio,vel obedientia, sed voluntariè tota die Confessionibus intersunt,eximunturne à lege ieiunij.pag.120 numer.491
An Confessarius iusta interueniente causa possit in ieiunio dispensare,si Episcopus facile adiri non possit. p.129.n.575

Confessio.

Confiteri obligatur,qui ad annos discretionis peruenerit. p.37.n.1
Pueri cum primum rationis vsum consecuti fuerint,annis singulis tenentur Confiteri. ibid.n.2
Pueri ad Confessionem accedentes diligenter examinandi num capaces absolutionis existant. ibid. n.3
Et quid circa hoc gerendum. ibid.
Adstrictus solum venialibus fateri non tenetur. ibid. n.4
Debet tamen se Pastori sistere,& quare.p.38. num.5
Non potest Ecclesia directè de venialium Cõfessione fore præceptum. ibid. n.6
Indirecte potest. ibid.n.7
Confessioni annuæ non est determinatum tempus. ib.n.8
Duplex est probabilis modus computandi annum ad præceptum Confessionis. ibid.num. 9.& 10
Tenemur ad tempus Confessionis. ibidem numero 11
Non fit satis huic præcepto venialium Confessione. p.39.nu.12
Facta legitima Confessione non tenetur quis peccata oblita illo anno confiteri. ibidem numero 13
Nec si post Confessionem in nouum lethale incidat. ibid. nu.14
Per Confessionem illegitimam non fit satis præcepto. ib.n.15
Ictè confitens excommunicationem Synodalem incurrit. ib.n.16
Non impletur præceptum, si Confessarius,ex malitia,vel ignorantia non absoluat.ibidem numero 17
A Confessione excusatur, qui graue damnum vitæ,honoris, vel fortunæ timet. ibid. numero 18
Sæpe quis potest à Confessione alicuius peccati excusari, sed non à Confessione absolute. ibid.n.19
Si nullum in specie peccatum aperias,non potes absolui,& præceptum implere. ibidem numero 20
Excusaris à præcepto,& à pœna, si bona fide credis,te vere absolutum licet sine absolutione discedas. ibid.n.21
Verum annuæ Confessionis præceptum sub lethali piaculo obliget. p.40,n.24

An præceptum hoc obligetper se ad Confessionem. ib. n.27
Vtrùm præceptum hoc quoad substantiam,& quoad tempus sit purè humanum. ib. num.30
An præceptum hoc Confitendi semel in anno supponat debere nos Confiteri statim post commissum lethale peccatum,si est periculum grauis obliuionis. pagina 41 numero 33
Summus Præsul obligaturne Confessionis annuæ præcepto. ib. n.36
An pueri in quacumque ætate capaces fuerint vsus rationis,sint ad præceptum Confessionis annuę obligati. p.42.n.40
Hæretici aliique infideles Sacra Vnda diluti, obliganturne annuatim Confiteri. ibidem numero 43
Nùm Octogenarij senes teneantur annuę Cõfessionis implere præceptum. p.43.num.45
Nùm qui internis peccatis sauciantur,teneantur Confessionis annuæ præceptum implere. ibid.n.48
Quis solummodo venialibus culpis se comperit reũ, ex vi præcepti huius,teneturne sub lethali aliqua semel in anno Confiteri. ib. num.51
Habet quis lethalia crimina quę iusta ex causa Confessario aperire non debet, teneturne sub mortali venialia confiteri,vt præceptum hoc impleat. p.44.n.54
An Ecclesia possit præcipere saltem de aliquibus venialibus Confessionem. ibidem num.61
Quis in anno semel saltem confessus est venialia,sed ante anni terminum lethale perpetrat,an teneatur intra illum annum, crimen illud lethale Confiteri. p.45.nu.64
An Confessionis annuæ præceptum obliget per se pro determinato anni tempore.p.46. num.70
Ad ad præcepti huius impletionem annus sit computandus à Ianuario in Ianuarium.ibid. num.73
Qui per totum annum non est Confessus, teneturne quam primum anno sequenti Cõfiteri. p.47.n.76
Qui toto anno elapso absque Confessione, postea inchoato iam anno sequenti Confitetur,debetne iterum eodem anno confiteri. ib.n.79
Præuidens non sibi futuram opportunitatem Confitendi hoc anno,teneturne Confessionem præuenire, & initio, vel medio anno Confiteri. p.48. n. 82
An ex vi *Clement.1. Ne in agro*, omnes Regulares tam viri, quam fœminæ teneantur semel mensibus singulis inire Confessionem. p.48. n.85
An Monachi Benedictini non habentes nisi venialia, ex vi Clementinæ teneantur sub lethali, menstruam gerere Confessionem. ibid.n.88
An præfati Monachi ex Clement.vi,teneantur sub mortali menstruam gerere Confessionem,si lethali piaculo grauentur. p.49 num. 91
An Monachi D.Benedicti, & D.Bernardi sub lethali obligentur semel in anno, suis Prælatis fateri sua lethalia piacula, etiam aliis Confessionibus rite, ac legitimè exposita. ib.n.95
Satisfacitne quis huic præcepto per Confessionem non integram, omittendo scilicet voluntati è aliquod externum piaculum. p. 50.n.97
An satisfaciat qui Confessionis annuæ præcepto,per Confessionem nullam ex defectu doloris pœnitentis. ibid.n.100
Præceptum annuæ Confessionis impleturne per confessionem validam quidem, sed informem. p.51.n.104
Agit quis integram peccatorum Confessionem siue formatam,siue non,sed absolutionem non recipit, satisfacitne Confessionis annuæ præcepto. ib.nu.107
An excusetur à præcepti huius impletione, qui nequit aliter, quam per Scripturam Confiteri. ib.num.111
Ad satisfaciendum præcepto confessionis Ecclesiastio teneturne quis(si aliter non valeat) per interpretem fateri. p.52.n.114
Num de iure communi sit pœna imposita præcepti annuæ Confessionis transgressoribus. ibid.num.117
An qui culpa sua inualide confitetur annuæ Confessionis instantia,euadat pœnas à iure aut à Synodo impositas. p.53.n.119
An pueri non implentes Confessionis annuæ præceptum incurrãt pœnas transgressoribus impositas. ibid.n.122
An Meretrices præceptum Confessionis annuæ violantes,incurrant pœnas à iure præscriptas & Synodalem excommunicationem. ib. n.124

Coniux.

Coniux,qui cum ieiunio debitum reddere non valet,ab eo excusatur. pagina 79 numero 97
Nùm si Coniugibus iniunium impediat,ne sibi inuicem reddant debitum teneantur à ieiunio abstinere. p.112.n.411

Consuetudo.

Consuetudine abstracta obligatne ad mortale præceptum ieiunij ex vi iuris. pag.82 num.118
Consuetudo potestne ex toto ieiunium quadragesimale abrogare. ibidem numero 122
An secluſa Consuetudine liceat panem bis coctum etiam in quantitate magna in ieiuniis quadragesimæ sine bulla,aut dispensatione comedere. p.91.nu.199
Vbi Consuetudo non adest, licetne sumere Refectiunculam largiorem, in peruigilio Paschatis,& Pentecostes. p.99.n.275
An Consuetudo possit efficere, vt aliqui à solutione omnium decimarum prædialium eximantur. p.159. nu.216
Vt Consuetudo valeat aliquos ab omnium Decimarum prædialium solutione eximere,sufficitne quod sit præscripta per quadraginta annorum spatium. ib.n.219
An Consuetudo sit necessaria quadraginta annorum, vt vna Parochia contra aliam in perceptione Decimarum præscribat. p.160 num. 223
Potestne Consuetudo efficere, vt nulla personalis decima soluatur. ibid.n.226

D

Decimæ.

Decima vnde dicatur? p.133.n.1
Cur Decimas plurali numero nuncupemus. ibidem
Decimæ quæ? ibid.n.2
Decimarum diuisio. ibid.num.3
Decimæ personales quæ? ibidem.
Decimæ prædiales, quæ item dicantur. ib.
Quænam mixtæ. ib.
Quæ Decimæ maiores, & minores sint. ib. num.4
Decimæ profanæ, & Ecclesiasticæ quæ. ib. num.5
Quid in dubio,an profanæ sint,an Ecclesiasticæ. ib. n.6
Decimæ materialiter de iure naturali,& diuino sunt. p.134.nu.7
Decimæ sunt formaliter de iure Ecclesiastico, non de iure naturali,aut diuino. ib. numero 8.
Ex lege iustitiæ Decimæ Parochis præstandæ sunt. ib. nu.9
Decimarum vindicatio Ecclesiæ, seu Parocho competit. ib.n.10
Etiam aduersus iniustum fructuum destructorem. ib. n.11
Quot modis possit obligari persona ad Decimas præstandas. ib.n.12
Est circa Decimas debitum personale,& reale. ibidem.
Omnes, & illæ personæ, quæ in spiritualibus subditæ,è manu Sacerdotis Sacramenta suscipere debent ad Decimarum præstationem obligantur. ib. n.13
Summus Pontifex per se non potest ad Decimas obligari. p.135.n.14
Ad Decimas præstandas Episcopi, ac Parochi per se obligari non solent. ib.n.15
Ad Decimas præstandas personali debito obligantur Clerici non curati. ib.n.16
Et Religiosi nisi ex priuilegio eximantur. ib. num.17
Circa Decimas Regularium priuilegia, eorumque vtilitas. ib.n.18
Ad Decimas ex reali obligatione omnes cuiuscumque conditionis obligantur. ib. numero 19
Etiam pauperes qui tolerabili inopia laborant. ibid. n.20
Quid de iis, qui graui paupertate premuntur. p.136. n.21
Pœnæ mendicantibus homines à Decimarum solutione retrahentibus indictæ. ib. numero 22
Decimæ personales præstari debent propriæ Ecclesiæ Parochiali. ib.n.23
Decimæ prædiales soluendæ Ecclesiæ Parochiali,intra cuius teminos prædia sunt sita. ibid.num.24
Parochi aduersus quemlibet possessorem iuris Decimandi fundatam habent intentionem. ib. num 25
Tam personales quam prædiales Decimæ sunt soluendæ non baptismali Ecclesiæ. ib. num. 26
Decimæ mixtæ debentur Ecclesiæ Parochiali. ib.n.27
Quarta Decimarum pars soluenda Episcopo. ibid. n.28
Certi sunt casus, in quibus adhuc hodie integræ Decimæ ad Episcopum pertinent. ib. num. 29
Decimæ prædiales debentur statim, ac fructus sunt collecti. p.137.nu.30
Dominus prædij non obligatur Decimas ad horreum Ecclesiæ deportare. ib.n.31
Quid de Decimis mixtis. ib.n.32
Decimas per vim extorquere non potest Parochus sine Episcopi authoritate. ibid. num.34
Potest ius Decimarum acquiri per transactionem. ib. nu. 35
Et per compromissum. ib. nu.36
Et per mutationem. ib.n.37
Decimarum ius propriè sumptum non potest sine simonia vendi. pagina 138 numero 38.
Potest si materialiter sumatur. ib.nu.39
Decimas non possunt iam Episcopi concedere laicis in feudum perpetuum. pag.138 numero 40
Ius Decimarum, contra Parochum præscribi potest à Clericis, aut Conuentu Religioso. ib.n.41
Quomodo à laicis possit etiã præscribi.ib.n.42
Immunitas à Decimis,vt vsucapi possit à laicis ac à Clericis cum bona fide. ib.n.43
Si in regione vbi Decimæ per desuetudinem sunt abrogatæ contingat ministros debito stipendio destitui ad sustentationem, Decimæ de nouo oriuntur. ib.n.44
An Decimæ debeantur Ecclesiæ ministris iure diuino. pag 140.n.54
An præcepti soluendi Decimas vi,Ecclesia,vel eius ministri habeant verum decimarum dominium, antequam à fructuum cumulo separentur. ibid.n.57
Quis in bello iniusto, aut alias iniustè segetes, vel vineas combussit, teneturne Decimas peremptas Ecclesiæ restituere. p.141.n.59
Quis iracundia affectus suas segetes,vineas,& oliueta combussit teneturne pro Decimis teddendis Ecclesiæ satisfacere. ib.n.62
Agricola fructus non collegit, quia seminare, aut arbores excolere noluit, teneturne adhuc pro Decimis satisfacere. pagin.142 numero 71
An Iudices seculares possint de causa Decimarum cognoscere, cum Decimæ datæ sunt laicis,etiam Principibus,summi Pontificis cõcessione. p.143.n.75
Quando lis super Decimas non est iuris,sed facti, potestne coram Iudice seculari discuti ib.num.79
An conductor laicus Decimarum debeat corã Ecclesiastico Iudice conueniri,quando locatę, vel conductę Decimę pretium soluere renuit. p.144. n.85
An qui Decimas non soluit, fit iure ipso excommunicatus. ib.n.88
An vi iuris Canonici Decimę debeantur de bonis immobilibus, quę per donationem, vel testamentum, vel hereditariam successionem acquiruntur. pagin.145 numero 92
An ex vi iuris cõmunis debeatur Decima de bonis

bonis mobilibus, per Donationem, legationem, aut successionem comparatis? p.145. num.95.

An ex vi iuris debeantur Decimæ de rebus immobilibus in bello captis pro mercede militiæ? ibidem numero 98

An ex vi iuris debeantur Decimæ ex meretricum lucro, ex histrionatu, & similibus turpiter acquisitis, quæ tamen non sunt obnoxiæ restitutioni. p. 146. num.102

Vtrum ex vsu & consuetudine modo debeantur Decimæ personales, ex Salario famulorum? ibidem numero 106

An ante Decimarum personalium solutionem absolute deducendæ sint expensæ factæ in victu, ac vestitu negotiatoris, militis, &c. ib.n.109

Num de messium paleis Decimæ sint ex vi iuris reddendæ? pag.147 num.113

An ex mororum foliis sint ex iure Decimæ reddendæ. ibidem numero 117

Num circa minuta olera, de illis Decimæ debeantur? ibidem numero 121

An ex consuetudine introducta, & præscripta debeat quis adhuc de fæno, oleribus, & leguminibus, Decimas soluere absolute. p.148.n.125

Num possit consuetudine introduci, vt ante fructuum decimationem, semen mandatum terræ, & aliæ expensæ deducantur. ib. num.129

Sufficitne Decimam soluere fructuum statim ac sunt præcepti, etiamsi perfectè collecti non sint. p.149. num.132

An teneatur quis soluere Decimas, etiamsi à Parocho non petantur, collectionis tempore. ib.n.135

An ex vi iuris teneantur Parochiani Decimas in Clericorum horrea deferre si publica sint? ibidem numero 138

Num de pellibus pecudum pecorumque dandæ sint ex iure decimæ. pag. 150 num.142

An de apum examinibus sit reddendæ Decimæ? ibidem numero 146

Sufficitne tibi de fœtibus animalium tuorum Decimas reddituro, si nouem dies post partum expectes. pag.141. num.149

An dividendę sint Decimæ mixtæ inter duas Parochias? ibid. num.153

An Decimæ ex apum fructibus sint Ecclesiæ Parochiali non prædiali soluendæ. p.152. num.159

Infideles non baptizati tenenturne soluere Ecclesiæ Decimas personales, ex vi necessariæ compensationis? ibidem numero 163

An Infideles non baptizati teneantur Ecclesiæ Decimas prædiales soluere de possessionibus, quibus in suis provinciis fruuntur. p.153.num 167

Decimas prædiales teneturne soluere summus Pontifex? pagina 153 numero 173

An Episcopi teneantur soluere Decimas prædiales de prędiis seu possessionibus sæculari, seu patrimoniali titulo acquisitis? p.154. num.177

An Decimas Episcopis soluere teneantur Parochi, ex vi iuris de fructibus suorum beneficiorum. ibidem numero 181

An qui ob extremam, vel quasi extremam necessitatem Decimas Ecclesiæ non præstitêre, ad pinguiorem fortunam remeantes teneantur illas restituere. p. 155 num.191

Pauperes laici in graui necessitate constituti, ita vt congruam sustentationem, sibi ac familiæ non habeant, debeant Decimas personales ac prædiales soluere. p.156. num.193

Religiosi virtute suorum priuilegiorum suntne nunc omnino exempti à solutione Decimarum etiamsi essent debitæ summo Præsuli? pagina 156. numero 195. numero 196. vbi Authoris placitum adducitur. ibidem numero 197

An Religiosi teneantur Decimas soluere de agris quos aliis tradunt excolendos. p.157 num 200

Quando Pontifex summus communicat vnius Religionis priuilegium, alteri Religioni, censeturne etiam communicare exemptionem à Decimis soluendis, quæ in priuilegio, quod communicat, erat expressa? pagina 157 numero 203

An priuilegium concessum Religionibus de non soluendis Decimis ex propriis, prædiis extendatur ad noualia, quę post concessum priuilegium orta, ac culta fuerint. p.158 num.206

An priuilegium Regularium extendatur ad prædia, quæ de nouo acquirunt, de quibus ante acquisitionem, Decimæ Ecclesiæ soluebantur. ibidem numero 209

Sufficitne quem per quadraginta annorum tempus exemptum fuisse ab onere soluendi Decimas, vt ex præscriptione possit ab eo liberari. pag. 161. num.233

Clerici vel Religiosi possuntne Decimas præscribere sine Parochia, vel eius præscriptione. ibidem numero 240

An super Decimis valide possit fieri transactio? pagina 163. numero 255

Num Decimæ debeant solui Parochis, qui opibus abundant? pagina 164. numero 259

An valide sit Decimarum locatio si fiat ad sexennium vel nouennium, cum hac clausula, vt triennio finito noua ac distincta locatio censeatur? ibidem numero 260. 261. 262 vbi numero 263.

Authoris resolutio refertur. ibidem.

Dispensatio.

Dispensatio excusatne ab obligatione ieiunandi? p.80.nu.102
Per Dispensationem potest tolli obligatio ieiunij. ib.
Dispensationem hanc dare absolute potest Papa. ib.n.103
Potest & Episcopus Dispensare cum aliquo, si adsit iusta causa. ibidem numero 104
Dispensare cum suis subditis possunt Regulares Prælati. ibidem numero 106
An qui ex Dispensatione diebus prohibitis, carnes, vel oua ac lacticinia comedit, possit etiam simul pisces concedere. pag. 86. numero 151.
Ex Dispensatione conceditur ouorum esus, haud facta lacticiniorum mentione, potestne quis edere lacticimia. ibidem numero 154
Qui sine dispensatione aut bulla ouis aut lacticiniis vescitur satisfacitne ieiunio quadragesimali. pagina 91. numero 193
Vritur quis Dispensatione in ieiunio quam superior illicitè, sed validè impertiuit, delinquitne? p.130.n.585
Dispensatio, vide verb. *Pontifex, Episcopus, Parochus, Ieiunium.*

E

Ecclesia.

Ecclesia non potest directè de venialium confessione ferre præceptum. pag.38. numero 6
Potest indirectè. ib.n.7
Ecclesia indicit ieiunandi præceptum. p.69. numero 3
An Ecclesia possit à Iudæis aliisque infidelibus non dilutis aliquod tributum exigere ad Prædicatorum, qui eos edoceant sustentationem? pagina 153.numero 170

Episcopus.

Episcopi non tenentur ex vi præcepti quotidie Missam audire. pagina 2. numero 8
Episcopus non potest fideles cogere ad Missam in propria Parochia audiendam. p.3. num.23
Potest tamen obligare mendicantes. p.4. numero 24
Episcopus potest dispensare cum aliquo in ieiunio si adsit causa iusta. pag. 80. numero 104
Imo abrogari lex ieiunij ab ipso, vel à præcessore indicta. ib.n.105
Si Episcopus facile adiri non valeat potestne Confessar ius iusta interueniente causa in Ieiunio dispensare. pagina 129.numero 575
An legitima subsit causa, vt Episcopus possit Ieiunium D. Matthiæ incidens in aliquem diem ex duobus vltimis Bacchanalium in alium transferre. pagina 132. numero 598
Episcopi per se obligari non solent ad decimas præstandas? pagina 135.numero 15
Episcopo quarta pars decimarum soluenda. p.136.n.28
An Episcopi teneantur soluere decimas prædiales, de prædiis, seu possessionibus sæcularí, seu patrimoniali titulo acquisitis? pagina 154. numero 177
An Episcopis decimas soluere teneantur Parochi ex vi iuris de fructibus suorum beneficiorum. ib.n.181

Eucharistia.

Eucharistiam non ieiunis ministrare non licet, quando non adest necessitas. p.54. numero 3
Quid de eo, qui sex vel octo diebus ante mortis periculum Eucharistiam suscepit. ibid. numero 4
Et quid perseuerante morbo, & periculo. ibid.n.5
Quid de eo qui valens mane Eucharistiam suscepit. pagina 55. numero 6
Annis discretionis aduentantibus omnes tenentur Eucharistiam in Paschate recipere, ibid.n.7
An infantes nunc sint capaces fructus Sacramenti Eucharistiæ. pagina 59. numero 33
An pueris, qui peccare possunt, & alinnde Eucharistiam nunquã receperunt, qui ad specialem præfatam discretionem non peruenêre, danda sit pro viatico, si in mortis articulo existant. ibidem numero 36
An possit dari vt viaticum Eucharistia pueris quando de earum capacitate dubitatur? pag.60.num. 39
An ex spiritu Ecclesiæ consulendus sit omnibus fidelibus indifferenter vsus quotidianus Eucharistiæ. pag.64.n.66. & 67.& p.65.n.68
Sufficitne ad præcepti huius impletionem Eucharistiam in Cathedrali Ecclesia suscipere? p.66.n.72
Eucharistiam peregrini recipientes in Mendicantium Ecclesiis implentne annuę communionis præceptum. ibidem numero 75
An Mendicantes possint in suis Ecclesiis Eucharistiam sæcularibus cunctis in Paschate ad præceptum implendum ministrare? ibid.n. 78
An Parocho deficiente, vel nolente Eucharistiam subditis ministrare ad implendum annuæ confessionis præceptum, possint Religiosi eam sæcularibus impertire? p.68.n.87
Possuntne Religiosi Eucharistiam in Paschate ministrare familiaribus actualiter Religiosis inseruientibus. ib.n.90

Eugenius IV.

Eugenius IV. excusans artifices artem suam exercen

exercentes à ieiunij obligatione, comprehenditne eos qui artes laboriosas non exercent. p.114.n.432

F

Famulus.

FAmuli quo titulo excusentur, qui vt dominis suis ministrent Missam omittunt? p.6.n.44

Famuli quandonam debeant dominos deferre. ibidem

Famuli excusanturne absolute, qui vt obediant heris aliquod Missæ tempore imperantibus, eam non exaudiunt. p.32. numero 286

Famulis augere portionem tenenturne domini, quæ alias non sufficit, vt ieiunare valeant. p.112.n.408

An Famulos suos possit compellere dominus ad præceptum Ieiunij seruandum. p.125. n.539.& 540

Famulis ieiunare nolentibus tenetur dominus cœnam non impertire. pag.116. numero 543

I

Ieiunium.

IEiunium quotupliciter accipiatur. p.69. numero 1.

Ieiunium Ecclesiasticum quod. ibidem numero 2

Ieiunandi præceptum ab Ecclesia indicitur. ibid.n.3

Ieiunij conditio essentialis prima quæ. p.70 numero 4

Non licet in diebus Ieiunij vesci animalium sanguine. ibidem numero 7

Quid in Ieiuniis pro Iudilæo? ibidem numero 8

An Ieiunio satisfaciat qui ventrem replet. ibidem numero 15

Aduentante necessitate edendi cibos in dieleiunij prohibitas, licentia non est petenda, si necessitas sit certa. pagina 71 numero 16

Parochus in Ieiunio potest dispensare ratione consuetudinis. ibidem numero 18

Non potest confessarius. ibidem numero 19

De necessitate vtendi cibis vetitis in diebus Ieiuniorum, caute iudicant medici. ibid. numero 20

Ad Essentiam Ieiunij Ecclesiastici quid requiratur. ibid.n.21

In die Ieiunij vsus Electuariorum non prohibetur. ibid.n.22

Lectores & Ministri mensæ Ieiunantes possunt aliquid præsumere. ibidem numero 23

Nec non Cantores ibidem numero 24

Etne potus nõceat aliquid cibi sumere, modo non fiat in Ieiunij fraudem. p.72. numero 25

Quænam materiæ paruitas à fractione Ieiunij excuset. ibid. n.26

In comestione carnium etiam in die ieiunij paruitas materiæ datur. ibidem numero 27

In die Ieiunij licita est refectiuncula vespertina. ib.n.28.

Mensura refectiunculæ vespertinæ quæ. ib. numero 29

In vigilia Natiuitatis ex consuetudine in maiori sumi solet quantitate. ibid numero 30

Aliquantulum plus collationis nobilioribu licet. ibid.n.31

Quinam excessus in refectiuncula sit lethalis. ibid. n.32

Qui cibi sumendi in refectiuncula. ibidem n.33.& 35

Qui Ieiunium grauiter violat, non tenetur illo die Ieiunare. pagina 73. numero 33

Qui die Ieiunium sumpsit sciens ientaculum, non tenetur eo die Ieiunare. ibidem numero 36

Non potes amicum Ieiunantem inuitare ad cœnam. ibid.num.37

In dubio an teneatur Ieiunare poterit inuitari ad cœnam. ibidem numero 38

Cauporem carnes hospitibus in die Ieiunij apponere graue delictum est, in Catholicorum locis. ibidem numero 39

Possunt Caupones si adsit iusta causa. ibid. numero 40

In locis hæreticorum licitum. ibidem numero 41

In die Ieiunij hora refectionis quæ. ibidem numero 44

Quæ hora non sit de essentia Ieiunij p.74. numero 45

Vnde non erit mortalis notabilis anticipatio. ibid.n.46

Tempus notabile quod. ibidem numero 47

In die Ieiunij potest hora prandij ex iusta causa notabiliter anticipari. ibidem numero 48

Qui dispensatur à Ieiunij obligatione. ibid. numero 50

Quo tempore Ieiunium obliget omnes Christianos. p.75.nu. 53.& 54

Non potest quis per alium Ieiunandi præcepto satisfacere. ibidem numero 55

Quomodo computandus sit vigesimus primus annus, à quo completo Ieiunium obligat. ibid.n.56

Si quis vigesimum primum annum Quadragesimæ initio, aut circa medium compleat, sequentibus tenetur ad Ieiunium. ibidem numero 57

Qui die aliquo Ieiunare non potest, num ad aliquid aliud persoluere tenetur ibidem numero 58

Præceptum Ecclesiæ de seruando Ieiunio, obligat ad mortale sit absque causa violetur. ibid.n.59

Quid de eo qui putaret iustam habere causam non ieiunandi. ibidem numero 60

Omnia

Omnia Ecclesiæ ieiuuia de iure humano solo obligant. ibid.n.61
Potest obligari fidelis ad Ieiunandum ob legitimam consuetudinem. pag.76. numero62
Diebus Rogationum non est Ieiunium ex præcepto. ibid.n.63
Non est licitum diebus Rogationum adipe vesci. ibid.n.64
Ieiunare ex deuotione qualibet die etiam Dominica licitum est. pagina 76. numero 65
Dies quibus ex præcepto Ieiunium indicitur annumerantur. ibidem numero 66
Qui possint Ieiunium in alium diem ex causa transferte. ibid.n.67
Prima causa à Ieiunio excusans quæ dicatur. ibid.n.68
Ieiunij præcepto non adstringuntur fœminæ grauidæ aut lactentes. pagina 77. numero 69
Quæ quidem regulariter à præcepto non comedendi carnes die Ieiunij minime excusantur. ibid.n.70
A Ieiunio excusantur senes sexagenarij.ibid. numero 72
Et pauperes qui sufficienti ad refectionem alimonia carent. ibidem numero 73
Solius panis in quacumque quantitate refectionem habere, non sufficit, vt quis Ieiunare teneatur. ibidem numero 74
Ieiunare debent pueri ad lucrandum iubilæum. p.78.n.77
A Ieiunij obligatione excusans causa secunda quæ. p.78.n.88
A Ieiunio excusatur quis, etiamsi præuideat voluntarium laborem. ibidem
Et qui labore suo, cum quo Ieiunium consistere apte nequit, victitant. ibidem numero 81
Operarij non solum à Ieiunio excusantur, eo, quo laborant, die, sed etiam, eo die, quo intermittunt laborem. ibidem numero 83
Qui propter laborem à Ieiunij obligatione excusantur enumerantur. ibidem à numero 80. ad 86. & pag.79.à num.87. ad 91.
A Ieiunio excusans tertia causa quæ dicatur. p.79.n.92
A Ieiunio excusantur qui operibus præstantioribus incumbunt misericordiæ. ibidem
Concionatores à Ieiunio excusantur. ibidem numero93
Qui propter pietatem à Ieiunio excusantur, referuntur. ibidem à numero 92. ad 97. & pagina 80. à numero 98. ad 101
Quarta causa à Ieiunio excusans quæ. p.80. numero 102
Ieiunij obligatio potest tolli per dispensationem. ibid.
Qui dubitat an causam non Ieiunandi habeat Ieiunare tenetur. p.81.n.107
Dubitans an annum vigesimum primum expleuerit non tenetur Ieiunare. ibidem numero 108
Dubius an die Iouis sit hora mediæ noctis duodecima potest carnibus vesci, aut cœnare iustante die Veneris Ieiunio. ibidem numero 109
Qui die Veneris vel Ieiunij dubitat, an sit media nox, non potest carnibus vesci aut cœnare. ibidem numero 110
An Ieiunij præceptum sit affirmatiuum. p.82.n.114
An præceptum Ieiunij ex vi Iuris abstracta consuetudine obliget ad mortale. ibidem numero 118
An consuetudo possit ex toto quadragesimale ieiunium abrogare. ibidem numero 122
Num pater possit per filium Ieiunii præceptum adimplere? pagina 83. numero 125
Vtrum qui in quodam præcepto die Ieiunare non vult, alio non præcepto Ieiunare teneatur. ibid. num.128
Quis in die Ieiunii, vel in diebus quibus esus carnium prohibetur dedita opera dimidiam circiter vnciam carnis absumit, peccatne lethaliter. pagina 84. numero 136
Quis in die Ieiunii nullum præter panem cibum obtinet, quo vesci valeat, potestne carnem pani adhibere. ibidem numero 139
Catholicus inter hæreticos versans famulatum præstat, potestne in diebus Ieiunii vesci carnibus, eo solum prætextu, quod Ecclesiæ præcepto non obligetur. ibidem numero 142
Discessurus quis mane ex loco Ieiunii, vespere peruenturus ad locum, vbi non ieiunatur, potestne ientaculum ex carnibus præsumere? pagina 85. numero 145
An delinquat lethaliter contra Ieiunii præceptum, qui vescitur carnibus ex dispensatione diebus prohibitis, vt sanitati consulat. ibid.n.148
Cui licet vesci diebus prohibitis ouis ac lacticiuis, potestne etiam sagimen porcinum concedere. pagina 86.numero 158
Qui vouit certa die à carnibus vel ouis ac lacticiniis abstinere totiesne delinquat, quoties de iis comedit. pagina 87. numero 162
Ieiunare quis vouit certa die, an toties peccet, quoties esus carnium distinctos moraliter multiplicat. p.87.n.165
An oua & lacticinia sint in Ieiuniis Quadragesimalibus prohibita à Iure sub lethali. ibid.n.175
An in Ieiuniis extra quadragesimam oua, & lacticinia sint sub lethali prohibita vi iuris. ibid. n.178
An teneamur ex vi consuetudinis, abstinere ab ouis & lacticiniis in ieiuniis extra quadragesimam. ibid.n.181
An ex vi decretis alterius ex consuetudine oua, & lacticinia prohibeantur sub mortali in quadragesimæ Dominicis. p.90.n.187

Satis

Satisfacitne Ieiunio quadrageſimali, qui ſine diſpenſatione aut Bulla ouis ſeu lacticiniis veſcitur. 91.193
In Ieiuniis quadrageſimę poſſūtne agricolæ & quilibet pauperes ſine bulla aut diſpēſatione ouis aut lacticiniis veſci, ex eo præciſe, quod piſces, queis refici valeāt non ſubſint. ib.196
An ſeclusa cōſuetudine licitū ſit panē biſcoctū etiāquātitate magna in Ieiuniis quadrageſimę ſine bulla aut diſpenſatione comedere. ib.199
Nū potus vini in magna quantitate sūpti, die Ieiunij, vnicæ comeſtioni cōtrarietur. 92.203
An vinum, Ceruiſia, ac ſimilia liquida ſoluant Ieiuniū, ſi nō ad ſitim extinguendam, ſed ad famem ſedandam abſumantur. ib.206
Potus aquę ſaccharo aut melle mixtę cōtradicitne vnicę refectioni, vel leui piaculo. ib.209
An potio quæ Chocolate vocitatur, lædat vnicā Ieiunij refectionē, ſi in magna ſumatur quantitate toties, quoties libuerit. 93.212
Soluuntne Ieiunium poma, vuæ, &c. ſumpta ad ſitim extinguendam. ib.215
An poſſis ad ſitim ſedandam pomorum, vuarū, &c. ſuccum dentibus expreſſum abſumere, ſubſtantia ſolida ex ore reiecta. 94.218
An, ne potus noceat, poſſit quis cuiuſcumque generis portiunculam abſumere. 94.221
An ab amico rogatus, poteritne quis abſq; veniali aliquid cibi in die Ieiunii abſumere. ibid.227
Poteſtne ſine veniali culpa parum cibi ſumere Ieiunii die, ſi prandium ex vrgenti cauſa valdē ſit differendum. 95.230
Inſeruientes mēſæ tam ſæculares quam Religioſi, vel lecturi, dū alii prandent, die Ieiunii poſſuntne aliquid cibi præſumere. ib.233
An ob grauedolentiā oris licitū ſit abſolute aliquid cibi aromatici abſumere, Ieiunii die. ibid.236
An menſæ inſeruiētes, vel legentes poſſint in magna quātitate cibū præſumere. ib.239
Si vnica comeſtione ventrem adeo opples, vt Ieiunii difficultatem minime experiare, an violes Ieiunium. 96.242
Violatne Ieiunium, qui ex neceſſitate, aliquo occurrenti negotio vrgenti, per longum tēpus prandium interrumpit. ib.245
An Ieiunium violes, dū à menſa ſurgis animo non redeundi, ſed mutata intentione, prandiū nondum abſolutum reſumis. ib.248
Surgis à menſa animo non comedendi amplius, cum prandium eſt omnino abſolutum, ſi modicum tempus interceſſit, poteriſne rurſum comedere. ib.251
An qui vouit in Vigilia Natiuitatis Ieiunare, poſſit refectiunculæ vberioris illius vti licentia. 99.281
Num cū tibi licitū eſt ouis in die ieiunii veſci poſſis oua in collatione ſumere. 102.306
An Ieiuniū violet grauiter, qui ſine cauſa notabiliter horam prandii anticipat. 103.316
Præueniens notabiliter abſque cauſa prandiū teneturne iam ea die Ieiunare. ib.319
An in quadrageſimali Ieiunio, liceat Clerico, aut ſęculari prandere priuſquam veſperę dicantur. ib.322
Poteſtne Ieiunans per vnam integram horam ante meridiem abſque vllo piaculo prandium inire. 104.325
An Ieiunans poſſit abſque vlla culpa prandio dare operā ante vndecimā v.g. horam, iam à DD. ant à conſuetudine præſcriptam. ib.328
Dū quis cœnat, pulſus horologii vnici mediā noctē deſignantes exaudit, teneturne à cœna ceſſare, ſi die ſequēti Ieiunare debeat. ib.331
An Quadrageſimale Ieiunium ſit ex iure diuino. 105.334
An omnia quatuor temporum ieiunia ſint de iure Canonico. ib.337
Num Ieiunia quatuor temporum ſub lethali obligent. 106.340
Ieiunium Vigiliæ Pentecoſtes obligatne ſub lethali ex conſuetudine. ib.344
An obligent ſub lethali Ieiunia in D. Ioannis Baptiſtæ, omnium Sanctorū & D. Laurentij vigiliis. ib.347
An qui valde robuſti ſunt ante vigeſimum primum annum ad Ieiunii præceptum teneantur. ib.107.351
Nū adoleſcentes teneātur ante vigeſimū primū annū aliquib. ſaltim dieb. in Quadrageſima, & in vigiliis per annum Ieiunare. ib.354
An Ieiunia, quæ Regula præſcribit obſeruare teneantur Religioſi profeſſi vigeſimo primo anno minores. ib.358
An qui compleuit poſt Quadrageſimam incœptā annūvigeſimū primū, teneātur dieb. ſequēt. ib. vſq; ad eius terminū Ieiunare. 108.361
Incœpta iam, Ieiunii dice omplet quis vigeſimū primū ætatis annū, cùm nondū nihil cibi aſſumpſit, teneturne Ieiunare ea die. ib.364
An vir ſexagenarius liber ſit abſolute à lege Ieiunii. ib.367
An quinquageſimus ætatis annus liberet abſolute viros à lege Ieiunii. 109.370
Quinquagenariæ fœminę liberanturne abſolute, practicè loquendo, à Ieiunii præcepto. ib.373
An Religioſus ſexagenarius teneatur ſuæ Regulæ ſeruare Ieiunia. ib.376
Vouit quis certis diebus pro toto vitæ curſu Ieiunare, tenenturne vir ſexagenarius, & fœmina quinquagenaria illud implere. 110.379
Num ſit neceſſum, vt tota nocte quis nequeat dormire, vt à Ieiunii obligatione liberetur. ib.383
Habens duo cauteria eſtne liber abſolute à lege Ieiunii, ib.386
An qui carnibus veſcitur ob præſeruationē ab infirmitate, quia piſces ſeu oua ei ſunt nocumento eximatur à Ieiunii obligatione. ib.390
Ob præſeruationē futurę infirmitatis carnibus quis veſcitur, teneturne Ieiunare iis diebus, quibus non vult carnibus veſci. 111.394
Quis in Quadrageſima non poteſt Ieiunare, niſi oua ac lacticinia comedēdo, eo quod ex aliis ſufficientē non habet refectionem, teneturne oua comedere, ac Ieiunare. ib.367
In die Ieiunii quis non habet niſi carnes ad refectionem, teneturne iis veſci ac Ieiunare. ib.400
An qui ſolūmodo ad refectionē habet panē, & olera, vel fructus teneatur Ieiunium ſeruare, abſolute loquendo? 112.404
Tenentur domini die Ieiunii famulis angere portionem quæ alias ſufficiens non eſt, vt Ieiunare valeant. ib.408
Num ſi coniugibus ieiunium impediat, ne ſibi inuicem reddant debitum, teneātur à eo abſtinere. ib.411
An ad Ieiunium teneatur vxor, ob rixas cum marito præcipiente ex rationabili cauſa, vt non ieiunet vitandas. ib.415
An fœmina nubere è proximo intendens, ſi

ex Ieiunio formã timeat notabiliter obſcurãdã poſſit abſolute à Ieiunio abſtinere.ii3.418
Si prægnantes,vel lactẽtes adeo ſint robuſtæ vt vnica refectione meridiana,& refectiũcula veſpertina valeant ſe & infantulos ſuſtentare an teneantur Ieiuniũ inire.ib.422
An prægnanti,ac lactẽti ſit licitus abſolute in die Ieiunij carnium vſus. ib.425
An artifex teneatur ad Ieiunium, ſi ſit adeo robuſtus, vt ſimul poſſit artes laborioſas exercere,& Ieiunare. 114.429
An Eugenij IV. declaratio,aut indultum excuſans artifices artem ſuam exercentes à Ieiunij obligatione,cõprehendat eos,qui artẽ laborioſam non exercent. ib.432
Sutores excuſãtur à Ieiunij obligatione.ib.435
An adſtringãtur ſartores legi Ieiunij. ib.438
Pictores,& Barbitonſores an Ieiunare teneantur. 115.441
An Lanarij,Piſtores,fullones,ſculptores,argẽtarij, Textores vittæ ſericæ,laneæ,vel lineæ, qui panes coquũt,aurifices,figuli,& alij huiuſmodi opifices excuſentur à Ieiunij obligatione. ib.444
An à Ieiunij lege ſint exẽpti Characterũ Cõpoſitores,in Typographica officina. 116.451
An qui artes laborioſas exercet non ex officio,vel indigẽtia, ſed diuerticuli cauſa excuſetur à Ieiunij obligatione. ib.454
Qui excuſantur à Ieiunij lege ex cauſa laboris,tenenturne Ieiunare illis diebus in quibus,vel ob feſti religionem, vel ob pigritiam ceſſant laborare. 117.457
An pedeſtre iter leucarũ trium ſufficiat ad tollendum Ieiunij obligationem. ib.461
Iter pedeſtre voluntarium tollitne Ieiunandi obligationem. 118.464
An iter nouẽ vel decẽ leucarum vna die equo percurrens liber ſit à lege Ieiunij. ib.467
Tenenturne curſores qui vnico tãtum curſui vnius horæ dãt operã in die,Ieiunare.ib.471
Qui curru, quadriga, vel lectica gerit iter,an eximatur à Ieiunij obligatione. 119.474
An liceat operarium conducere cum pacto, quod ieiunaturus nõ ſit,ne ſeruãs Ieiuniũ, minus ſolito laborare valeat? ib.477
An poſſit dominus in die Ieiunij famulis iniũgere opera cum Ieiunio incompatibilia,ſi in diem alteram valeant differri. ib.480
Qui ob mercedem,vel ex mercede concionãtur,eximunturne à Ieiunij lege. 120.484
An eximatur à Ieiunio die concionis, qui ſemel tantum in hebdomada, in menſe, vel anno concionatur. ib.487
Eximunturne à Ieiunij lege Confeſſarij,qui nõ ex officio,vel obedientia,ſed voluntarie tota die confeſſionibus audiendis intersũt.ib.491
An ſint abſolute liberi à Ieiunij obligatione lectores Theologiæ,Iuris Ciuilis,& Canoci,&c. 121.494
Suntne liberi à Ieiunio totius quadrageſimæ, qui quatuor diebus ſingulis Grammaticæ lectiones agunt. 121.497
An à Ieiunio ſint immunes Scholares,Aduocati,Procuratores,Iudices,Scribæ,&c. qui per totã diẽ fere ſuis miniſteriis incũbunt.ib.500
Qui ſe proceſſionibus publicis, aut priuatim flagellat ad vitandum Ieiunium, peccatne lethaliter ex Ieiunii omiſſione. 122.504
An peccet lethaliter contra Ieiunij legẽ, qui media licita incõpatibilia cũ Ieiunio aſſumit ea intentione,vt liber ſit,ab obligatione Ieiunij. ib.507
An liber ſit ab hoc præcepto abſolute,qui magnam difficultatẽ in Ieiunãdo ſentit.123.510
Dubitat quis,num iuſtam habeat non Ieiunãdi cauſam,teneturne Ieiunare. ib.515
Licetnet ob hoſpitem Magnatem Ieiunium ſoluere. 124.520
An labor voluntarius à Ieiunio excuſans poſſit inſtante Ieiunio quoties libuerit ſuſcipi ibid.524
Ieiunium violans ſecundo comedens,an toties deinde lethaliter peccet,quoties eo die cibum ſumit ſufficientem alias ad ſoluendum Ieiunium. 125.531
An qui die Ieiunij, poſt ſecundã comeſtionẽ, qua Ieiuniũ violauit, vlterius comedit,toties peccet contra Ieiunij præceptum quoties manducat. ib.534
Perpetratne duplex piaculũ violãs Ieiuniũ quadrageſimæ,in qua Vigilia D.Matthiæ occurrit. ibid.537
Poteſtne Dominus cõpellere ſuos famulos ad præceptũ Ieiunij ſeruandũ.125.n.539.&540
Famulis Ieiunare nolentibus teneturne dominus cœnam non impertire. 126.543
An parentes teneantur filios cogere ad Ieiunandum quando nolũt cum poſſunt.ib.546
An Caupones,ſi decenter poſſint,teneãtur interrogare hoſpites,an nõ Ieiunãdi cauſã præferãt,priuſquã eis cœnam exponãt. ib.549
Si Caupones certo cognoſcant, te ad ſeiuniũ obligari,poſſũtne tibi apponere cœnã.127.552
An qui in die Ieiunij licite cœnat poſſit inuitare amicum ad cœnandum ſecum, ſi certo ſciat alibi cœnaturum. ib.558
Lex Ieiunii tibi ſpecialẽ ad obſeruationẽ difficultatẽ ingerit habeſne ſufficientẽ cauſam, vt diſpenſationem obtineas. 127.588
Poteſtne quis diſpenſare in lege Ieiunii à ſe, vel à ſuperiore inſtituta. ib.591
Ieiunia à Pontifice vel à iure cõmuni indicta pro certis dieb.poſſũtne ab Epiſcopis in alios dies ex rationabili cauſa transferri. 132.594
An legitima cauſa ſubſit, vt poſſit Epiſcopus Ieiuniũ D.Matthiæ incidens in aliquem diem ex duobus vltimis Bacchanalium in alium transferre. 132.598
Ieiunium,vide verb. *Refectiuncula.*

Ignorantia.

Ignorantia inuincibilis,obliuio, vel incõſideratio diei feſti excuſẽt ab implẽdo audiendæ Miſſę præcepto.34.303. *Impotentia.*
Impotentia excuſans à Ieiunio quotuplex admittatur. 76.68
Ob Impotentiã moralẽ excuſãtur infirmi.cõualeſcẽtes,& alii plures à ieiunio.ib. *Infidelis.*
Infideles non ſubſunt legibus Eccleſiaſticis. 78.79. *Intentio.*
Intentio,vide verb. *Miſſa.*

L

Labor.

Labor an ſit cauſa excuſans à ieiunii obligatione. 78.80
An Labor voluntarius excuſans à ieiunio,poſſit inſtante ieiunio, quoties libuerit ſuſcipi. 124.524 *Lector.*
Lectores Theologiæ, Philoſophiæ, Iuris Canonici, &c. excuſantur ab obligatione ieiunii.79.94 *Lis.*
Quando Lis ſuper decimas nõ eſt inris ſed facti, poteſtne corã Iudice ſeculari diſcuti.143.79 *Medicus.*

M

Medicus.

MEdici absq; causa in die Ieiunij carnes alicui edendi facultatē concedētes fūtne duplici piaculo adstricti. p. 128. n. 562. & 563

Meretrix.

Meretrices præceptum confessionis annuæ violātes incurruntne pœnas à iure præscriptas, ac Synodalem excommunicationem. 53.124

Misericordia.

Misericordię operibus incūbentes præstātioribus à ieiunio excusātur. 79.92

Missa.

De Missa audienda datur præceptum. 2.1.

Missam audiendi præceptum in iure canonico continetur. ibid. 2

Est de audienda Missa diebus dominicis, & festis. ibid. 3

Non obligat Missam audire in feriis Quadragesimæ. ibid. 4

Nec in triduo sanctæ heddomadæ. ib. 5

Nec in Rogationum diebus. ibid. 6

Nec obligat Scholasticos. ib. 7

Nec Episcopos, vt quotidie audiant. ib. 8

Missę audiendę præceptum instat à rationis vsu. ibid. 9

Obligat Ecclesiasticos. ib. 10

Non obligat Cathecumenos. ib. 11

Nec amentes aut ebrios. ib. 12

Nō tenemur plures vno die Missas audire. ib. 13

Missam sufficit audire quocumque idiomate. aut sano ritu celebratam. 3.14

Præceptum implet qui eam statim post mediam noctem audit. ib. 15

Missa audienda est integra. ib. 16. & p. 12. n. 95

Missę pars leuis aut grauis assignatur. ib. 17. & 18

Missam audit qui ad deferenda necessaria ad eam breui tempore recedit. ibid. 19

Potest dimidia Missa ab vno Sacerdote audiri, & alia dimidia ab alio. ib. 20

Potest quis peccare contra hoc præceptum, licet Missam audiat. ib. 21

Nullus locus est Missę auditioni determinatus. ibid. 22

Nō potest Episcopus fideles cogere ad Missā in propria Parochia audiendam. ibid. 23

Potest tamen obligare mendicantes. 4.24

Materia præcepti auditionis Missæ quę. ib. 25

Non obligatur qui Missā omittit preces effūdere, vt fructum sacrificij compenset. 7.48

Nū in Sanctæ hebdomadæ triduo vi præcepti Ecclesiastici Missam audire teneamur. 8.57

Num hoc præceptum suo ex genere ad lethale obliget. ib. 60

An præceptum hoc sit ex iure diuino. ib. 63

Potestne Pontifex summus dispensare in præcepto Missæ exaudiendæ. 9.69

An statim ac cū quis annos discretionis inierit teneatur ad Missam exaudiendam. ib. 72

Num Ecclesiasticæ personæ teneantur ad Missæ auditionem. 10.75

Vtrum qui in festo non potest Missā ac Concionem audire, teneatur potius Missā audire quam Concionem, vel è contra Concioni potius quam Missæ assistere. ib. 78

Potestne Episcopus sub censuris præcipere, vt Missā subditi in propriis Parochiis exaudiāt. 11.81

Num præcepti vi fideles teneantur Missam maiorem audire, quando in propria Parochia lybet præcepto satisfacere. ib. 85

Qui hora secunda vel tertia Missam audierit an satisfaciat præcepto. ib. 88

An cum Missa coram summo Præsule in nocte Natalis Domini celebratur ante mediā noctē, sufficiat præcepto audiendi Missā in die Natalis, qui illi Sacro interest. 12.91

Si Vigilia Natiuitatis in Dominica incurrit, possit quis præceptum audiendæ Missæ in Dominica implere, si assistat Missę, quę cotā Papa in Natalitij Domini vespera ante mediam noctem celebratur. 12.94

An qui à principio vsque ad Epistolā exclusiue quis in Missa omittit, præceptum adimpleat. ibid. 99

An qui omittit ab introitu vsque ad Epistolā inclusiue, obligationi satisfaciat. 13.102

Num qui ab introitu vsq; ad offertoriū exclusiue, & post Communionē vsq; ad Missæ finē omittit, præcepti sit reus violati. ib. 105

An qui omittit ab introitu vsque ad Euāgeliū inclusiue, impleat præceptum. ib. 108

Qui ab introitu vsque ad Euangeliū inclusiue omittit, sed nō mox post benedictionem recedit, sed D. Ioannis Euangelium audit, impletne præceptum. 14.111

Qui ab Introitu Missæ vsque ad Euangeliū inclusiue omisit, nec per vltimi Euangelij suppleuit auditionem, tamen post Missam priuatim Euāgeliū omissū per se, vel per aliū legit, impletne. 14.114

An qui omittit introitū vsq; ad Epistolam inclusiue. & omnia quæ Sacerdos post absūptū Calicē dictitat, integram ad præcepti obseruationem, Missam exaudiat. ib. 117

An qui à principio Missæ vsq; ad Epistolā exclusiue, & post Cōmunionē vsq; ad terminū prætermittit, faciat præcepto satis. ib. 120

An qui non adest, dum post vtriusque speciei cōsecrationē à Sacerdote fit oblatio, impleat audiendæ integræ Missæ præceptum. 15.123

Qui non adest, dū vtriusq; speciei consecratio peragitur, integram audiat Missam. ib. 126

An qui solūmodo Missæ cōsūptioni nō adest, impleat Missæ audiendæ præceptum. ib. 129

Exiēs consecrationis, cōmunionis tēpore acturus aut declaraturus aliquid ad sacrificiū necessarium, Missam integram audiat. 16.132

An Euangelium Ioannis, aut aliūs Euāgelistæ, quod in fine Missæ legitur pertineat ad eius integritatem. ib. 135

An confessio præmissa pertineat ad Missæ integritatem, peccetque venialiter qui illam omittit. ib. 138

Qui audit ab vno Sacerdote à principio Missę vsq; ad consecrationē, ab alio autē à cōsecratione ad finē, impletne præceptum. 17.141

Et è contra. ib. 144

An qui non successiue, sed simul audit Missā à duobus Sacerdotibus ab vno nēpe ab initio ad consecrationē, ab alio à consecratione ad finem, satisfaciat præcepto? 18.147

Num venialiter delinquat qui absque causa mediam Missam ab vno, & mediam ab alio Sacerdote exaudit. ib. 151

Obligatus ex præcepto, & ex voto duas Missas audire, satisfacitne vtrique obligationi, eas simul audiendo. 19.155

Qui non potest integræ Missę assistere, potest tamen vsque ad consecrationem exclusiue, debetne & hanc partem audire. ib. 161

Accedens ad Missam audiēdam tempore quo

præfatio dicitur, nec alia Missa celebranda subest, teneturne vsque ad finem exaudire. p.20.n.164
Qui Missæ leuem partem omisit, teneturne sub veniali illum supplere defectum altero in Sacro partem omissam audiendo.ib.n.168
Missam sine interna attentione audiens facitne satis Ecclesiæ præcepto. 21.171
An qui dum Missam audit,horas Canonicas, vel Rosarium ex voto, vel pœnitentia recitat,impleat præceptum. ib.174
An si dum Missam audis tuæ conscientiæ examen geris impleas præceptum. ib.180
An si dum Missę assistis tua piacula confiteris, satisfacias Ecclesiæ præcepto 22.183
Qui cùm Missæ interest,cum aliis confabulatur,ridet, sine interruptione, impletne præceptum. ib.186
An qui vult Missã audire,nõ tamẽ intẽdit implere præceptũ,satisfaciat præcepto.25.206
Dum Missæ assistis, & per extasim in diuinorum contemplationem eleuaris, implesne præceptum. ib.209
An si dũ Missæ assistis Psalmos,vel aliquid ad Deum pertinens scribis faciasne satis præcepto. ib.212
Votũ emisisti audiendi vnã Missã,quã animo voto non satisfaciẽdi exaudis, teneriſne aliã audire ad voti satisfactionem. 26.216.& 217
Qui commode potest audire ac videre celebrantem,an teneatur ad vtrumque huius vi præcepti. ib.221
An qui simul est surdus, mutus & cœcus teneatur ad Missæ auditionem. ib.224
Vt quis Missæ audiendæ præceptum impleat, teneatur adesse intra Ecclesiam in qua celebratur. 27.227
Missam quæ in templo celebratur quis è fenestra domus extra templum extructæ exaudit,impletne præceptum. 27.230
Existens quis in choro stricte post altare Missã audit,impletne præceptum. ib.234
Missam quis audit post Ecclesię parietem existens,satisfacitne præcepto. ib.237
Num personaliter interdictus,vel excõmunicatus à præcepto Missam audiendi excusetur. 28.242
Apud locum interdictum quis cõmoratur,qui tamẽ facile potest ad locũ nõ interdictũ pergere,excusatur ab audiendæ Missæ præcepto. 29.248
Habet quis priuilegium,vt tempore interdicti possit audire Missam, teneturne illo vti & præceptum implere. ib.252
Excusaturne ab audiendæ Missæ præcepto,qui alium non habet Sacerdotẽ,nisi personaliter interdictum. ibid.256
Excusarisne Missę audiẽdi præcepto,si nõ adsit qui celebret nisi notorius cõcubinarius.30.260
An distantia vnius leucæ, seu triũ milliarium sit sufficiens, vt à Missa audienda quis excusetur,si pedestri iter sit acturis incessui.31.271
An distantia vnius leucæ sufficiat ad excusandum à præcepti impletione eum, qui eques iter est peracturus. ibid.274
Mater quæ domi manet ad filiarũ custodiã, quas sine nocumẽto puritatis,solas relinquere nequit, excusaturne ab exaudienda Missa. 32.277
Mater aut nutrix non habens,cui,dũ ad Missã audiendã pergit, possit infantulũ cõmendare,an excusetur à Missæ auditione. ib.280
An excusetur à præcepti huius custodia vxor, quam maritus ob Zelotypiam domo egredi rennit. ib.283
An absolute excusentur famuli,qui vt obediãt heris aliquid Missæ tempore imperantibus, eam non exaudiunt. ib.286
Pastores ouium tenenturne absolute Missam audire. 33.293
Excusaturne à Missa audienda iter agens cum sociis,ea solũ ex causa,ne sociis abeuntibus, solus pergere cogatur. 34.297
An nobiles puellæ quæ non solent egredi domo ad Missam audiendam, excusentur ab huius præcepti impletione, si ad ludos,comedias,&c.procedant. 35.311
An specialis alicuius loci consuetudo possit fœminas mẽstrua ægritudine affectæ à Missa audienda excusare. ib.315
Num excusentur absolute qui ob pietatem cõfessioni dant operam, si nequeant in aliud tempus differre Missam. 36.319
An qui rationabili ex causa ab audienda Missa excusatur,loco illius teneatur,aliud pium opus gerere,aut orationes profũdere.ib.321
Missa,vide verb. *Sacrum.*

Monachus.

Monachi D.Benedicti non habentes nisi venialia, ex vi Clem. tenenturne sub lethali singulis mensibus confiteri. 48.88
An præfati Monachi, ex vi Clem.teneantur sub mortali,menstruã facere confessionem,si lethaliter deliquerint. 49.91
Monachi D.Benedicti,&D.Bernardi obliganturne sub lethali semel in anno suis prælatis fateri sua lethalia piacula,etiã aliis cõfessionibus rite, & legitime exposita. ib.95

Monialis.

Monialis quinquagenaria teneturne suę Regulæ ieiunia seruare? 107.379

Mutatio.

Per Mutationem ius decimarum acquiri potest 137.17

O

Oblatio.

OBlationes quid sint? 139.46
Oblationem obligatio quæ ib.47
Ex quibus personis Oblationes admittendæ? ibid.49
Oblationes ex quibus rebus offerendæ. ibidem.50.
An in lege gratiæ extet de gerendis oblationibus præceptum. 166.177
Si Parochus oblationibus ad commodam sustẽtationem egeat absolute teneantur Parochiani ex præcepto diuino illas ei impertire. 166.280
An vbi viget consuetudo offerendi aliquid in die Dominica aliisque festis, debeat necessario à Parochianis obseruari, si inibi soluantur decimæ ibidem numero 28

& Verborum.

P

Parochus.

PArocho deficiente, vel nolente Eucharistiã subditis ministrare ad implendum annuę Confessionis præceptum, possuntne Religiosi eam sæcularibus ministrare. pagina 58 numero 87

Parochus potest præsente Episcopo, vel eius Vicario in ieiunio dispensare ratione consuetudinis. p.71.nu.18

An Parochus possit præsente Episcopo iusta ex causa in ieiunio cum aliquibus dispensare. p.129.n.572

Si Parochus haud valeat facile adiri potestne Confessarius iusta interueniente causa in ieiunio dispensare. ib.n.575

Parochis ex lege iustitiæ decimæ sunt præstandæ. p.134.n.9

Parochi per se obligari non solent ad decimas præstandas. p.135.n.15

Parochi aduersus quemlibet possessorem iuris decimandi intentionem fundatam habent. p.136.num.25

Parochus non potest decimas per vim extorquere sine Episcopi authoritate. pagina 137 numero 34

Parochi tenenturne ex vi iuris de fructibus suorum beneficiorum decimas Episcopis soluere. p.154.n.181

An Parocho diuiti debeant solui decimę. p.164 numero 259

Pascha.

Pascha tis nomine quid veniat intelligendum. p.55.n.10

An Paschatis nomine solum de iure dies Dominica Resurrectionis cum duobus sequentibus intelligatur. p.61.n.46

Num in Hispania nomine Paschatis tota quadragesima ex consuetudine intelligatur ad præcepti huius impletionem. ibidem numero 49

Pascha, vide v. *Communio, Eucharistia.*

Pauper.

Pauperi licet vsus carnium in die prohibito. p.77.n.75

Pietas.

Pietas estne causa excusans ab obligatione ieiunandi. p.79.n.92

Qui propter Pietatem excusantur à ieiunij obligatione veniunt enumerandi. ibidem à n.92.ad 101

Pontifex.

Pontifex potestne in præcepto Missæ exaudiędæ dispensare. p.9.n.69

Pontifex obligaturne Confessionis annuę præcepto. p.41.n.36

Pontifex Summus teneturne communionis annuæ præceptum obseruare sub lethali peccato. p.60.n.42

An Summus Pontifex peccatet, si absque rationabili causa cum aliquo in lege ieiunii dispensaret. p.128.n.568

Summus Pontifex per se non potest ad decimas obligari. p.135.n.14

Præceptum.

Præceptum, vide verb. *Missa, Sacrum, Confessio, Communio, Ieiunium, Decimæ, Primitiæ, Oblatio.*

Prælatus.

Prælati Regulares possunt dispensare cum suis subditis circa ieiunia Ecclesiastica. pagin. 80 numer. 106

An Prelatus teneatur dispensare in Ieiunio toties quoties ex causa iusta à subdito dispensatio petitur. p.130.n.582

Præscriptio.

Præscriptio potestne efficere, vt ex toto aut ex parte saltem quis à decimarum prædialium onere eximatur. p.161.n.230

Primitiæ.

Primitiæ quid sint. p.136.n.45

Primitiarum obligatio quæ. ibidem numero 48

Primitias soluendi præceptum potestne consuetudine abrogari. pagina 165 numero 267

An vbi Primitiarum præceptum adhuc extat, debeant solui non petitæ à Parocho. ib.n.268

Num in lege gratiæ ex iure humano debeantur Primitiæ de omni Frumento, Vino oleo, ac de aliis rebus omnibus, de quibus in lege veteri iure diuino soluebantur. ibidem numero 272

Puer.

Pueri cum primum rationis vsum fuerint consecuti, singulis annis Confiteri tenentur. p.37.num 2

Pueri diligenter examinandi, num capaces sint absolutionis recipiendę. ibidem numero 3.

Et quid circa id faciendum. ibid.

An Pueri non implentes confessionis annuæ præceptum incurrant pœnas transgressoribus præscriptas. p.53.n.122

Pueri ad lucrandum iubileum ieiunare debent p.78.n.77

Pueri post rationis vsum ad ciborum qualitatem obligantur. ib.n.78

Si Puer ante septęnium vsu polleat rationis, licetne ei in diebus prohibitis carnibus, aut lacticiniis vesci. pagina 87. numero 167

Q

Quadragesima.

QVadragesimæ feriis vi præcepti teneturne quis Sacrum exaudire. pagina 8. numero 54

Quadragesimæ Dominicis suntne ova, & lacticinia vetita. pagina 90. numero 184

Quadragesima, vide v. *Ieiunium.*

R

Refectio, Refectiuncula.

REfectionis hora in die ieiunij est circa meridiem. p.73.nu.44

Quæ Refectiuncula sit inducta ratione medicinæ non nutrimenti. pagina 97 numero 254

An huius Refectiunculæ quantitas mensuranda sit pro personarum, ac consuetudinis regionum

gionum varietate. ib.n.257
An pro Refectiuncula possit sumi octo vnciarum quantitas. ib.n.261
An in vigilia Natalitij Domini possit sumi Refectiuncula sine mensura, aut limite ex his cibis, quos licet in collatione absumere. p.98.n.265.
Vult quis in vigilia Natiuitatis Domini Refectiunculam serotinam sumere, an possit illam mane in quacumque libuerit quantitate præsumere. ib.n.269
Peruigilium Natalitij Dominici in Sabbatum incidit, festū autem in feriam secundam, licetne Refectiunculam sumere in qua libuerit quantitate. ib.n.272
In peruigilio Paschatis, & Pentecostes, licetne sumere Refectiunculam largiorem vbi non adest consuetudo. pagina 99. numero 275
An liceat Regularibus vti amplioris Refectiunculæ sumendæ priuilegio, cum licet secularibus. ib. n.278
Qui vouit in vigilia Natiuitatis ieiunare, potestne Refectiunculę vberioris illius vti licentia. ib.n.281
Curiæ Romanæ incola extra illam pergens potestne Refectiunculam largiorem more Romano sumere. ibidem numero 285
An qui exercitiis ingenij non continuo, sed certis horis vacat possit largiorem sumere Refectiunculam. p.100. n.288
Licetne tibi totam quantitatem panis, aut fructuum siccorum sumere vino madefactam. ib. n.291
An herbæ, aut legumina quæque iusculo condita, cremorue amygdalinus, vel triticeus in assignata quantitate possint pro Refectiuncula absumi. ib. n.294
Licitumne est piscibus recentibus pro Refectiuncula in quantitate debita vti. pag.101 num.297
Licetne ad Refectiunculam piscibus siccis, seu sale præparatis vti. ibidem numero 300
Estne licitum ad Refectiunculam, caseum, vel quicquam ex lacte confectum sumere, cum licitum est in prandio edere lacticinia. ibid. numero 303
An liceat ex pane, ouis, ac farina perfectè sumere in Refectiuncula totam permissam quantitatem. p.102.nu.309
An sit mortale sine vlla causa sumere Refectiunculam mane, aut meridie, dilato in noctem prandio. ib.n.312

Regularis.

Regularium circa decimas priuilegia, eorumque vtilitas. p.135.n.18

Religiosus.

Religiosi possuntne sæcularibus Eucharistiam impertire ad implendum annuæ Communionis præceptum, deficiente Parocho. p.68 numero 87
An possint Religiosi in Paschate Eucharistiam ministrare familiaribus actualiter Religiosis inseruientibus. ibid. n.90
An Religiosi mensæ inseruientes, vel lecturi, possint die ieiunij aliquid cibi præsumere, dum alij prandent. pagina 95. numero 233
Religiosi professi vigesimo primo anno minores tenenturne ieiunia obseruare à Regula præscripta. p.107.n.258
An Religiosus sexagenarius teneatur suæ Regulæ ieiunia seruare. pagin. 109 numero 276
Religiosi, nisi priuilegio eximantur, obligantur personali debito decimas præstare Parocho. p.135.n.17
Religiosi virtute suorum priuilegiorum suntne nunc omnino exempti à solutione decimarum, etiam debitarum Summo Pontifici. p.156. n.197
An Religiosi teneantur decimas soluere de prædiis, quæ aliis tradunt excolenda. p.157 num. 200
An priuilegium concessum Religionibus de non soluendis decimis ex propriis prædiis extendatur ad noualia quæ post concessum priuilegium orta, ac culta fuerint. p.158 numero 206
An Religiosis concessum priuilegium de non soluēdis decimis extendatur ad hortos, quos ipsi colunt, vt olera vendant. pagina 159 numero 212
Religiosi possuntne decimas præscribere sine Parochia, vel præscriptione. pagina 161 numero 240

S

Sacrum.

QVi Sacro dormiens assistit non satisfacit præcepto. p.4. nu.16
Si actio exterior per se indecora non sit. ibid. num.27
Si mentis vagatio circa profana impediat aliqualiter cognoscere, quid à Sacrificante peragatur. ib.num.28
Dum Sacrum peragitur, præceptum impler, qui simul preces recitat. ibidem numero 29
Et qui gerit conscientiæ examen, aut confitetur. ibid. n.30
Non est necessarium Sacerdotem audire, vel videre. ib. n.31
Ab auditione Sacri quæ sint causæ excusantes. p.5.n.32.33.34.& p.6.n.42.43.45.& pag.7 n.46.& 47
An sit de fide certum, dari præceptum de audiendo in festis Sacro. pagina 7 numero 51
Nùm in Quadragesimæ feriis vi præcepti huius, teneatur quis Sacrum exaudire. pagin.8. numer. 54
Nùm ante Concilium Agathense fuerit in Ecclesia de exaudiendo Sacro præceptum. p.9. num.66
An qui omnino inuitus cogitur Sacro interesse impleat præceptum. pag.23 numero 196
Satisfacitne præcepto audiendi Sacrum puer, qui etsi attentè illud audiat, non tamen audiisset, nisi eum parens eum cogeret. pag.24 num.199
Sacrum, vide verb. *Missa.*

& Verborum.

T

Transactio.

PEr Transactionem potest ius decimarum acquiri. p.137.n.35

An Transactio valide possit fieri super decimis. pag.163.n.255

V

Votum.

VOtum emisisti audiendi vnam Missam, quam animo Voto non satisfaciendi exaudis teneris ne aliam audire ad Voti satisfactionem. pagin.26.num.216. & 217

Votum quis emisit certis diebus pro toto vitæ cursu ieiunare, tenenturna vir sexagenarius, & fœmina quinquagenaria illud implere. p.110.n.379

Vxor.

Vxor quam vir ieiunare non permittit excusatur à ieiunio. p.80.n.98

Vxor tenetur ad ieiunandum ob rixas cum marito præcipiente ex rationabili causa, vt non ieiunet vitandas. p.112.n.415

FINIS.



ESCOBAR
Theol: Mor:
Tom: VI. VII.
E. IV
6

ESCOBAR
Theol: Mor:
Tom: VI. VII.
F. IV
6



ESCOBAR
Theol. Mor.
Tom. V. VI. VII.

Th
862a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


I. SCOBAR
Theol: Mor:
Tom: I. II. VI. VII.
E. IV
6